SACRORUM
CONCILIORUM
NOVA,
ET AMPLISSIMA COLLECTIO,
TOMUS SEXTUS.

REPRODUCTION

EN FAC-SIMILÉ

TIRÉE A 250 EXEMPLAIRES SEULEMENT

PAR LES PROCÉDÉS ANASTATIQUES

DE

C. REINECKE, A BERLIN

POUR

H. WELTER, ÉDITEUR

RUE BERNARD-PALISSY, Nº 4, A PARIS

ET A LEIPZIG, SALOMONSTRASSE, 16

1901

SACRORUM CONCILIORUM
NOVA, ET AMPLISSIMA COLLECTIO,

IN QUA PRÆTER EA QUÆ

PHIL. LABBEUS ET GABR. COSSARTIUS S. J.

Et novissime NICOLAUS COLETI *in lucem edidere*

EA OMNIA INSUPER SUIS IN LOCIS OPTIME DISPOSITA EXHIBENTUR, QUÆ

JOANNES DOMINICUS MANSI

LUCENSIS, CONGREGATIONIS MATRIS DEI EVULGAVIT.

EDITIO NOVISSIMA

AB EODEM PATRE MANSI,

POTISSIMUM FAVOREM ETIAM ET OPEM PRÆSTANTE

EM.MO CARDINALI DOMINICO PASSIONEO

SANCTÆ SEDIS APOSTOLICÆ BIBLIOTHECARIO,

ALIISQUE ITEM ERUDITISSIMIS VIRIS MANUS AUXILIATRICES FERENTIBUS, CURATA,
Novorum Conciliorum, novorumque Documentorum Additionibus locupletata,
Ad MSS. Codices Vaticanos, Lucenses, aliosque recensita, & perfecta.

ACCEDUNT ETIAM NOTÆ, ET DISSERTATIONES QUAMPLURIMÆ, QUÆ IN CETERIS EDITIONIBUS DESIDERANTUR.

TOMUS SEXTUS.

Ab anno CCCCXLI. ad annum CCCCLI. inclusive.

ALMA COLLEGE
263.1
LIBRARY
M318
Alma, California

FLORENTIÆ
MDCCLXI.

EXPENSIS ANTONII ZATTA VENETI.

(*Editio iterata ad Editionis principis exemplum ab Huberto Welter, Bibliopola, Via dicta Bernard Palissy 4, Parisiis M.D.CCCCI.*)

9438

f
BX
825
S3
1901
V,6

SYLLABUS
EORUM, QUÆ IN TOMO VI. CONTINENTUR.

Quæ hoc indice ☞ notata ſunt, noſtræ editioni noviter acceſſere.

ANNO CHRISTI 441.

S. LEONIS MAGNI Epiſtolarum continuatio.

EPISTOLA XLIII. ad Theodoſium Auguſtum G.L. col. 7.
Admonitio Ballerinorum in eandem Epiſtolam. 1
Eadem epiſtola uti prodiit ex Mſſ. Latinis collectionis Chalcedonenſis. 11
EPISTOLA XLIV. ad eundem Theodoſium G. L. 14
EPISTOLA XLV. ad Pulcheriam Auguſtam G. L. 19
EPISTOLA XLVI. Hilari Romanæ Eccleſiæ tunc Diaconi, poſtea Epiſcopi, ad Pulcheriam Auguſtam G. L. 23
EPISTOLA XLVII. Leonis ad Anaſtaſium Epiſcopum Theſſalonicenſem. 27
EPISTOLA XLVIII. ad Julianum Epiſcopum Coenſem. 28
EPISTOLA XLIX. ad Flavianum Epiſcopum Conſtantinopolitanum *ibid.*
EPISTOLA L. ad Conſtantinopolitanos G. L. 29
EPISTOLA LI. ad Fauſtum, & cæteros Archimandritas Conſtantinopolitanos G. L. 31
EPISTOLA LII. Theodoreti Epiſcopi Ciri ad S. Leonem Papam G. L. 35
EPISTOLA LIII. ſeu Anatolii Conſtantinopolitani Epiſcopi ad S. Leonem fragmentum G. L. 43
Admonitio Ballerinorum in idem fragmentum. 42
EPISTOLA LIV. Leonis ad Theodoſium Auguſtum. 45
EPISTOLA LV. Valentiniani Imperatoris ad Theodoſium Auguſtum G. L. 49
EPISTOLA LVI. Gallæ Placidiæ Auguſtæ ad Theodoſium Auguſtum G. L. 51
EPISTOLA LVII. Liciniæ Eudoxiæ Auguſtæ ad eundem Theodoſium G. L. 53

ANNO CHRISTI 441.

EPISTOLA LVIII. Gallæ Placidiæ ad Pulcheriam Auguſtam G. L. 55
Admonitio Ballerinorum in eaſdem imperiales Epiſtolas. 46
EPISTOLA LIX. Leonis ad Clerum & Plebem Conſtantinopolitanam. 57
EPISTOLA LX. ad Pulcheriam Auguſtam. 64
EPISTOLA LXI. ad Martinum & Fauſtum Presbyteros. 65
EPISTOLA LXII. Theodoſii Imperatoris ad Valentinianum Auguſtum G. L. 67
EPISTOLA LXIII. ejuſdem Theodoſii ad Gallam Placidiam Auguſtam G. L. 69
EPISTOLA LXIV. ejuſdem Theodoſii ad Liciniam Eudoxiam G.L. *ibid.*
EPISTOLA LXV. ſeu Preces miſſæ ab univerſis comprovincialibus Epiſcopis Metropolis Arelatenſis ad S. Leonem Papam. 71
Jacobi Sirmondi nota poſthuma in eandem epiſtolam. 75
EPISTOLA LXVI. S. Leonis ad præcedentes comprovincialium Epiſcoporum Metropolis Arelatenſis preces reſpondentis. 76
Jacobi Sirmondi nota poſthuma in eandem Epiſtolam. 77
EPISTOLA LXVII. ad Ravennium Arelatenſem Epiſcopum. 78
Jacobi Sirmondi nota poſthuma in eandem epiſtolam. 79
EPISTOLA LXVIII. Caretii, Salonii, & Verani Epiſcoporum Gallorum ad S. Leonem. 81
EPISTOA LXIX. S. Leonis ad Theodoſium Auguſtum. 83
EPISTOLA LXX. ad Pulcheriam Auguſtam. 86
EPISTOLA LXXI. ad Archimandritas Conſtantinopolitanos. 88
EPISTOLA LXXII. ad Fauſtum Presbyterum G. L. 91

Præ-

ANNO CHRISTI 441.

Præmonitio Ballerinorum in eandem epistolam. 90
EPISTOLA LXXIII. Valentini & Marciani ad S. Leonem. G. L. 93
EPISTOLA LXXIV. S. Leonis ad Martinum Presbyterum. 95
EPISTOLA LXXV. ad Faustum & Martinum Presbyteros. 96
EPISTOLA LXXVI. Marciani Imperatoris ad S. Leonem G. L. 97
EPISTOLA LXXVII. Pulcheriæ Augustæ ad S. Leonem G. L. 99
EPISTOLA LXXVIII. S. Leonis ad Marcianum Augustum. 103
EPISTOLA LXXIX. ad Pulcheriam Augustam. 105
EPISTOLA LXXX. ad Anatolium Episcopum Constantinopolitanum. 108
EPISTOLA LXXXI. ad Julianum Episcopum. 111
EPISTOLA LXXXII. ad Marcianum Augustum. 112
EPISTOLA LXXXIII. ad eundem. 114
EPISTOLA LXXXIV. ad Pulcheriam Augustam. 116
EPISTOLA LXXXV. ad Anatolium Episcopum Constantinopolitanum. 117
EPISTOLA LXXXVI. ad Julianum Coensem Episcopum. 119
EPISTOLA LXXXVII. ad Anatolium Episcopum Constantinopolitanum. 120
EPISTOLA LXXXVIII. ad Paschasinum Episcopum Lilibætanum. 123
In eandem epistolam Ballerinorum præmonitio. 122
EPISTOLA LXXXIX. ad Marcianum Augustum. 125
EPISTOLA XC. ad eundem. 127
EPISTOLA XCI. ad Anatolium Episcopum Constantinopolitanum. 129
EPISTOLA XCII. ad Julianum Coensem Episcopum. 130
EPISTOLA XCIII. ad Synodum quæ Nicæam primum indicta, postea vero Chalcedone collecta est. G. L. 131
EPISTOLA XCIV. ad Marcianum Augustum. 135
EPISTOLA XCV. ad Pulcheriam Augustam. 137
EPISTOLA XCVI. ad Ravennium Arelatensem Episcopum. 140
EPISTOLA XCVII. Synodica Eusebii Mediolanensis Episcopi ad S. Leonem. 141
EPISTOLA XCVIII. S. Synodi Chalcedonensis ad S. Leonem G. L. 146
Ballerinorum in eandem Epistolam Præmonitio. ibid.
Alia ejusdem epistolæ antiquior versio. 155
EPISTOLA XCIX. Synodica Ravennii aliorumque Episcoporum Gallorum ad S. Leonem. 161
EPISTOLA C. Marciani Imperatoris ad S. Leonem. 166
Ejusdem epistolæ exemplar cum nova interpretatione Latina. 167
EPISTOLA CI. Anatolii Episcopi Constantinopolis ad S. Leonem G. L. 171
EPISTOLA CII. S. Leonis ad Episcopos Galliarum. 181
EPISTOLA CIII. ad eosdem. 184
EPISTOLA CIV. ad Marianum Augustum de ambitu Anatolii Ep. Const. G. L. 187
EPISTOLA CV. ad Pulcheriam Aug. de ambitu Anatolii. 195
EPISTOLA CVI. ad Anatolium Ep. CP. G. L. 198
EPISTOLA CVII. ad Julianum Coensem Ep. 207
EPISTOLA CVIII. ad Theodorum Forojuliensem Ep. 208
EPISTOLA CIX. ad Julianum Ep. Coensem. 211
EPISTOLA CX. Marciani Aug. ad S. Leonem. 215
EPISTOLA CXI. S. Leonis ad Marcianum Aug. de Aetio & Andrea. 217
EPISTOLA CXII. ad Pulcheriam Aug. 220
EPISTOLA CXIII. ad Julianum Ep. Coensem. 221
EPISTOLA CXIV. ad Episcopos in Chalcedonensi Synodo congregatos G. L. 225
EPISTOLA CXV. ad Marcianum Augustum G. L. 229
EPISTOLA CXVI. ad Pulcheriam Aug. 233
EPISTOLA CXVII. ad Julianum Episcopum Coensem. 234
EPISTOLA CXVIII. ad eundem. 236
EPISTOLA CXIX. ad Maximum Antiochenum Ep. 238
EPISTOLA CXX. ad Theodorum Episcopum Cyri. 243
EPISTOLA CXXI. ad Marcianum Augustum. 251
EPISTOLA CXXII. ad Julianum Ep. 254
EPISTOLA CXXIII. ad Eudociam

ANNO CHRISTI 441.

Aug. de Monachis Palæstinis. 256
EPISTOLA CXXIV. ad Monachos Palæstinos. 258
EP. CXXV. ad Julianum Coens. ep. 264
EP. CXXVI. ad Marcianum Aug. 265
EPISTOLA CXXVII. ad Julianum Coensem Episcopum. 266
EP. CXXVIII. ad Marcianam Aug. 269
EPISTOLA CXXIX. ad Proterium Ep. Alexandrinum, *cum Præmonitione Ballerinorum.* 279
EP. CXXX. ad Marcianum Aug. 273
EP. CXXXI. ad Julianum Coens. Ep. 276
EP. CXXXII. Anatolii ad S. Leon. 277
EP. CXXXIII. S. Proterii Ep. Alex. ad S. Leonem. 279
EP. CXXXIV. S. Leonis ad Marcianum Aug. 288
EP. CXXXV. ad Anatolium Ep. 290
EP. CXXXVI. ad Marcianum Aug. *De correctione Anatolii.* 292
EP. CXXXVII. ad eundem. 294
EP. CXXXVIII. ad Episcopos Galliarum & Hispaniar. *de Paschate.* 295
EP. CXXXIX. ad Juvenalem Ep. Hierosolym. G. L. *ibid.*
EP. CXL. ad Julianum Ep. Coens. 303
EP. CXLI. ad eundem. 304
EP. CXLII. ad Marcianum Aug. *ibid.*
EP. CXLIII. ad Anatolium. 305
EP. CXLIV. ad Julianum ep. Coens. 306
EP. CXLV. ad Leonem Aug. 307
EP. CXLVI. ad Julianum ep. Coens. 309
EP. CXLVII. ad Julianum Coens. Ep. & Aetium Presbyterum. 310
EP. CXLVIII. ad Leonem Aug. 311
EP. CXLIX. ad Basilium Ep. Antioch. *cum præmonitione Ballerinorum.* 313
EP. CL. ad Euxitheum Ep. Thessalon. ad Juvenalem Jerosol. Petrum Corinthium, & Lucam Dyrrachenum. 315
EP. CLI. ad Anatolium. 316
EP. CLII. ad Julianum Coens. ep. 317
EP. CLIII. ad Aetium Presb. CP. 318
EP. CLIV. ad Episcop. Ægyptios. 319
EP. CLV. ad Anatolium. 320
EP. CLVI. ad Leonem Aug. *cum præmonitione Ballerinorum.* 323
EP. CLVII. ad Anatolium. 327
EP. CLVIII. ad Episcopos catholicos Ægypti. 329
EP. CLIX. ad Nicetam Ep. Aquil. 330
EP. CLX. ad Episc. & clericos ex Ægypto apud Constantinopolim constitutos. 335
EP. CLXI. ad Presbyt. Diac. & Clericos Ecclesiæ Constantinopol. 337
EP. CLXII. ad Leonem Aug. 338
EP. CLXIII. ad Anatolium. 341
EP. CLXIV. ad Leonem Aug. 343

ANNO CHRISTI 441.

EPISTOLA CLXV. ad Leonem Aug. *cum præmonitione Ballerinorum* 347. & seqq.
EP. CLXVI. ad Neonem Ep. Ravennatem, *cum præmonitione Ballerinorum* 385. & seqq.
EP. CLXVII. ad Rusticum Narbonensem, *cum præmonitione Ballerinorum* 391. & seqq.
Notæ Jacobi Sirmondi. 407
Ejusdem Notæ posthumæ. ibid.
EP. CLXVIII. ad Ep. per Campaniam, Samnium &c. constitutos. 409
EP. CLXIX. ad Leonem Aug. 411
EP. CLXX. ad Gennadium ep. CP. 413
EP. CLXXI. ad Timotheum episcopum Alexandrinum. 414
EP. CLXXII. ad Presbyteros & Diaconos Eccl. Alex. 416
EP. CLXXIII. ad quosdam Ægypti Episcopos. *ibid.*
Fragmentum I. epistolæ S. Leonis ad Theodosium Imp. G. L. 423
Fragmentum II. Epistolæ Flaviani Ep. CP. ad S. Leonem G. L. 425
Fragm. III. epistolæ S. Leonis ad Anastasium Ep. Thessal. G. L. 427
Præmonitio Ballerinorum in eadem fragmenta. 419
Sententia Papæ Leonis *cum præmonitione P. Dominici Mansi.* 430
EP. ad Episcopos Gallicanos. 431
EP. *de Privilegio chorepiscoporum, sive Presbyterorum.* ibid.
☞ Fragmentum vetustissimum damnationis Manichæorum. *ibid.*
Huc usque additamenta ex Ballerinis. ☜
CONCILIUM ARAUSICANUM. 434
Jacobi Sirmondi notæ in canones ejusdem Concilii. 443
Notæ Severini Binii. 449
Notæ Gabrielis Albaspinæi. 450
442. *CONCILIUM VASENSE II.* 451
Notæ Jacobi Sirmondi. 456
Notæ Severini Binii. 458
Notæ Gabrielis Albaspinæi. ibid.
CONCILIUM ROMANUM in causa Manichæorum. 459
inter annum 440. & 444. *CONCILIUM INCERTI LOCI.* 461
☞ *CONCILIUM CONSTANTINOP.* 463
445. *CONCILIUM ROMANUM II.* sub Leone I. *in causa Hilarii Arelat.* *ibid.*
☞ Additio ad idem Romanum Concilium. *ibid.*
CONCILIUM ANTIOCHENUM in causa Athanasii Parrhensis. 465
CONCIL. HIERAPOLITANUM. ibid.
☞ Fulgentii Ferrandi Breviatio Canonum. 466
446. *CONCILIUM INCERTI LOCI.* 487

Notæ

ANNO CHRISTI

446. *Notæ Sirmondi.* ibid.
Observatio P. Pagi. 488
SYNODUS MAGNA VEROLAMII. 489
Observatio P. Pagi. 490
CONCILIUM ASTURICENSE. ibid.
Observatio Card. de Aguirre. 492
Epistola S. Turibii Asturicensis. ibid.
447 *CONCILIUM HISPANICUM Generale in causa Priscillianistarum.* ibid.
Notæ Severini Binii. ibid.
Observatio Philippi Labbe. 494
CONCILIUM EPHESINUM. ibid.
448 *CONCILIUM ROMANUM.* ibid.
CONCILIUM ANTIOCHENUM. 495
CONC. CONSTANTINOPOLITAN. I. in quo Eutyches condemnatus est. ibid.
Notæ Severini Binii. ibid.
Constantinopolitana Flaviani ex libello Synodico G. L. 497
Judicium Ecclesiasticum Tyri in causa Ibæ. *ibid.*
Notæ Severini Binii. ibid.
Judicium Ecclesiasticum Beryti in causa Ibæ. 499
Notæ Severini Binii. ibid.
Observatio P. Pagi. ibid.
Ad Berytense Judicium adnotatio Chronologica. 501
CONCIL. CONSTANTINOPOLIT. II. in causa Eutychetis. 503
Notæ Severini Binii. ibid.
449 CONCILIABULUM EPHESINUM SECUNDUM universale reprobatum. *ibid.*
Notæ Severini Binii. ibid.
Ephesina Dioscori ex libello Synodico. G. L. 507
CONCILIUM BRITANNICUM. ibid.
CONCILIUM ROMANUM III. 509
Idem ex libello Synodico G. L. *ibid.*
450 *CONCILIUM CONSTANTINOPOLITANUM.* ibid.
CONCILIUM ROMANUM IV. 511
CONCILIUM ROMANUM V. G. L. ibid.
CONCIL. CONSTANTINOPOLITANUM. 513
Notæ Severini Binii. ibid.

ANNO CHRISTI

450. Synodus S. Patricii. *ibid.*
Ad Synodum S. Patricii Additio. 519
Canones S. Patricio adscripti. 521
Synodus alia S. Patricii. *ibid.*
CONCILIUM MEDIOLANENSE. 527
451 *CONCILIUM CHALCEDONENSE.* 529
Historia Concilii. *ibid.*
Ad Acta ejusdem Concilii præmonitio. 537
PARS I. comprehendens epistolas ad idem Concilium pertinentes. G. L. 539
PARS II. in qua ejus acta continentur. G. L. 563
Actio Prima G. L. 650
Actio Secunda G. L. 938
Actio Tertia G. L. 975

APPENDIX.

Prisca Canonum Editio Latina. 1105
Ballerinorum admonitio. 1109
Tituli & Canones Ancyrensis. 1113
Tituli & Canones Neocæsariensis. 1120
Tituli & Canones Nicæni. 1124
Tituli & Canones Sardicensis. 1140
Tituli & Canones Gangrensis. 1151
Tituli & Canones Antiochensis. 1158
Tituli & Canones Chalcedonensis. 1168
Tituli & Canones Constantinopolitani. 1174
Antiquissima Interpretatio Latina Canonum Nicænorum. 1183
Fides Nicæni Concilii. 1185
Vetus Interpretatio Latina Canonum Nicænorum, Sardicensium, & Chalcedonensium. 1191
Synodus Nicæna sub Alexandro Episcopo Alexandriæ. 1195
Canones Synodi Sardicensis. 1202
Statuta Synodi Chalcedonensis. 1225

EPI-

EPISTOLARUM S. LEONIS MAGNI CONTINUATIO.

ADMONITIO

In ſequentem epiſtolam.

DUÆ ſequentes epiſtolæ 43. & 44. de re eadem ac eodem, uti præfertur, die ad eumdem Imperatorem Theodoſium ſcriptæ, eaſdem fere, ſi Latinum textum ſpectes, ne dum ſententias, ſed etiam voces in partem maximam exhibent. Id aliquam ſuppoſitionis ſuſpicionem injecit Porro epiſtola 43. duplici manifeſto vitio laborat. Primo certum errorem contra hiſtoriæ veritatem præfert illis verbis cap. 1. *Hæc nobis comperta ſunt ... ab ipſis reverendiſſimis Epiſcopis, qui a nobis miſſi ſunt*. Solus enim Julius Epiſcopus Puteolanus ad Synodum Legatus fuit: ac præterea unus Hilarus Diaconus, qui ex Pſeudoſynodo Epheſina fugit, res geſtas ad Pontificem coram retuliſſe, nulla umquam ipſius Julii mentione facta, traditur epiſt. 44. & 45. Deinde eodem cap. 1. aperta lacuna detegitur. Cum enim verba *pro ſupradicti Sacerdotis arbitrio* ad Dioſcorum referantur; Dioſcori mentionem præceſſiſſe innuunt, uti præcedit in epiſt. 44. quæ tamen mentio non apparet in epiſt. 43. Quapropter hæc epiſtola veluti ſpuria nonnullis repudianda viſa eſt, inter quos legendus Tillemontius not. 31. in Leonis vitam.

2 Nos vero ne de ſuppoſitione ac falſitate hujus epiſtolæ ſuſpicemur, Græcæ collectionis Calchedonenſis, in qua non minus hæc epiſtola deſcribitur, quam epiſtola 44. auctoritas cogit. Etſi enim eamdem epiſtolam ſatis vindicare poſſit Calchedonenſis collectio Latina, quæ ante medium VI. ſæculum lucubrata hanc epiſtolam exhibet, multo tamen evidentius omnem ſuſpicionem amovere debet Græca collectio, quippe quæ ipſo Leone vivente compacta fuit inter an. 453. & 455. ut in Præfat. ad epiſtolas demonſtravimus num. 34. Igitur hoc tempore exſtitit apud Græcos Latinum hujus epiſtolæ autographum, ex quo Græca interpretatio manavit. Majus & antiquius germanitatis teſtimonium deſiderari nequit, quod nulla lacuna, errore nullo, qui nunc in ea epiſtola appareant, vocari poteſt in dubium: ſecus alia documenta, quæ cum erroribus vel lacunis ad nos pervenerunt, etſi aliunde eſſent certiſſima, repudiari, vel in ſuſpicionem vocari poſſent.

3 Dum vero ob tantam auctoritatem ſtet, hanc epiſtolam 43. ſuppoſititiam non eſſe; quoad ea, quæ difficultatem afferunt, etſi non æque certo definire, aliquid tamen non improbabiliter conjectari licebit. Antea vero præmittendum eſt, hactenus quidem præſumtum fuiſſe epiſtolam 43. uti Latine edita eſt ex Latina collectione Calchedonenſi, ipſum eſſe originale Latinum S. Leonis, quod vetus collector invenerit, ſuæque collectioni inſeruerit, ut in ceteris ple-

plerisque Leonis epistolis accidit, ac præsertim in epistola 44., cujus originale Latinum ab eodem repertum, Latinæ collectioni insertum fuit: id quod confirmare posse videtur chronica nota huic epistolæ Latinæ apposita, quæ cum in Græca versione ex more Græci interpretis omissa fuerit, ex invento originali Latino derivare videtur. At hanc præsumtionem esse falsam, & Latinum textum, quem habemus epistolæ 43. non esse originale, nec originalis Latini exemplum, satis manifeste deteximus. Cum enim in Græca versione hujus epistolæ ea non exigua lacuna sit, quam paullo ante indicavimus; si auctor Latinæ collectionis Calchedon. Latinum exemplum, quod insereret, nactus fuisset, ita in Latino ipsius epistolæ textu suppleta legeretur memorata lacuna, sicuti ex Latino exemplo, quod invenit epistolæ 33. ad Julianum suppletæ noscuntur lacunæ quatuor, quæ in Græca ejusdem interpretatione deprehenduntur: licet ex his non perinde vitietur ipsius epistolæ sensus, uti ex unica maxime læditur sensus epistolæ 43. Ideo igitur collector non supplevit in textu Latino versionis Græcæ lacunam hujus epistolæ, quia Latinum ipsius originale, vel exemplum nequaquam invenit. Adde quod, si Latinum exemplum invenisset collector, non solum lacunam supplesset, sed errorem etiam historicæ veritati contrarium exinde emendasset. Exemplar enim Latinum æque mendosum ac mutilum ab eo fuisse inventum, sicuti mendosa ac mutila est Græca versio, omnino incredibile est. De nota chronica, quæ in Latino præfertur, dicemus paullo post.

4 Cum ergo Latino collectori defuerit hujus epistolæ originale, vel exemplar Latinum, ac præ oculis habuerit tantum Græcam versionem: Latinum textum, quem dedit, sic ab eodem compactum arbitramur. Cum reperisset Latinum exemplar solius epistolæ 44. quæ plures exhibet sententias similes epistolæ 43. ubi similia, vel fere similia in utrisque deprehendit, abstinens ab interpretatione Græci textus hujus epistolæ, qui loco originalis habendus erat, transcripsit Latina verba, integrasque periodos ex originali Latino epistolæ 44., eaque aptavit epistolæ 43. Ubi vero diversas sententias perspexit, quæ non exstant in epistola 44. uti accidit præsertim in epistolæ exordio, interpretationem ex Græco facere coactus fuit. Interpretationis quidem indicium proditur in nonnullis capitis primi, quæ a Leonina ratione scribendi non modicum discrepant: nec non in illo Imperatoris titulo initio cap. 2. inserto *Tranquillissime Principum*, quem a Leoninis formulis abhorrentem, ad Græcam locutionem propius accedere, idem Tillemontius laudato loco persensit. Titulus etiam *Reverendissimi*, qui Episcopis Legatis capite primo tribuitur, a Leonis more alienus, ex Græco manare dignoscitur: quod enim Græce *εὐλαβέστατος* scribitur, in antiqua versione Concilii Calchedonensis *reverendissimus* redditur.

5 Si vero Latinus textus ab auctore Latinæ collectionis Calchedonensis ita ex arbitrio confectus, Leoninus originalis nec est, nec haberi potest; jam tota disquisitio versari debet non circa Latinum textum, sed circa Græcum, qui ex originali in Orientem misso profectus, ubi deest originale Latinum, loco originalis habendus est. Græcum autem textum expendentibus palam fiet, non unum exordium epistolæ diferre ab exordio epistolæ 44., sed totas litteras discrepare, adeo ut, licet similes sententiæ plerumque concurrant in utrisque, in pluribus tamen quamvis minutioribus differant: quæ non interpretationi diversæ earumdem litterarum, sed Latinis originalibus dissimilibus tribuenda sunt. Nam aliæ sententiæ brevioribus verbis in Græco epistolæ 43. expositæ, quæ latius explicantur in ep. 44., nonnulla commata omittunt, quæ interpres non præterisset; aliæ vero diversa etiam ratione proponuntur, ut, exempli gratia, est illud *atque isti, quorum est caussa gravior, vel consiliis acquiescant, vel ab una Ecclesia exscindantur*: quæ sententia aliter exponitur in ep. 44. his verbis: *ipsique, quorum est caussa durior, si consiliis melioribus acquiescant, ab Ecclesiæ unitate non excidant*. Hæc duplex ejusdem sententiæ explicandæ ratio non a diverso Græco ejusdem epistolæ interprete, sed ab exemplo Latino diverso manifeste pendet. Ex his epistolam 43. quæ collato Græco textu tot capitibus discrepare cognoscitur ab epistola 44., aliam esse epistolam nihil dubitandum est: ac proinde necessarium fuit, Græci textus, qui originalis vicem gerit, Latinam interpretationem dare, non solum ut Græcæ linguæ minus peritis patefieret apertum discrimen, verum etiam ut haberetur latine hæc epistola, quæ solum græce prostat: Latinus enim textus, quem habemus, nec originalis, nec integra versio est, ut vidimus, & epistolam 44. potius quam epist. 43. in partem maximam exhibet.

6 Fatendum vero est, in Græco textu præter lacunam & errorem historicum, quorum initio meminimus, alia loca vel luxata & corrupta, vel certe obscura & implexa inveniri. At errorem historicum facili duarum litterarum mutatione emendari in Græco textu, nullo autem modo in veteri interpretatione Latina, eumque antiquo librario potius, quam Græco interpreti tribuendum, adnotatione 5. observabimus. Lacuna vero, quæ primo capite evidens est, utrum ab interpretis, an vero ab amanuensis saltu derivet, dijudicari nequit. Cetera autem loca luxata, vel implexa & involuta, partim forte ab amanuensi, partim vero ab ipso imperito interprete proficiscuntur: quod tamen aliis Græcis versionibus in hac collectione insertis commune est: identidem enim Græcus interpres ob Latini sermonis imperitiam non admodum exacte auctoris mentem assecutus, minus recte reddidit quædam loca, quæ probe intelligentibus Latinam linguam ex collatione originalium, quæ supersunt, aliter reddenda fuisse noscuntur. Hæc autem obscura & implexa loca quid ex Leonis mente significent, colligi quidem potest ex originali Latino epistolæ 44. quod similes sententias præfert; at ex hoc eadem verba transferenda non sunt in epistolam 43., ut collector Latinus fecit. Etsi enim Leonis mos fuerit eamdem nonnumquam epistolam renovare, & nedum easdem sententias, sed eadem fere verba in posterius exemplum traducere, ut patet ex ep. 30. & 31. ad Pulcheriam; cum tamen nonnulla etiam addere, vel detrahere, aut mutare consueverit, incertum est, num in locis memoratis aliquid tale contigerit. Solum in adnotationibus indicare licebit verba, quæ vel supplenda videntur, vel Leonis mentem aperient, ut ne tamen ea huic epistolæ ab eodem inserta affirmare possimus. Ita solutæ sunt vel omnes, vel saltem præcipuæ difficultates,

quæ

quæ contra hanc epiſtolam opponebantur, adeo ut vel ex hoc de ejus germanitate nihil ſit ambigendum.

7 In ea vero quæſtione, cur duæ tam ſimiles epiſtolæ ad eumdem Imperatorem traditæ fuerint, Queſnellus ſuſpicatus eſt epiſtolam 43. forſitan eſſe exemplar epiſtolæ 44., quod nonnullis mutatis S. Leo miſerit ad Pulcheriam Auguſtam: nam in ep. 45. ad eamdem ſcribens, ejuſmodi exemplar ſe ad ipſam mittere teſtatur. At hoc in hypotheſi ejuſdem chronicæ notationis in utraque epiſtola ſatis ingenioſe dictum videri poteſt: non tamen probabiliter, veriſimillimum enim eſt Leonem ad Pulcheriam miſiſſe exemplar, quod originali ad Theodoſium tradito reſponderet. Hypotheſim vero ejuſdem diei in epiſtola ſignati, ex Latino textu pendet, quod non eſſe proprium hujus epiſtolæ, ſed ex ep. 44. ſumtum jam demonſtravimus. Repudiata vero hac hypotheſi id ita eveniſſe conjici poteſt. S. Pontifex primo ſcripſit epiſtolam 43. Hæc ſane in omnibus tum Venetis, tum Vaticanis Græcis codicibus, nec non in illis, quos vetus interpres Latinus, ſeu Ruſticus vidit, primo loco conſtanter deſcribitur ante epiſtolam 44. quod anterioris temporis indicium eſt; at poſt aliquot dies, cum jam diſceſſiſſent ii, quibus ep. 43. tradita fuerat, eamdem S. Leo aliquibus mutatis, ac pluribus additis renovavit, aliiſque tradidit perferendam, ita ut, priori, ſi fieri poſſet, revocata vel ſuppreſſa, hanc Theodoſio offerrent; ejuſdemque exemplum litteris ad Pulcheriam ſcriptis junxit. Ita porro factum eſt ut ambæ in Orientem pervenerint, & a Græco collectionis Calchedonenſis auctore utrçque inventę & inſertę fuerint.

8 Tandem dicendum eſt aliquid de canone, qui licet in vulgatis Conciliorum ſubjiciatur Græcæ verſioni epiſtolæ 44., eo quod hæc editorum arbitrio primo loco edita fuit; in codicibus tamen ſubnectitur huic epiſtolæ 43., quæ in iiſdem, uti jam diximus, primo loco deſcribitur. Cum S. Pontifex *canonum Nicææ habitorum decreta ſubter annexa* memoret epiſt. 44.; non unum tantum canonem ſubjeciſſe videtur, ſed plures, illos ſcilicet, qui de appellatione in Sardicenſi Concilio lati, ex vetuſta Latinæ, ac præſertim Romanæ Eccleſiæ conſuetudine Nicænis canonibus adjecti Nicænorum nomine circumferebantur. Cum vero idem Pontifex pluralem numerum ex. gr. *epiſtolæ*, *exemplaria* &c. pro una *epiſtola*, uno *exemplari* ſignificando adhibere ſoleat, ut vidimus adnot. 3. in epiſt. 13., & 7. in epiſt. 45. hic quoque laudatis vocibus pluralis numeri unum canonem quartum ejuſdem Sardicenſis Concilii indicaſſe dicendus eſt, eo quod hunc unum canonem vetus interpres Græcus reddidit, ut omnes Græci codices oſtendunt. Similiter cum Galla Placidia epiſt. 56. plurali numero allegavit *ſecundum definitiones Nicæni Concilii*; unum canonem quintum Sardicenſem innuit, ut in margine editorum notatur. Porro in editionibus Conciliorum ex aliquo Romano codice hic titulus canoni præfigitur, qui in tribus Venetis MSS. non legitur: Ἀντίτυπον συνεδρίου ἐν τῷ τόπῳ τῶν καινῶν, ἐν οἷς διελάλησαν: nimirum latine: *Exemplum Concilii in loco Novorum, ubi locuti ſunt*. Canon vero ad Venetos codices exactus ſic effertur: Γαυδέντιος Ἐπίσκοπος εἶπεν. εἰ ἀρέσκει προστεθῆναι ταύτῃ τῇ ἀποφάσει, ἥν τινα πλήρη ἁγιότητος προσηνέγκατε, ὁπηνίκα ἄλλος ἐπίσκοπος καθῃρέθη κρίσει ἐπισκόπων, καὶ διεμαρτύρατο ἐν πόλει τῶν καινῶν κινηθῆναι τὰ τοῦ πράγματος. οὐδὲ ἕτερος ἐπίσκοπος ἐν ταύτῃ τῇ καθέδρᾳ μετὰ τὴν αἴτησιν τοῦ φενομένου καθῃρῆσθαι, παντελῶς ἐν ἑτέρῳ τόπῳ τυπωθῆναι τὰ τοῦ πράγματος μὴ δύνασθαι, εἰ μὴ παρὰ τῶν ἐκεῖσε κριτῶν δέξηται τὸν ὅρον. Latine autem ſic: *Gaudentius Epiſcopus dixit: Si placet, ut adjiciatur huic ſententiæ, quam plenam protuliſtis: quoties alius* (legendum *aliquis*) *Epiſcopus depoſitus fuerit Epiſcoporum judicio, & proclamaverit, ut in civitate Novorum cauſſa agitetur; alter autem Epiſcopus in eadem cathedra poſt appellationem ejus, qui videtur eſſe depoſitus, omnino in altero loco cauſſam pro firma haberi non poſſe, niſi illic a judicibus finem accipiat*. Depravatiſſimam interpretationem ejus Latini canonis quem S. Leo ſuæ epiſtolæ ſubjecit, verus Latinus canon Sardicenſis demonſtrabit. Hunc proferimus ex iis antiquiſſimis codicibus, & collectionibus canonum, in quibus cum Sardicenſes ex Romanæ Eccleſiæ more Nicænis accenſeantur, lectionem inde ſumtam eam eſſe, quam Leo ſuis litteris ſubtexuit, indubium videtur. *Gaudentius Epiſcopus dixit: Addendum eſt, ſi placet, huic ſententiæ, quam plenam ſanctitatis protuliſtis, ut cum aliquis depoſitus fuerit Epiſcopus eorum Epiſcoporum judicio, qui in vicinis locis commorantur, & proclamaverit agendum ſibi negotium in urbe Roma; alter Epiſcopus in ejus* (al. *eadem*) *cathedra poſt appellationem ejus, qui videtur eſſe depoſitus, omnino non ordinetur* (quidam codd. addunt *in loco ipſius*) *niſi cauſſa fuerit in judicio Romani Epiſcopi determinata*. Nunc ſi conferas hunc verum canonem cum Græca verſione, quam dedimus; omiſſionem harum vocum *qui in vicinis locis commorantur*, & ſententiam in fine involutiſſimam deprehendes: ac propterea voces *in urbe Roma* perperam redditas ἐν πόλει τῶν καινῶν *in civitate novorum*, & voces *in judicio Romani Epiſcopi* redditas παρὰ τῶν ἐκεῖσε κριτῶν *illic a judicibus*, ita ut Romanæ urbis, ac Epiſcopi mentio nulla ſit: quod num caſu, an conſulto acciderit, alii judicent. Jure itaque editores Romani notarunt: *Hunc canonem ſimul cum epiſtola interpres illius temporis græce reddidit ſatis depravatum, & mancum, ſicut & ceteras etiam ejuſdem B. Leonis epiſtolas, quæ in hoc Calchedonenſi Concilio ſunt inſertæ*. Jam vero Græcam interpretationem cum Latina ejuſdem verſione primum exhibeamus; dein ſubjiciemus antiquam editionem Latinam, quæ ex MSS. collectionis Calchedonenſis prodiit, licet hæc pro originali Leonis epiſtola haberi non poſſit.

MSS. Vat. Reg. 1997. Vindeb. 39. & Veron. 58.

* Alias XXXIX. Quæ autem erat 43. nunc 47. Paullo ante 13. Octobr. an. 449.

EPISTOLA XLIII. *

Ad Theodosium Auguſtum.

Epiſtola Leonis ad Theodoſium divæ memoriæ, per quam rogavit ſpecialem Synodum in partibus Italiæ fieri, & nullo alio in loco; propterea quod ſit id canonibus contrarium.

Glorioſiſſimo & ſereniſſimo Theodosio Imperatori Leo Epiſcopus.

Antea & ab initio in iis, quæ factæ ſunt, Synodis tantam nos accepimus fiduciam a ſanctiſſimo Petro & Principe Apoſtolorum, ut poteſtatem habeamus & veritatis vindicandæ pro noſtra pace, & nemini ipſam liceat, cum munita adeo ſit, concutere, dum ſine mora læſio removetur. Quoniam igitur Concilium Epiſcoporum, quod in Epheſina civitate propter Flavianum fieri juſſiſtis, & ipſam lædit fidem, & omnes ſauciat Eccleſias . . . . Atque hæc non ab incerto nuntio nobis cognita ſunt, ſed ab ipſis, quos miſimus, religioſiſſimo Epiſcopo, & fideliſſimo Hilaro Diacono noſtro, qui, quæ acta ſunt, nobis expoſuerunt. Quod autem accidit, hanc habet cauſſam, quod non pura conſcientia rectoque judicio ſecundum conſuetudinem ii, qui convenerunt, de fide, & de iis, qui decepti fuerunt, ſententiam protulere. Cognoſcimus enim ad Concilium non omnes, quos oportebat, conveniſſe; ſed alios quidem ejectos alios autem intromiſſos, qui * prædicti Epiſcopi circumventione impiis ſubſcriptionibus capti ſunt. Talis namque ab ipſo prolata ſententia, ut omnibus per ipſum Eccleſiis injuria inferretur. Hujuſcemodi enim rem valde impiam fideique repugnantem ii teſtes de viſu, qui per nos miſſi ſunt, nobis ſignificarunt. Unde, sereniſſime Imperator, a veſtra pia conſcientia periculum cauſſa fidei avertere dignare, neque humana præſumtio Chriſti Evangelio vim inferat. Hæc ego, o chriſtianiſſime,

* ideſt Dioſcori Alexandrini.

A a Ἐπιστολὴ Λέοντος ἀποσταλεῖσα πρὸς Θεοδόσιον τὸν τῆς θείας μνήμης, δι᾽ ἧς ᾔτησεν ἰδικὴν σύνοδον, ἐν τῆς τῆς Ἰταλίας γενέσθαι, καὶ ἐν μηδενὶ ἑτέρῳ τόπῳ b διὰ τὸ τοῦτο ὑπεναντίον εἶναι τῶν κανόνων.

Τῷ ἐνδοξοτάτῳ, καὶ γαληνοτάτῳ Θεοδοσίῳ βασιλεῖ, Λέων ἐπίσκοπος.

Ἄνωθεν, καὶ ἐξ ἀρχῆς ἐν ταῖς γενομέναις συνόδοις, τοσαύτην ἡμεῖς εἰλήφαμεν παρ-
B ῥησίαν παρὰ τοῦ ἁγιωτάτου Πέτρου, καὶ κορυφαίου τῶν ἀποστόλων, ὡς ἔχειν τὴν αὐθεντίαν c καὶ ἐκδικεῖν τὴν ἀλήθειαν ὑπὲρ τῆς d ἡμῶν εἰρήνης, καὶ μηδενὶ δύνασθαι ὀχυρὰν οὕτως ὑπάρχουσαν παρασαλεύειν, παραχρῆμα τῆς βλάβης ἀποσειομένης. ἐπεὶ οὖν τὸ συνέδριον τῶν ἐπισκόπων, ὅπερ γενέσθαι προσετάξατε ἐν τῇ Ἐφεσίων e πόλει διὰ Φλαυιανὸν αὐτήν τε καταβλάπτει τὴν πίστιν, καὶ πάσας τραυματίζει τὰς ἐκκλησίας f .... καὶ ταῦτα ἡμῖν ἔγνωσται οὐ παρὰ ἀβεβαίου τινὸς ἀγγέλου, ἀλλὰ g παρ᾽ αὐτῶν τῶν παρ᾽ ἡμῶν ἀποσταλέντων h εὐλαβεστάτων ἐπισκόπων, καὶ τοῦ πιστοτάτου Ἱλάρου τοῦ ἡ-
C μετέρου διακόνου, τῶν τὰ πεπραγμένα ἡμῖν ὑφηγησαμένων. τὸ δὲ συμβὰν ταύτην ἔχει τὴν αἰτίαν, τὸ μὴ καθαρᾷ συνειδήσει, καὶ ὀρθῇ κρίσει κατὰ τὸ σύνηθες, τοὺς συνελθόντας τῇ τε πίστει, καὶ τοῖς πεπλανημένοις τὴν ἀπόφασιν ἐκφωνῆσαι· ἔγνωμεν γάρ, ἐν τῷ συνεδρίῳ μὴ πάντας συνεληλυθέναι τοὺς ὀφείλοντας, ἀλλ᾽ ἑτέρους μὲν ἐκβληθέντας, ἑτέρους δὲ εἰσδεχθέντας· οἵτινες τῇ ὑπολήψει τοῦ προλεχθέντος ἐπισκόπου i ἀσεβέσιν ἑάλωσαν ὑπογραφαῖς. τοιαύτη γὰρ ἡ παρ᾽ αὐτοῦ ἐξενεχθεῖσα ἀπόφασις, ὡς πάσας δι᾽ αὐτῆς τὰς ἐκκλησίας καταβλάπτεσθαι. σφόδρα γὰρ ἀσεβές, καὶ τῇ πίστει πολεμοῦν τὸ τοιοῦτο θεασάμενοι οἱ παρ᾽ ἡμῶν ἀποστα-
D λέντες, ἡμῖν κατεσήμαναν. ὅθεν γαληνότατε βασιλεῦ, τῆς ὑμετέρας εὐσεβοῦς συνειδήσεως τὸν κίνδυνον ἕνεκα

BALLER. NOTÆ.

a Hunc titulum ad mss. Veneta revocavimus. In vulgatis poſt Λέοντος additur Ἐπισκόπου Ῥώμης, & omittuntur τὸν τῆς θείας μνήμης. Alius præterea titulus in iiſdem codd. Ven. ſubjicitur ſic. Ἐπιστολὴ Λέοντος Ἐπισκόπου Ῥώμης πρὸς Θεοδόσιον βασιλέα περὶ τοῦ τὴν σύνοδον ἐν τοῖς τῆς Ἰταλίας γενέσθαι μέρεσιν.

b Antiquus interpres a Baluzio editus aliter, & melius legit in ſuo Græco textu, cum reddidit *eo quod contraria ſit canonibus ſecunda Synodus Epheſina*: unde hic locus in mss. corruptus vel mutilus agnoſcitur.

c Deeſt καὶ in MS. Ven.

d Vulgati ὑμῶν. Editores Romani in margine ἴσως ἡμῶν; & ita legit etiam vetus interpres, qui hujus capitis exordium e Græco reddidit, uti in Admonitione oſtendimus: ac proinde ſine trepidatione emendavimus.

e In editis πολέμῳ φλαυιανῷ perperam: unde Romani emendarunt in margine; emendationem autem textui inſeruimus, quia & contextus exigit, & ſic legit in textu antiquus interpres.

f Hoc loco ſuſpenſus ſenſus lacunam oſtendit, quæ punctis ſignanda fuit, tametſi in mss. non appareat. Hic enim mentio aliqua erat inſerta Dioſcori, qui Epheſino latrocinio præſidens, in cauſſa fuit, ut eadem pſeudoſynodus & fidem læderet & omnes ſauciaret Eccleſias. Proculdubio erat inſerta, ut ad eum referantur voces ſequentes τοῦ προλεχθέντος *ſupradicti Epiſcopi*, quæ non ad Flavianum, ſed ad Dioſcorum pertinent.

g Ita ex ms. Venet. magis clara ſyntaxi, quam in editis παρ᾽ αὐτῶν παρ᾽ ἡμῶν. Paullo poſt Ἱλαρίου pro Ἱλάρου perperam in eodem codd.

h Vulg. & codd. plurali numero εὐλαβεστάτων ἐπισκόπων. Cum vero manifeſtus ſit error (unus enim *Epiſcopus* Julius miſſus fuit) certa emendatione locum reſtituimus. Facilis autem librariorum lapſus ſcribentium ων pro ου leviſſima duarum litterarum mutatione ſanatur.

i Cod. Ven. ἀσεβέσιν ἄλλοι τινες ὑπογραφαῖς ἐβιάσθησαν.

ἕνεκα τῆς πίστεως ἀποσοβῆσαι καταξίωσον. καὶ μὴ A πρόληψις ἀνθρωπίνη τὸ τοῦ Χριστοῦ εὐαγγέλιον βιάσηται. ταῦτα ἐγὼ, ὦ χριστιανικώτατε, καὶ προσκυνητὲ βασιλεῦ, μετὰ τῶν σὺν ἐμοὶ ἐπισκόπων, εἰλικρινεῖ διαθέσει ποθῶν ὑμᾶς πρὸ πάντων Θεῷ ἀρέσκειν, ᾧ παρὰ πάσης ἐκκλησίας συμφώνως ὑπὲρ τοῦ ὑμετέρου κράτους δεήσεις ἀναπέμπονται, συμβουλεύω· μήποτε δίκας ὑφέξωμεν ἔμπροσθεν τοῦ βήματος τοῦ Χριστοῦ, τὸ τοιοῦτο παρασιωπήσαντες. δέομαι τοιγαροῦν ἐνώπιον τῆς μιᾶς θεότητος τῆς ἀχωρίστου τριάδος, τῆς ἀδικουμένης διὰ τῶν κακῶς πεπραγμένων, φύλακος ὑπαρχούσης τῆς ὑμετέρας βασιλείας, καὶ ἐνώπιον τῶν ἁγίων ἀγγέλων τοῦ Χριστοῦ, ἵνα πάντα μείνωσιν k ἀῤῥαγῆ, καθὼς καὶ πρὸ δίκης ἐτύγχανε· περιμείνωσι δὲ τὸ μεῖζον τῆς συνόδου B κριτήριον, ἐν ᾗ ὁ πᾶς ἀριθμὸς τῶν ἐπισκόπων ἐκ πάσης τῆς οἰκουμένης συνάγεται. καὶ μὴ συγχωρήσητε l ἡμᾶς τῷ ἑτέρων πλαίσματι βάρος ὑπομεῖναι. ὅπερ σαφέστερον εἰπεῖν ἀνάγκης ἐπειγούσεις τῷ δέει κρατούμεθα. ἀλλὰ λαβεῖν πρὸ ὀφθαλμῶν, τοῦ μακαριωτάτου Πέτρου τὴν δόξαν, καὶ τοὺς κοινοὺς στεφάνους σὺν αὐτῷ πάντων τῶν ἀποστόλων, καὶ τὰς τῶν μαρτύρων χαράς. οἷς οὐ γέγονεν ἑτέρα τις αἰτία τοῦ παθεῖν, εἰ μὴ ἡ ὁμολογία τῆς ἀληθοῦς θεότητος, m καὶ ἡ ἐν Χριστῷ τελεία διαμονή. ἧς τινος ὁμολογίας ἀσεβῶς ὑπό τινων νῦν ὀλίγων καταβλαπτομένης, πᾶσαι αἱ ἐκκλησίαι τῶν ἡμετέρων μερῶν, καὶ πάντες οἱ ἱερεῖς, τὴν ὑμετέραν ἡμερότητα C μετὰ δακρύων ἱκετεύουσι κατὰ τὴν αἴτησιν τοῦ λιβέλλου Φλαυιανοῦ τοῦ ἐπισκόπου· ὥστε κελεῦσαι ἰδικὴν σύνοδον ἐν τοῖς τῆς Ἰταλίας ἐπιτελεσθῆναι· ὅπως πᾶσα ἐναντιότης ἐκβληθείη, ἢ καταπραϋνθείη, καὶ μηδὲν ἢ παρέλκον, ἢ ἀμφίβολον ἐπὶ τῇ πίστει· συνερχομένων ἔτι καὶ τῶν ἐπισκόπων ἀπὸ πασῶν τῶν ἀνατολικῶν ἐπαρχιῶν· οἵτινες ὕβρεις κατὰ τὴν ὁδὸν τῆς ἀληθείας ὤφλησαν, σωτηριώδεσι θεραπείαις εἰς τὸ ὁλόκληρον ἀνακληθῶσι, καὶ οὗτοι, ὧν ἔστιν αἰτία βαρυτέρα, ἢ διὰ τῆς συμβουλίας ἡσυχάσωσιν, ἢ ἀπὸ τῆς μιᾶς ἐκκλησίας ἐκκοπῶσιν· ὥστε καὶ ταῦτα ἀναγκαῖον παραφυλάξαι ὅσα ὁ ἐν Νικαίᾳ κανὼν παρακελεύεται, ὅσα τε ὁ ὅρος ὁ ἀπὸ πάσης τῆς οἰκουμένης τῶν ἐπισκόπων κατὰ τὸ ἔθος τῆς καθολικῆς ἐκκλησίας, καὶ τῶν ἡμετέρων πατέρων n ἐλευθέραν τὴν πίστιν, δι' ἧς ἡ ὑμετέρα γαληνότης συνίσταται. τῶν γὰρ βλαπτόντων τὴν ἐκκλησίαν ἀπελαθέντων, καὶ τῶν ὑμετέρων ἐπαρχιῶν ἀπολαυουσῶν τοῦ δικαίου, καὶ τῆς κατὰ τῶν αἱρετικῶν ἐκδικήσεως γενομένης, καὶ τὸ ὑμέτερον βα- D σίλειον τῇ δεξιᾷ τοῦ Χριστοῦ σκεπασθείη.

A & venerabilis Imperator, cum iis, qui mecum sunt Episcopis, sincero affectu cupiens vos ante omnia placere Deo, ad quem ab universa Ecclesia unanimiter pro vestro imperio preces funduntur, ut facias, consilium do, ne forte pœnas persolvamus ante tribunal Christi, si hujuscemodi rem silentio involvamus. Obsecro igitur coram unius Deitatis inseparabili Trinitate, quæ per ea, quæ male acta sunt, læditur, quæque vestri est custos imperii, & coram sanctis Angelis Christi, ut cuncta maneant intacta, sicut & ante judicium existebant. Expectent autem majus criterium Concilii, in quo omnis ex toto orbe Episcoporum numerus congregetur: neque sinatis vos de alieno peccato onus sustinere; quod ut manifestius edicamus, urgentis necessitatis timore constrin- B gimur. Sed ante oculos proponite beatissimi Petri gloriam communesque cum ipso omnium Apostolorum coronas, & martyrum gaudia, quibus non alia fuit caussa patiendi, nisi confessio veræ Deitatis, & in Christo * perfecta permansio. Quæ confessio cum impie nunc a paucis quibusdam læditur, omnes nostrarum partium Ecclesiæ, omnesque Sacerdotes Mansuetudini vestræ cum lacrymis supplicant propter appellationem in Flaviani Episcopi libello contentam, ut speciale Concilium jubeatis in Italiæ partibus peragi, ut omnis conflictus repellatur vel mitigetur, nihilque devians, vel dubium in C fide sit: convenientibusque insuper etiam Episcopis ab orientalibus provinciis omnibus, quidam qui de veritatis via exorbitarunt, salutaribus curationibus in integrum revocentur, & hi, quorum est caussa gravior, vel consiliis acquiescant, vel ab una Ecclesia exscindantur: ita ut necessarium sit & eadem servare, quæ Nicænus canon, & quæ constitutio totius orbis Episcoporum præcipit, secundum catholicæ Ecclesiæ consuetudinem & nostrorum Patrum liberam fidem, per quam Serenitas vestra stabilitur. Iis enim, qui Ecclesiam lædunt, expulsis, vestrisque provinciis jure, quod justum est, potientibus, atque vindicta adversus hæreticos exercita, vestrum etiam imperium Christi dextera defendetur.

* leg. *perfecta, seu veræ humanitatis.* Vide adnot. m in text. Græcum.

EA-

MANSI NOTÆ.

k Editores Roman. in margine ἴσως, ἀρπαγῇ.
l In margine iidem editores ὑμᾶς; & sic legendum.
m Editores Romani in margine καὶ τῆς ἀληθοῦς ἐν Χριστῷ ἀνθρωπότητος, *& veræ in Christo humanitatis*, quam Eutyches negabat.
n Hic aliquid involutum apparet, & forte lacuna aliqua. Clarius in ep. 44. Leonis mens elucescit.

EADEM EPISTOLA

Ad Theodosium Augustum. 1

Uti prodiit ex MSS. Latinis collectionis Calchedonensis.

2 *SYNOPSIS.*

I. *De Ephesino latrocinio conqueritur apud Imperatorem.*

II. *Postulat ut in eodem statu res maneant, quo ante pseudosynodum erant.*

III. *Supplicat ut Concilium intra Italiam celebrari jubeat Imperator.*

Gloriosissimo & clementissimo Theodosio Augusto Leo Episcopus.

CAP. I. Olim & ab initio in Conciliis celebratis tantam nos percepimus a 3 beato Petro Apostolorum Principe fiduciam, ut auctoritatem habeamus ad veritatem pro nostra pace defendendam: quatenus nulli liceat sic eam munitam in aliquo commovere, dum repente læsio removetur. Igitur quia Concilium Episcoporum, quod propter Flavianum in Ephesina civitate fieri præcepistis, & ipsi fidei probatur obesse, & omnes Ecclesias vulnerare; 4 . . . . . Et hæc a nobis comperta sunt non incerto nuntio, sed ab ipsis 5 reverendissimis Episcopis, qui a nobis missi sunt, & fidelissimo rerum, quæ gestæ sunt, narratore Hilaro Diacono nostro. Hæc autem ideo culpa processit, eo quod non pura conscientia & recto judicio secundum consuetudinem hi qui collecti sunt, de fide & 6 errantibus protulerunt. In ipso autem judicio non omnes, qui convenerant, interfuisse cognovimus. Nam alios rejectos, alios didicimus intromissos, qui pro 7 supradicti Sacerdotis arbitrio impiis subscriptionibus captivas manus 8 dederent, & nociturum statui suo scirent, nisi imperata fecissent, talemque ab ipso prolatam esse sententiam, ut in omnes per eam sæviretur Ecclesias. Quod nostri ab apostolica Sede directi, adeo impium & catholicæ fidei contrarium videntes, nobis significare noscuntur.

CAP. II. Unde, 9 Tranquillissime Principum, removete, quæsumus, a vestræ pietatis conscientia periculum religionis & fidei: ut Christi Evangelio vim non inferat humana præsumtio. 10 Ecce ego, christianissime & venerabilis Imperator, cum consacerdotibus meis implens erga reverentiam clementiæ vestræ sinceri amoris officium, cupiensque vos per omnia placere Deo, cui pro vobis ab Ecclesia supplicatur, ne ante tribunal Domini, rei de silentio judicemur, obsecramus coram unius Deitatis inseparabili Trinitate, quæ tali facto læditur, cum ipsa vestri sit custos & auctor Imperii, & coram sanctis Angelis Christi, ut omnia in eo statu esse jubeatis, in quo fuerunt ante omne judicium, donec major ex toto orbe Sacerdotum numerus congregetur; non alieno peccato patiamini vos gravari: quia, quod necesse est nos dicere, veremur ne cujus religio dissipatur, indignatio provocetur. Præ oculis habete, & tota mentis acie reverenter aspicite beati Petri gloriam, & communes cum ipso omnium Apostolorum coronas, cunctorumque Martyrum palmas, quibus alia non fuit caussa patiendi, nisi confessio veræ Divinitatis, & veræ humanitatis in Christo.

CAP. III. Cui sacramento, quia impie nunc a paucis imprudentibus obviatur, omnes partium nostrarum Ecclesiæ, omnes Mansuetudini vestræ cum gemitibus & lacrymis supplicant Sacerdotes, ut quia & nostri fideliter reclamarunt, & eisdem libellum appellationis Flavianus Episcopus dedit, generalem Synodum jubeatis intra Italiam celebrari, quæ omnes offensiones ita aut repellat, aut mitiget, ne ultra aliquid sit vel in fide dubium, vel in caritate divisum; convenientibus utique orientalium provinciarum Episcopis, quorum si qui superati minis atque injuriis a veritatis tramite deviaDrunt, salutaribus remediis in integrum revocentur: ipsique, quorum est causa durior, 11 si consiliis melioribus acquiescant, ab Ecclesiæ unitate non excidant. Quam autem post appellationem interpositam hoc necessario postuletur, canonum Nicææ habitorum decreta testantur, quæ a totius mundi sunt Sacerdotibus constituta. Favete Catholicis vestro more parentumque vestrorum, date defendendæ fidei libertatem. Cum enim Ecclesiæ 12 caussas

BALLER. NOTÆ.

1 Etsi Latinus textus hujus epistolæ, quam hic proferimus, contineatur in MSS. Latinæ collectionis Calchedonensis, in quibus originales plerumque Leonis epistolæ describuntur; non esse tamen textum originalem, sed partim versionem ex Græco, partim transumptum ex epistola sequenti 44. in admonitione ostendimus. Invenitur etiam hæc epistola in cod. Grimanico coll. XVIII. & in MS. Veneto coll. XXII. qui e Calchedonensi collectione plura receperunt.

2 In MS. collect. Calchedon. hic titulus legitur: *Epistola sanctissimi Archiepiscopi Romæ Leonis ad Imperatorem Theodosium, qua rogavit speciale Concilium in Italia fieri, & non in alto loco, eo quod contraria sit canonibus secunda Synodus Ephesina.*

3 Sic plures nostri & Baluzii codd. Alias *beatissimo*.

4 De lacuna hujus loci vide adnot. 5. in textum Græcum hujus epistolæ.

5 Confer adnot. 2. in eumdem textum Græcum; ubi hujus loci errorem deteximus historicæ veritati contrarium, quem vetus hujus loci interpres Latinus postpositis præterea vocibus *qui a nobis missi sunt*, quæ in Græco textu præmittuntur, ita confirmavit & involvit, ut qui error in Græco facile detegi & emendari potest, in ejusmodi versione Latina nullo modo possit. Notandum insuper est titulum *reverendissimi*, quem S. Leo Episcopis numquam tribuit, interpreti referendum esse, qui vocem Græcam εὐλαβεστάτων sic latine reddidit, cum alias reddi etiam soleat *religiosissimus*.

6 Crabbus & editio Antuerp. ann. 1583. *erratibus*. Ita etiam secunda manu in ms. Veronensi 57. In editione Labbei *erratis*.

7 Idest Dioscori Alexandrini, qui in lacuna adnot. 5. indicata nominatus proculdubio fuit, uti nominatur in epistola sequenti.

8 Quesnellus cum anterioribus editis *dederunt, quod nociturum*. Nostrorum & Baluzii codicum lectionem, quæ probatur etiam in epistola sequenti, anteponendam credidimus.

9 Sic meliores codices & Græcus textus, ex quo hæc pauca hujus capitis verba reddita fuerunt. Quesnellus cum editis Leonis & nonnullis mss. *Tranquillissimi*.

10 Retinuimus vulgatam lectionem, nulli licet codices suffragentur. Nam quod est in mss. *Iste ego*, vel *Ista orgo: Istum ego*, vel *Istum ergo*, cum contextu Latino hujus epistolæ nullo modo congruit, uti congruit *Hæc ego* in textu Græco: & aliunde certum sit, collectorem Latinum hæc excerpsisse ex epist. 44. ubi *Ecce ego* legitur.

11 Edit. Concil. *sic consiliis melioribus acquiescant, ut ab Ecclesiæ unitate*.

12 Sic plerique codices, uti etiam in epistola sequenti. Quesnellus *caussam*: aliæ editiones Leonis *caussa statum regni vestri agamus, & salutis*.

ſas, tum regni veſtri agimus & ſalutis, ut provinciarum veſtrarum quieto jure potiamini. Defendite contra hæreticos inconcuſſum Eccleſiæ ſtatum: ut & veſtrum Chriſti dextera defendatur imperium. 13 Datum tertio Idus Octobris, ASTURIO & PROTOGENE viris clariſſimis Conſulibus.

A

EPISTOLA XLIV. *

* Alias XL. Quæ autem antea 44. nunc 48. 13. Octob. an. 449.

1 Ad eumdem THEODOSIUM Auguſtum.

2 SYNOPSIS.

I. Pſeudo ſynodum Epheſinam, dum privatis odiis favet, omnia perturbaſſe in Eccleſia; ab ea apoſtolicæ Sedis ſcripta rejecta; omnia vi acta eſſe; Hilarum unum vix evaſiſſe, ex legatis qui contradixerunt; numquam a Sede apoſtolica recipiendam iſtam Synodum.

II. Omnia uſque ad majorem Synodum in eodem ſtatu permanere poſtulat a Theodoſio cum omnibus Occidentalibus.

III. Generalem intra Italiam Synodum petit.

Τῷ φιλανθρωποτάτῳ, καὶ γαληνοτάτῳ Θεοδοσίῳ Αὐγούστῳ, Λέων ἐπίσκοπος, καὶ ἡ ἁγία σύνοδος, ἡ ἐν τῇ Ῥωμαίων πόλει συναχθεῖσα.

B

ΤΟΙΣ γράμμασι τῆς ὑμετέρας φιλανθρωπίας ἐντυχόντες, οἷς περ πρώην εἰς τὴν καθέδραν Πέτρου τοῦ μακαριωτάτου ἀποστόλου πόθῳ τῆς καθολικῆς πίστεως ἐξεπέμψατε, τοσαύτην παῤῥησίαν ἐλάβομεν εἰς ἐκδίκησιν a τῆς δι' ὑμῶν ἀληθείας, καὶ τῆς εἰρήνης, b ἵνα ἐν πράγματι οὕτως ἁπλουστέρῳ, καὶ ἀσφαλεῖ, μηδὲν ἡγησώμεθα δύνασθαι καινοτομεῖσθαι πρὸς βλάβην. μάλιστα ὅταν εἰς τὸ ἐπισκοπικὸν κριτήριον, ὅπερ ἐν τῇ Ἐφεσίων συναχθῆναι προσετάξατε, οὕτως ἀσφαλεῖς ἀπεστάλησαν, ὡς, εἰ τὰ γράμματα, ἃ πρὸς τὴν σύνοδον, ἢ καὶ πρὸς Φλαβιανὸν τὸν ἐπίσκοπον διεπεμψάμεθα, τῶν ἐπισκόπων ταῖς ἀκοαῖς δημοσιευθῆναι ὁ τῆς Ἀλεξανδρείας ἐπίσκοπος συνεχώρησεν, οὕτω τῇ φανερότητι τῆς καθαρᾶς πίστεως, ἥντινα θεόθεν c ἐμπνευσθεῖσαν, ἣν καὶ παρελάβομεν, καὶ φιλάττομεν, πᾶσα φιλονεικία, καὶ ταραχὴ, ἡσύχασεν ἄν· d ἵνα μήτε ἡ ἀπαιδευσία περαιτέρω παρεφρόνησε, μήτε ἀφορμὴν βλάβης ἡ ἀφροσύνη ἐξεῦρεν. e ἀλλ' ὅταν τὰ f ἴδια πράγματι τῆς ἐκκλησίας ἀφορμῇ ἐγυμνάζετο, ἐτολμήθη δι' ὀλίγων g ἀσε-

C

D

LEO Epiſcopus, & ſancta SYNODUS, quæ in urbe Romæ convenit, THEODOSIO 3 Auguſto.

CAP. I. LItteris Clementiæ veſtræ, quas dudum ad beati Petri Apoſtoli Sedem pro catholicæ fidei amore miſiſtis, tantam fiduciam ſumſimus defendendæ per vos veritatis & pacis, ut in cauſſa tam ſimplici, tamque munita nihil putaremus poſſe exiſtere, quod noceret: præſertim cum ad epiſcopale Concilium, quod haberi apud Epheſum præcepiſtis, tam 4 inſtructi ſint miſſi, ut ſi ſcripta, quæ vel ad ſanctam Synodum, vel ad FLAVIANUM Epiſcopum detulerunt, Epiſcoporum publicari auribus Alexandrinus permiſiſſet Antiſtes, ita manifeſtatione puriſſimæ fidei, quam divinitus inſpiratam & accepimus, & tenemus, omnium 5 concertationum ſtrepitus quieviſſet, ut nec imperitia ultra deſiperet, nec occaſionem nocendi æmulatio reperiret. Sed dum privatæ cauſſæ religionis exercentur obtentu, commiſſum eſt impietate paucorum, quod univerſam Eccleſiam vulneraret. Comperimus enim, non incerto nuntio, sed fideliſſimo rerum, quæ geſtæ ſunt, 6 narratore HILARO Diacono noſtro, qui vix, ne ſubſcribere per vim cogeretur, effugit, conveniſſe ad Synodum

Privatæ ſimultates quantorum malorum origo in Eccleſia.

a In marg. edit. Roman. ἴσως, τὴν.

b In marg. edit. Rom. ὥστε νομίζειν ἐν οὕτως ἁπλῷ καὶ ὠχυρωμένῳ πράγματι μηδὲν εἶναι δύνασθαι βλάβην ἐπιφέρον, μάλιστα ἐπεὶ ὡς.

c MS. Ven. ἐμπνευσθεῖσαν ἣν καὶ.

d In marg. edit. Rom. ὥστε μήτε τὴν ἀπαιδευσίαν περαιτέρω παραφρονεῖν, μήτε τὸ ζηλότυπον ἐξευρίσκειν ἀφορμὴν βλάβης. e In marg. edit. Rom. νῦν δὲ ἐν προσχήματι εὐσεβείας ἰδίων πραγμάτων ἀνακινουμένων ἐπράχθη δι' ἀσεβείας ὀλίγων. f Cod. Ven. τὰ ἰδικὰ πράγματα.

g MS. Ven. ἀσφβεια: atque ita in marg. etiam edit. Rom. adnotatur: cur vero, ſane non videmus.

13 Hanc chronicam notationem non eſſe hujus epiſtolæ propriam, ſed a collectore Latino cum aliis multis traductam ex epiſtola ſequenti, in præmiſſa admonitione demonſtravimus.

1 Exſtat hæc epiſtola in mss. coll. v. Hiſp. Iſid. XIII. XVII. & XIX. uſque ad XXIV. & apud Sichardum.

2 In tabula coll. v. cap. 86. hic titulus legitur: *Ad Theodoſium Imperatorem, ut reſciſſa Synodo Epheſina in Italia Concilium ejus conſenſu debeat celebrari.* In Hiſp. & Iſid. ac exinde in editis ante Queſnell. *De ſecunda Synodo Epheſina, in qua Eutychetis hæreſis quorumdam Epiſcoporum pravo intellectu adjuta eſt: unde hortatur eumdem Auguſtum, ut priſcæ fidei conſtitutio ab eis non violetur; ſed Dei Sacerdotes totius orbis coadunentur.* Tandem in mss. Latinis collectionis Calched. concinente plerumque Græco textu: *Epiſtola alia ſanctiſſimi Archiepiſcopi Romæ ad Leonis Imperatorem Theodoſium culpans Epheſinum Concilium, quod adverſus ſanctiſſimum Flavianum factum eſt, petentis aliud Concilium in partibus Italiæ celebrari.*

3 Vulgati addunt *ſemper*, quod ex omnibus noſtris codicibus delevimus. In mss. coll. Calchedon. hæc inſcriptio præfigitur: *Glorioſiſſimo & clementiſſimo Theodoſio Auguſto Leo Epiſcopus, & ſancta Synodus, quæ in Urbe Roma convenit.* In ms. Florentino coll. XIII. *Leo Urbis Romæ Epiſcopus, & omnes Epiſcopi pro ſancta religione in eadem Urbe congregati Theodoſio Auguſto.* Plures quidem Epiſcopos conveniſſe Leo indicat ep. 61. cap. 1. ubi de hac Synodo ait: *Quæ ad nos FREQUENS convenerat.*

4 Queſnellus *inſtructi ſunt*. Anteriorum edit. lectionem pluribus & potioribus noſtris codicibus confirmatam, uti meliorem revocavimus. 5 Editi ante Queſn. cum mss. coll. XXIV. *congreſſionum*, & in margine *concertantium*.

6 MSS. Vat. Hiſp. & Iſid. *narrante*.

QUamvis ea quæ ad Constantinopolitanam Ecclesiam scripsimus, sollicitudinem devotionis vestræ latere 3 non possent, tamen etiam specialibus dilectionem vestram litteris cohortandam esse credidimus, ut memores sanctæ 4 professionis vestræ, quæ proprie in fide & caritate consistit, omnia scandala, quæ contra pacem Ecclesiæ orta sunt, a vestris cordibus repellatis, beati Apostoli sententiam pia mente retinentes: *Si quis vobis evangelizaverit præter id, quod accepistis, anathema sit:* & custodientes 5 unanimitatem cum fratre nostro FLAVIANO Episcopo, quem ad tempus Dominus permisit impiorum factione tentari, ut probatum sibi Sacerdotem suum perseverantiæ merito faceret clariorem. Hæ autem perturbationes necesse est ut auxiliante Dei gratia, celeriter destruantur: 6 & omne quod reprobum est, ab Ecclesiæ puritate, quæ nec maculam, nec rugam recipit, respuatur: maxime cum ab insana imperitia in hoc usque proruptum sit, ut contra sacramentum salutis humanæ, Incarnationis Domini nostri JESU CHRISTI veritas denegetur, & antiquæ fidei prædicator atque defensor, quia non acquievit blasphemiis, quas olim sancti Patres nostri in multis hæreticis damnaverunt, subjiciatur injuriis: in quo utique omnium Domini Sacerdotum reverentia 7 cæditur, & universa corporis Christi membra pulsantur. Sed quia gloriosum nobis est, quicquid nos pati Deus voluerit, pro veritate tolerare, in consortium vos patientiæ paternis exhortationibus advocamus: ut per dilectionem vestram omnibus Deo servientibus, quæ scripsimus innotescant, & inimicis Evangelii resistentes, nec pastoris vestri dilectionem, nec 8 unitatem catholicæ fidei deseratis. Quoniam ea, quæ in Epheso nuper contra justitiam, vel canonum disciplinam per unius hominis 9 impotentiam gesta sunt, nulla catholicæ fidei

Monach. professio in fide & caritate.
Gal. 1. 9.

Cur suos Deus affligi sinat.
Ephes. 5. 27.

Pro veritate pati gloriosum.

BALLER. NOTÆ.

2 MSS. coll. Calchedonensis habent: *Leo Episcopus & sancta Synodus, quæ in Romana civitate collecta est, Fausto, Martino, Petro, Magno, Eliæ Presbyteris & Archimandritis monasteriorum Constantinopolitanorum dilectissimis filiis in Domino salutem.* Parum absimiliter vulgati, quos Quesnellus secutus est. Solum in secunda editione post nomen *Eliæ* addidit *& Emmanueli*, qui in Græca versione legitur, & hanc notationem subjecit: „ Cotelerius in Notis ad Grec. vers. suspicatur ex Magno & Helia coaluisse Manuelium. Pace viri doctissimi „ dixerim, contrarium mihi apparet verisimilius. Nam Emmanuel inter Archimandritas Constantinopolitanos „ semper nominatur, & apud Leonem epist. 53. (nunc 71.) & in actis Calched. Concilii act. 4. in qua iidem „ Synodum ingredi jubentur, & eorumdem supplex ad Marcianum Augustum libellus refertur; nusquam vero „ Magnus & Helias leguntur. Quamobrem errore librarii *Magnus & Elias* pro Manuelio positi sunt; vel certe dicendum, utrumque post scriptam hanc epistolam vel fato functum esse, vel Eutychi adhæsisse, eamque ob „ causam esse prætermissos. “ Nos ob rationem ejusmodi prætulimus lectionem codicis Ratisponensis, quæ dum *Magnum & Eliam* omittit, *Emmanuel* autem exhibet, Græca etiam antiqua versione confirmatur, probabilissimamque demonstrat Quesnelli conjecturam *Magnum*, *& Eliam* pro *Manuele* perperam irrepsisse.

3 Ita ex MSS. Ratisp. & collect. Calched. atque Veneto coll. XXII. Editi *non possunt*. Codex Ottobon. collect. XXIII. *non possint*.

4 Cod. Grim. & Ottobon. *promissionis*. In Ratispon. deest *sanctæ*.

5 Vulgati *unitatem*. Prævaluit auctoritas MSS. Ratispon. & collectionis Calchedon. nec non Veneti coll. XXII. Favet & cod. Ottobon. coll. XXIII. in quo *unanimitatem cum fratre, & coepiscopo nostro Flaviano*.

6 Sic plerique codices ac editiones. Quesnellus *ut omne*. Duo codd. Vatt. collect. Calchedonen. *ut quod reprobum est*.

7 Quesnellus *læditur* in margine.

8 Idem Quesn. in marg. Alias *unanimitatem*. Cod. Ottobon. *veritatem*.

9 Editi *impudentiam*. Cod. Ratisp. *impatientiam*. Codd. coll. Calched. & Veneti S. Marci *potentiam*. Solus codex Divionensis Baluzii habet *impotentiam*, ita tamen ut litteris *in* affixa sint puncta, quæ indicant illas esse expungendas. Vocis *impotentia* significatio pro immoderata potentia Leoni familiaris in superioribus epistolis, ubi de Dioscoro loquitur, ignota fuisse videtur iis, qui vel puncta affixere, vel ex *impotentiam* scripserunt *impudentiam*, aut *impatientiam*. *Impotentiam* quidem legit etiam Græcus interpres, ex cujus versione *immodicam potentiam* Cotelerius reddidit.

fidei ratio rata esse permittit. Data 10 Idibus Octobris, ASTURIO & PROTOGENE viris clarissimis Consulibus.

A μήτε τὸν μονάδα τῆς καθολικῆς πίστεως καταλείψητε. ἐπειδὴ ἐκεῖνα τὰ ἐν Ἐφέσῳ ἐπὶ τοῦ παρόντος κατέναντι τῆς ἀληθείας, καὶ τῶν κανόνων τῆς ἐπιστήμης δι᾽ ἑνὸς ἀνθρώπου ἄμετρον δυναστείαν πεπραγμένα, οὐδὲ μία τῆς καθολικῆς πίστεως ἀκολουθία δεκτέα εἶναι συγχωρεῖ.

Alias post ep. 47. Quæ autem erat 52. nunc 69 Sub finem an. 449.

PISTOLA LII. *

1 THEODORITI Episcopi Cyri ad S. LEONEM Papam.

SYNOPSIS.

I. *Merito se accurrere ad apostolicam Sedem, tot prærogativis supra ceteras eminentem.*
II. *In laudes S. Leonis excurrit, commendatque zelum in Manichæos, & epistolam ad Flavianum,*
III. *Quam immerito depositus fuerit, nec in jus vocatus, conqueritur.*
IV. *Susceptos a se pro Ecclesia labores enumerat.*
V. *Orat ne Sedem apostolicam appellans repellatur; cui fidem suam probari optat ex scriptis suis, quæ indicat.*
VI. *Sibi a Leone cupit indici, quid de Ephesina sententia agere debeat.*
VII. *Legatos suos Leoni, seque ejus precibus ac solicitudini commendat: se aliosque litteris imperatoriis retineri, ne ad Pontificem se conferant.*

LEONI Episcopo Romæ.

CAP. I. SI Paullus præco veritatis, tuba Spiritus sancti, ad magnum Petrum se contulit, ut iis, qui Antiochiæ de legali conversatione ambigebant, explicationem ab illo referret, multo magis nos humiles & pusilli ad apostolicam Sedem vestram accurrimus, ut Ecclesiarum ulceribus remedium a vobis accipiamus. Vobis enim primas in omnibus tenere convenit. Multis siquidem prærogativis ornatur Sedes vestra. Etenim alias urbes ornat vel magnitudo, vel pulchritudo, vel habitatorum frequentia; nonnullas etiam, quæ his carent, spiritualia quædam dona illustrant: vestræ vero bonorum affluentiam, bonorum largitor dedit. Illa enim omnium maxima & clarissima, quæ & orbi terrarum præsidet, & incolarum multitudine redundat. Ad hæc imperium, quod rerum nunc potitur, & suum ipsa nomen subditis impertiit. Præcipue autem illam fides ornat, cujus testis idoneus est divinus Paullus clamans: *Fides vestra annuntiatur in universo mundo.* (Rom. 1. 8.) Quod si statim post suscepta salutaris prædicationis semina mirabiles hos fructus uberrime protulit, prædicandæ quæ in ea nunc viget pietati quænam par esse

B Λέοντι ἐπισκόπῳ Ῥώμης.

ΚΕΦ. α. ΕΙ Παῦλος τῆς ἀληθείας ὁ κήρυξ, ἡ τοῦ ἁγίου πνεύματος σάλπιγξ, πρὸς τὸν μέγαν ἔδραμε Πέτρον, ὥστε τοῖς ἐν Ἀντιοχείᾳ περὶ τῆς κατὰ νόμον πολιτείας ἀμφισβητοῦσι παρ᾽ αὐτοῦ κομίσαι τὴν λύσιν, πολλῷ μᾶλλον ἡμεῖς οἱ εὐτελεῖς, καὶ σμικροὶ, πρὸς τὸν ἀποστολικὸν ὑμῶν τρέχομεν θρόνον. ὥστε παρ᾽ ὑμῶν λαβεῖν τοῖς τῶν ἐκκλησιῶν ἕλκεσι θεραπείαν. διὰ πάντα γὰρ ὑμῶν τὸ πρωτεύειν ἁρμόττει. πολλοῖς γὰρ ὁ ὑμέτερος θρόνος κοσμεῖται πλεονεκτήμασι. C τὰς μὲν γὰρ ἄλλας πόλεις ἢ μέγεθος, ἢ κάλλος, ἢ πλῆθος τῶν οἰκητόρων κοσμεῖ. τούτων δὲ ἐστερημένας πνευματικά τινα λαμπρύνει χαρίσματα· τῇ δὲ ὑμετέρᾳ φορὰν ἔδωκεν ἀγαθῶν ὁ τῶν ἀγαθῶν χορηγός. ἡ γὰρ αὐτὴ πασῶν μεγίστη, καὶ λαμπροτάτη, καὶ τῆς οἰκουμένης προκαθημένη, καὶ τῷ πλήθει τῶν οἰκητόρων κυμαίνουσα. πρὸς δὲ τούτοις, καὶ νῦν κρατοῦσαν ἡγεμονίαν ἐβλάστησε. καὶ τῆς οἰκείας προσηγορίας τοῖς ἀρχομένοις μετέδωκε. κοσμεῖ δὲ αὐτὴν διαφερόντως ἡ πίστις· καὶ μάρτυς ἀξιόχρεως ὁ θεῖος ἀπόστολος βοῶν, ὅτι ἡ πίστις ὑμῶν καταγγέλλεται ἐν ὅλῳ τῷ κόσμῳ. (ῥωμ. 1. 8.) εἰ δὲ εὐθὺς δεξαμένη τὰ τοῦ σωτηρίου κηρύγματος σπέρματα, τοῖς ἀξιαγάστοις τούτοις ἐβεβρί-

τει

BALLER. NOTÆ.

10 Ita MSS. Quesnelli cum duobus Baluzii, & quatuor nostris coll. Calchedon. nec non Veneto coll. XXII. & Ottobon. coll. XXIII. Codd. Divion. Baluzii, & noster Ratisp. *III. Idus Octobris*, forte melius, ut videre est ex adnot. 15. in epistolam præcedentem. Vulgati Quesnello anteriores *VIII. Idus Octobris*.

1 Hæc epistola sumta est ex Theodoreti editione. Scripta fuit post ipsius depositionem in pseudosynodo Ephesina. Cum enim Legatos eidem contradixisse intellexit, & celebri Leonis ad Flavianum epistola accepta, suam doctrinam in ea confirmatam, & a doctrina ejusdem pseudosynodi alienam deprehendit; ad eumdem Pontificem, ut ei suam causam commendaret, epistolam dedit. Igitur paullo post eam pseudosynodum scripta fuit, cum præsertim ipsa saltem integra Concilii gesta nondum acceperit: credidit enim Renatum R. E. Presbyterum eidem intersuisse, qui tamen in itinere ante Synodum obierat. Probabiliter ergo exarata fuit sub finem an. 449. Enimvero in ipsa epistola c. 4. testatur se jam rexisse Ecclesiam *annis sex & viginti*; in alia autem epistola 116. totidem annos sui Episcopatus memorat cum Ephesi depositus fuit die 10. Augusti an. 449. Igitur eodem anno epistolam scripsit, quo depositus fuit. Eodem tempore duas alias epistolas dedit, alteram 116. ad Renatum, quem vivum præsumebat, alteram 118. ad Romanæ Ecclesiæ Archidiaconum, in quibus ut sibi apud Leonem adjutores sint, exorat. Cum eadem plenius in epistola ad Leonem contineantur, has epistolas inter Leoninas inserere superfluum judicavimus. Hinc quoque Quesnellus solam epistolam ad Leonem suæ editioni adjecit.

τει καρποῖς, τίς ἀπόχρη λόγος τὴν νῦν ἐν αὐτῇ πολιτευομένην εὐσέβειαν εὐφημῆσαι; ἔχει δέ καὶ τῶν κοινῶν πατέρων, καὶ διδασκάλων τῆς ἀληθείας Πέτρου καὶ Παύλου τὰς θήκας, τῶν πιστῶν τὰς ψυχὰς φωτιζούσας. ἡ δὲ τρισμακαρία τούτων καὶ θεία ξυνωρὶς ἀνέτειλε μὲν ἐν τῇ ἑῴᾳ, καὶ πάντοτε τὰς ἀκτῖνας ἐξέπεμψεν. ἐν δὲ τῇ δύσει προθύμως ἐδέξατο τὰς τοῦ βίου δυσμὰς, κἀκεῖθεν νῦν καταυγάζει τὴν οἰκουμένην. οὗτοι τὸν ὑμέτερον περιφανέστατον ἀπέφηναν θρόνον. οὗτος τῶν ἀγαθῶν τῶν ὑμετέρων ὁ κολοφών. ὁ δ' ἐκείνων θεὸς καὶ νῦν τὸν ἐκείνων ἐλάμπρυνε θρόνον, τὴν ὑμετέραν ἁγιωσύνην ἱδρύσας ἐν τούτῳ τῆς ὀρθοδοξίας τὰς ἀκτῖνας ἀφιεῖσαν.

ΚΕΦ. β.

Καὶ τούτου πολλὰ μὲν ἐστὶν εὑρεῖν καὶ ἄλλα τεκμήρια· ἀρκεῖ δὲ ὑμῶν καὶ ὁ κατὰ τῶν δυσωνύμων Μανιχαίων ζῆλος, ὃν πρώην ὑμῶν ἡ ὁσιότης ἐγύμνασε, δείξασα τὴν περὶ τὰ θεῖα τῆς ὑμετέρας φιλοθείας σπουδήν. ἀπόχρη καὶ τὰ νῦν παρ' ὑμῶν γραφέντα τὸν Ἀποστολικὸν ὑμῶν χαρακτῆρα δηλῶσαι. ἐντετυχήκαμεν γὰρ τοῖς παρὰ τῆς σῆς γραφεῖσι ὁσιότητος περὶ τῆς τοῦ θεοῦ καὶ σωτῆρος ἡμῶν ἐνανθρωπήσεως, καὶ ἐθαυμάσαμεν τὴν τῶν γεγραμμένων ἀκρίβειαν. ἀμφότερα γὰρ κατὰ ταυτὸν ἐδήλου, καὶ τὴν ἐκ τοῦ ἀϊδίου πατρὸς ἀΐδιον θεότητα τοῦ μονογενοῦς, καὶ τὴν ἐκ σπέρματος Ἀβραὰμ καὶ Δαβὶδ ἀνθρωπότητα. καὶ ὅτι κατὰ πάντα ἡμῖν ἡ ληφθεῖσα φύσις ἐῴκει, μόνον δὲ ἀνόμοιος ἦν τῷ πάσης ἁμαρτίας ἀμύητος διαμεῖναι. ἐπειδήπερ οὐκ ἐκ φύσεως, ἀλλ' ἐκ προαιρέσεως αὕτη φύεται. εἶχε δὲ καὶ τοῦτο τὰ γράμματα, ὡς εἷς μὲν ὁ μονογενὴς τοῦ θεοῦ υἱὸς, ἀπαθὴς δὲ αὐτοῦ ἡ θεότης, καὶ ἄτρεπτος, καὶ ἀναλλοίωτος, καθάπερ ὁ γεννήσας αὐτὸν πατὴρ, καὶ τὸ παναγιον πνεῦμα. καὶ διὰ τοῦτο τὴν παθητὴν ἔλαβε φύσιν, ἐπειδήπερ ἡ θεία φύσις οὐκ ἐδέχετο πάθος· ἵνα τῷ πάθει τῆς ἰδίας σαρκὸς τὴν ἀπάθειαν τοῖς εἰς αὐτὸν πεπιστευκόσι χαρίσηται. ταῦτα καὶ ὅσα τούτοις ἐστὶ συγγενῆ, περιεῖχε τὰ γράμματα. ἡμεῖς δὲ τὴν πνευματικήν σου σοφίαν θαυμάσαντες, τὴν δι' ὑμῶν φθεγξαμένην τοῦ ἁγίου πνεύματος ἀνυμνήσαμεν χάριν, καὶ παρακαλοῦμεν, καὶ ἀντιβολοῦμεν, καὶ δεόμεθα, καὶ ἱκετεύομέν σου τὴν ἁγιωσύνην, ἐπαμῦναι ταῖς τοῦ θεοῦ ἐκκλησίαις χειμαζομέναις.

ΚΕΦ. γ.

Λύσιν γὰρ ἔσεσθαι τοῦ κλύδωνος προσδοκήσαντες διὰ τῶν παρὰ τῆς ὑμετέρας ἁγιωσύνης εἰς τὴν Ἔφεσον ἀποσταλέντων, χαλεπωτέρᾳ περιπεπτώκαμεν ζάλῃ. ὁ γὰρ τῆς Ἀλεξανδρείας δικαιότατος πρόεδρος οὐκ ἠρκέσθη τῇ ἀνόμῳ ταύτῃ, καὶ ἀδικωτάτῃ καθαιρέσει τοῦ ἁγιωτάτου, καὶ θεοφιλεστάτου τῶν Κωνσταντινουπολιτῶν ἐπισκόπου τοῦ κυρίου Φλαυιανοῦ, οὐδὲ ἐνέπλησεν αὐτοῦ τὸν θυμὸν τῶν ἄλλων ἐπισκόπων ἡ παραπλησία σφαγή. ἀλλὰ κἀμὲ τὸν ἀπόντα ὁμοίως καλάμῳ κατέσφαξεν, οὔτε καλέσας εἰς κριτήριον, οὔτε παρόντα κρίνας, οὐκ ἐρωτήσας τίνα φρονῶ περὶ τῆς τοῦ θεοῦ καὶ σωτῆρος ἡμῶν ἐνανθρωπήσεως. καὶ τοὺς μὲν ἀνδροφόνους, καὶ τυμβωρύχους, καὶ τοὺς τὰς ἀλλοτρίας συλήσαντας εὐνὰς, οὐ πρότερον κατακρίνοι-

A possit oratio? Habet præterea communium patrum magistrorumque veritatis Petri & Paulli sepulcra, fidelium animas illuminantia. Quorum beatissimum ac divinum par, in Oriente quidem exortum est, & radios quaquaversum diffudit; sed in Occidente vitæ occasum ultro subiit, atque inde nunc orbem universum collustrat. Hi Sedem vestram nobilissimam reddiderunt: hic bonorum vestrorum est apex. At illorum Sedem nunc etiam illorum Deus illustravit, dum in ea Sanctitatem vestram rectæ fidei radios fundentem constituit. B

CAP. II.

Cujus quidem rei cum alia multa in promtu sint argumenta sufficit zelus vester adversus infames Manichæos, quem Sanctitas vestras 2 nuper exeruit, & quo rerum divinarum studio vester in Deum sit amor patefecit. Sufficiunt & quæ nunc a vobis scripta sunt, ut apostolicum characterem vestrum ostendant. Incidimus namque in illa quæ de Dei Salvatorisque nostri incarnatione Sanctitas vestra 3 scripsit, & admirati C sumus exactam operis diligentiam: Utraque enim eamdem opera declarabat, & æternam ex æterno Patre Unigeniti Divinitatem, & ejusdem ex Abrahæ & David semine humanitatem, ac similem per omnia nobis fuisse assumtam naturam, hoc uno dissimilem, quod peccati expers manserit, quippe quæ non ex natura, sed ex libera voluntate nascitur. Et hoc præterea litteræ continebant, unum esse unigenitum Dei Filium, & impatibilem ejus Divinitatem, quæ nec verti queat, nec mutari sicut & qui ipsum genuit Pater, & Spiritus sanctus. Ideoque patibilem naturam D sumsisse, quia divina natura passionem non recipiebat: ut per carnis propriæ passionem impassibilitatem iis qui in ipsum crederent largiretur. Hæc & alia his cognata litteris continebantur. Nos vero spiritualem sapientiam tuam admirati, Spiritus sancti gratiam, quæ per vos locuta est, laudibus extulimus, rogamusque, & obsecramus, & precamur, & supplices oramus Sanctitatem tuam, ut tempestate jactatis Dei Ecclesiis opem ferat.

CAP. III.

Cum enim 4 per eos quos Sanctitas tua Ephesum misit, tempestatis exitum speraremus, in graviorem procellam delapsi sumus. E Alexandrinorum quippe justissimus Antistes haud quaquam contentus fuit iniqua hac & injustissima depositione sanctissimi Deoque carissimi Constantinopolitanorum Episcopi Domini FLAVIANI, neque ipsius animam explevit consimilis strages aliorum Episcoporum; sed me quoque absentem calamo similiter jugulavit, nec in jus vocatum, nec præsentem accusatum, nec interrogatum de Dei ac Salvatoris nostri incarnatione quid sentiam. Et homicidas quidem, ac sepulcrorum effractores, alienarumque nuptiarum inva so-

BALLER. NOTÆ.

2 Anno scilicet 444. quo edita fuit epistola 7. in Manichæos.

3 Laudatur epist. 28. ad Flavianum.

4 Apud Baronium ad an. 449. num. 116. & seqq. hæc epistola latine describitur ex versione Federici Metii utriusque linguæ peritissimi, ut liquet ex num. 124. Hic autem voces διὰ τῶν ἀποσταλέντων neutrius generis accipiens, reddidit *per ea quæ a vestra sanctitate Ephesum scripta sunt*: qua in significatione intelligendæ essent litteræ ad Synodum Ephesinam, idest ep. 33. quam quidem Theodoritum accepisse una cum ep. 28. ad Flavianum diximus ex ejusdem ep. 121. ad Anatolium.

vasores, non prius condemnant judices, quam vel ipsi objecta crimina confessione sua firmarint, vel ab aliis aperte fuerit convicti. Nos autem hinc in divinis legibus enutritus [5] triginta quinque mansionibus distantes condemnavit ut voluit. Neque nunc tantum hoc fecit, sed anno etiam superiore, cum eo profecti essent duo viri Apollinaris morbo infecti, & calumnias in nos texuissent, consurgens in Ecclesia nos anathemate confixit: idque cum ad eum scripsissem, & quæ sentirem per litteras exposuissem.

A σιν οἱ δικάζοντες, ἕως ἂν ἢ αὐτοὶ τὰς κατηγορίας ταῖς ὁμολογίαις κυρώσωσιν, ἢ παρ᾽ ἑτέρων ἐναργῶς ἐλεγχθῶσιν. ἡμᾶς δὲ ὁ τοῖς θείοις νόμοις ἐντεθραμμένος πέντε, καὶ τριάκοντα σταθμοῖς ἀφεστηκότας κατέκρινεν ὡς ἠθέλησε. καὶ τοῦτο οὐ νῦν μόνον πεποίηκεν, ἀλλὰ καὶ πέρυσι μετὰ δύο ἄνδρας τῶν τὴν Ἀπολιναρίου νόσον εἰσδεξαμένων ἐκεῖσε δραμόντας, καὶ συκοφαντίας καθ᾽ ἡμῶν ὑφήναντας, ἀναστὰς ἐπ᾽ ἐκκλησίας ἡμᾶς ἀνεθεμάτισε. καὶ ταῦτα ἐμοῦ γράψαντος πρὸς αὐτὸν, καὶ ἃ φρονῶ διὰ γραμμάτων δηλώσαντος.

CAP. IV.

Ego vero Ecclesiæ sane tempestatem defleo, ceterum quieti studeo. Sex enim & viginti annis commissam mihi ab universorum Deo Ecclesiam, precum vestrarum auxilio cum rexerim; neque sub beatissimo Theodoto Antistite Orientis, neque sub iis qui illi in Antiochenorum sede successerunt, vel minimam reprehensionem sustinui; sed divina mihi cooperante gratia, supra mille animas Marcionis morbo liberavi, multasque alias ex Arii & Eunomii partibus ad Christum Dominum perduxi. Et octingentarum Ecclesiarum pastoralem curam sortitus sum, tot enim Cyrus habet parœcias, in quibus precum vestrarum auxilio lolium nullum relictum est, sed omnibus hæreticis erroribus grex noster ereptus est. Novit qui omnia conspicit, quot lapides ab infandis hæreticis in me conjectos exceperim: quot mihi multis in urbibus Orientis certamina fuerint adversus Gentiles, adversus Judæos, & adversus errorem omnem hæreticum. Et post tantos sudores ac labores indicta caussa condemnatus sum.

ΚΕΦ. δ

B Ἐγὼ δὲ ὀδύρομαι μὲν τῆς ἐκκλησίας τὸν κλύδωνα, τὴν δὲ ἡσυχίαν ἀσπάζομαι. ἓξ γὰρ καὶ εἴκοσι ἔτη τὴν ἐγχειρισθεῖσάν μοι παρὰ τοῦ τῶν ὅλων ἐκκλησίαν ἰθύνας διὰ τὰς ὑμετέρας εὐχὰς, οὐκ ἐπὶ τοῦ μακαριωτάτου Θεοδότου τοῦ τῆς ἀνατολῆς προέδρου, οὐκ οὐκ ἐπὶ τῶν μετ᾽ ἐκεῖνον τὸν τῶν Ἀντιοχέων διαδεξαμένων θρόνον, τὴν τυχοῦσαν μέμψιν ὑπέμεινα, ἀλλὰ τῆς θείας μοι χάριτος συνεργησάσης πλείους μὲν ἢ χιλίας ψυχὰς ἠλευθέρωσα τῆς Μαρκίωνος νόσου, πολλοῖς δὲ ἄλλοις ἐκ τῆς Ἀρείου, καὶ Εὐνομίου συμμορίας προσήγαγον τῷ δεσπότῃ Χριστῷ. καὶ

C ἐν ὀκτακοσίαις ἐκκλησίαις ἔλαχον ποιμαίνειν· τοσαύτας γὰρ ὁ Κύρρος παροικίας ἔχει, ἐν αἷς οὐδὲ ἓν διὰ τὰς ὑμετέρας εὐχὰς μεμένηκε ζιζάνιον· ἀλλὰ πάσης αἱρετικῆς ἠλευθέρωται πλάνης τὸ ἡμέτερον ποίμνιον. εἶδεν ὁ πάντα ἐφορῶν πόσοις ἐδεξάμην λίθοις ὑπὸ τῶν δυσωνύμων κατ᾽ ἐμοῦ πεμφθέντων αἱρετικῶν, πόσοις ἐν ταῖς πλείοσι τῆς ἀνατολῆς πόλεσιν ἔσχον ἀγῶνας πρὸς Ἕλληνας, πρὸς Ἰουδαίους, πρὸς πᾶσαν πλάνην αἱρετικὴν καὶ μετὰ τοσούτους ἱδρῶτας, καὶ πόνους μὴ δικασάμενος κατεκρίθην.

CAP. V.

At ego apostolicæ vestræ Sedis expecto sententiam, & oro atque obtestor Sanctitatem tuam, ut mihi rectum ac justum tribunal vestrum [6] invocanti opem ferat, jubeatque ad vos venire, & doctrinam meam apostolicis vestigiis inhærentem ostendere. Sunt enim mihi, quæ partim ante annos viginti, partim ante octodecim, partim ante quindecim, partim ante duodecim scripsi, quædam contra Arianos, & Eunomianos, quædam contra Judæos, & Gentiles, quædam contra magos, qui sunt in Perside, alia de universali providentia, & alia rursus de Theologia, deque divina Incarnatione. Exposita etiam sunt a me per divinam gratiam tum apostolica scripta, tum prophetica oracula. Et facile est ex his cognoscere, an stabilem fidei regulam servarim, an ab ejus rectitudine deflexerim. Sed nolite, obsecro, supplices meas preces respuere, nec miseram mea canitiem post multos labores contumeliose tractatam despicere.

ΚΕΦ. ε

Ἐγὼ δὲ τοῦ Ἀποστολικοῦ ὑμῶν θρόνου περιμένω τὴν

D ψῆφον. καὶ ἱκετεύω, καὶ ἀντιβολῶ τὴν σὴν ἁγιότητα, ἐπαμῦναί μοι τὸ ὀρθὸν ὑμῶν καὶ δίκαιον ἐπικαλουμένῳ κριτήριον, καὶ κελεῦσαι δραμεῖν πρὸς ὑμᾶς, καὶ ἐπιδεῖξαί μου τὴν διδασκαλίαν τοῖς Ἀποστολικοῖς ἴχνεσιν ἑπομένην. ἔστι γάρ μοι τὰ μὲν πρὸ εἴκοσι ἐτῶν συγγεγραμμένα, τὰ δὲ πρὸ ὀκτωκαίδεκα, τὰ δὲ πρὸ πεντεκαίδεκα, τὰ δὲ πρὸ δυοκαίδεκα. τὰ μὲν πρὸς Ἀρειανοὺς, καὶ Εὐνομιανοὺς, τὰ δὲ πρὸς Ἰουδαίους, καὶ Ἕλληνας, τὰ δὲ πρὸς τοὺς ἐν Περσίδι μάγους, ἀλλὰ περὶ τῆς καθόλου προνοίας, ἕτερα δὲ περὶ θεολογίας, καὶ τῆς θείας

E ἐνανθρωπήσεως. ἡρμήνευταί μοι διὰ τὴν θείαν χάριν, καὶ τὰ Ἀποστολικὰ συγγράμματα, καὶ τὰ προφητικὰ θεσπίσματα· καὶ ῥᾴδιον ἐκ τούτων καταμαθεῖν, εἴτε ἀκλινῆ τὸν κανόνα τῆς πίστεως διετήρησα, εἴτε τὴν τούτου παρέβην εὐθύτητα. ἀλλὰ μὴ διαπτύσητέ μου τὴν ἱκετείαν παρακαλῶ, μηδὲ τὴν ἀθλίαν μου παρίδητε πολιὰν μετὰ πολλοὺς ὑβρισμένην καμάτους.

Πρὸ

5 Apud Quesnellum *triginta mansionibus*. Vocem *quinque* ex Græco supplevimus. 6 Græcus textus habet ἐπικαλουμένῳ. Verbum autem ἐπικαλεῖσθαι pro *appellare* ad superiorem judicem frequenter accipitur. Ita Actor. c. 25. v. 11. Καίσαρα ἐπικαλοῦμαι *Cæsarem appello*; & Jo. Chrysostomus in epistola ad Innocentium Papam apud Coustantium epist. . . p. 778. ἡμῶν σύνοδον ἐπικαλουμένων *nobis Synodum Appellantibus*. Alia tria Plutarchi exempla in Lexico Roberti Constantini invenire licebit. Hinc *appellantis* potius, quam *invocantis* significationem Metii interpretatio expressit his verbis apud Baronium loco allegato n. 121. *Supplico & obsecro, ut mihi appellanti justum vestrum & rectum judicium opem ferat* &c. De hac vero Theodoreti appellatione vide nostras Observationes in Quesnelli differt. 10.

Πρὸ δὲ πάντων, μαθεῖν ἀντιβολῶ παρ᾽ ὑμῶν, εἴτε χρή με τέρψαι τὴν ἄδικον ταύτην καθαίρεσιν, εἴτε μή. τὴν γὰρ ὑμετέραν προσμένω ψῆφον. ς'. κἂν κελεύσητε τοῖς καταψηφισαμένοις ἐμμεῖναι, ἐμμενῶ καὶ οὐδενὶ ἀνθρώπων ἐνοχλήσω λοιπὸν, ἀλλὰ μενῶ τὸ ἀκλινὲς τοῦ Θεοῦ καὶ σωτῆρος ἡμῶν κριτήριον. ἐμοὶ δὲ, ὡς ὁ δεσπότης μαρτυρεῖ Θεὸς, οὐ τιμῆς μέλει καὶ δόξης, ἀλλὰ μόνον τοῦ γεγενημένου σκανδάλου· ὅτι πολλοὶ τῶν ἁπλουστέρων, καὶ μάλιστα εἰ ἐκ διαφόρων αἱρέσεων παρ᾽ ἡμῶν ζωγρηθέντες, τῷ θρόνῳ τῶν κατακρινάντων προσέχοντες αἱρετικοὺς ἴσως ἡμᾶς ὑπολήψονται, τὴν τοῦ δόγματος ἀκρίβειαν κατιδεῖν οὐ δυνάμενοι· ὅτι τοσοῦτον χρόνον ἐπισκοπεύσας, οὐκ οἰκίαν ἐκτησάμην, οὐκ ἀγρὸν, οὐκ ὀβολὸν, οὐ τάφον ἀλλὰ τὴν αὐτομάτην πενίαν, καὶ τὰ παρὰ τῶν πατέρων εἰς ἡμᾶς ἐλθόντα μετὰ τὴν ἐκείνων τελευτὴν εὐθὺς διανείμας, ὡς ἴσασιν ἅπαντες οἱ τὴν ἑῴαν οἰκοῦντες.

ζ. Πρὸ δὲ πάντων, ἱκετεύω τὴν ἱερὰν ὑμῶν καὶ τῷ Θεῷ φίλην κεφαλὴν, παρασχεῖν μοι τῶν προσευχῶν τὴν βοήθειαν. ταῦτα διὰ τῶν εὐλαβεστάτων καὶ θεοφιλεστάτων πρεσβυτέρων Ὑπατίου καὶ Ἀβραμίου τῶν χωρεπισκόπων, καὶ Ἀλυπίου τοῦ ἐξάρχου τῶν παρ᾽ ἡμῖν μοναζόντων τὴν ὑμετέραν ἁγιωσύνην ἐδίδαξα. ἐπειδήπερ ἐμὲ δραμεῖν πρὸς ὑμᾶς τὰ τῶν βασιλικῶν γραμμάτων ἐπέχε δεσμὰ, ὥσπερ οὖν καὶ τοὺς ἄλλους. καὶ παρακαλῶ τὴν ὑμετέραν ὁσιότητα, καὶ ἰδεῖν αὐτοὺς πατρικῶς, καὶ τὰς ἀκλινεῖς ὑμῶν ἀκοὰς εὐμενεῖς αὐτοῖς παρασχεῖν, καὶ τὸ συκοφαντούμενον καὶ μάτην πολεμούμενον μου γῆρας τῆς ὑμετέρας ἀξιῶσαι κηδεμονίας, καὶ πρὸ πάντων τῆς ἐπιβουλευομένης πίστεως παντὶ σθένει φροντίσαι, καὶ φυλάξαι ταῖς ἐκκλησίαις τὸν πατρῷον κλῆρον ἀκήρατον· ἵνα καὶ τὰς ἀντὶ τούτων ἀντιδόσεις δέξηται ὑμῶν ἡ ἁγιότης παρὰ τοῦ μεγαλοδώρου δεσπότου.

Ante omnia ut a vobis docear oro, an me oporteat in hac injusta depositione acquiescere, an non: vestram enim sententiam expecto. Quod si in judicatis manere me jusseritis, manebo, neque ulli hominum deinceps molestus ero, sed rectum Dei Salvatorisque nostri judicium expectabo. Me quidem, testis est Dominus Deus, honoris & gloriæ cura non tangit, sed scandali quod injectum est: quia multi e simplicioribus, atque ii maxime, qui ex diversis hæresibus opera nostra emerserunt, sedem illorum qui condemnarunt, attendentes, hæreticos nos fortasse existimabunt, cum dogmatis perfectionem perspicere non possint, quodque Episcopatu tot annis gesto, non domum acquisierim, non agrum, non obolum, non sepulcrum; sed spontaneam paupertatem amplexus sim, & ea quæ a parentibus ad nos pervenerant, post illorum mortem statim distribuerim, ut sciunt omnes qui habitant in Oriente.

CAP. VII. Præ omnibus autem sacrum Deoque carum caput vestrum obsecro, ut precibus mihi opem & auxilium ferat. Hæc per reverentissimos Deoque carissimos Presbyteros, HYPATIUM & ABRAMIUM Chorepiscopos, & ALYPIUM monachorum qui apud nos sunt Exarchum, Sanctitati vestræ suggessi: quandoquidem ne ad vos contenderem, regiarum litterarum vincula retinuerunt, quemadmodum & alios. Et Sanctitatem vestram oro, ut & paterno affectu illos videat, & sinceras aures vestras illis benignas præbeat, & calumniis vexatam, ac sine caussa impugnatam senectutem meam studio & providentia vestra dignetur, tum ante omnia fidei insidiis appetitæ quam maximam potest curam gerat, paternamque hereditatem Ecclesiis integram custodiat: ut pro his etiam paratas remunerationes a munifico, & liberali Domino Sanctitas vestra recipiat.

☞ ADMONITIO

in sequentis Epistolæ Fragmentum.

1. INsigne, quod subjicimus epistolæ Anatolii fragmentum, ex quo hunc post Flaviani mortem ordinatum discimus, e codice Regio 940. a Coteleria editum fuit inter Ecclesiæ Græcæ Monumenta tom. 1. pag. 66. Istud Quesnellus secundæ Leonis editioni inseruit, præmisitque epistolis 69. 70. & 71. datis mense Julio an. 450. in quibus de ipsius Anatolii ordinatione sermo est. In observationibus autem ad hoc fragmentum affirmat, *circa hæc tempora* (prædictarum scilicet epistolarum Leonis) Flavianum obiisse; cui proinde Anatolius suffectus, circa idem tempus eam ad eumdem Leonem epistolam dederit, ex qua hoc fragmentum excerptum fuit. Non assentimur. Flavianum enim paullò post Ephesinum latrocinium habitum mense Augusto anni 449. *inter manus eorum, a quibus in exilium ducebatur, glorioso ad Christum fine transisse* eodem an. 449. testatur Prosper in Chronico. Concinit Historia Eutychianistarum, quæ eum, dum in exilium deportaretur, ipso in itinere apud Pipam Lydiæ civitatem defunctum indicat. Potuit quidem hæc mors a Flaviani inimicis aliquandiu occultari ob Constantinopolitanos, qui illi maxime favebant: unde Archimandritæ, Clerus, & populus Constantinopolitanæ urbis qui ad Leonem litteras dedere citius circa Octobrem ann. 449. (ut colligere licebit ex admonitione in epistolam 59.) ejusdem Episcopi mortem ignorabant. At nihilominns Anatolium ordinatum fuisse ante finem anni 449., ex Theodoro Lectore manifestum est. In fragmentis enim ejusdem a Valesio collectis, ordinatione Anatolii, ac nonnullis ejusdem ordinationis circumstantiis commemoratis, ait. *Agebantur autem hæc consulatu Protogenis & Asterii.* Igitur sub finem ejusdem anni hæc epistola ad Leonem scripta videtur; sicut & alia ordinatorum ejus,

ejus, cujus fit mentio in epistola 71. nam statim post ordinationem ejusmodi epistolæ scribebantur.

2. Sub idem tempus de eadem re ad Leonem litteras dedere Theodosius atque Pulcheria; & omnes hæ epistolæ simul videntur transmissæ. Nondum tamen Romam pervenerant mense Martio anni 450. cum Leo scripsit epistolas 60. & 61. in quibus Flavianum adhuc vivum præsumit. Eas Pontifex accipere potuit mense Aprili vel Majo; cujus moræ quid in caussa fuerit, ignoramus. Cum autem difficilem rem proponerent, quæ maturiorem consultationem flagitabat; forte hac de re Leo habuit illum *tractatum*, cujus gratia Petronium & Regulum Gallicanos *diu* se retinuisse scribit ep. 67. ad Ravennium, in quam vide adnot. 2. Hæc quidem Anatolii caussa adeo magnum Pontifici negotium facessivit, ut quatuor Legatos eligendos, instruendos, atque Constantinopolim transmittendos crediderit, quod non exiguam in respondendo dilationem flagitabat; unde nihil mirum, si epistolæ 69. 70. & 71. quibus hac de ordinatione respondet, datæ fuerint mense Julio anni 450. Interim hoc fragmentum excerptum ex Anatolii epistola, quæ statim post ejus ordinationem ante finem anni 449. exarata fuit, cum certa dies ac mensis lateat, præmittendum censuimus epistolæ Leonis ad Theodosium, quæ die 25. Decembris signatur.

* Alias. post epist. LI. Quæ autem erat 53. nunc 71. Sub finem anni 449.

EPISTOLA LIII. *

seu

Epistolæ ANATOLII Constantinopolitani Episcopi ad S. LEONEM Fragmentum.

De Ordinatione sua.

Ex Epistola ANATOLII Constantinopolitani ad LEONEM Romanum.

A ETenim piissimus & Christi amans noster Imperator Theodosius, qui cuncta in secundis post res ad Deum pertinentes ponit, cum sanctissima Constantinopolitana Ecclesia Pastore orbata esset, deberetque accipere qui eam posset regere, plurimam ejusce rei curam suscepit. Ac primo quidem demandavit religiosissimo ejusdem urbis Clero, ut ad gubernationem aptiores decernerent cum probatione, sibi electionem omnium præcipui reservans. Deinde in his exhorta immoderata dissensione, cunctisque hinc erga multos in varia studia scissis, jubet Imperator conquiri Clericos in regia urbe etiam ex aliis civitatibus ob quædam (ita ut fit) negotia degentes, quo inter illos præstantior absque ullo affectu in episcopalem dignitatem promoveretur. Quod cum factum fuisset, postea placuit iis qui in cuncta potestatem obtinent, permitti Clero electionem Primatis. Et ecce suffragia in me omnium minimum venerunt; non propter justitiam meam, sed ut Christus Jesus in me ostenderet omnem patientiam suam, juxta Apostolum. Unde id operis incubuit sanctæ Synodo Episcoporum Constantinopoli versantium, ut ad me ordinandum sine mora procederent.

1. Tim. 1. 16.

ΕʼΚ ΤΗ͂Σ ἘΠΙΣΤΟΛΗ͂Σ ἈΝΑΤΟΛΊΟΥ

Κωνσταντινουπόλεως πρὸς τὸν Ῥώμης Λέοντα.

ΚΑὶ γὰρ ὁ εὐσεβέστατος, καὶ φιλόχριστος ἡμῶν Βασιλεὺς Θεοδόσιος, ὁ δεύτερα τὰ λοιπὰ τῶν θείων ἡγούμενος, τῆς ἐν Κωνσταντινουπόλει ἁγιοτάτης ἐκκλησίας τοῦ ποιμαίνοντος χηρευούσης, ὀφειλούσης τετυχεῖν, τοῦ ταύτην ἰθύναι δυναμένου, B πλείστην τούτου ποιησάμενος τὴν φροντίδα. πρότερον μὲν ἐπέτρεψε τῷ κατ' αὐτὴν εὐλαβεστάτῳ κλήρῳ τοὺς ἐπιτηδειοτέρους εἰς ἐπιστασίαν μετὰ δοκιμασίας ψηφίσασθαι, τὴν ἐπιλογὴν ἑαυτῷ τοῦ πάντων ἐκκρίτου ταμιευσάμενος. εἶτα διχονοίας ἀμέτρου ἐν τούτοις ἀναφυείσης, καὶ πάντων ἐντεῦθεν περὶ πολλοὺς μεριζομένων τὰς γνώμας, κελεύει τοὺς διάγοντας ἐν τῇ Βασιλευούσῃ, καὶ ἐξ ἑτέρων πόλεων, τινῶν ἕνεκεν, οἷα σύμβαινει, χρειῶν, κληρικοὺς ἀνερευνᾶσθαι, ἐφ' ᾧτε τὸν ἐκ τούτων * ἄμεινον δίχα πάσης προσπαθείας εἰς τὴν ἐπισκο- C πὴν προαχθῆναι. ὅπερ γεγονότος, ἔδοξε λοιπὸν τοῖς κρατοῦσι τῶν ὅλων, ἐπιτρέψαι κλήρῳ τὴν ἐπιλογὴν τοῦ πρωτεύοντος. καὶ ἰδοὺ φθάνει ἡ ψῆφος ἐπ' ἐμὲ τὸν ἐλάχιστον, οὐ κατὰ τὴν ἐμὴν δικαιοσύνην, ἀλλ' ἵνα πάντως ἐν ἐμοὶ ἐνδείξηται Χριστὸς Ἰησοῦς τὴν πᾶσαν μακροθυμίαν αὐτοῦ, κατὰ τὸν ἀπόστολον. ὅθεν γέγονεν ἔργον τῇ ἐνδημούσῃ ἁγίᾳ συνόδῳ, ἀνυπερθέτως εἰς τὴν ἐπ' ἐμοὶ χειροτονίαν ἐλθεῖν.

* 1 ἀμείνω ἀμείνονα.

EPI-

Alias. XXIII. ...e autem ...a 54. erat, ...c 70. ... Decemb. ... 449.

EPISTOLA LIV. *

1 Ad Theodosium Augustum.

SYNOPSIS.

Nicænæ fidei se inhærere scribit: Eutychen, non minus quam Nestorium, esse damnandum: Concilium intra Italiam haberi postulat.

Leo urbis Romæ Episcopus Theodosio semper Augusto.

PRO integritate fidei catholicæ christianissimum Principem convenit esse sollicitum, & hoc indefessis precibus divinam misericordiam posco, ut cordi vestro id quod est veritatis inspiret, neque falli vos in aliquo 2 humanarum æmulationum fraude patiatur. A me autem, atque ab omnibus catholicis Sacerdotibus quæ evangelicæ 3 atque apostolicæ fidei pietas defendatur, satis plene ac lucide 4 litteris meis, quas Clementiam vestram jam du- C A dum per famulum vestrum Epiphanium tribunum, qui pro hac caussa missus est, arbitror accepisse, 5 reseratum est: nec ambigi potest, hoc nos purissime credere, hoc constanter asserere, quod etiam venerandi Patres, quondam 6 apud Nicæam congregati, secundum fidem Symboli credendum & confitendum sacratissima auctoritate sanxerunt. Nos enim, venerabilis Imperator, sicut Nestorii dogma perversum merito anathematizavimus; ita juste etiam horum impietatem, qui veritatem carnis nostræ negant a Domino 7 nostro JESU CHRISTO susceptam esse, damnamus, Gloriosissime. B Unde si pietas vestra suggestioni ac supplicationi nostræ dignetur annuere, ut intra Italiam haberi jubeatis episcopale Concilium, cito auxiliante Deo poterunt omnia scandala, quæ in perturbationem totius Ecclesiæ sunt commota, resecari: ut per universum regnum vestrum catholicæ fidei integritate servata, & pacem christianam manere, & vestram apud Deum crescere gloriam gaudeamus. Data 8 octavo Kalendas Januarias, Asturio & Protogene viris clarissimis Consulibus.

Concilium intra Italiam petit Leo.

ADMONITIO

in sequentes imperiales epistolas.

1 CUR epistolæ sequentes Leoninis insertæ fuerint, probe notavit Quesnellus in brevi Admonitione eisdem epistolis præmissa his verbis: *Ex epistolarum subjectarum serie manifestum est, scriptas eas fuisse consilio & hortatu sancti Leonis totiusque Synodi, ex qua & cujus nomine datæ sunt superiores Pontificis litteræ. Has igitur pro utrarumque affinitate hoc loco excudendas putavimus. Nam & clariorem illius Synodi nobis ingerunt notitiam, cujus locum, tempus, materiem, aliasque circumstantias aperiunt; & ab ipso Leone dictatæ videntur. De quibus plura in dissertatione* 1. *De Vita & Rebus gestis S. Leonis ad annum* 449. Ipsæ epistolæ tres imperiales ad Theodosium, & alia ad Pulcheriam Leonis consilium palam testantur: has vero ab ipso Leone dictatas nihil indicat; quin nonnulla Leoninæ scribendi rationi haudquaquam congruunt.

2 Quoad

BALLER. NOTÆ.

1 Relegimus hanc epistolam cum MSS. Vat. & Venet. collectionis XII. ex qua edita fuit a Merlino; ac præsertim cum præstantissimo codice Ratisp. coll. XIX.

2 Antiquiores vulgati *humanarum calliditatum æmulatione patiatur*. Quesnelli lectionem nostri quoque codices approbant.

3 Voces *atque apostolicæ* addidimus ex memorato cod. Ratisp. Mox editi ante Quesn. *defendat*, non tamen nostri codices.

4 Intelligit epistolam 44., quam quidem Epiphanio Tribuno traditam ex eo colligimus, quia per Epiphanium directa fuit epistola 50. ad Constantinopolitanos, quæ sub idem tempus scripta, quo epistola 44. ad Imperatorem data est, hujus præsertim transmittendæ occasione eidem Epiphanio tradita videtur. Confer epistolam 59. c. 2.

5 Editi ante Quesn. cum MSS. collect. XII. *ratum est*. Corrupte. Emendationem Quesnelli noster codex Ratisp. confirmat.

6 Nicænæ fidei apertam professionem facit, eo quod Eutyches ejusque fautores solam hanc fidem efferentes, ut patet ex ipsius Eutychis ep. 21. inter Leoninas, nollent cogi ad duas naturas in Christo profitendas, perinde ac si id contrarium esset Nicæno Symbolo, cui nihil addendum prædicabant; & hoc nomine se veluti Catholicos venditantes, e contra Catholicos a Nicæna fide desciscere traducebant. Hinc Theodosius ab Eutychianis deceptus, *sæpe* scripsit se non permissurum, ut a Nicæna Synodo Sacerdotes Domini deviarent. Vide ep. 69. c. 1. Hanc Eutychianorum artem atque censuram solum post pseudosynodum Ephesinam ex posterioribus nuntiis, & ex recentibus Theodosii litteris, de quibus in dissert. de epistolis deperditis num. 38. S. Pontifex detexit; & idcirco tum in hac, tum in aliis subsequentibus epistolis Nicænam fidem expresse profitetur; ita tamen ut simul declaret ab hac fide non minus Nestorianos, quibus Eutychiani maxime adversabantur, quam Eutychianos ipsos plurimum diffidere. Confer adnot. 5. in epist. 67.

7 Ex eodem Ratisp. supplevimus vocem *nostro*.

8 Erat in editis *octavo Kal. Junias*. Hæc chronica notatio ipsi Quesnello suspecta fuit: unde hanc notam eidem subjecit. „ Cum ex epistola 27. (nunc 31.) ad Pulcheriam disertis verbis testetur Leo acceptas a se tertio „ idus Majas litteras, Synodi a Theodosio convocatæ indices, mirum cur de eadem Synodo nullam apud Prin„ cipem mentionem faciat. Forte dissimulandum censuit Pontifex, ut liberius Synodum intra Italiam congregan„ dam postulare a Theodosio posset; vel dicendum, in alterutra epistola mendosum esse numerum diei aut mensis. “ Adde quod in solis litteris post Ephesinum latrocinium scriptis & datis die 13. Octobris ac in sequentibus Concilium in Italia se desiderare Leo indicavit, ut remedium afferretur scandalis, quæ ex eodem latrocinio orta fuerant. Epiphanius etiam, qui in hac epistola memoratur, solum mense Octobri Roma discesserat cum epistolis 44. & 50. ut innuimus adnot. 4. Igitur in mensem *Junium* certissimum mendum irrepsit, ac propterea non minus erronea est lectio laudatorum codicum collectionis XII. qui solummodo unum diem antevertunt *VIIII. Kal. Junias*. Emendavimus autem ex præclaro codice Ratisp. ex quo facili librariorum lapsu *Jan.* in *Jun.* migrasse cognoscitur. Ex hac autem emendatione alia plura corriguntur, & componuntur, quæ alias magnam confusionem apud eruditos pepererunt.

2 Quoad tempus vero cum omnes tum quæ traditæ, tum quæ redditæ fuerunt Auguſtorum epiſtolæ, in una Calchedonenſi collectione exhibitæ, chronica notatione careant, alii aliter opinati ſunt. De quatuor prioribus epiſtolis in Orientem miſſis in primis ſtatuendum eſt. Totum pendet ex interpretatione illorum verborum Valentiniani ep. 55. *Cum adveniſſem Romam ad Divinitatem placandam, ſequenti die ad Baſilicam Apoſtoli Petri proceſſi, & illic poſt venerabilem noctem diei Apoſtoli, & a Romano Epiſcopo, & ab aliis cum eo ex diverſis provinciis congregatis rogatus ſum ſcribere tuæ Manſuetudini*. Ex recitatis autem verbis colligitur, Valentinianum Romam acceſſiſſe pridie ante feſtivitatem Apoſtoli Petri; die autem ſequenti, ideſt ipſo die feſto ad Baſilicam Apoſtoli Petri proceſſiſſe; & illic poſt nocturnum officium a Leone aliiſque Epiſcopis, qui ad idem feſtum convenerant, exoratum fuiſſe, ut ad Theodoſium ſcriberet. Idipſum Placidiam & Eudoxiam Auguſtas rogatas fuiſſe, ex aliis earumdem epiſtolis liquet.

3 Cardinalis Baronius ad an. 449. n. 164. arbitratus eſt, has quatuor epiſtolas eodem anno ſcriptas fuiſſe poſt diem dedicationis Baſilicæ S. Petri, quæ celebrari ſolet die decima octava Novembris; & ad eam diem uſque retentos fuiſſe exiſtimat Epiſcopos, qui Synodo Romanæ ſuperioribus epiſtolis 44. & ſeqq. memoratæ interfuerant. Sed præterquam quod non eſt veroſimile Epiſcopos, qui III. Kal. Octobris in Urbe convenerant, per quinquaginta dies Romæ fuiſſe detentos abſoluta jam Synodo die 13. aut ſerius 15. Octobris, ut liquet ex epiſt. 44. & ſequentibus: præter hoc, inquam, nullum antiquum documentum ſupereſt, quo probetur, Leone Pontifice dedicationem Baſilicæ S. Petri celebratam fuiſſe die 18. Novembris. Adde quod Valentinianum an. 449. Romæ fuiſſe, nullum aliunde indicium eſt; nonnulla autem ſuppetunt documenta, quæ eum anno 450. ibidem extitiſſe probant.

4 Queſnellus Diſſ. 1. ad an. 450. n. 1. Baronii ſententiam impugnans, in aliam apertius erroneam tranſiit, contendens has epiſtolas ſcriptas fuiſſe poſt feſtum S. Petri die 29. Junii an. 450. Error ex duobus manifeſte detegitur. Primum quia hoc anno Valentinianus Romæ erat menſe Martio, quo legem edidit Novellis inſertam tit. 7. *de Indulgentiis reliquorum*, nec non menſe Aprili ex tit. 38. *de Naviculariis annuis* &c. ex quibus dies feſtus S. Petri, ante quem ille pridie Romam advenerat, dies 29. Junii eſſe non poteſt. Secundo quia cum Theodoſius obierit die 28. Julii anni ejuſdem 450. ſi poſt diem 29. Junii ſcriptæ ac miſſæ ad eum fuiſſent epiſtolæ; poſt ejus mortem Conſtantinopolim perveniſſent, nec potuiſſet alias, quæ exſtant, epiſtolas reddere. Alius igitur dies feſtus S. Petri cum Tillemontio & Pagio quærendus eſt, & anterior quidem die III. Nonas Martii an. 450. quo memorata lex *de Indulgentiis reliquorum* data fuit. Ex antiquiſſimo Calendario Bucheriano, in quo dies feſti Romanæ Eccleſiæ notantur, diſcimus *VIII. Kal. Martii* Romæ celebratum fuiſſe feſtum hoc titulo ibidem ſignatum: *Natale Petri de Cathedra*. Hoc itaque anno Valentinianus cum Auguſtis Romam pervenit IX. Kal. Martii; ipſo autem feſto Leo cum Epiſcopis ab eiſdem petiit ut ad Theodoſium ſcriberent. Porro ex Placidiæ ep. 58. ad Pulcheriam colligitur, eos ſcripſiſſe, antequam eamdem Pulcheriam bonæ cauſſæ favere ex ipſius litteris exploratum fieret: alias hujus rei aliqua mentio a Placidia eidem epiſtolæ inſerta fuiſſet. Id autem Romæ innotuit ante diem 17. Martii hujus anni 450. quo S. Leo hac de re gratulatus Pulcheriæ dedit epiſtolam 60. Igitur quatuor priores epiſtolæ exaratæ fuerunt paullo poſt diem 22. Februarii, & ante diem 17. Martii anni ejuſdem, ac probabilius ſub Februarii finem.

5. Cuique epiſtolæ ſive a Valentiniano, ſive ab Auguſtis ſcriptæ Queſnellus ſubjecit epiſtolam, quam Theodoſius reddidit. Nos collectionis Calchedonenſis methodum, & rationem etiam temporis ſequendam putavimus. Ut autem idoneum intervallum tribuatur tranſmiſſioni litterarum, Theodoſii epiſtolæ in Aprilem referendæ videntur, ac propterea poſt epiſtolas 60. & 61. ſcriptas menſe Martio eaſdem locavimus.

6. Quamvis probabilius exiſtimemus, omnes has epiſtolas ſcriptas fuiſſe latine, uti latine pariter ſcribebantur leges etiamſi in Oriente darentur; interiiſſe tamen credimus originale Latinum, ſolamque ſupereſſe Græcam verſionem; & Latina exempla, quæ ad nos tranſmiſſa fuerunt, eſſe antiquam interpretationem ex Græco, eamque ab homine lucubratam Latini ſermonis minus perito, ut conſtabit ex aliquot locis valde obſcuris & peſſime redditis, quæ Auguſtorum originali nequaquam congruunt. Hac etiam de cauſſa notatio temporis a Græco collectore ſemper omiſſa, in Latino textu pariter deſideratur, quæ ſuppleta fuit, cum Latinæ Calchedonenſis collectionis Auctor Latina originalia invenit. Confer Præfat. in epiſtolas numer. 36.

7. Nunc titulum, qui tribus imperialibus Epiſtolis 55. 56. & 57. in collectione Calchedonenſi præfigitur, exhibemus. In Græca collectione ſic: Θεῖον γράμμα κατωπεμφθὲν, τοῦτο μὲν τοῦ δεσπότου ἡμῶν Οὐαλεντινιανοῦ δὲ τῆς θείας μνήμης Πλακιδίας, οὐ μὴν ἀλλὰ καὶ τῆς προσκυνητῆς Βασιλίδος Εὐδοξίας, πρὸς τὸν τῆς θείας μνήμης Θεοδόσιον, ὥστε κελεῦσαι ἐν τοῖς μέρεσι τῆς Ιταλίας σύνοδον ἐπιτελεσθῆναι. In Latina vero noſtri codices ita reddunt: *Sacræ litteræ tam a Domino noſtro Valentiniano, quam a divæ memoriæ Placidia, nec non & Eudoxia Auguſta ad Theodoſium divæ memoriæ, ut juberet in partibus Italiæ Concilium celebrari.*

EPI-

EPISTOLA LV. *

VALENTINIANI IMPERATORIS

AD THEODOSIUM AUGUSTUM.

* Alias post ep. XLVII. Quæ autem erat 55. nunc 74. sub finem Febr. an. 450.

Τῷ δεσπότῃ Θεοδοσίῳ, ἐνδόξῳ, νικητῇ, καὶ τροπαιούχῳ, αἰωνίῳ Βασιλεῖ, καὶ πατρὶ, νικητὴς Οὐαλεντινιανὸς, ἔνδοξος, τροπαιοῦχος, ἀεὶ βασιλεὺς, καὶ υἱός.

ΠΑΡΑΓΕΝΟΜΕΝΟΥ μου ἐν τῇ πόλει Ῥώμῃ ἐξευμενίσασθαι τὸ θεῖον, τῇ ἐπιούσῃ ἡμέρᾳ ἐν τῷ εὐκτηρίῳ τοῦ ἀποστόλου Πέτρου προῆλθον· κἀκεῖσε μετὰ τὴν σεβάσμιον νύκτα τῆς ἡμέρας τοῦ ἀποστόλου, ὑπό τε τοῦ Ῥώμης ἐπισκόπου, ὑπό τε ἑτέρων αὐτῷ ἅμα ἐκ διαφόρων ἐπαρχιῶν συνηγμένων, ἠξιώθην γράψαι πρὸς τὴν σὴν ἡμερότητα περὶ τῆς πίστεως· ἥτις φύλαξ ὑπάρχουσα πασῶν τῶν πιστευουσῶν ψυχῶν, λέγεται τεταράχθαι· ἣν ἡμεῖς ἀπὸ τῶν προγόνων παραδοθεῖσαν, ὀφείλομεν μετὰ τῆς προσηκούσης καθοσιώσεως ἐκδικεῖν, καὶ τῆς ἰδίας εὐλαβείας τὴν ἀξίαν τῷ a μακαρίῳ ἀποστόλῳ Πέτρῳ ἄτρωτον καὶ ἐν τοῖς ἡμετέροις χρόνοις διαφυλάττειν· ἵνα ὁ μακαριώτατος ἐπίσκοπος τῆς Ῥωμαίων πόλεως, ᾧ τὴν ἱερωσύνην κατὰ πάντων ἡ ἀρχαιότης παρέσχε, χώραν, καὶ εὐπορίαν ἔχειν περί τε πίστεως, καὶ ἱερέων κρίνειν δέσποτα ἁγιώτατε πάτερ, καὶ σεβάσμιε βασιλεῦ. τούτου γὰρ χάριν κατὰ τὸ ἔθος τῶν συνόδων καὶ ὁ τῆς Κωνσταντινουπόλεως ἐπίσκοπος αὐτὸν ἐπεκαλέσατο διὰ λιβέλλου, ἕνεκα τῆς b ἀνακυψάσης φιλονεικίας περὶ τῆς πίστεως· c τοῦτο οὖν αἰτοῦντι, καὶ ἐνευχομένῳ τὴν κοινὴν σωτηρίαν ἡμῶν, ἐπινεῦσαι οὐκ ἠρνησάμην τὸ πρὸς τὴν σὴν ἡμερότητα τὴν ἐμὴν αἴτησιν οἰκειῶσαι· ἵνα ὁ προλεχθεὶς ἱερεὺς, συναχθέντων ἐκ πάσης τῆς οἰκουμένης καὶ τῶν λοιπῶν ἱερέων, ἐντὸς τῆς Ἰταλίας παντὸς προκρίματος ἀποκινηθέντος, ἐξ ὑπαρχῆς τὴν στρεφομένην αἰτίαν πεφροντισμένῃ δοκιμασίᾳ διαγνοὺς, ἐξοίσῃ τὴν ἀπόφασιν, ἣν ἡ πίστις, καὶ ὁ τῆς ἀληθοῦς θειότητος λόγος ἀπαιτεῖ. οὐ γὰρ ὀφείλει ἐν τοῖς ἡμετέροις καιροῖς καινότης θρησκείας εἰσάγεσθαι

A Domino 1 meo THEODOSIO, gloriosissimo victori & thriumphatori, perpetuo Imperatori & Patri, VALENTINIANUS gloriosus, victor ac triumphator semper Augustus & filius.

CUM advenissem in urbem Romam ad Divinitatem placandam, sequenti die ad basilicam Apostoli Petri processi, & illic post venerabilem noctem diei Apostoli, & a Romano Episcopo, & ab aliis cum eo ex diversis provinciis congregatis rogatus sum B scribere vestræ mansuetudini de fide, quæ cum sit conservatrix omnium fidelium animarum, dicitur perturbata: quam nos a nostris majoribus traditam, debemus cum omni competenti devotione defendere, & dignitatem propriæ venerationis beato Apostolo Petro intemeratam & in nostris temporibus conservare: quatenus beatissimus Romanæ civitatis Episcopus, cui principatum Sacerdotii super omnes antiquitas contulit, locum habeat ac facultatem de fide & Sacerdotibus judicare, Domine 2 sacratissime Pater, & venerabilis Imperator. C Hac enim gratia 3 secundum solemnitatem Conciliorum & Constantinopolitanus Episcopus eum per libellos appellavit, propter contentionem quæ orta est de fide. Huic itaque postulanti & conjuranti salutem nostram communem annuere non negavi, quatenus ad tuam mansuetudinem meam petitionem ingererem, ut prædictus Sacerdos congregatis ex omni orbe etiam reliquis Sacerdotibus intra Italiam, omni præjudicio submoto, a principio omnem caussam quæ vertitur, sollicita probatione cognoscens, sententiam ferat, quam D fides & ratio veræ Divinitatis expostulat. Non debet enim nostris temporibus 4 contra religionem turbarum petulantia prævalere, 5 dum incommota fides hactenus fuerit conservata. Ad perfectiorem vero agnitionem vestræ 6 divinitatis, direximus etiam 7 gesta,

Venerabilis nox diei Apostoli, seu vigilia festi.

Principatus Romani Pontificis, quo potest de fide & Sacerdotibus judicare.

Concilium in Italia petit.

BALLER. NOTÆ.

a In marg. edit. Rom. *μακαριωτάτῳ*. codex vero Ven. *μακαρίῳ τῷ*.
b In marg. edit. Rom. *περικυψάσης*.
c In marg. edit. Rom. *τούτῳ* L.

1 Vulgati Græco textui cohærentius omittunt *meo*, & dein habeat *glorioso*. Lectionem MSS. coll. Calchedonensis tum nostrorum, tum Baluzii edidimus.

2 Ita iidem codices. Editi *sanctissime Pater ... Hujus enim rei gratia*: quæ lectio etsi Græci textus vim melius exprimit, antiquam tamen interpretationem edere volentibus textui inserenda non fuit.

3 Idest ex Græco *secundum usum* seu *consuetudinem Conciliorum*. Pluralis numerus *Conciliorum* non unum, sed plura Concilia indicat, in quibus Romani Pontifices *ex suo principatu Sacerdotii* exercuere facultatem quam habent, *de fide & Sacerdotibus judicare*: sicut Julius Papa in Romana Synodo judicavit in caussa Athanasii, & Innocentius in caussa Joannis Chrysostomi &c. qui in Oriente depositi ad apostolicam Sedem confugerant. Forte etiam respicitur Synodus Sardicensis, quæ consuetudinem appellandi ad Summum Pontificem disertis canonibus comprobat.

4 Cod. Divionensis Baluzii *adversus religionem*. Male in aliis *atque religione*. Noster Veronensis 57. *fidei atque religioni*.

5 Ita MSS. libri. Editi melius *cum*. Sed antiquam versionem damus.

6 Sic melius antiqui codices, quam in excusis *dignitatis*.

7 Hæc *gesta* & *exclamationes*, nec non Episcoporum congregatorum mentio innuunt speciem quamdam Synodi habitæ ipso die festo S. Petri 22. Februarii an. 450. De quo die vide admonit. num. 4. Dein pro *exclamationes* cod. Divionensis habet *explanationem*, at in margine *exclamationes*.

Gesta Synodi Romanæ.

sta, per quæ & desideria & exclamationes A omnium pietas vestra cognoscat.

θορύβῳ προπετείας, ἀσαλεύτε τῆς πίστεως μέχρις ὧδε διαφυλαχθείσης. πρὸς δὲ τελείαν διδασκαλίαν τῆς σῆς θειότητος ἀπεστείλαμεν καὶ τὰ πεπραγμένα· δι' ὧν καὶ τὰς ἐπιθυμίας, καὶ τὰς ἐκβοήσεις πάντων, d ἡ ὑμετέρα εὐσέβεια καταμάθοι.

* Quæ erat 56. nunc 75. Eodem temp. quo præcedens.

EPISTOLA LVI.*

GALLÆ PLACIDIÆ AUGUSTÆ

AD THEODOSIUM.

Domino victori THEODOSIO & triumphatori, B semper Augusto filio, GALLA PLACIDIA piissima & florens, perpetua Augusta & mater.

Δεσπότῃ νικητῇ Θεοδοσίῳ, καὶ τροπαιούχῳ, ἀεὶ βασιλεῖ, υἱῷ Γάλλα Πλακιδία ἡ εὐσεβεστάτη, καὶ ἀνθοῦσα, a αἰωνία βασιλὶς, καὶ μήτηρ.

1. DUM in ipso ingressu civitatis antiquæ hanc curam habuissemus, ut cultum beatissimo Petro Apostolo redderemus, in ipso adorando altari Martyris reverendissimus LEO Episcopus, paullulum se post orationem retinens, propter catholicam fidem apud nos deflevit, ipsum similiter summum Apostolorum, quem nuper 2 adieramus, testem objiciens, Episcoporum multitudine circumseptus, 3 quos ex innumerabilibus civitatibus Italiæ pro principatu proprii loci seu dignitate collegit: & verbis permiscens lacrymas, ad communionem sui fletus nostros quoque gemitus provocavit. Non enim modicum detrimentum est ex his quæ gesta sunt, ut fides, quæ tantis temporibus regulariter custodita est a sacratissimo patre nostro CONSTANTINO, qui primus imperio splenduit Christianus, 4 nuper D turbata sit ad arbitrium unius hominis, qui in Synodo Ephesinæ civitatis odium & contentiones potius exercuisse narratur, militum præsentia & metu 5 appetens Constantinopolitanæ civitatis Episcopum FLAVIANUM, eo quod libellum ad apostolicam Sedem miserit, & ad omnes Episcopos harum partium, per eos qui 6 directi fuerant in Concilio a reverendissimo Episcopo Romæ, qui secundum definitiones 7 Nicæni Concilii consueti sunt interesse, Domine sacratissime fili, venerabilis Imperator. Hac itaque gratia, E tua mansuetudo tantis turbis resistens, veritatem fidei catholicæ religionis immaculatam servari præcipiat: ut secundum formam & definitionem apostolicæ Sedis, quam

EX litteris tuæ mansuetudinis nostra cognovit 1 æternitas, quid reverendissimus Patriarcha Leo a tua æternitate poposcerit. His itaque litteris indicamus, quoniam de his quæ dicta sunt a reverendissimo Episcopo, plenius atque apertius 2 sæpius scriptum est: ex quibus sine dubitatione manifestum est, nihil nos præter paternam fidem, aut dogmata divina, vel definitiones reverendissimorum, qui tam sub divæ memoriæ CONSTANTINO in Nicæa civitate, quam dudum nostro præcepto in Epheso congregati sunt, definisse, aut decrevisse, aut intellexisse; sed hoc solum in Epheso constitui jussimus, ut omnes, qui nocibili læsione Ecclesias sanctas turbaverunt, digne removerentur. Hæc sunt, quæ non ad refragationem, sed ad concordiam & purum vinculum adorandæ religionis a reverendissimis 3 Patribus sunt decreta. FLAVIANUS autem, princeps contentionis hujus, sacra sententia ab ecclesiasticis rebus expulsus est. Hæc igitur sciens tua mansuetudo, Domina sacratissima mater & venerabilis Augusta, nihil nos aliquando contrarium a tradita fide sentire, sicut a quibusdam dicitur, 4 suspicemini aut cogitetis.

EPISTOLA LXIV. *

* Quæ antea erat 64. nunc 84.

EJUSDEM THEODOSII

AD LICINIAM EUDOXIAM,

Qua respondet epistolæ LVII.

Δεσποίνῃ τῇ ἐμῇ Εὐδοξίᾳ, τῇ προσκυνητῇ βασιλίδι, Θεοδόσιος.

ΑΕΙ μὲν οὖν τῆς σῆς ποθεινότητος τοῖς γράμμασι τερπόμεθα καὶ ταῦτα ὅλῃ ψυχῇ ἡδέως

Dominæ meæ EUDOXIÆ venerabili Augustæ THEODOSIUS.

SEmper equidem 1 tui desiderii litteris delectamur, 2 & has tota animæ suavitate

a In MS. Ven. ὑπὸ τοῦ τῆς θείας, &c. b In marg. edit. Rom. ἴσ πάλιν.

1 Ita codices tum nostri, tum Baluzii, nec non editi in margine; at in textu *serenitas*, & post pauca *a tua serenitate*.

2 Sic MSS. & editiones ante Romanam, in qua & sequentibus *sæpe*. Quid autem adverbio *sæpius* innuatur, explicabimus in differt. de epistolis deperditis num. 38.

3 In editis perperam *Presbyteris*: & post *autem* additur *qui dicitur*. Codicum lectionem dedimus.

4 Romani editores Conciliorum primi vulgarunt *suspicetur aut cogitet*. Antea vero legebatur optimo sensu, sed barbare, ut ex omnibus mss. restituimus. 1 Quesn. cum editis Conciliorum in margine *tuæ amabilitatis*.

2 Idem Quesn. cum iisdem edit. Concil. *ac tota animæ suavitate*. Cod. Chig. *ac ex tota animi sinceritate*. Secuti sumus aliorum quatuor nostrorum codicum lectionem, quam & Baluzii MSS. approbant.

ALER. NOTÆ.

vitate complectimur, & omnibus tuis petitionibus consuevimus gratanter annuere, Domina 3 sacratissima filia, venerabilis Augusta; sed de præsenti caussa, hoc est de FLAVIANO, qui fuit Episcopus, quæ in hac caussa subsecuta sint, reverendissimo Archiepiscopo Leoni perfecte nostra mansuetudo significavit. Tuæ vero dulcedini hoc solum approbavimus intimandum, quia memoratus FLAVIANUS 4 sacro judicio 5 ab humanis rebus ablatus est, quatenus totius dubietatis contentio a sacris removeretur Ecclesiis: 6 & nihil ulterius post hæc definire possibile est, cum jam ista semel decisa sint.

A περιπτυσσόμεθα, καὶ πάσαις ταῖς σαῖς αἰτήσεσι μετὰ πολλῆς τῆς χαρᾶς εἰώθαμεν ἐπινεύειν, δέσποινα ἁγνοτάτη θύγατερ, προσκυνητὴ βασιλίς· ἀλλὰ περὶ τοῦ ἐνεστῶτος πράγματος, τουτέστι, περὶ Φλαβιανοῦ, τοῦ ποτε ἐπισκόπου, τὰ τῇ αἰτίᾳ παρακολουθήσαντα τῷ εὐλαβεστάτῳ ἀρχιεπισκόπῳ Λέοντι τελείως ἡ ἡμετέρα κατεσήμανεν ἡμερότης· τῇ δὲ σῇ γλυκύτητι τοῦτο μόνον ἐδοκιμάσαμεν γνωρίσαι, ὅτι ὁ μνημονευθεὶς Φλαβιανὸς θείᾳ κρίσει τῶν a ἀνθρωπίνων πραγμάτων ἀφῃρέθη· ὅπως πᾶσα ἀμφιβολίας φιλονεικία ἀπὸ τῶν ἱερῶν ἐκκλησιῶν B ἀποκινηθῇ· καὶ οὐδὲν ἕτερον τοῦ λοιποῦ μετὰ ταῦτα δυνατὸν ὁρίσαι, περὶ τῶν ἅπαξ ἤδη τετυπωμένων.

* Al. post ep. XLIX. Quæ autem erat 65. nunc 85. Diu ante Majum an. 450.

1 EPISTOLA LXV. *

2 seu

PRECES MISSÆ

ab universis Comprovincialibus Episcopis Metropolis Arelatensis ad S. LEONEM Papam.

SYNOPSIS.

I. *Præmissis nonnullis de Ravennii electione ac moribus, antiqua Ecclesiæ Arelatensis privilegia a Leone redintegrari postulant.*

II. *Eadem ex variis hujus Ecclesiæ prærogativis confirmant, ac præsertim ex S. Trophimi in Gallias adventu.*

III. *Civilia Arelatensium jura ac privilegia Imperatorum commemorant.*

IV. *Variis officiorum testimoniis Leonem demulcent.*

CAP. I.

MEmores quantum honoris & reverentiæ, beatissimæ Sedi apostolicæ, cui vos Dominus noster JESUS CHRISTUS pro meritis sanctitatis voluit præsidere, semper debitum fuerit, semperque debeatur, ordinationem qua sanctus frater & Coepiscopus noster RAVENNIUS in civitate Arelate post transitum beatæ recordationis HILARII Episcopi, concordantibus omnium votis, ad summum Pontificium, Domino favente, provectus est, missis continuo 3 litteris Apostolatui vestro indicare curavimus. Quibus a Beatitudine vestra, tanta dignatione & caritate fuisse responsum, C immensas gratias agimus, etsi tantas, quantas debemus, referre non possumus. Notum licet nobis ante jam fuerit, prædictum sanctum fratrem & Coepiscopum nostrum maxime 4 Coronæ vestræ 5 gratiam, morum suorum mansuetudine & sanctitate meruisse; perceptis nunc tamen Beatitudinis vestræ litteris, quanta eum caritate complectamini, evidenter agnovimus. Unde præmissis officiis, quæ Apostolatui vestro jure debentur, suggestionem nostram, quæ justitiæ partibus fungitur, audiendam a Corona vestra, minime dubitamus: quippe cum non aliqua nova institui, sed prisca per vos optamus & antiqua reparari. Nec enim justum est ut honorem 6 D ejus, quem, ut probavimus, impense diligitis, illa res minuat, 7 qua pietatem vestram alter offendit. Et sane manifestum est, Ecclesiæ Arela-

Hilarii Arelat. sanctitas.

BALLER. NOTÆ.

a In eod. marg. ἐκκλησιαστικῶν L.

3 Sic omnes codd. & editiones ante Romanam, quam secutus Quesnellus edidit *sanctissima*.

4 Quesnellus in margine *divino*.

5 Ita omnes codices nostri, & Baluzii. Græcus etiam textus cohæret. Editi *ab ecclesiasticis rebus*, ut in epistola præcedenti tum in Græco, tum in Latino textu legitur. Sed Theodosius hisce litteris respondens epistolæ 57. Eudoxiæ, eadem formula utitur, quam illa ibidem usurpaverat *ex humanis rebus potuisset auferri*, ubi sane Flaviani mortem, de qua tum Eudoxia nihil acceperat, indicare non potuit; sed depositionem ejus intellexit, uti explicavimus adnot. 9. in laudatam epistolam 57. Eodem itaque sensu hanc formulam hic accepit etiam Theodosius; unde corrigendus est Quesnellus, qui hunc textum de Flaviani morte interpretatus est not. ultima in epistolam nobis 59. ac si ejus mors, quæ sane præcesserat, a Theodosio hoc loco nuntiata fuerit.

6 Restituimus & ex codicibus, ut erat apud Crabbum.

1 Extat hæc epistola in unica collectione XV. Arelatensi. Vindicatur a Quesnello in observationibus, quas notis præmittit. Contulimus cum MS. Vallicellano G. 99. apographo vetustioris codicis ecclesiæ Arelatensis, ex quo illam Baronius edidit, Cum nota chronica careat, certum tempus ignotum est. Solum affirmari potest scriptam fuisse ante diem 5. Maji anni 450. quo Leo hisce litteris respondit epistola sequenti, & non modico quidem tempore ante. Cum enim hæ Gallicanorum *Preces* ad Leonem missæ fuerint per Petronium & Regulum, ut liquet ex epistola sequenti cap. 1., hos autem *diu* apud se retinuisse S. Pontifex affirmet epistola 67. data eodem die 5. Maji; sequitur *diu* ante Majum has Preces transmissas fuisse. In hac vero temporis incertitudine, eas sequenti Leonis epistolæ, qua iisdem Precibus respondet, præmittendas censuimus.

2 In laudato MS. Vallic. *Preces missæ ab universis Episcopis Galliar. ad Leonem Papam*. Sed vox *Galliar.* linea superinducta deleta fuit. Utrum vero in antiquo codice Arelatensi, unde sumtum fuit hoc apographum ad Baronium transmissum, eadem vox *Galliar.* desit, an cum eadem litura legatur, ignoramus. Baronius & Sirmondus omittunt *comprovincialibus*.

3 Indicantur epist. 40. & 41. anni præcedentis.

4 Vide not. 1. Quesn.

5 Ita cum Quesnello etiam Sirmondus, qui Arelatensem codicem consuluit. Baronius cum ms. Vallic. *gratia morum suorum mansuetudinem & sanctitatem meruisse*.

6 Ravennii scilicet, quem Leo sibi probatum tradidit epistola 40. Confer etiam epist. 41.

7 Ita cum Quesnello cod. Vallic. Aliæ editiones *quæ pietatem vestram ante offendit*. Respicit Hilarii factum in Celidonii caussa, ob quod Leo illum metropolitico jure privavit, ut liquet ex epistola 10. Hinc autem cognoscitur hanc Hilarii pœnam personalem habitam fuisse; ac propterea mox privilegia Arelatensis Ecclesiæ *pro tempore diminuta* traduntur.

Arelatenſi divinæ gratiæ favorem adeſſe, cui talem habere contigit Sacerdotem, per quem privilegia dignitatis antiquæ, quæ dolebat ſibi 8 pro tempore diminuta, gauderet in perpetuum recentioribus apoſtolicæ Sedis auctoritatibus reformata.

. II. ...latenſis ...ſiæ præ... ...iva ſa.

Omnibus etenim regionibus Gallicanis 9 notum eſt, ſed nec ſacroſanctæ Eccleſiæ Romanæ habetur incognitum, quod prima intra Gallias Arelatenſis civitas miſſum a beatiſſimo Petro Apoſtolo ſanctum Trophimum habere meruit Sacerdotem, & exinde aliis paullatim regionibus Galliarum 10 bonum fidei, & religionis infuſum: priuſque alia loca ab hoc rivo fidei, quem ad nos apoſtolicæ inſtitutionis fluenta miſerunt, meruiſſe manifeſtum eſt Sacerdotem, quam Viennenſis civitas, quæ ſibi nunc impudenter ac notabiliter primatus expoſcit indebitos. Jure enim ac merito ea urbs ſemper apicem ſanctæ dignitatis obtinuit, quæ in ſancto Trophimo primitias noſtræ religionis prima ſuſcepit, ac poſtea intra Gallias hoc quod divino munere fuerat conſecuta, ſtudio doctrinæ ſalutaris effudit. Cujus honoris obtentu Eccleſiam Arelatenſem omnes deceſſores prædeceſſoreſque noſtri velut matrem debito ſemper honore coluerunt, tenenteſque traditionem 11 totam ab hac ſibi 12 civitates noſtræ ſede Epiſcopos poſtularunt. Ab hujus Eccleſiæ Sacerdote tam deceſſores noſtros, quam nos ipſos conſtat in ſummum Sacerdotium, donante Domino, conſecratos. Quam quidem antiquitatem ſequentes prædeceſſores Beatitudinis veſtræ, hoc quod erga privilegia Arelatenſis Eccleſiæ inſtitutio vetuſta tradiderat, promulgatis (ſicut & ſcrinia apoſtolicæ Sedis procul dubio continent) 13 auctoritatibus confirmarunt, credentes plenum eſſe rationis atque juſtitiæ, ut ſicut per beatiſſimum Petrum Apoſtolorum principem ſacroſancta Eccleſia Romana teneret ſupra omnes totius mundi Eccleſias principatum; ita etiam intra Gallias Arelatenſis Eccleſia, quæ ſanctum Trophimum ab Apoſtolis miſſum Sacerdotem habere meruiſſet, ordinandi pontificium vindicaret. His ſecundum religionem utitur privilegiis Eccleſia memorata.

...rophimus ...us Arelat. ...copus.

...nia Sedis ...tolicæ.

CAP. III. Arelatenſis civitatis politica privilegia.

Ceterum multa ſunt, quibus ſecundum inſtituta Principum cunctis intra regiones noſtras civitatibus præferatur. Hæc in tantum a glorioſiſſimæ memoriæ Constantino peculiariter honorata eſt, ut ab ejus vocabulo præter proprium nomen, quo Arelas vocitatur, Constantina nomen acceperit. Hanc clementiſſimæ recordationis Valentinianus & Honorius fideliſſimi Principes ſpecialibus privilegiis, & ut verbo ipſorum utamur, 14 Matrem omnium Galliarum appellando decorarunt. In hac urbe, quicumque intra Gallias ex tempore prædictorum oſtentare voluit inſignia dignitatis, 15 Conſulatum ſuſcepit & dedit. Hanc ſublimiſſima præfectura, hanc reliquæ poteſtates, velut communem omnibus patriam, ſemper inhabitant. Ad hanc ex omnibus civitatibus multarum utilitatum cauſſa concurritur: & plane ita ſibi erga privilegia memoratæ vel Eccleſiæ, vel civitatis, divina, ut credimus, diſpenſatione, omnia conſenſerunt, ut ſemper ſicut Eccleſia Arelatenſis intra Gallias primatum in Sacerdotio antiquitatis merito, ita etiam civitas ipſa principatum in ſæculo opportunitatis gratia poſſederit. Unde factum eſt ut non ſolum provinciæ Viennenſis ordinationem, ſed etiam 16 trium provinciarum, contemplatione ſancti Tro-

Arelas alias Conſtantina eſt appellata, & alias Mater omnium Galliarum.

...LLER. ...OTÆ.

8 Nimirum ſub Hilario, qui metropolitico jure exutus fuerat epiſt. 10. quam pœnam temporalem fuiſſe, quoad ille viveret, oſtendemus in obſervationibus ad Diſſert. 5. Queſnelli tom. 2.

9 Reſpiciuntur Zoſimi litteræ *ad Epiſcopos per Gallias & ſeptem provincias conſtitutos*, quibus Arelatenſis ſedis privilegia & jura ſtatuta fuerant, ac exinde omnibus Galliarum regionibus innotuere. Hæ autem Gallorum preces Zoſimi litteris adeo innituntur, ut nonnumquam ipſa fere earum verba deſcripta præferant.

10 Sic cod. Vallicel. cum Baronio & Sirmondo. Queſnellus *donum fidei*. Quæ autem hic de S. Trophimi miſſione narrantur, e Zoſimi litteris ſurrepta ſunt. Hac vero in re legenda erunt quæ fuſius differemus in memoratis Obſervationibus ad diſſert. 5. Queſnelli part. 2. c. 2.

11 Queſn. in margine: Forte *notam*.

12 Baronii & Sirmondi editiones *civitatis*: perperam.

13 Zoſimi epiſtolæ pro ſede Arelatenſi editæ indicantur. Litteras autem Romanorum Antiſtitum *auctoritates* appellatas hinc etiam confirmatur.

14 Perperam in vulgatis ante Queſnellum atque Sirmondum cum noſtro codice Vallicell. *matrimonium Galliarum*. Honorius in Conſtitutione ad Agricolam an. 418. Arelatem *metropolitanam civitatem* appellat. In hac conſtitutione continentur pleraque ex his, quæ de privilegiis civilibus Arelatenſis urbis hoc capite referuntur. Valentiniani autem conſtitutio deſideratur. Quid vero circa has conſtitutiones, & circa titulum *matris omnium Galliarum* ſentiendum ſit, explicabimus in obſervationibus allegatis part. 2. cap. 4. num. 2. & 3.

15 Vide not. 2. Queſnellii.

16 Cum in ſequentibus *Prædeceſſorum veſtrorum auctoritas* indicet epiſtolas Zoſimi, in quibus tres provinciæ, Viennenſis, & duæ Narbonenſes, Arelatenſi tributæ tantummodo memorantur; dubium exoritur, num hic quoque *trium provinciarum* nomine eædem provinciæ tres ſolummodo intelligendæ ſint, ita ut Viennenſis in tribus his comprehendatur. At formulæ *non ſolum provinciæ Viennenſis, ſed etiam trium provinciarum* has tres ab illa videntur diſtinguere. Aliunde reſtituta jam per Bonifacium Zoſimi ſucceſſorem provincia Narbonenſi prima Epiſcopo Narbonenſi, hi Epiſcopi de eadem provincia ad Arelatenſem ſedem revocanda non videntur cogitaſſe; cum præſertim S. Leo epiſt. 10. Bonifacii judicium laudans, hanc provinciam ab Arelatenſis jure alienam declaraverit, ut palam fiet in Obſerv. in Diſſert. 5. part. 2. cap. 2. num. 7. Hi porro Epiſcopi trium provinciarum ſunt, Viennenſis, Narbonenſis ſecundæ, & Alpium maritimarum. Id colligitur ex Epiſcoporum nominibus, quæ ſequenti Leonis reſponſioni præfiguntur. Licet enim cujus ſedis Epiſcopi fuerint, ibidem non exprimatur; aliis tamen ex documentis, quæ hujus ævi Epiſcopos cum ſuis ſedibus exhibent, ſatis probabile eſt Conſtantinum fuiſſe Epiſcopum Dienſem, & Fontejum Vaſenſem provinciæ Viennenſis; Maximum vero fuiſſe Epiſcopum Rejenſem, Aſclepium Aptenſem, Armentarium Antipolitanum, ac Theodorum Forojulienſem in Narbonenſi ſecunda; ad Alpes autem maritimas pertinere Valerianum Cemellenſem, Urſum Senecenſem, Nectarium Dinienſem, & Ingenuum Ebredunenſem. Has ergo tres provincias tantum ut Leo Arelatenſi ſedi præſervaret, hi Epiſcopi poſtulaſſe videntur: niſi quis forte inter Epiſcoporum nomina aliunde non cognita exſtitiſſe putet Epiſcopum Tarantaſiæ in Alpibus Grajis, & hanc quoque provinciam laudatos Antiſtites comprehendiſſe arbitretur, adeo ut præter Viennenſem indicaverint provincias tres, Narbonenſem ſecundam, Alpes maritimas, & Alpes Grajas. Alpes quidem Grajas eoſdem etiam fuiſſe complexos, judicium Leonis confirmat; cum inter quatuor oppida Arelatenſi non conceſſa, ſed Viennenſi adjudicata recenſeat Tarantaſiam, quæ ad Alpes Grajas ex omnibus notitiis pertinet.

Trophimi, ſicut & ſanctorum prædeceſſorum A veſtrorum 17 pateſacta ſibi teſtatur auctoritas, Arelatenſis Eccleſiæ Sacerdos ad ſollicitudinem ſemper ſuam curamque revocarit. Cui id etiam honoris dignitatiſque collatum eſt, ut non tantum has provincias poteſtate propria gubernaret, verum etiam omnes Gallias ſibi 18 apoſtolicæ Sedis vice mandata, ſub omni eccleſiaſtica regula contineret.

CAP. IV. His itaque omnibus intimatis, & in notitiam Beatitudinis veſtræ fideli aſſertione perlatis, quæſumus & obſecramus Coronam Sanctimoniæ veſtræ per nomen Domini noſtri JESU CHRISTI, qui in vobis juſtitiam, B patientiam; tranquillitatem, & bona totius ſanctitatis ac perfectionis elegit, & per beatiſſimum Apoſtolum Petrum, quem vita & converſatione veſtra nobis divino munere redditum credimus, ut quicquid Arelatenſis Eccleſia, ſicut ſuperius indicavimus, 19 vel ab antiquitate ſuſcepit, vel poſtea auctoritate Sedis apoſtolicæ vindicavit, id omne ad ſuum pontificium revocare ejuſdem Eccleſiæ Sacerdotem Beatitudinis veſtræ auctoritas in perpetuum manſura præcipiat. Ipſi autem vel officiorum cauſſa, vel hujus legationis obtentu, Sanctimoniæ veſtræ nos præſentaſſemus aſpectibus, niſi alios infirmitas, alios anni præſentis penuria ab hac votorum noſtrorum cupiditate C revocaſſet. Sed confidimus in Domino JESU CHRISTO, qui precibus & deſideriis noſtris effectum promtiſſimæ pietatis veſtræ præſtitit, quod qui nunc legationis officio fraudamur, gratiarum poſtea referendarum per noſmetipſos actione fungemur.

JACOBI SIRMONDI S. J.

Nota poſtuma, nunc primum edita.

AB. PETRO S. TROPHIMUM.) Zoſimus papa in epiſtolis ſuis Trophimum Arelatem miſſum dixit, non a Petro nominatim, ſed a ſede apoſtolica, quod ad poſteriora ſæcula referri poteſt. Et ſane a Petri ævo plurimum diſtant, qui Trophimi adventum Decianis temporibus adſignant, ut Gregorius Turon. lib. 1. hiſtoriæ Francorum cap. XXVIII. Qua de re litem hoc loco movere non placet. Hoc certum eſt, primum Arelatenſium epiſcopum Trophimum fuiſſe, atque hoc nomine, titulo apoſtoli ornari aliquando ſolitum, ut in Sacramento Benedicti epiſcopi Avenionenſis: *Ego Benedictus Avenionenſis eccleſiæ vocatus epiſcopus, juro coram Deo & ſanctis ejus, omnem ſubjectionem & obedientiam canonicam & fidelitatem eccleſiæ S. Stephani ſedis Arelatenſis, ubi corpus almi Trophimi apoſtoli quieſcit, & Raimbaldo præſenti archiepiſcopo, & ſucceſſoribus ejus, ſi ſupervixero.* Ex tabulario eccleſiæ Arelatenſis.

EPISTOLA LXVI. *

Al. ... Quæ ... antea 66 ... nunc ... 5. Maj ... 450.

1 SANCTI LEONIS PAPÆ

ad præcedentes Comprovincialium Epiſcoporum Metropolis Arelatenſis preces reſpondentis.

SYNOPSIS.

Sententiam ſuam S. Leo interponit ſuper antiqua controverſia inter Arelatenſem & Viennenſem Eccleſias, & cuique ſuos limites aſſignat.

Dilectiſſimis fratribus, Constantino, 2 Armentario, Audentio, Severiano, Valeriano, Urso, Stephano, Nectario, Constantio, Maximo, Asclepio, Theodoro, Justo, Ingenuo, Augustali, Superventori, 3 Ynantio, Fontejo, Palladio, Leo Papa.

CAP. I. Lectis dilectionis veſtræ litteris, quas ad nos filii noſtri Petronius Presbyter, & 4 Regulus Diaconus detulerunt, quam benevolum fratri & Coepiſcopo noſtro Ravennio impendatis affectum, evidenter agnovimus: ſiquidem poſtulatis ut ei quod deceſſor ipſius merito nimiæ præſumtionis amiſerat, reformetur. Sed petitionem fraternitatis veſtræ Viennenſis Epiſcopus miſſis litteris & Legatis, ſua ſuggeſtione prævenerat, conquerens Arelatenſem Epiſcopum ordinationem ſibi 5 Vaſenſis Antiſtitis uſurpaſſe. Cum itaque nobis ita & paternarum reverentia ſanctionum, & omnium veſtrum ſervanda ſit gratia, ut in Eccleſiarum privilegiis nihil convelli, nihil patiamur excidi: conſequens fuit ut ad conſervandam 6 intra Viennenſem provinciam pacem, adhiberetur juſtitiæ moderatio, quæ nec D antiquitatis uſum, nec deſideria veſtra negligeret.

Conſi-

BALLER. NOTÆ.

17 Sirmondus *pateſactum*.

18 Apoſtolica quædam delegatio hic indicatur Arelatenſi Epiſcopo Zoſimi litteris conceſſa, cum præcepit ut quicumque ex qualibet Galliarum parte Romam aut alio proficiſceretur, ab eodem Epiſcopo formatas acciperet. Jus etiam cogendæ Synodi ex alienis quoque Galliarum provinciis ab eodem Zoſimo, ut videtur, attributum, hanc delegatam vicem magis magiſque conſtituit. Confer quæ in hanc rem dicemus in obſerv. ad Diſſert. 5. part. 2. c. 6. num. 8.

19 Hæc ad S. Trophimum referuntur, de quo ſupra adnot. 10. Sequentia vero, *vel poſtea auctoritate Sedis apoſtolicæ vindicavit*, indicant ea, quæ cum *apoſtolicæ Sedis vice* Arelatenſi Epiſcopo collata antecedenti adnotatione memoravimus.

1 Invenitur in collectione XV. Arelatenſi, in qua exſtat ſuperior.

2 Baronius ſecutus antiquæ manus correctionem in codice Vallicellano G. 99. indicatam edidit *Armatario*, cum prima manu legeretur, ut apud Queſnellum, *Armantario*. Prætulimus lectionem Sirmondi, quam exhibent etiam ſubſcriptiones epiſtolæ 99. & inſcriptio epiſtolæ 102.

3 Baronius cum cod. Vallic. *Unantio*. *V*. & *Y* in mss. facile commutantur. *Ynantius* legitur in utriſque laudatis epiſt. 99. & 102.

4 Cod. Vallicell. *Regulinus*. At in ſequenti epiſtola habetur *Regulum*.

5 Male *Vaſatenſis* in quibuſdam codicibus, ut notavit Queſn. in margine.

6 Vulgati cum mss. Baronii & Sirmondi *intra Viennenſem & Arelatenſem provincias*. Queſnellus emendavit ex ſuo codice: *unica enim*, inquit, *erat tunc provincia Viennenſis appellata*. Quinam fuerit hic ſuus codex, in poſtilla non indicat. Sed Thuaneum fuiſſe, ex notatione ejuſdem huic epiſtolæ ſubjecta colligi poteſt. Sic enim ille: *Superius Leonis reſcriptum primus emiſit in lucem Eminentiſſimus Cardinalis Baronius cum ipſo ſupplici libello & aliis epiſtolis, quæ res Arelatenſis Eccleſiæ attinent; eaſque accepiſſe ſe teſtatur ex Arelatenſi Cod. MS. In eumdem nos codicem incidimus, ni fallor: qui quidem in Bibliotheca Thuanea aſſervatur. Etſi enim nonnullæ diſcriminis notæ appareant, leviores tamen ſunt, quam ut alter codex credatur a Baroniano, cum quo in ceteris convenit; velut in additione ſubjecta ſuperiori epiſtolæ de confirmato Leonis decreto per Symmachum Papam.*

Hunc

P. II. Conſideratis enim allegationibus utriuſque A partis præſentium Clericorum, ita ſemper intra 7 provinciam veſtram, & Viennenſem & Arelatenſem civitates claras fuiſſe reperimus, ut quarumdam cauſſarum alterna ratione, nunc illa in eccleſiaſticis privilegiis, nunc iſta præcelleret; cum tamen eiſdem commune jus quondam fuiſſe a gentibus proderetur. Unde Viennenſem civitatem, quantum ad eccleſiaſticam juſtitiam pertinet, inhonoratam penitus eſſe non patimur; præſertim cum de receptione privilegii, auctoritate jam noſtræ diſpoſitionis utatur: quam poteſtatem HILARIO Epiſcopo ablatam, Viennenſi Epiſcopo credi- B dimus deputandam. Qui ne repente ſemetipſo factus videatur inferior, vicinis ſibi quatuor oppidis præſidebit, id eſt, VALENTIÆ, & TARANTASIÆ, & GENAVÆ, & GRATIANOPOLI, ut cum eis ipſa Vienna ſit 8 quinta, ad cujus Epiſcopum omnium prædictarum Eccleſiarum ſollicitudo pertineat. Reliquæ vero civitates ejuſdem provinciæ, ſub ARELATENSIS Antiſtitis auctoritate & ordinatione conſiſtant: quem pro modeſtiæ ſuæ temperantia, ita futurum credimus ſtudioſum caritatis & pacis, ut nequaquam ſibi credat ablatum, quod fratri videat eſſe conceſſum. Data 3. Non. Maji, C VALENTINIANO Aug. 7. & AVIENO V. C. Conſſ.

[Margin: …uor op… Vien… Epiſco… …bjecta.]

In fine hujus epiſtolæ, hæc quæ ſequuntur verba habentur in Codd. Arelatenſi & Vallicellano. Hoc præceptum Domini LEONIS confirmatum eſt a Sede Apoſtolica, præſidente SYMMACHO Papa, PROBO V. C. Conſule.

JACOBI SIRMONDI S. J.

Notæ poſtumæ.

[Margin: Labei T. III.] Veterem inter Viennenſes atque Arelatenſes epiſcopos de provinciæ ſuæ primatu controverſiam ita compſnit ut diviſa in duas partes Provincia, proximas quatuor civitates Viennenſi attribuat, reliquas Arelatenſi. Quod decretum a Symmacho papa A iterum poſtea confirmatum, obtinuit, atque ut deinceps obtineret, cum Caroli Magni regis temporibus renovata fuiſſet altercatio, ſancitum eſt Canone VIII. Synodi Francofordienſis.

Ordinationem Vaſenſis antiſtitis.) Fonteii opinor, poſt mortem Auſpicii. Ex epiſtolæ contextu apparet, ſummoto a Viennenſis Provinciæ adminiſtratione Hilario Arelatenſi, Viennenſes epiſcopos priſtinum ejus adminiſtrandæ privilegium recepiſſe: Ravennium nihilominus Hilarii ſucceſſorem decreto non paruiſſe, ſed mortuo in eadem Provincia Vaſenſi epiſcopo, metropolitani jure alterum ordinaſſe. Quo nomine conqueſtus apud Leonem jam fuerat epiſcopus Viennenſis, cum ad eum miſſi ſunt ab epiſcopis legati, qui ademptam Hilario poteſtatem Ravennio reſtitui poſtularent. Decreti Leonis, quo redintegratum eſt privilegium eccleſiæ Viennenſis, prodiit ante aliquot annos B exemplum in Bibliotheca Floriacenſi, ſed ſubdititium, ni fallor, confictumque ab homine, qui non animadvertit conſules, quos appoſuit, mortuo jam Hilario, de quo agebatur, nomen anno dediſſe. Nec vero laborandum, ut conſulum notam, velut corruptam, emendemus, cum in cæteris pontificum ad epiſcopos Viennenſes epiſtolis, quæ in eo volumine continentur, alia ſint plurima tam aperte falſa, ut merito detrahant etiam probabilibus fidem.

EPISTOLA LXVII.*

*Alias LI. Quæ autem 67. antea fuit, nunc 87. 5. Maii an. 450.

1 Ad RAVENNIUM Arelatenſem Epiſcopum.

SYNOPSIS.

Mittit Ravennio celebrem ſuam ad Flavianum epiſtolam de Incarnatione Verbi Dei adverſus Eutychen, ut pro defenſione fidei, per eum hæc, vel Cyrilli Alexandrini epiſtola cunctis Galliæ Epiſcopis fideliter innoteſcat. Secreta etiam mandata Legatis commiſſa indicat.

Dilectiſſimo fratri RAVENNIO, LEO Papa.

Diu filios noſtros PETRONIUM Presbyterum, & REGULUM Diaconum in Urbe tenuimus: quoniam & de noſtra hoc gratia merebantur, & fidei, quæ nunc quorumdam errore 2 inceſſitur, ratio poſtulabat. Volui- D mus enim eos noſtro intereſſe 3 tractatui, & uni-

---

[Margin: …LER. …TÆ.] Hunc vero non eumdem eſſe codicem, ex quo Baronius hanc epiſtolam edidit, ipſæ variantes lectiones quantumvis leviores oſtendunt. Ejuſdem quidem collectionis Arelatenſis uterque Baronii & Queſnelli codex fuit, ſicut & ceteri omnes ad eamdem collectionem pertinentes: unde nil mirum, ſi in pleriſque conveniant, & omnes additionem in fine ſubjectam exhibeant. Sed lectiones alicubi diſcrepantes, ac inter ceteras hæc non omnino levis, diverſa ejuſdem collectionis exemplaria manifeſtant. Duos hujus collectionis mss. libri bibliothecæ Colbertinæ, in quam Thuanei tranſierunt, P. Couſtantius memorat in præfatione ad tom. 1. Epiſt. Roman. Pontificum num. 161. Unus ex his fuit quondam Arelatenſis, cujus exemplum diligenter exſcriptum, ad Baronium a Fabro tranſmiſſum fuit; & in hoc nunc Vallic. G. 99. exſtat vulgata lectio *intra Viennenſem & Arelatenſem provincias*. Alius autem Thuaneus codex a Baroniano diverſus erit ille, qui correctionem Queſnello ſuggeſſit. Hanc autem idcirco amplectimur, quia Leo in hac epiſtola ſemper unius provinciæ, non duarum meminit: uti patebit ex cap. 2. *intra provinciam veſtram*, *reliquæ civitates ejuſdem provinciæ*. Confer adnot. ſequentem.

7 Unam *provinciam* ſingulari numero, ideſt Viennenſem antea memoratam appellat, intra quam *Viennenſem & Arelatenſem civitates* concludit. Hanc *provinciam veſtram* vocat, licet Epiſcopi XIX. Epiſtolæ inſcripti trium ſaltem provinciarum fuerint, Viennenſis, Narbonenſis ſecundæ, & Alpium maritimarum, uti oſtendimus adnot. 16. in epiſt. præcedentem. Num Viennenſis provinciæ nomine non civilem, ſed eccleſiaſticam provinciam intellexit, quæ plures civiles provincias comprehenderet? An præſcindere voluit a memorandis iis provinciis, quæ ex decreto Bonifacii ad Hilarium Narbonenſem ſingulæ ſuum habere debebant Metropolitam, uti pluribus dicemus in obſerv. ad Diſſert. 5. Queſn. part. 2. c. 6. num. 5. & ſeqq. Forte vero S. Pontifex eam ſolam controverſiam, quæ inter Viennenſem & Arelatenſem Epiſcopos mota, ad ſe delata fuerat, & in qua ſola allegationes utrinque fuerant productæ, dijudicare in hac epiſtola voluit; adeo ut hac de cauſſa prætericrit etiam illa, quæ circa Arelatenſis ſedis privilegia Antiſtites in præmiſſis litteris poſtulaverant. De ſola autem Viennenſi provincia quæſtio fuit ob ordinationem Epiſcopi civitatis Vaſenſis, quæ in ea provincia ſita eſt; & in hanc rem allegationes productæ, ac Legati utrinque directi.

8 Ita Queſnell. & Sirm. Baronius *conjuncta*. Cod. Vallicell. *juncta* pro *quinta*.

1 Habetur hæc epiſtola in codicibus ſolius collectionis xv. Arelatenſis.

2 Ita cod. Thuaneus a Queſnello allegatus, nec non apud Sirmondum. Alias ex Baronio *vexata eſt*; cum tamen in ms. Vallicellano G 99. quo Baronius uſus eſt, legatur *inceſſit*, errore utique librarii, pro inceſſitur.

3 Suſpicari quiſpiam poſſet, hic intelligi *tractatum* a Leone & multis Epiſcopis habitum, cum Valentinianus, Placidia, & Eudoxia Februario menſe Romam venerunt, de quo vide adnot. 7. in epiſt. 55. At ob ejuſmodi tractatum, qui Februario menſe videtur exactus, Petronius & Regulus uſque ad diem 5. Maji retineri non poterant. Alium ergo poſteriorem tractatum indicari probabilius eſt. Conjicimus autem reſpici tractatum in Anatolii cauſſa; cum ſcilicet receptis circa Aprilem litteris de ordinatione ejuſdem, quæ plurimum negotii faceſſebat, longiori conſultatione opus fuit, qua in maximo rerum periculo utile conſilium caperetur, & aptæ inſtructiones Legatis traderentur. Vide ep. 69. c. 2. Id apertius fiet ex adnot. 5.

universa cognoscere, quæ per te cupimus ad omnium fratrum & consacerdotum nostrorum notitiam pervenire, 4 carissime; hoc dilectioni tuæ specialiter delegantes, ut sollicitudine vigilantiæ tuæ epistola nostra, quam ad Orientem pro fidei defensione direximus, 5 vel sanctæ memoriæ CYRILLI, quæ nostris sensibus tota concordat, universis fratribus innotescat: ut 6 certiores effecti contra eos, qui Incarnationem Domini pravis persuasionibus æstimant temerandam, spirituali se virtute præmuniant. Habes probabilem facultatem, qua cunctis Ecclesiis, & Deo nostro Episcopatus tui possis commendare primordia, si hæc ita, ut credimus atque mandavimus, impleveris, frater carissime. Quæ autem committenda 7 litteris non fuerunt, cum prædictorum filiorum nostrorum insinuatione didiceris, Domini fretus auxilio efficaciter, ut diximus, ac laudabiliter exequeris. Deus te incolumem custodiat, frater carissime. Data 3. Non. Maji, gloriosissimo VALENTINIANO Aug. VII. & AVIENO V. C. Conss.

Ravennius a Leone delegatus.

Leonis & Cyrilli epistolæ Gallis propositæ.

Secreta mandata.

JACOBI SIRMONDI S. J.

Notæ postumæ.

Ex Labbei Ap. T. III.

EPistola nostra) Proximo ante anno ad Flavianum Constantinopolitanum episcopum scripta. Numero est decima inter epistolas Leonis hoc exordio: *Lectis dilectionis tuæ literis*. Quam episcopi Galliæ in Synodica, velut symbolum fidei, exceptam a se, ac memoriæ commendatam scribunt. Et vero tanti olim est habita, ut tanquam regula fidei proponi omnibus soleret. Gelasius in Synodo de libris, qui in ecclesia recipiuntur. *Item epistolam beati Leonis papæ ad Flavianum Constantinopolitanum episcopum destinatam, cujus textum quispiam si usque ad unum jota disputaverit, & non eam in omnibus venerabiliter receperit, anathema sit*. Hanc fama fuit, ut testatur Gennadius, a Prospero Aquitano dictatam cum aliis Leonis papæ adversus Eutychem ad diversos datis: quod Cardinali Baronio non probatur. Eamdem vero ex Galliis in Hispanias allatam, auctor est Idatius in chronico, ut videri possit Ravennius mandato Leonis operam dedisse, ut non Gallicanis tantum ecclesiis, sed etiam Hispaniensibus innotesceret.

Ceretii, Salonii, Verani.) Ceretii nomen vidimus inter episcopos, qui concilio Arausicano subscripserunt. Salonium, & Veranum erunt fortasse qui fratres fuisse contendant, Eucherii olim filios, quos episcopali honore functos Gennadius idem scribit in Eucherio. *Disseruit etiam ad personam filiorum Salonii, & Verani, postea episcoporum, obscura quæque sanctarum capitula scripturarum*. Nos, etsi quo illos refellamus certi nihil suppetit, satius tamen in re non explorata ducimus assensum sustinere.

Synodica Episcoporum) E Synodo missam episcopi ipsi docent, qui responsi tarditatem exclusam, quod in unum citius convenire non potuerint. Quanquam autem quo loco Synodum habuerint, non indicant, tamen alienum fortasse non fuerit, si a Ravennio Arelatensi evocatos Arelatem potissimum convenisse suspicemur. Subscriptiones ad calcem, quarum initium dumtaxat in vulgatis legebatur, integras ex codice Pithæano descripsimus, eo minus sane prætermittendas, quo sinceriores videntur, & priscam episcoporum consuetudinem referunt, qui diversi, hoc est suis quisque verbis sententiam, salutationemque suam exprimere solebant

bant

BALLER. NOTÆ.

4 Vocem *carissime* a Quesnello expunctam, ex codice Vallicellano ac Sirmondo revocavimus, ut in editis legebatur.

5 *Vel* pro & aliquando in nostris mss. Leoninis usurpatur, ut videre est adnot. 22. in epist. 80. Certe cum epistola 113. cap. 3. ordinato Proterio Alexandrino Leo epistolas se dedisse scripsit *ad Episcopum, VEL ordinatores ipsius, SEU clericos*; *vel* & *seu* pro & accepit: ita enim ad singulos, qui distinctis litteris scripserant, distinctas ex more dedit epistolas, quæ intercidere; uti distinctas habemus ejusdem epistolas 171. 172. & 173. in ordinatione Timothei Alexandrini, qui Proterio successit. Aliud manifestius exemplum præsto est ex epist. 131. cap. 1. *Qualia ad clementissimum Imperatorem, VEL ad ipsum Alexandrinæ urbis Episcopum scripta direxerim, subdita huic epistolæ exempla monstrabunt*. Cum indicentur exempla duarum epistolarum 129. ad Proterium Alexandrinum, & 130. ad Marcianum Augustum, quæ quidem supersunt; *vel* pro & hic quoque sumptum liquet. In re autem præsenti *vel* pro & adhiberi, ex eo cognoscitur, quod non ita S. Leo Cyrilli epistolam Gallicanis commendet, ut, si hæc illis Ravennii opera *innotescat*, permittat suam ad Flavianum epistolam supprimi, quam præcipue recipiendam ac subscriptionibus signandam transmisit, uti colligitur ex ep. 99. Confer adnot. 8. in epist. 70. Innuitur vero Cyrilli epistola secunda ad Nestorium, qua S. Leo adversus Eutychem usus est, ut liquet ex longiori illo ejusdem fragmento, quod subjectum legitur epistolæ 165. ad Leonem Augustum. Hæc prima hujus epistolæ Cyrilli mentio est in Leonis litteris, sicuti dein in epist. 69. & 70. quæ scriptæ fuerunt in Anatolii caussa; & in his (quod maxime observandum est) eædem Cyrilli litteræ una cum celebri Leonis epistola 28. ad Flavianum pari sollicitudine junguntur, & commendantur Orientalibus ut hic Gallicanis: unde Petronium & Regulum ob tractatum in caussa Anatolii Romæ *diu* fuisse detentos, atque de toto negotio instructos, vel ex hoc loco maxime comprobatur. Cur vero inter plura Patrum testimonia, quæ hoc tempore diligenter collecta, Legatis hac de caussa in Orientem missis tradita fuerunt, & postea subjecta epistolæ 165. (vide admonitionem præmissum epist. 28. num. ult.) cur, inquam, hæc una Cyrilli epistola & hic & aliis in locis a Leone potissimum ingeratur, & tanta cum sollicitudine conjungatur cum epistola 28. ad Flavianum, satis colligitur ex epist. 59. & 70. Eutychiani scilicet solam Nicænam fidem efferebant, atque inculcabant; & cum se ei adhærere, tum vero Catholicos suis erroribus inimicos ab ea deviare dictitabant. Confer adnot. 6. in ep. 54. Cum porro iidem Nestorianis essent infensissimi, epistolas Cyrilli, qui Nestorianam hæresim profligaverat, maxime prædicabant. Leo itaque ut omnem Nicænæ fidei læsæ suspicionem removeret a catholico dogmate, quod in epistola ad Flavianum vindicaverat, perutilem credidit Cyrilli epistolam secundam ad Nestorium, in qua ille Nicænam quidem fidem explicans eadem tradidit, ac in sua epistola 28. Hinc ergo utramque simul junxit, ut ex utriusque collatione idem dogma Eutychianis contrarium agnosceretur; & simul etiam pateret, quam illi perperam Nicænam fidem venditarent, a qua, ipso Cyrillo interpretante, maxime diffidebant. Ex his porro, quæ Leo hoc loco tradit, missa dignoscitur in Gallias hæc Cyrilli epistola; ac idcirco fortassis, ex ea versione, quam Leo illuc misit, & adhibuit in testimoniis subjectis epist. 165., inserta legitur in antiquissima collectione V. & in alia posteriori XII., quas in Galliis compactas alibi demonstrabimus. Ex hac porro epistola cognoscimus, S. Leonem ad Ravennium misisse tum suam epist. 28. ad Flavianum, tum epistolam S. Cyrilli ad Nestorium. Ex Idacio autem Hispano & coævo Scriptore præterea colligimus transmissam etiam fuisse epistolam ipsius Flaviani ad Leonem cum aliis documentis ad Eutychianam hæresim pertinentibus: quæ quidem omnia laudatus Ravennius ex Leonis mandato non ad Gallicanos solum, sed etiam ad Hispanos Episcopos direxit. *De Galliis*, inquit ille in Chronico ad Olymp. CXXX. *epistolæ deferuntur Flaviani Episcopi ad Leonem Episcopum missæ cum scriptis Cyrilli Episcopi Alexandrini ad Nestorium Constantinopolitanum, de Eutychete Ebionita hæretico, & Leonis Episcopi ad eumdem responsa: quæ cum aliorum Episcoporum & gestis* (forte Synodi CP. contra eumdem Eutychem) *& scriptis ad Ecclesias diriguntur*. Hinc factum est, ut Flaviani epist. 22. quæ incipit, *Nulla res*, pluribus latinis collectionibus, & præsertim Hispanicæ inserta fuerit.

6 Cod. Vallicell. addit *carissime*; & post *præmuniant* addit *Frater*.

7 Cum pro Anatolii caussa scripsisset Imperator Theodosius, qui Eutychi patrocinabatur; quædam in eumdem Imperatorem sive querelæ, sive præcautiones litteris committendæ non fuere. Pseudosynodo enim Ephesinæ, quæ totam caussam definitam Theodosius contendens epist. 64. aliud Concilium recusabat, opponere volebat Pontifex præter Synodum Romæ habitam etiam Gallicanorum subscriptiones suæ epistolæ ad Flavianum, quæ (etsi serius) transmissæ fuerunt epist. 99. Quin ex cap. 4. hujus epistolæ 99. colligitur, Leonis mentem fuisse, ut ipsi Gallicani ad eumdem Imperatorem scriberent; quod tamen mutatis paullo post rebus ob Theodosii mortem necessarium non fuisse ibidem tradunt. Ex his ergo, quæ fuerint mandata secreta Gallicanis Legatis tradita, satis perspicitur: simulque patet, quam commentitia & falsa sit interpretatio hujus loci a Quesnello allata Dissert. 5. part. 2. cap. 9. in fine.

bant. Quod etiam videre eſt in epiſtola Euſebii Mediolanenſis, aliorumque ejus Provinciæ epiſcoporum ad Leonem eumdem de hoc ipſo argumento: & in epiſtola item Synodica ad Sigebertum regem, quam reddituri ſumus in Synodo IV. Pariſienſi Anno DLXXIII.

Has adnotationes non uni huic epiſtolæ deſervire facile lectores intelligent; ſed & cum aliis nonnullis a Sirmondo datis epiſtolis communis eſt; ideo vero ſub hac dantur, quod in Appendic. ad Labbeum ita ſervatum ſit. Manſi.

---

* Alias poſt epiſt. LXXVI. Quæ antem erat 68. nunc 88. Aliquandiu poſt Majum an. 450.

EPISTOLA LXVIII. *

1 CERETII, SALONII, & VERANI Epiſcoporum Gallorum.

ad S. LEONEM Papam

2 SYNOPSIS.

I. *Pro accepta ejus ad Flavianum epiſtola gratias agunt, quam & per omnes Eccleſias aſſerunt celebrari.*

II. *Illius exemplar a ſe deſcriptum mittunt, a Leone corrigendum, ac remittendum.*

Domino ſancto, beatiſſimo Patri, & 3 apoſtolica Sede digniſſimo Papæ LEONI CERETIUS, SALONIUS, & VERANUS.

CAP. I.

RECenſita epiſtola Beatitudinis veſtræ, quam de fidei inſtructione conſcriptam ad Conſtantinopolitanum Epiſcopum deſtinaſtis, dignum eſſe cenſuimus, ut 4 tantæ doctrinæ ubertate ditati, debitas gratias ſaltem oblato litterarum officio redderemus. Paternæ ſiquidem erga nos pietatis veſtræ ſollicitudinem comprobantes, anticipationi curationis veſtræ hoc nos magis obnoxios confitemur, quod remediorum beneficia ante malorum experimenta cognovimus. Scientes namque pene ſera eſſe remedia, quæ adactis jam vulneribus apponuntur, ut apoſtolicis illis munitionibus induamur, providæ pietatis vocibus 5 præmonetis. Agnoſcimus plane, beatiſſime Papa, qua ad nos interiora pectoris veſtri peculiari affectione tranſmiſeritis, quorum incolumitati aliorum curatione ſuccurritis: & dum ex aliorum præcordiis infuſa antiqui ſerpentis venena producitis, quaſi in quadam caritatis ſpecula conſtituti, apoſtolica 6 illa cura ac ſollicitudine conclamatis, ne inopinantibus improviſus hoſtis adveniat, ne vulneri locum præbeat incauta ſecuritas, Domine ſancte, beatiſſime Pater, & apoſtolica Sede digniſſime Papa. Magna præterea & ineffabili quadam nos peculiares tui gratulatione ſuccreſcimus, quod illa ſpecialis doctrinæ veſtræ pagina ita per omnium Eccleſiarum conventicula celebratur, ut vere conſona omnium ſententia declaretur, merito illic principatum Sedis apoſtolicæ conſtitutum, unde adhuc apoſtolici ſpiritus oracula referentur.

Sedes Apoſtolica, ſpecula caritatis.

Principatus Apoſtolicæ Sedis.

CAP. II.

Idcirco ſi dignanter admittitis, deprecamur ut opus & præſentibus & futuris temporibus profuturum, quod nos aſſervandi ſtudio foliis mandare curavimus, Sanctitas veſtra percurrere, & ſi quid 7 librarii errore defuerit, emendare dignetur: vel, ſi ſalutarem lecturis omnibus paginam aliquo ſtudii veſtri accumulaſtis augmento, idipſum addi libello huic ſollicita pietate jubeatis: ut non ſolum plures ſancti Epiſcopi fratres noſtri per Gallias, verum etiam multi ex laicis filii veſtri, qui epiſtolam iſtam magnopere pro veritatis manifeſtatione deſiderant, remiſſam ad nos, & ſancta manu veſtra emendatam tranſcribere, legere, & tenere mereantur. 8 In rem miſſos, ſi dignum ducitis, redire mox cupimus: ut quia incolumitas veſtra, exultatio & ſalus noſtra eſt, citius ad nos relatu deſiderabili ſalutis veſtræ gaudia recurrant. *Et alia manu.* Memorem coronam veſtram humilitatis noſtræ Chriſtus Dominus longæva ætate conſervet, Domine ſancte, beatiſſime Pater, & apoſtolica Sede digniſſime Papa.

Epiſtolam Leonis & laici legebant.

CERETIUS ſuſceptus veſter Apoſtolatum veſtrum ſaluto, commendans me orationibus veſtris.

SALONIUS venerator veſter, Apoſtolatum veſtrum in Domino ſaluto, orationum veſtrarum ſubſidia depoſcens.

VERANUS cultor veſtri Apoſtolatus Beatitudinem veſtram ſaluto, & ut pro me oretis, peto.

BALLER. NOTÆ.

1 Reperitur hæc epiſtola in mss. collect. v. & xii. Hanc autem epiſtolam præcedenti immediate ſubjicimus, eo quod ob defectum chronicæ notæ certum ejus tempus ſtatuere non liceat; & aliunde poſt præcedentem Leonis epiſtolam ſcripta ſit, acceptis ſcilicet a Ravennio litteris ad Flavianum, quas per Gallias diſſeminandas idem Pontifex antecedenti epiſtola præceperat. Cum vero ſparſis per Ravennium pluribus earumdem litterarum exemplis Leonis doctrina *in omnium Eccleſiarum conventiculis celebrari* dicatur; in id ſane a tranſmiſſis iiſdem litteris non modicum tempus excurrere debuit: ac propterea hæc epiſtola aliquot menſibus poſt diem 5. Maji, quo ſuperiores litteræ datæ fuerunt, ſcripta dicenda eſt.

3 In tabula collect. V. cap. 65. hic titulus legitur: *Ceretii, Salonii, & Verani Epiſcoporum Gallorum ad Leonem Papam gratias ſuper doctrinam agentium.*

3 Ita ex Vindebonenſi coll. V. Vulgati *Apoſtolicæ Sedis*. In eodem codice *Verranus* cum duplici *rr* ſcribitur. Qui autem fuerint Ceretius, Salonius, & Veranus, Queſnellus in notis fuſe perquirit.

4 Idem cod. *tanta*.

5 Duo codd. coll. XII. Vat. 1340. & Venet. 169. alia interpunctione *præmoniti, agnoſcimus* &c. Retinuimus vulgatam lectionem, quæ eſt in cod. Vindebon. coll. v. quæque videtur reſpicere illa epiſtolæ præcedentis, quibus Ravennio Leo ſuam epiſtolam 28. ad univerſos Epiſcopos dirigendam præcepit, *ut certiores effecti contra eos, qui Incarnationem Domini pravis perſuaſionibus æſtimant temerandam, ſpirituali ſervitute præmuniant.* Poſtea codices *tranſmiſeris*. 6 MSS. coll. xii. delent *illa*.

7 Ex epiſtola ſcilicet ad Flavianum, quam Leo ad Ravennium miſerat per Gallias diſſeminandam, plura exempla tranſumta fuere; & in exemplo, quod ad Ceretium, Salonium, atque Veranum miſſum fuerat, *ſi quid librarii errore defuerit*, emendandum efflagitant. Leonem quidem hoc exemplar emendaſſe quam accuratiſſime ex eo patet, quod Epiſcopos provinciæ Mediolanenſis idem Pontifex monuit, ut ejuſdem epiſtolæ exemplar a Ceretio procurarent. Vide epiſt. 97. cap. 2.

8 Codices coll. xii *In miſſos .... ac redire mox cupimus*. Queſnellus cum codd. coll. v. *In re miſſos*. Anteriorum editorum lectionem prætulimus.

Alias LII. Quæ autem 69. antea erat, nunc 89. 26. Julii an 450.

EPISTOLA LXIX. *

1 Ad Theodosium Auguſtum.

2 SYNOPSIS.

I. *Conſenſum ſuum ad ordinationem Anatolii C. P. ſuſpendit: profeſſionem fidei exigit.*

II. *Petit ut idem hæreticorum communionem abdicet, communi fidei ſubſcribat. Legatos mittit. Synodum poſtulat intra Italiam fieri.*

Leo Epiſcopus Theodosio 3 ſemper Auguſto.

CAP. I.

4 Omnibus quidem veſtræ pietatis epiſtolis, inter eas ſollicitudines, quas pro fide patimur, ſpem ſecuritatis nobis maximam præſtitiſtis, Nicænum commendando Concilium: adeo ut ab illo, ſicut ſæpe jam ſcribitis, non patiamini Sacerdotes Domini deviare. Sed ne aliquid in præjudicium catholicæ defenſionis viderer egiſſe, de ordinatione ejus, qui Conſtantinopolitanæ cœpit Eccleſiæ præſidere, nihil interim in alterutram 5 partem temere reſcribendum putavi, non dilectionem negans, ſed manifeſtationem catholicæ veritatis expectans. Quod æquanimiter ferat, obſecro, veſtra clementia: ut cum talem ſe erga fidem catholicam, qualem cupimus, approbarit, de ſinceritate ipſius 6 & copioſius & ſecurius gaudeamus. Ne vero aliqua illum de noſtro animo mordeat ſiniſtra ſuſpicio, occaſionem totius difficultatis amoveo, nec aliquid exigo, quod aut arduum videatur, aut 7 dubium; ſed ad id, quod nullus Catholicorum refutet, invito. Noti enim ſunt per univerſum mundum atque manifeſti, qui ante nos, ſive Græca, ſive Latina lingua in catholicæ veritatis prædicatione fulſerunt, ad quorum 8 ſcientiam atque doctrinam quidam etiam noſtræ ætatis accedunt, de quorum ſcriptis par & A multiplex profertur inſtructio. Quæ ſicut Neſtorianam hæreſim deſtruxit, ita etiam hunc, qui nunc 9 repullulat, abſcidit errorem. Relegat itaque ſollicite quæ a ſanctis patribus Incarnationis dominicæ fides fuerit cuſtodita, ſemperque ſimiliter prædicata, & cum ſanctæ memoriæ Cyrilli Alexandrini Epiſcopi 10 epiſtolam (qua Neſtorium corrigere & ſanare voluit, pravas prædicationes ipſius arguens, & evidentius fidem Nicænæ definitionis exponens, quamque ab eo miſſam 11 apoſtolicæ Sedis ſcrinia ſuſceperunt) præcedentium ſenſui perſpexerit conſonantem; Epheſinæ etiam Synodi geſta recenſeat, quibus contra Neſtorii impietatem, a ſanctæ memoriæ Cyrillo inſerta B & allegata ſunt de Incarnatione Domini catholicorum teſtimonia Sacerdotum. Non aſpernetur etiam meam epiſtolam recenſere, quam pietati patrum per omnia concordare reperiet. Cumque a ſe hoc, quod eidem profuturum ſit, expeti deſiderarique cognoverit, Catholicorum ſententiis toto corde conſentiat: ita ut ſinceram 12 communis fidei profeſſionem, abſolutiſſima ſubſcriptione, coram omni clero, & univerſa plebe declaret, apoſtolicæ Sedi, & univerſis Domini Sacerdotibus, atque Eccleſiis publicandam: ut pacificato per unam fidem mundo, 13 poſſimus omnes dicere, quod C Angeli, nato de Maria Virgine Salvatore, cecinerunt: *Gloria in excelſis Deo, & in terra pax hominibus bonæ voluntatis.*

In Sedis Apoſtolicæ ſcriniis ſervatur Cyrilli epiſtola.

Profeſſionem fidei unius Epiſcopi ubique publicari vult S. Leo.

Luc. 2. 14.

CAP. II.

Quia vero & nos, & beati patres noſtri, quorum doctrinam & veneramur & ſequimur, in unius fidei concordia ſumus, ſicut provinciarum omnium proteſtantur Antiſtites, agat clementiæ veſtræ devotiſſima fides, ut quam primum ad nos Conſtantinopolitani Epiſcopi, qualia 14 debent, probati & catholici Sacerdotis ſcripta perveniant, aperte ſcilicet atque 15 dilucide proteſtantia, quod ſi quis de Incarnatione Verbi Dei aliud aliquid credat D aut aſſerat, quam Catholicorum omnium & mea profeſſio proteſtatur, hunc a ſua communione

Traditio SS Patrum fidei regula.

BALLER. NOTÆ.

1 Exſtat hæc epiſtola in MSS. collect. Hiſp. Iſid. XI. XII. XVIII. XIX. & XXI. uſque ad XXIV. ac in exemplo Sichardi.

2 In collect. Hiſp. hic titulus legitur: *Item Leonis Papæ ad Theodoſium Auguſtum, ubi ſcribit, ut id, quod de Incarnatione Filii Dei ab Anatolio Conſtantinopolitano Epiſcopo prædicatur, agnoſcat, & univerſale Concilium in Italia fiat.*

3 Vox *ſemper* deeſt in MS. Vindeb. Hiſp. In aliis nonnullis omittitur etiam *Auguſto*.

4 MSS. coll. XXI. *Per omnes quidem veſtræ pietatis epiſtolas*. Plures autem Theodoſii epiſtolæ pro Nicænæ Synodi cuſtodia in Occidentem directæ, quæ hic indicantur, ſunt duæ ad Leonem, altera paullo poſt Epheſinum latrocinium ſcripta, cui Leo reſpondit epiſt. 54. altera cum de ordinatione Anatolii ad eumdem Pontificem ſcripſit, cui is nunc reſponſum dat: nec non Imperialis epiſt. 63. ad Placidiam Auguſtam. Cur autem Imperator, qui Eutychi favebat, Nicænam Synodum inculcarit, explicavimus not. 6. in epiſt. 54.

5 Editi Leonis addunt *tibi*. Queſnellus recepit hanc vocem, ſed delevit *temere*, ac præterea pro *reſcribendum* poſuit *ſcribendum*. MSS. coll. XXI. delent *tibi* & *temere*. Vat. Hiſp. & Iſid. ſolum omittunt *temere*, at habent *reſcribendum*. Vindebon. Hiſp. ignorat *tibi*, & errore librarii *terre ſcribendum*. Prætulimus lectionem codicis Ratiſp. cui concinunt cod. Grim. MSS. coll. XXIV. & exemplar Sichardi, nec non editiones Conciliorum. In epiſtola ſequenti ſolum dicitur de Anatolio: *Scribere ei interim diſtuli, non dilectionem negans, ſed manifeſtationem catholicæ veritatis expectans.*

6 Addidimus & ex optimo cod. Ratiſp.

7 Vulgati Leonis ante Queſnell. *ambiguum*.

8 Codex Ratiſp. *ſententiam*. Inſtructio vero quæ ex ſcriptis Græcorum & Latinorum Patrum collecta *par, & multiplex* traditur, comprehendit tum illam collectionem *contra Neſtorii impietatem a ſanctæ memoriæ Cyrillo inſertam Epheſinæ Synodi geſtis*, quæ indicatur paullo poſt; tum præſertim auctoritates ab ipſo Leone collectas, & per Legatos ad Imperatorem tranſmiſſas, de quibus loquitur cap. 2. Vide adnot. 19.

9 Vulgati Leonis ante Queſn. *male repullulat, abſcindet errorem*. Editi Concil. habent pariter *male*, ſed *abſcidit*. Noſtri codices cum Sichardo & Queſnello, ut in textu.

10 Indicatur epiſtola ſecunda Cyrilli ad Neſtorium. Confer adnot. 5. in ep. 67.

11 Memoratam Cyrilli epiſtolam ad S. Cæleſtinum tranſmiſſam fuiſſe liquet ex epiſtola 8. apud Couſtantium pag. 1091. Probata ab eodem Pontifice cognoſcitur ex epiſt. 11. pag. 1102. Hinc eam *apoſtolicæ Sedis ſcrinia ſuſceperunt*.

12 Editi ante Queſn. & Sichardus perperam *communionis fidei*. Poſt pauca & *apoſtolicæ Sedi* in Vat. Hiſp. & Iſid.

13 Ratiſp. *poſſint*.

14 Vat. Hiſp. atque Iſid. *debentur*.

15 Sic melius cum anterioribus editis codd. Vindebon. Hiſp. Ratiſp. MSS. coll. XXIV. & exemplar Sichardi. Queſnellus & Merlinus *lucide*, Vat. Hiſp. & Iſid. *lucide proteſtantis*.

nione secernat, 16 ut ei fraternam in Christo A caritatem merito possimus impendere. Ut autem salubribus 17 curis velocior pleniorque, auxiliante Domino per vestræ clementiæ fidem præstetur effectus, ad pietatem vestram fratres & coepiscopos 18 meos ABUNDIUM, & ASTERIUM, sed & BASILIUM, & SENATOREM Presbyteros, quorum mihi devotio est probata, direxi, per quos, 19 quæ nostræ forma sit fidei, manifestatis instructionibus, quas misimus, possitis dignanter agnoscere: ut si Constantinopolitanus Antistes in eamdem confessionem toto corde consentit, securi, ut dignum est, de ecclesiastica pace lætemur, neque aliquid residere videatur ambiguum, 20 unde superfluis forsitan suspicionibus laboremus. Sin vero aliqui a puritate nostræ fidei atque patrum auctoritate dissentiunt; Concilium universale intra Italiam, sicut 21 Synodus, quæ ob hanc caussam Romæ convenerat, mecum petiit, clementia vestra concedat: ut in unum convenientibus 22 omnibus his, qui aut ignorantia, aut 23 terrore prolapsi sunt, correctionis remediis consulatur, nec cuiquam ultra sit liberum, ita 24 Nicænæ Synodi facere mentionem, ut ejus inveniatur esse fidei contrarius: quoniam & universæ Ecclesiæ & vestro 25 hoc Imperio profuturum est, si unus Deus, una fides, 26 & unum sacramentum C salutis humanæ, una totius mundi confessione teneatur. Data 27 decimoseptimo Kalendas Augusti, VALENTINIANO septies & AVIENO V. C. Consulibus.

[Margin: Legati caussa fidei in Orientem missi.]

[Margin: Synodum generalem intra Italiam petit.]

EPISTOLA LXX. *

[Margin: * Al. LIV. Quæ autem antea erat 70. nunc 91. 16. Julii an. 450.]

1 Ad PULCHERIAM AUGUSTAM.

2 SYNOPSIS.

Anatolii professionem fidei se expectare. Legatos a se missos in Orientem. Per Concilium generale removenda esse omnia scandala.

LEO Episcopus PULCHERIÆ Augustæ.

B GAudeo fidei Clementiæ vestræ, quod religiosum studium dignanter impenditis, ut pax ecclesiastica renovetur, quæ quorumdam dissensionibus 3 videtur esse turbata. Debetur enim hoc vestræ specialiter gloriæ, ut ablatis omnibus scandalis, quæ contra catholicam fidem inimicus 4 excitaverat, una eademque sit per totum mundum confessio veritatis, quæ facilius certiusque reparabitur, si pravorum sensuum nulla semina, nulla vestigia relinquantur. Quod tamen mearum partium est, præterire non debeo, ut scilicet quid de Incarnatione Filii Dei a Constantinopolitano Episcopo teneatur, agnoscam; præsertim 5 cum ordinationem ipsius dura præcesserint, taliaque ad nos debuerit scripta dirigere, quæ illum a contagione hujus, qui nuper emersit, erroris alienum evidenter ostenderent. 6 Optans itaque securam cum eo habere concordiam, gratiamque illi fraternæ caritatis impendere, scribere ei interim distuli; non dilectionem negans, sed manifestationem catholicæ veritatis expectans. Simplex enim est absolutumque, quod posco, ut remoto longarum 7 disputationum labore, sanctæ memoriæ CYRILLI Alexandrini Episcopi epistolæ, quam ipse ad Nesto-

[Margin: Cyrilli epistola ut fidei tessera proponitur a Leone.]

ALLER. NOTÆ.

16 Vat. Hisp. & Isid. *ut ejus fraternam in Christo caritatem merito possimus intendere*. Infinitum *intendere* est etiam in Vindeb. Hisp. 17 MSS. coll. XXI. *dispositionibus*.

18 Excusi ante Quesn. *nostros*. Mox in Vat. Hisp. *Sabundium*; in Isid. *Sabuldium* pro *Abundium*: male, ut ex aliis epistolis liquet. Cod. Grim. pro *Asterium* habet *Etherium* tum hic, tum in duabus sequentibus epistolis. Ratisp. hic *Eterium* præfert, in sequenti autem epistola *Aterium*.

19 Cod. Grim. *quæ nostra fides*. Quod porro additur *manifestatis instructionibus*, *quas misimus*, complectebatur sane *sufficientem paternarum auctoritatum instructionem*, quæ ad Theodosium directa traditur epist. 71. Vide ibidem adnot. 9.

20 Editiones ante Quesnell. cum plerisque MSS. etiam Vindebon. Hisp. & exemplo Sichardi *ut de superfluis*. Quesnelli lectionem codex Ratisp. confirmat.

21 Id factum fuerat ep. 44. Leonis & Romanæ Synodi nomine data die 13. Octobris anni præcedentis.

22 Vindebon. Hisp. delet *omnibus*.

23 Ratisp. cum Vat. Hisp. ac Isid. *errore*, ubi forte omissa fuit initio littera *t* ob concursum ejusdem litteræ in fine vocis præcedentis. *Error* ad *ignorantiam* anteriori voce expressam refertur. Hic autem indicatur vis in Ephesino latrocinio illata, cui nonnulli *terrore* perculsi cesserunt. Vide ep. 44. cap. 1. Hinc retinuimus cum editis Leoninis vocem *terrore*, cui affinis est vox *timore*, quæ in editionibus Concil. post Merlinum, ac in exemplari Sichardi legitur. Post pauca *ne cuiquam* in Vat. coll. XI.

24 Vide adnot. 6. in epist. 54. 25 Vat. Hisp. atque Isid. & MSS. coll. XXIV. delent *hoc*.

26 Conjunctionem & omittunt Vindeb. Hisp. Vat. coll. XI. & Ratisp. qui paullo post habet *una totius mundi confessio teneatur*.

27 Hanc diem, quæ est in antiquioribus editis, & apud Sichardum, nec non in Vat. Hisp. & in MSS. coll. XXI. XXIII. & XXIV. ac præcipue in codice Ratisp. revocandam putavimus. Quesnellus prætulit *XVI. Kal. Augusti*, quam chronicam notam in MSS. Vindeb. Hisp. Vat. Isid. alio Vat. coll. XI. & in Merlini exemplo coll. XII. reperimus.

1 Est in iisdem collectionibus, in quibus superior.

2 In collect. Hisp. hic titulus habetur: *Pro his quæ superius a Theodosio Augusto postulavit*.

3 Sic omnes nostri diversarum collectionum codices cum Sichardo & Merlino, exceptis Vat. Hisp. & Isid. in quibus *videatur*, & Vindebon. Hisp. ac MSS. libris coll. XXI. qui cum editis etiam Quesnelli *videbatur*.

4 Ita cum editis cod. Grim. Vindebon. Hisp. & MSS. coll. XXIV. ac Sichardus. Ratisp. *exciverat*. Vat. Hisp. & Isid. aliique aliarum collectionum codices *exstruxerat*, cum quibus consentiunt tres Thuanei a Quesnello in margine allegati.

5 Lectionem hanc a Quesnello inductam ex MS. Grimanico confirmat præstantissimus cod. Ratisp. cui propius accedunt cod. Vindebon. Hisp. & MS. collect. XXIV. inter quæ est Victorinum ab eodem Quesnello citatum: in quibus habetur, ut etiam apud Merlinum atque Sichardum, *in ordinatione ipsius dura præcesserit*. Reliqui nostri MSS. libri ac tres Thuanei Quesnelli cum ceteris editis *in ordinatione ipsius plura præcesserint*. Vide not. 1. ejusdem Quesnelli.

6 Vat. Hisp. & Isid. *opto*.

7 Duo codd. Quesnelli, unus Thuan. & Grim., ac totidem nostri Ratisp. ac Vatic. coll. XI. *dispositionum*. Vide not. 2. ejusdem Quesn. Mox pro *Alexandrini Episcopi* Vat. Hisp. ac Isid. *Alexandrinæ Ecclesiæ Episcopi*.

ſtorium miſerat, acquieſcat; in qua & erro- A rem Neſtorii arguit, & fidem Nicænæ definitionis expoſuit: 8 vel epiſtolæ meæ quæ ad ſanctæ recordationis FLAVIANUM Epiſcopum eſt directa, conſentiat. Quibus 9 vigilanter inſpectis, Conſtantinopolitanus Antiſtes repudiandum ſibi, 10 quod auſa eſt contra puram & ſingularem fidem imperita inſipientia definire, incunctanter agnoſcat: quia & mea, & ſanctorum Patrum de Incarnatione Domini concors per omnia & una confeſſio eſt. Quam ſi quis exiſtimaverit non ſequendam, ipſe ſe a compage catholicæ unitatis 11 abſcidit: cum tamen nos, ut in integrum omnia revocentur, optemus. Ad effectum vero ſalubrium diſpoſi-

Legati in Orientem.

tionum velocius obtinendum, fratres & Coe- B piſcopos meos 12 ABUNDIUM, & ASTERIUM, ſed & BASILIUM, & SENATOREM Presbyteros probatiſſimos viros miſi, qui Clementiæ veſtræ formam fidei, quam ſecundum doctrinam venerabilium Patrum prædicamus, offerrent, & remoti circumlocutionibus, quibus obſcurari veritas ſolet, quid de Incarnatione Filii Dei a totius 13 orbis probatis Sacerdotibus defenſum fuiſſet, oſtenderent: quos poſt divinam gratiam, ſancto veſtræ pietatis auxilio dignum eſt adjuvari; ne in totius Eccleſiæ perturbationem imprudens procedat 14 intentio: cum correctione adhibita, omnes oporteat in unius confeſſionis redire 15 concordiam. A qua ſi forſitan ab aliquibus diſcrepatur, univerſale C Concilium Sacerdotum haberi intra Italiam, Clementia veſtra 16 annitente, jubeatur: quo remota arte fallendi, tandem pateat, quid altiore tractatu aut coerceri debeat, aut ſanari. Data 17 XVII. Kalendas Auguſti, VALENTINIANO Auguſto ſepties, & AVIENO V. C. Conſulibus.

EPISTOLA LXXI. *

1 Ad Archimandritas Conſtantinopolitanos.

* Alias LIII. Quæ autem 71. antea erat, nunc 92. 17. Julii anni 450.

SYNOPSIS.

De ſilentio Anatolii & ordinatorum ejus circa errorum abdicationem, conqueritur. De miſſis Legatis pro cauſſa fidei certiores eos facit.

LEO Epiſcopus FAUSTO, 2 MARTINO, PETRO, MANUELI, JOB, ANTIOCHO, 3 ABRAHAMIO, THEODORO, PIENTIO, EUSEBIO, HELPIDIO, PAULLO, ASTERIO, & CHAROSO Presbyteris & Archimandritis, & JACOBO Diacono & Archimandritæ.

CAuſſa fidei, in qua ſalus chriſtiana conſiſtit, multa me ſollicitudine laborare compellit, metuentem ne 4 improbitas, quæ in ſuis fuerat amputanda principiis, proceſſu temporis & 5 pertinacior fiat & latior. Nam cum clementiſſimus Imperator talia ad nos ſcripta direxerit, quibus ſollicitudinem ſuam pro pace univerſalis Eccleſiæ demonſtraret, ipſe Conſtantinopolitanus Epiſcopus, & hi qui eumdem 6 conſecrarunt, præter id quod ad ordinationem novi Antiſtitis pertinebat, nihil nobis de compreſſis vel abdicatis erroribus indicarunt; quaſi in illa Eccleſia nullum ſcandalum, nulla extitiſſet offenſio, aut non hinc præcipue fuerit ordinati meritum demonſtrandum, ſi aliena a ſe, quæ Catholicorum ſenſibus ſunt adverſa, docuiſſet. Ne ergo, quod inter longinquas regiones accidere ſolet, in nimias dilationes 7 tenderet veritatis examen, fratres & Coepiſcopos noſtros 8 ABUNDIUM, & ASTERIUM, ſed & BASILIUM, & SENATOREM Pres-

BALLER. NOTÆ.

8 Ita cum Grimanico & Cantabrig. Queſnelli habent etiam noſtri MSS. libri Ratiſp. utrique Hiſp. Vat. Iſid. alius Vat. coll. XI. & duo collect. XXI. Vulgati antiquiores cum Sichardo *& epiſtolæ meæ*. Hic optionem Anatolio datam putat Queſnellus not. 3. ut vel Cyrilli epiſtolæ, vel ſuæ ſubſcribat; ac idcirco præferendum putavit *vel* pro *&*. Sed *vel* pro *&* ſeu *etiam* ſumtum credimus. Confer adnot. 5. in ep. 67. Enimvero in antecedenti epiſtola ad Theodoſium, qui Eutychi favebat, Leo hanc optionem non indicat, ſed abſolute, licet modeſte, poſt memoratam Cyrilli epiſtolam de Anatolio ait: *Non aſpernetur etiam meam epiſtolam recenſere*. Subſcriptionem quidem hujus epiſtolæ alibi ſæpius inculcat, uti omnino neceſſariam. Ipſos Gallicanos, quibus una cum ſuis ad Flavianum litteris Cyrilli epiſtolam innoteſcere voluit ex epiſt. 67. ſolam epiſtolam ad Flavianum in Synodo ſuſcepiſſe, ut Leo flagitaverat, liquet ex epiſt. 99. Idem Anatolius nonniſi poſt ſubſcriptam eamdem epiſtolam anno ſequenti receptus fuit, ut probant epiſtolæ 78. 79. & 80.

9 Vat. Hiſp. & Iſid. ac MSS. coll. XXI. *diligenter*.

10 Male in editis cum MSS. coll. XXIV. *quod auſus eſt*. Correctionem a Queſnello receptam ex codice Griman. confirmant noſter Ratiſp. & Vindebon. Hiſp. Affinis eſt lectio Vat. Hiſp. ac Iſid. nec non MSS. coll. XI. & XXI. in quibus legitur: *repudianda ſibi, quæ auſa eſt*. Vide not. 4. Queſn.

11 Varie in MSS. habetur. In Ratiſpon. *abſcidet*: in MSS. collect. XXI. cum editis ante Queſn. *abſcindet*. Retinuimus præteritum tempus a Queſnello inductum ex ſuis codd. quod in utriſque Hiſp. & in Vat. Iſid. ac in alio collect. XI. reperimus.

12 Tres codd. Vat. Hiſp. Iſid. & alius coll. XI. *Sabundium*: Grim. pro *Aſterium* habet *Etherium*: Ratiſp. *Aterium*.

13 Ratiſp. cod. *urbis*, in quam vocem *u* pro *o* perperam irrepſiſſe videtur.

14 Vulgati ante Queſn. cum MSS. collect. XXIV. & Sichardo *contentio*.

15 Ratiſp. *unitatem*; & mox *diſcreparetur*.

16 Editi Queſn. anteriores cum MSS. coll. XXIV. *annuente*.

17 Hanc chronicam notam, quam exhibuit cod. Ratiſp. uti cohærentem antecedenti epiſtolæ, prætulimus lectioni vulgatæ & aliorum codicum *XIII. Kal. Aug.* omnes enim ejuſdem negotii epiſtolæ per eoſdem Legatos tranſmittendæ eadem die a Leone ſignari ſolebant, ut ex aliis exemplis liquet. Forte vero in his codd. disjunctis lateribus numeralis notæ V. perperam ſcriptum fuit *XIII.* pro *XVI. Kal.* uti aliquot MSS. in antecedenti, & omnia in ſequenti epiſtola præferunt. Sed optimum Ratiſp. noluimus deſerere.

1 Invenitur in iiſdem collectionibus, in quibus duæ præcedentes, excepta collect. XIX. Ratiſp. Queſnellus addidit *a pari*, quod nulli noſtri codices præferunt, & contextus pluralis numeri hanc epiſtolam ad omnes ſimul directam adſtruit.

2 Vulgati Queſnello anteriores cum MSS. coll. XXI. *Martiano*.

3 Editi inſerunt *Vivantiaco*. Delevimus autem non ſolum auctoritate utriuſque Hiſp. & Vat. Iſid. atque codd. collect. XI. & XXIV. verum etiam quia, cum cetera nomina legantur in ſubſcriptionibus Synodi Conſtantinopolitanæ ſub Flaviano, ſolus *Vivantiacus* non apparet. In codd. porro coll. XXI. qui carent nominibus *Job*, *Antiocho*, ex his vocibus *Vivantiaco* perperam ſcriptum agnoſcitur, & utrumque ex diverſis MSS. in editionibus expreſſum. 4 Editi vetuſtiores cum MSS. coll. XXIV. *pravitas*.

5 Iidem editi *pernicioſior*. Mox *altior* pro *latior* in Vat. Hiſp. & Iſid.

6 In iiſdem editis *conſecrarant*.

7 Iidem excuſi cum noſtris MSS. *tenderent veritatis examina*. Meliorem Queſnelli lectionem haud deſerendam putavimus.

8 Codd. Vat. Hiſp. Iſid. & alius coll. XI. *Sabundium*. Mox pro *Aſterium* cod. Grim. conſtanter habet *Etherium*, ut in duabus epiſtolis præcedentibus.

Presbyteros, probatiſſimos viros, ad piiſſimum Principem cum ſufficienti paternarum 9 auctoritatum inſtructione direximus. Quos in omnibus, fratres cariſſimi, 10 diligentia ac ſollicitudine veſtra cupimus adjuvari, ut impietas, quæ cæcis auſibus in exitialia abrupta proceſſit, ſimplices quoſque decipiendi ulterius non habeat poteſtatem: cum aptiore medicina etiam illis cupiamus per correctionis remedia ſubveniri, qui aut imperitia ſunt lapſi, 11 aut terrore traducti. Et ideo vos, qui juſtificamini per fidem, 12 quia catholicam diligitis veritatem, & de ſingulari ſacramento ſalutis humanæ per Spiritum ſanctum eſtis edocti, collaborate nobiſcum, & quanta poteſtis devotione 13 ſatagite, ut falſitate deſtructa, & fidei ſoliditate defenſa, ſecura per totum mundum Dei pace 14 potiamur. Data 15 XVI. Kal. Auguſti, VALENTINIANO Auguſto ſepties, & AVIENO V. C. Conſulibus.

LLBER. OTÆ.

9 Hæ *auctoritates* ſunt Sanctorum Patrum teſtimonia de Incarnatione Chriſti, de quibus vide adnot. 9. in ep. 88. & admonitionem præmiſſam epiſtolæ 28. Hac autem occaſione eas a Leone diligenter fuiſſe collectas, & ad Principem miſſas, ex hoc loco diſcimus: unde illum ad hujuſmodi auctoritates tum Græcorum, tum Latinorum Patrum relegendas hortatur epiſt. 69. cap. 1. Confer adnot. 8. & 19. in eamdem epiſtolam.

10 Codd. coll. XXI. *diligentiam & ſollicitudinem veſtram cupimus adjuvare*. Poſt pauca unus cod. Vat. *ſceleſtis auſibus*. Dein pro *exitialia* Queſnellus in margine: Alias *exitiabilia*. Poſtea *ſimplices quoque* in utriſque MSS. Hiſp. & in Vat. Iſid. & *altiore* pro *aptiore* in Vindebon. Hiſp. & in codd. coll. XXI. & XXIV.

11 Editi antiquiores cum quibuſdam MSS. *aut errore*. Queſnelli emendatio placuit, quam in aliis noſtris codd. invenimus, quæque cohæret cum ſaniori lectione ep. 69. in quam vide adnot. 23.

12 Editi Queſnello anteriores cum MSS. coll. XXIV. & Sichardo *qui catholicam*. Cod. Vat. coll. XI. *quæ catholicam*. Queſnelli lectionem *quia* approbant utrique codd. Hiſp. Vat. Iſid. & nonnulli coll. XXI.

13 Iidem excuſi cum iiſdem codd. coll. XXIV. Sichardo, & cum Vindebon. Hiſp. *id agite*.

14 Vat. Hiſp. *potiamini*.

15 Hanc quoque epiſtolam die *XVII. Kal. Octobris* libenter ſignaremus ob rationem allatam adnot. 17. in epiſtolam præcedentem, ſi alicujus codicis auctoritate fulciremur, & non deſideraretur hæc epiſtola in MS. Ratiſp. cujus præſidio diem in anteriori epiſtola vulgatam emendavimus.

☞ ADMONITIO

In epiſtolam ſequentem.

1 QUeſnellus ſequentem epiſtolam chronica nota expertem collocavit primo loco inter epiſtolas anni 451. poſt epiſtolam 75 ad eumdem Fauſtum ſcriptam VI. Idus Novembris an. 450. At epiſtola 75. exarata fuit, *cum propitio Domino multum Catholicorum eſt aucta libertas*, nimirum poſt Theodoſii mortem, qui Eutychianis patrocinabatur. Epiſtola vero nunc ſubjicienda ſcripta fuit, cum aliqua humana ratio ſeu metus aliquis ab aperta veritatis defenſione poterat cohibere: unde Pontifex Fauſto animum acuens, *Exhortor*, inquit, *tuam beatitudinem, ut non confundaris de Evangelio generationis Domini Jeſu Chriſti*; quod vivum adhuc Theodoſium præſumit. Hinc ante Theodoſii mortem, quæ incidit exeunte Julio anni 450. vel ſaltem ante mortis ejus notitiam, quæ ad Leonem pervenit antequam ſcriberet VI. Idus Novembris epiſtolam 75., ſequentes litteræ datæ videntur.

2 In collectione Calchedonenſi, ex qua una hanc epiſtolam habemus, deſcribitur cap. 6. poſt Flaviani epiſtolam inter Leoninas 22. & ante epiſt. 28. datam Idibus Junii an. 449. ex quo ſub hoc tempus lucubrata videri poteſt. Cum vero Calchedonenſis collectionis auctor exactum temporum ordinem non uſquequaque ſervaverit, ut ex aliis documentis liquet; locus huic epiſtolæ in ea collectione tributus, cogere non debet: cum præſertim prima epiſtolæ verba, *Gratum ſemper eſt mihi tuam alloqui caritatem*, indicent jamdiu inter Leonem & Fauſtum interceſſiſſe litterarum commercium, quod ab initio Eutychianæ cauſſæ cœpiſſe videtur. Inter epiſtolas, quæ ad nos pervenere, prima ad Fauſtum & ceteros Archimandritas eſt epiſtola 32. data Idibus Junii an. 449. Dein alia ad eoſdem, ſcilicet ep. 51. ex Romana Synodo ſcripta Idibus Octobris anni ejuſdem; & hæc eſt prima poſt latrocinium Epheſinum, quando Theodoſio patrocinante Eutychianorum vis & impotentia innotuit. Poſt hanc ſequitur epiſtola 61. ad Fauſtum & Martinum exarata die 17. Martii an. 450. Cum in hac Leo memoret eorum litteras ad ſe tranſmiſſas eodem tempore, quo ipſe dederat epiſtolam 51. uti animadvertimus adnot. 48. in ep. 59. exploratum videtur, has Fauſti & Martini litteras tunc acceptas, fuiſſe primas poſt latrocinium Epheſinum, & epiſtolam 61. fuiſſe primam epiſtolam, quam ad eoſdem miſit poſt epiſtolam 51. ac propterea metuens, ne hæc epiſtola 51. ad eos forte pervenerit, hac prima occaſione ejus exemplum ipſi epiſtolæ 61. adjecit. Hinc ſequens epiſtola 72. qua aliis Fauſti poſterioribus litteris per Parthenium directis S. Pontifex reſpondet, ante epiſtolam 61. collocanda non fuit. Cum porro ex dictis vivente Theodoſio, vel ante notitiam mortis ejuſdem tradita fuerit; certus autem dies ac menſis ignorentur: in fine litterarum, quæ vivo Theodoſio, datæ fuerunt, eam collocavimus, ita tamen ut affirmare ſolum poſſimus, eam exaratam inter Martium & Novembrem anni 450.

3 Originale Latinum hujus epiſtolæ deſiderari credimus: Latinus enim textus, quem ex MSS. Latinis collectionis Calchedonenſis habemus, verſio videtur ex interpretatione Græca: unde præter nonnulla a Leonis ſtilo aliena, nota chronica abeſt, uti deeſt in omnibus epiſtolis ejuſdem collectionis, quæ e Græco redditæ fuerunt. Hinc primum locum tribuimus interpretationi Græcæ, quæ originalis vicem ſupplet.

PI-

* Alias LVII. Quæ autem antea 72. erat, nunc 93. inter Mart. & Nov. an. 450.

EPISTOLA LXXII. *

Ad FAUSTUM Presbyterum.

SYNOPSIS.

Fidem ejus laudat: ad sollicitudinem hortatur.

Dilectissimo 1 FAUSTO Presbytero Leo Episcopus.

GRatum semper est mihi tuam alloqui caritatem, & affectum salutationis exsolvere: quoniam 2 & scio te probabilem & sincerissimæ fidei esse custodem, & qui non circumducitur omni vento doctrinæ, sed in fundamento Prophetarum & Apostolorum, qui Christus est, firme consistere: ut cum venerit filius hominis in Divinitate sua ad purgationem totius mundi, 3 in electione reperiaris frumentum æternitatis, qui dignus thesaurizari possis in horreis. Susceptis itaque litteris per filium meum PARTHENIUM, reciprocam salutationem exsolvens, exhortor tuam 4 beatitudinem, fili carissime, ut non confundaris de Evangelio generationis Domini 5 JESU CHRISTI filii David, filii Abraham secundum carnem: quoniam hæc fides vincit mundum, quando quis credit, quia Christus Jesus est Filius Dei. Si quæ vero fidei quæstiones inveniuntur, admonemus ut de his, quæ ad communem utilitatem pertinent, latius nobis scribas, libenter 6 suscipientibus, qui ista detulerint.

A Τῷ ἀγαπητῷ υἱῷ Φαύστῳ πρεσβυτέρῳ Λέων ἐπίσκοπος.

ΚΕΧΑΡΙΣΜΕΝΟΝ ἐστὶν ἀεὶ ἐμοὶ τὸ τὴν σὴν ἀγάπην προσφθέγγεσθαι, καὶ πρὸς τὴν προσηγορίαν τὰ ἥδιστα ἔχω. ἐπεὶ δὲ οὐκ ἀγνοῶ δεδοκιμασμένον σε a τῆς ἁγίας πίστεως εἶναι φύλακα, μὴ περιφερόμενον παντὶ ἀνέμῳ τῆς διδασκαλίας, ἀλλ' ἐν τῷ θεμελίῳ τῶν προφητῶν, καὶ ἀποστόλων, ὅς ἐστι Χριστὸς, βέβαιον διαμένειν. ἵνα ὁπότε ἔλθῃ ὁ υἱὸς τοῦ ἀνθρώπου ἐν
B θεότητι αὐτοῦ πρὸς καθαρισμὸν παντὸς τοῦ κόσμου, ἐν ἐπιλογῇ εὑρεθείης τοῦ σίτου τῆς ἀϊδιότητος τοῖς ὡρείοις θησαυρίζεσθαι ἄξιος. ἀποδοθέντων τοιγαροῦν τῶν γραμμάτων διὰ τοῦ υἱοῦ τοῦ ἐμοῦ Παρθενίου, τὴν ὁμοίαν προσηγορίαν πληρῶ, προτρεπόμενος τὴν σὴν τελειότητα, υἱὲ ἀγαπητὲ, ἵνα μὴ ἐπαισχυνθῇς τὸ εὐαγγέλιον τῆς γενέσεως τοῦ δεσπότου Χριστοῦ, τοῦ υἱοῦ Δαυὶδ, υἱοῦ Ἀβραὰμ κατὰ σάρκα· ἐπειδὴ αὕτη ἡ πίστις ἐνίκησε τὸν κόσμον, εἴ τις πιστεύει, ὅτι Ἰησοῦς ἐστιν ὁ υἱὸς τοῦ Θεοῦ. εἰ δέ τινες τῆς πίστεως παρευρέσεις εὑρί-
C σκοιντο, ὑπομιμνήσκομεν, ἵνα γράφῃς ἡμῖν πλατύτερον, ἡδέως ἔχοντες πρὸς τοὺς b ταύτας διακομίζοντας.

EPI-

BALLER. NOTÆ.

a In MS. Ven. τῆς ὑγιοῦς πίστεως. Fortasse rectius.

b In marg. edit. Rom. ἴσως, τινάς.

1 Quesnellus cum editoribus Romanis addit *filio*, quæ tamen vox in anterioribus Leonis editionibus, in Græca versione, & in omnibus Latinis codicibus deest.

2 Editiones Leonis *Scio te & probabilem*. Secuti sumus lectionem edit. Concil. cum sit etiam omnium codicum lectio.

3 Hic locus usque ad finem periodi non Leonem, sed interpretem prodit, qui nec satis bene Græcum textum reddidit. Nam aptius ex Græco: *in electione reperiaris frumenti æternitatis, dignus recondi in horreis.*

4 Sic omnes codices, & editiones ante Romanam, in qua ex Græco *perfectionem*. Ceterum *beatitudinis* titulus Presbyteris a Leone tributus numquam in originalibus ejus litteris invenietur. In ep. 74. ad Martinum Archimandritam & Presbyterum, ut erat Faustus, *dilectionis tuæ* vocibus utitur. Interpretatio vel ex hoc confirmatur hominis, qui *beatitudinis* titulo Monachos Presbyteros appellare solebat.

5 Quidam codices omittunt vocem *Jesu*, & infra *Christus*, quemadmodum etiam in Græco desiderantur.

6 Editiones Concil. cum nonnullis codd. addunt *nobis*.

EPISTOLA LXXIII. *

* Alias post Ep. LVII. Quæ autem erat 73. nunc 90. Exeunte Aug. aut initio Sept. an. 450.

1 VALENTINIANI & MARCIANI

2 ad Archiepiscopum Romæ LEONEM.

De electione sua, & de Concilio celebrando.

Νικηταὶ Οὐαλεντινιανὸς, καὶ Μαρκιανὸς, ἔνδοξοι, τροπαιοῦχοι, ἀεὶ βασιλεῖς, Λέοντι τῷ εὐλαβεστάτῳ ἐπισκόπῳ τῆς ἐνδόξου πόλεως Ῥώμης. A

Εἰς τοῦτο τὸ μέγιστον βασίλειον a ἤλθομεν Θεοῦ προνοίᾳ, καὶ ἐπιλογῇ τῆς ὑπερφυοῦς συγκλήτου, καὶ παντὸς τοῦ στρατοῦ, ὅθεν ὑπὲρ τῆς εὐλαβοῦς, καὶ καθολικῆς θρησκείας τῆς πίστεως τῶν χριστιανῶν, οὗτινος τῇ βοηθείᾳ τοῦ ἡμετέρου κράτους πεποίθαμεν ἰθύνεσθαι τὴν δύναμιν, τήν τε σὴν ἁγιωσύνην ἐπισκοπεύουσαν, καὶ ἄρχουσαν, τῆς θείας πίστεως, ἱεροῖς γράμμασιν ἐν πρώ- B τοις δίκαιον ἡγησάμεθα προσειπεῖν, προτρεπόμενοι, καὶ παρακαλοῦντες, ἵνα ὑπὲρ ἑδραιότητος, καὶ στάσεως τεῖ ἡμετέρου βασιλείου, τὴν αἰώνιον θειότητα ἡ σὴ b ἱκετεύῃ ὁσιότης· διὰ τὸ καὶ τὴν ἡμετέραν πρόθεσιν, καὶ τὸν πόθον τοιοῦτον ὑπάρχειν· ὥστε πάσης ἀσεβοῦς πλάνης ἀποκινηθείσης, διὰ τῆς c συγκροτηθείσης ταύτης συνόδου, σοῦ αὐθεντοῦντος, μεγίστη εἰρήνη περὶ πάντας τοὺς ἐπισκόπους τῆς καθολικῆς πίστεως ὑπαρχθείη, παντὸς μύσους καθαρὰ, καὶ ἄσπιλος γενομένη. Ἐπράχθη ἐν Κωνσταντινουπόλει ἐν ὑπατίᾳ τοῦ δεσπότου ἡ- C μῶν Οὐαλεντινιανοῦ τοῦ αἰωνίου Αὐγούστου τὸ ἕβδομον, καὶ Ἀβιηνοῦ τῶν ὑπάτων.

Victores VALENTINIANUS & MARCIANUS gloriosi Thriumphatores, semper Augusti, LEONI reverendissimo 3 Archiepiscopo gloriosæ civitatis Romæ.

AD hoc maximum imperium 4 venimus Dei providentia, & electione Senatus excellentissimi cunctæque militiæ. Unde 5 pro reverenda & catholica religione fidei Christianorum, cujus auxiliis virtutem nostræ potentiæ confidimus gubernari, tuam Sanctitatem principatum in Episcopatu, divinæ fidei possidentem, sacris litteris in principio justum credimus alloquendam: invitantes atque rogantes, ut pro firmitate & statu nostri imperii, æternam Divinitatem tua Sanctitas deprecetur; ut & tale propositum atque desiderium habeamus, quatenus omni impio errore sublato per celebrandam Synodum, te auctore, maxima pax circa omnes Episcopos fidei catholicæ fiat, ab omni scelere pura & intemerata consistens. Actum Constantinopoli, 6 Consulatu VII. Domni VALENTINIANI Augusti P. P., & AVIENI. V. C.

EPI-

a MS. Ven. ἦλθον.
b MS. Ven. ἱκετεύοις.
c In marg. edit. Cotel. συγκροτηθησομένης συνόδου.
1 Hæc Marciani Imperatoris epistola invenitur in sola collectione Calchedonensi & in MS. Veneto coll. XXII. cui additiones ex Calchedon. collectione accesserunt. Græcum textum originalem esse non dubitamus ex loci & Consulatus notatione, quæ in interpretatione Græca omissa fuisset, ut in aliis epistolis græce redditis constanter observatur. Num vero Latinus quoque textus sit originalis, an versio ex Græco, inquiri potest. Certum est Imperatorem Marcianum quædam scripsisse latine & græce, uti latine & græce in ipsa Calchedonensi Synodo allocutus traditur actione 6. pag. 1472. Vide not. o. Baluzii. Sic etiam latine & græce scriptam videbimus aliam ejusdem Imperatoris epistolam 100. ad Leonem. Plura ejusdem generis proferre possemus exempla, si opus esset. Gravitas quidem & dignitas Latinæ locutionis præsentis epistolæ non interpretem e Græco in aliis epistolis reddendis valde humilem, & minus peritum, sed Latinum auctorem præfert.
2 Ita codd. Latini & Græcus textus, nec non in edit. Concil. Solus Quesnellus *ad episcopum*.
3 Idem Quesnellus cum Græco: *Episcopo*. Lectionem vulgatam Conciliorum ex Latinis codicibus revocavimus.
4 Cod. Divionensis *nos venire contigit*. Alii Baluzii codices *veni*.
5 MS. Ver. 57. *pro reverentia*.
6 Ita optime ex eodem MS. Veron. cui ceteri nostri codd. accedunt, & solum tres Baluzii pro *Avieni V. C.* perperam habent *Avienent*, *Abieni*, vel *Avenieni VI.* Dies & mensis in codd. & in Græco desunt. Cum vero Marcianus hac in epistola suæ assumptionis notitiam præbeat, ea paullo post electionem ejus scripta fuit. Nonnulli cum Baronio crediderunt, Marcianum imperium suscepisse ante mensem Augustum hujus an. 450. eo quod in Cod. Justinianeo lex ejusdem Imperatoris contra Eutychianos lata tradatur *Kal. Aug. Valentiniano VII. & Avieno Coss.* Sed hanc chronicam notam perperam a Treboniano assutam fuisse huic legi ult. *de Apostatis* patet ex collectionibus Calchedonensi, Hispanica &c. in quibus eadem lex integra describitur cum *Data XV. Kal. Aug. CP. Sporatio V. C. & qui fuerit nuntiatus Coss.* idest 18. Julii an. 452. Porro Marcianum ad imperium ascendisse die 24. Augusti an. 450. ex Chronico Paschali colligitur. Igitur hæc epistola scripta fuit hoc anno aut Augusto exeunte, aut ineunte Septembri.

* Alias LV. Quæ autem antea 74. erat, nunc 94. 23. Septemb. ann. 450.

EPISTOLA LXXIV.*

1 Ad Martinum Presbyterum.

SYNOPSIS.

Quam bonum sit pro veritate pati; cujus unitatem locorum spatia non scindunt. De legatis mentio.

Leo Episcopus Martino Presbytero.

GRatias agimus Deo, & multam fiduciam piæ exultationis 2 accipimus, cum dilectionem tuam & catholicam fraternitatem ita spiritu fidei vigere cognoscimus, ut cordibus vestris nihil infirmitatis hæretica possit inferre tentatio: ad quam divinitus destruendam nec defuit, ut scitis, sollicitudo nostra, nec deerit, donec omnipotentis dextera Dei omnia diaboli arma confringat: cui ob hoc aliquid audere permittitur, ut a fidelibus Christi gloria majore vincatur. Si quid autem aut difficultatum intervenit, aut morarum, cum æquanimitate tolerandum est: quoniam ubi veritas est magistra, numquam desunt divina solatia, fratres carissimi. Quamvis ergo magna locorum intervalla nos dividant, unitate tamen fidei vobiscum sumus, & toto corde JESUM CHRISTUM Dominum nostrum verum Deum, & verum hominem confitentes, nulla in vobis detrimenta perpetimur, cum de vestræ professionis concordia gloriamur: tantum ut sit auxiliante Domino constantia perseverans, dicente Apostolo: *Vobis enim 3 donatum est pro* Philip. 1. 29. *Christo, non solum ut in eum credatis, sed etiam ut pro illo 4 patiamini*. Ad quam fortitudinem sanctarum mentium roborandam, fratres nostros atque Legatos, quos pro apostolicæ fidei libertate direximus, & quos dudum apud vos esse confidimus, plurimum credimus profuturos: cum totius actionis nostræ didiceritis affectum, & curam vestram atque consilium 5 pio operi junxeritis. De qua re non necesse est nunc latius scribere, cum jam per supradictos, sufficientes 6 epistolas miserimus, quibus abundantissime omnis catholica fraternitas instruatur. Divinæ erit virtutis & gratiæ, ut Dei Filius, qui naturam humani generis suam fecit, amplius quam 7 videmus aut sapimus, magnum pietatis suæ afferat sacramentum, quod impia temeritas sibi quidem fraudavit, sed rectis cordibus auferre non potuit. Data 8 Idibus Setembris, VALENTINIANO & AVIENO V. C. Consulibus.

1 Tim

---

* Ali… LV… Quæ a… erat 75… nunc 9… die 8. … Nov. an…

EPISTOLA LXXV.*

1 Ad FAUSTUM & MARTINUM Presbyteros.

SYNOPSIS.

I. *Intolerabile esse scribit Occidentalibus Episcopis, quod Ephesi contra fidem actum est.*
II. *Antichristo militare tam Nestorium, quam Eutychen: contra quos Ecclesia profitetur non unam naturam, sed unam se adorare personam.*

LEO FAUSTO & MARTINO Presbyteris 2 & Archimandritis.

Per MAXIMINUM *Comitem*.

CAP. I. OMnes scribendi occasiones libenter amplectens, alloqui dilectionem vestram sacerdotali affectione non desino: ut ex ipsa frequentia litterarum possitis agnoscere, quantam curam Ecclesiæ universalis habeamus; pro cujus piissima fide studiosius defendenda vestram quoque devotionem oportet laborum nostrorum esse consortem. Nam & per fratres nostros Episcopos atque Presbyteros, quos pro christianæ religionis statu misimus, quosque dudum vobiscum esse confidimus, plenissime ex omni instructione, quam dedimus, potuistis advertere, quam intolerabile habeatur apud cunctos nostrarum partium Sacerdotes quod profana quorumdam insipientia contra sacramentum redemtionis humanæ inferre molita est. Et nunc per filium nostrum MAXIMINUM Comitem continuatim vos alloquiis cohortamur, ut quia pro-

---

BALLER. NOTÆ.

1 Est in MS. Grim. coll. XVIII. & in nostris codd. Vat. ac Veneto collect. XII. qui postremi perperam *Martiano* hanc epistolam inscribunt. Notat in postilla marginali Quesnellus: *Non uni Martino inscriptam fuisse a Leone hanc epistolam, sed ceteris pariter ejus collegis, patet ex epistolæ contextu*. Sed ad solum Martinum initio scribens, ut indicant verba *dilectionem tuam* mox ad *catholicam fraternitatem*, idest ad omnes Constantinopolitanos, & præsertim Monachos catholice sentientes sermonem dirigit.

2 Ita ex duobus nostris codicibus coll. XII. ipso exigente contextu, non ut in Vulgatis *accepimus*.

3 Sic mss. & Quesnellus. Ceteræ editiones *datum est*.

4 Hæc scripta sunt a Leone, dum nondum Theodosii, qui Eutychianis favebat, mortem acceperat: unde Catholicos adhuc vexatos præsumit.

5 Codd. collect. XII. cum editis Quesnello anterioribus ignorant *pio*. Iste in margine pro *operi* alias *opere*.

6 Idest epistolam 71.

7 Ita nostri codd. cum editis ante Quesn. apud quem *prævidemus*.

8 Hæc dies, mensis, & Consulum notatio deest in ms. Grim. Legitur autem in nostris mss. & in editis. Solum post vocem *Valentiniano* supplendum esset *Aug. VII.* Utrique codices collect. XII. statim post consularem notam addunt *per Carterium & Asclepiadem Diaconos Constantinopolitanum*: corrupte. Cum enim epistola 80. cap. 1. mentio fiat Casterii, alias Carterii Presbyteri, & Asclepiadis Diaconi Constantinopolitani; legendum credimus *per Carterium*, seu *Casterium Presbyterum*, & *Asclepiadem Diaconum Constantinopolitanum*. Cum porro in iisdem mss. huic epistolæ subjiciatur epistola 78. quæ per hos Casterium & Asclepiadem Constantinopolim missa fuit anno sequenti Idibus Aprilis; censemus hanc notationem ad eamdem epistolam 78. potius quam ad præsentem esse referendam: neque enim eos Clericos bis transmisisse & hoc & sequenti anno ullum indicium, ulla probabilitas est.

1 Edita fuit a Quesnello ex MS. Grimanico coll. XVIII. Nos eamdem contulimus cum Ratisponensi coll. XIX.

2 Voces & *Archimandritis* adjecimus ex cod. Ratisp. Quesnellus addidit *a pari*, quod noster codex ignorat, & contextus pluralis numeri excludit.

propitio 3 Domino multum Catholicorum est aucta libertas, 4 adsumatis constantiam spiritalem contra Antichristi præcursores, dicente beato Joanne: *Omnis 5 spiritus, qui confitetur*
Joan. 4. 10. JESUM CHRISTUM *in carne venisse, ex Deo est: & omnis spiritus, qui solvit* JESUM CHRISTUM, *ex Deo non est, & hic est Antichristus.*

CAP. II. Cui Nestorius & Eutyches sub diversa quidem erroris specie, sed sub eodem spiritu falsitatis militare voluerunt, cum catholica fides apostolicis 6 atque evangelicis imbuta doctrinis utrumque detestetur, utrumque condemnet: quæ ex quo 7 coæternum Patri *Verbum caro*
Joan. 1. 14. *factum est*, quem credit Filium Dei, eumdem etiam filium hominis confitetur; & in uno vero Deo ac vero homine Domino JESU

A CHRISTO non unam naturam, sed unam se profitetur adorare personam. In hac fide nobiscum inseparabiliter atque indifferenter uniti, state 8 constanter, & viriliter agite: ac si quæ sunt moræ de his, quæ poscimus, ordinandis, per occasiones tamen, quas fidas gratia divina providerit, litteris nos vestræ dilectionis instruite. Quia multum solatii est, cum sollicitis animis rerum desideratarum actio nuntiatur. Volumus autem ut hæ litteræ nostræ, quas ad vestram dilectionem misimus, etiam ceteris Catholicis innotescant: quo intelligant,
B se quoque ad defensionem fidei 9 hisce nostris exhortationibus incitari. Data 10 sexto Idus Novembris, VALENTINIANO Augusto septies & AVIENO Consulibus.

EPISTOLA LXXVI. *

* Alias post epist. 71. Quæ autem erat 76. nunc 96. 22. Nov. ann. 450.

MARCIANI IMPERATORIS

1 ad Archiepiscopum Romæ LEONEM.

Τῇ πρὸ δέκα καλανδῶν Δεκεμβρίων ἐν Κωνσταντινουπόλει, τοῦ δεσπότου ἡμῶν Οὐαλεντινιανοῦ τοῦ εὐσεβεστάτου ἡμῶν βασιλέως a τὸ ὄγδοον, καὶ Ἀβιηνοῦ, τῶν λαμπροτάτων ὑπάτων, θεῖα γράμματα κατεπέμφθη παρὰ τοῦ δεσπότου ἡμῶν τοῦ αἰωνίου βασιλέως Μαρκιανοῦ πρὸς τὸν ἁγιώτατον ἐπίσκοπον Λέοντα, σημαίνοντα, ὅτι καὶ οἱ ἀποσταλέντες παρὰ τοῦ αὐτοῦ εὐλαβεστάτου ἀνδρὸς ἡδέως ἐδέχθησαν· ὥστε μετὰ πάσης προθυμίας ἐν τοῖς μέρεσι τούτοις παραγενέσθαι καταξιώσῃ, καὶ τὴν σύνοδον ἐπιτελέσαι· ἢ εἰ τοῦτο ἐπαχθὲς αὐτῷ ὀφθείη, διὰ ἰδίων γραμμάτων δηλώσῃ· ὥστε θείοις γράμμασι κληθέντας τοὺς ἐπισκόπους, ἐν ᾗ ἂν αἱρέσῃ, πόλει τὰ ἁρμόζοντα τῇ πίστει ὀρθώσειν.

C 2 *Decimo Kalendas Decembris Constantinopoli, Domino nostro Valentiniano Imperatore nostro piissimo septimum & Avieno clarissimis Consulibus, sacræ litteræ missæ sunt a Domino nostro Marciano perpetuo Imperatore ad sanctissimum Episcopum Leonem, quibus significabat, eos, qui ab eodem viro reverendissimo missi fuerant, hilariter fuisse susceptos: quare cum omni alacritate eo se conferre dignetur, & Synodum celebrare; vel, si hoc ei grave videbitur, suis litteris significet, ut sacris litteris Episcopis vocatis, in qua placuerit civitate, fidei convenientia decernantur.*
D

Λέοντι τῷ εὐλαβεστάτῳ ἐπισκόπῳ b ἐκκλησίας τῆς ἐνδόξου πόλεως Ῥώμης, Μαρκιανός.

ΠΕΡΙ τῆς σπουδῆς, καὶ τῆς εὐχῆς τῆς ἡμετέρας, οὐκ ἀμφιβάλλει ἡ σὴ ἁγιότης· ὅτιπερ ἀληθῆ τὴν τῶν χριστιανῶν θρησκείαν, καὶ

LEONI reverendissimo Episcopo Ecclesiæ 3 gloriosissimæ civitatis Romæ, MARCIANUS.

DE studio & 4 oratione nostra Sanctitas tua non dubitat: quoniam veram Christianorum religionem & apostolicam fidem fir-

BALLER. NOTÆ.

3 Ratisp. *Deo*. Idcirco autem *multum Catholicorum aucta libertas* dicitur, quia Marcianus novus Imperator Catholicis favebat. Hoc primum indicium est electionis Marciani, quam quidem Maximinum Comitem ejusdem Imperatoris ministrum attulisse, ut a Valentiniano approbaretur, satis credibile est.
4 Quesnellus ex Grimanico *sumatis*, Magis placuit lectio Ratisp.
5 Ratisp. omittit *spiritus*, & secundo loco *Christum*. 6 In eodem codice desunt voces *atque evangelicis*.
7 Sic noster Ratisp. Quesnellus ex Grim. *æternum Patris*.
8 Grim. ms. & Quesnellus *confidenter*. Melius in Ratisponensi.
9 Ratisp. *iisdem*. 10 Idem codex *V. Idus*.
a Lege τὸ ἕβδομον.
b In vulgatis non apparet vox ἐκκλησίας: nos addidimus ex MS. Ven. potissimum, & ex Latino textu.
1 Est in mss. collect. Calchedon. XVII. & XXII. in quibus *ad Archiepiscopum* legitur, sicut etiam in titulo Græco; non *ad Episcopum*, ut in editione Quesnelli.
2 In codicibus Latinis nulla Synopsis huic epistolæ præmittitur; at legitur in mss. Græcis, ex quibus editores Romani Græcum textum vulgarunt, & ex Synopsi Græca hanc Latinam reddidere. Solum pro *Decembris*, qui mensis in Græco legitur, perperam correxerunt *Septembris*; eo quod ex erroneo Consulatu cujusdam legis Marciani, imperium ante diem 24. Augusti ab eo assumptum, & has litteras paullo post assumptionem ad imperium scriptas crediderint. Epistola quidem 74. data fuit statim post susceptum imperium, ad quod eum evectum fuisse die 24. Augusti ex Chronico Paschali Antonius Pagius ostendit. Hæc autem epistola post Legatorum adventum exarata fuit, quem in mensem Novembrem incidisse ex hisce litteris discimus.
3 Ita nostri quinque codices. Vulgati *gloriosæ*. Cod. Divion. & Quesn. in margine *reverendissimæ*.
4 Editi in margine ex Græco *voto nostro*.

firmam volumus permanere, & ab omni populo pia mente servari. 5 Denique securitatem nostræ potentiæ ex recta religione & propitiatione Salvatoris nostri consistere non ambigimus. Quapropter reverendissimos viros, quos ad nostram pietatem Sanctitas tua direxit, libenter & sicut decebat, animo grato suscepimus. Superest, ut si placuerit tuæ Beatitudini in has partes advenire, & Synodum celebrare, hoc facere religionis affectu dignetur: nostris utique desideriis vestra Sanctitas satisfaciet, & sacræ religioni quæ utilia sunt, decernet. Si vero hoc onerosum est, ut tu ad has partes advenias; hoc ipsum nobis propriis litteris tua Sanctitas manifestet, quatenus in omnem Orientem, & in ipsam Thraciam, & Illyricum sacræ nostræ litteræ dirigantur, ut ad quemdam definitum locum, ubi nobis placuerit, omnes sanctissimi Episcopi debeant convenire, & quæ Christianorum religioni atque catholicæ fidei prosint, sicut Sanctitas tua secundum ecclesiasticas regulas 6 definivit, sua dispositione declarent. 7

A τὴν ἀποστολικὴν πίστιν βεβαίαν διαμένειν βουλόμεθα, καὶ παρὰ πάντων τῶν δήμων εὐσεβεῖ διανοίᾳ φιλάττεσθαι. καὶ γὰρ τὴν ἀμεριμνίαν, καὶ τὴν ἰσχὺν τοῦ ἡμετέρου κράτους, ἐκ τῆς ὀρθῆς θρησκείας, καὶ εὐμενοῦς τοῦ σωτῆρος ἡμῶν συνεστάναι, οὐκ ἔστιν ἀμφίβολον. διὸ τοὺς εὐλαβεστάτους ἄνδρας οὓς πρὸς τὴν ἡμετέραν εὐσέβειαν πέπομφεν ἡ σὴ ἁγιότης, ἡδέως, καὶ ὡς ἐχρῆν, λογισμῷ c ἡδεῖ ὑπεδεξάμεθα. λοιπόν ἐστιν, ἵνα εἰ ἀρέσκῃ τῇ σῇ ὁσιότητι, ἐπὶ ταῦτα τὰ μέρη παραγενέσθαι, καὶ τὴν σύνοδον ἐπιτελέσαι, τοῦτο ποιεῖν τῷ περὶ τὴν θρησκείαν ἔρωτι καταξιώσῃ. καὶ γὰρ ταῖς ἡμετέραις ἐπιθυμίαις ποιήσει τὸ ἱκανὸν ἡ σὴ ὁσιότης, B καὶ τῇ ἱερᾷ θρησκείᾳ τὰ χρήσιμα διατυπώσει. εἰ δὲ ἐπαχθές τοῦτό ἐστι, τὸ σε πρὸς ταῦτα παραγενέσθαι τὰ μέρη, τοῦτο αὐτὸ ἡμῖν ἰδίοις καταμηνύσει γράμμασιν ἡ σὴ ἁγιωσύνη. ὥστε πρὸς ἅπασαν τὴν ἀνατολὴν, καὶ τὴν Θρᾴκην, καὶ τὸ Ἰλλυρικὸν, θεῖαι ἡμέτεραι d ἀποστειλήσονται προσφωνήσεις· ὅπως πρός τινα ὡρισμένον τόπον, ἔνθα ἂν ἡμῖν δόξῃ, πάντες οἱ ἁγιώτατοι ἐπίσκοποι παραγένωνται· καὶ ἅπερ τῇ τῆς τῶν χριστιανῶν θρησκείας εἰρήνῃ, καὶ τῇ καθολικῇ πίστει συμφέρουσι, καθὼς ἡ σὴ ἁγιωσύνη κατὰ τοὺς ἐκκλη- C σιαστικοὺς κανόνας διετύπωσε, κατατεθήσονται.

Al. post ep. LVIII. Quæ antea erat 77 nunc 102. Sub idem tempus quo præcedens.

EPISTOLA LXXVII. *

PULCHERIÆ AUGUSTÆ

1 ad sanctissimum Archiepiscopum Romæ LEONEM.

2 *Missæ sunt etiam 3 divinæ syllabæ a divæ memoriæ Pulcheria ad eumdem virum sanctissimum, nuntiantes Deo amicissimum Archiepiscopum Constantinopolitanum Anatolium, omni errore seposito, epistolæ nuper missæ ad sanctæ memoriæ Flavianum absque ulla mora subscripsisse, & 4 sustineri jam ut quædam Synodus fieret in partibus Orientis: corpus vero ejusdem sanctæ memoriæ Flaviani Constantinopolim fuisse per-*

D Θεῖαι συλλαβαὶ a ἀπεστάλησαν γὰρ παρὰ τῆς θείας μνήμης Πουλχερίας πρὸς τὸν αὐτὸν ἁγιώτατον ἄνδρα, μηνύουσαι τὸν θεοφιλέστατον b ἀρχιεπίσκοπον Κωνσταντινουπόλεως Ἀνατόλιον, χωρισθείσης πλάνης, ἐναγχος τῇ πεμφθείσῃ ἐπιστολῇ πρὸς τὸν τῆς ἁγίας μνήμης Φλαβιανὸν, ἄνευ τινὸς μελλησμοῦ c ὑπογεγραφηκέναι· καί τινα ἤδη ἐν τοῖς τῆς ἀνατολῆς μέρεσι σύνοδον εἶναι ἐπι-

BALLER. NOTÆ.

c MS. Ven. ἡδέως. d Edit. Rom. in margine ἀποσταλήσονται.

5 Vulgati item in margine ex Græco *etenim*. Mox pro *securitatem* quidam codices habent *sollicitudinem*.

6 Ita nostri & Baluzii codices concinente Græco textu: qua lectione indicatur, id declarandum in generali Concilio, quod religioni & fidei profit, sicut Leo antea in sua præsertim ad Flavianum epistola definierat. Similem sententiam prafert etiam sequens epistola Pulcheriæ; ubi *de catholica confessione* a Concilii Patribus decernendum affirmat *te auctore* quod quidem sollemni receptione litterarum Leonis ad Flavianum in Calchedonensi factum fuit.

7 Tempus hujus epistolæ, idest diem 22. Novembris an. 450. nobis conservavit titulus, quem ex Græcis codd. loco Synopsis præfiximus.

a In marg. edit. Rom. ἀπουστάλησαι (leg. ἀπεστάλησαν) παρά.

b MS. Ven. ἀρχιεπίσκοπον τῆς κωνσταντινουπόλεως.

c Ita sanavimus hunc locum, sequentes ductum cod. Ven. qui habet, ὑπογεγράφηκεν, addendo scilicet unam diphthongum, & legendo ὑπογεγραφηκέναι, uti per conjecturam notarunt in margine etiam edit. Rom. Male in vulg. ὑπογεγραφήκαμεν.

1 Exstat in iisdem codicibus, in quibus præcedens invenitur, & in his *Archiepiscopum* legitur, non *Episcopum*, ut Vulgati cum Græco præferunt.

2 Hæc Synopsis invenitur in mss. libris Latinæ collectionis Calchedonensis, qui integram & perfectam Rustici editionem continent, cujusmodi sunt tres Baluzii, & noster Chigianus 483. Deest autem in Vat. 1323. & 4166. qui quædam Rustici præferunt, quædam prætereunt. In antiquissimo Veron. 57. & Veneto S. Marci 79. hæc Synopsis aliis verbis expressa præmittitur: *Incipit epistola Pulcheriæ Augustæ ad eundem sanctissimum Archiepiscopum Romæ Leonem, quæ significat reverendissimum Anatolium Constantinopolitanum, errore relicto, Episcopum confirmatum, subscriptione maxime epistolæ ejus dogmaticæ ad S. Flavianum directæ, cujus Flaviani etiam corpus significat suæ sedi perductum, & in Apostolorum Basilicam depositum, & alia, quæ tenor sacrorum apicum ejus demonstrat.*

3 Ita cod. Chigianus collect. Calched. ex integra editione Rustici, uti etiam in Græco. Editi *sacræ litteræ*.

4 Ita exemplaria ejusdem Rustici. Vulgati *sustinere*.

πιτελεστέαν. καὶ d τὸ λείψανον δὲ τοῦ αὐτοῦ τῆς ἁ- A γίας μνήμης Φλαυιανοῦ ἐν τῇ Κωνσταντινουπόλει κατηνέχθη, ἐν τῇ τῶν ἀποστόλων βασιλικῇ κατατεθησόμενον· καὶ οἱ ἐπίσκοποι δὲ, οἱ ὁμονοήσαντες τῷ τῆς θείας μνήμης Φλαυιανῷ εἰς ἐξορίαν ἦσαν ἀποσταλέντες, e τούτους ἀνακλητέους πρὸς ἀναληπτέας τὰς ἰδίας ἐκκλησίας, συνόδου ἀναμένοντας τὴν ἀπόφασιν.

Λέοντι τῷ εὐλαβεστάτῳ ἐπισκόπῳ τῆς ἐκκλησίας τῆς ἐνδόξου πόλεως Ῥώμης παρὰ τῆς δεσποίνης ἡμῶν Πουλχερίας, καὶ σεβασμιωτάτης βασιλίδος.

B

ΤΑ' γράμματα τῆς σῆς μακαριότητος μετὰ τῆς πρεπούσης παντὶ ἐπισκόπῳ σεβασμιότητος ὑπεδεξάμεθα. δι' ὧν τὴν σὴν πίστιν καθαρῶς, καὶ τοιαύτην ἐπέγνωμεν, ὁποίαν ὀφείλει μετὰ ἁγιότητος τῷ θείῳ παρέχεσθαι ναῷ. ἐγὼ δὲ ὁμοίως, καὶ ὁ δεσπότης, ὁ γαληνότατος βασιλεὺς, ὁ ἐμὸς σύζυγος, ἐν τῇ αὐτῇ διὰ παντὸς καὶ f διεμείναμεν, καὶ διαμένομεν, πᾶσαν σκαιότητα, καὶ μιασμὸν, καὶ φαρμακείαν ἐκκλίνοντες. ὁ ἁγιώτατος τοίνυν τῆς ἐνδόξου Κωνσταντινουπόλεως ἐπίσκοπος Ἀνατόλιος ἐν τῇ αὐτῇ διέμεινε πίστει τε, καὶ θρησκείᾳ, καὶ τῶν σῶν γραμμάτων τὴν ἀποστολικὴν ὁμολογίαν περιπτύσσεται, τῆς πλάνης ἀποβληθείσης ἐκείνης, ἥτις πα- C ρά τινων νῦν ἀνέκυψε· καθὼς καὶ ἐκ τῶν αὐτοῦ γραμμάτων ἔτι σαφέστερον ἐπιγνῶναι ἡ σὴ δύναται ἁγιότης· τῇ τε γὰρ ἐπιστολῇ ὁμοίως τῆς καθολικῆς πίστεως, ἥν τινα πρὸς τὸν τῆς ἁγίας μνήμης Φλαυιανὸν τὸν ἐπίσκοπον ἡ σὴ μακαριότης ἀπέστειλε, δίχα τινὸς ὑπερθέσεως ὑπέγραψε· καὶ διὰ τοῦτο ἡ σὴ εὐλάβεια, καθ' ὃν ἂν φανείη τρόπον, σημᾶναι καταξιώσει· ἵνα πάντες, καὶ πάσης τῆς ἀνατολῆς οἱ ἐπίσκοποι, Θρᾴκης τε, καὶ Ἰλλυρικοῦ, καθὼς καὶ τῷ ἡμετέρῳ δεσπότῃ τῷ εὐσεβεστάτῳ βασιλεῖ τῷ ἐμῷ συζύγῳ ἀρέσκει, εἰς μίαν πόλιν τὴν ταχίστην ἀπὸ τῶν ἀνατολικῶν μερῶν παραγένωνται· κἀκεῖσε D γενομένης συνόδου περί τε τῆς καθολικῆς ὁμολογίας, καὶ περὶ τούτων τῶν ἐπισκόπων, οἵτινες πρὸ τούτου ἐχωρίσθησαν, καθὼς ἡ πίστις, καὶ ἡ χριστιανικὴ εὐσέβεια ἀπαιτεῖ, σοῦ αὐθεντοῦντος ὁρίσωσιν. ἔτι δὲ γνώτω ἡ σὴ ἁγιότης, ὡς προστάγματι τοῦ ἡμετέρου δεσπότου, καὶ γαληνοτάτου βασιλέως τοῦ ἡμετέρου συζύγου ἐν τῇ ἐνδόξῳ πόλει τῆς Κωνσταντινουπόλεως τοῦ τῆς ἁγίας μνήμης ἐπισκόπου Φλαυιανοῦ τὸ σῶμα διακεκόμισται, καὶ ἐν τῇ βασιλικῇ τῶν ἀποστόλων, ἐν ᾗ εἰώθασιν οἱ προλειτουργήσαντες ἐπίσκοποι θάπτεσθαι, τῇ χρεωστουμένῃ τιμῇ g ἀποτέθειται· καὶ τούτους ὁμοίως τοὺς ἐπισκόπους, οἳ τι-

ductum, ut in Basilica Apostolorum sepeliretur. Episcopi etiam, qui unanimes erant sanctæ memoriæ Flaviano, 5 & ad exilium fuerant destinati, & hos revocandos fore, ut ad recipiendas Ecclesias suas Synodi sententiam sustinerent.

LEONI reverendissimo Episcopo Ecclesiæ gloriosæ civitatis Romæ, PULCHERIA venerabilissima Augusta.

LItteras tuæ Beatitudinis 6 cum decenti omni Episcopo veneratione suscepimus; per quas tuam fidem puram & talem cognovimus, qualis debet cum sanctitate sacro præberi templo. Ego vero similiter ac meus dominus tranquillissimus Imperator, meus conjux, in eadem semper & mansimus & manemus, omnem pravitatem atque pollutionem & maleficium declinantes. Sanctissimus igitur gloriosæ Constantinopolis Episcopus ANATOLIUS in eadem fide permansit atque religione, & tuarum litterarum apostolicam confessionem complectitur, illo errore sublato, qui ab aliquibus nunc ortus est, sicut ex ejus quoque litteris clarius tua Sanctitas agnoscere poterit: 7 & epistolæ namque similiter catholicæ fidei, quam ad sanctæ memoriæ FLAVIANUM Episcopum tua Beatitudo direxit, sine aliqua dilatione subscripsit. Et propterea tua Reverentia quocumque modo 8 perspexerit, significare dignetur; ut omnes etiam totius Orientis Episcopi, Thraciæ, atque Illyrici, sicut etiam nostro domino piissimo Imperatori meo conjugi placuit, in unam civitatem velociter ab orientalibus partibus valeant convenire: & illic facto Concilio, & de catholica 9 confessione, & de his Episcopis qui ante hoc segregati sunt, sicut fides & christiana pietas exigit, te auctore decernant. Super hæc autem sciat tua Sanctitas, quoniam præcepto nostri domini & tranquillissimi Principis mei conjugis 10 in gloriosa civitate Constantinopoli sanctæ memoriæ Episcopi FLAVIANI corpus allatum est, & in Basilica Apostolorum, in qua consueverunt præcessores Episcopi sepeliri, competenter est positum. Et hos similiter Episcopos, qui propter eamdem caussam, quoniam cum sanctissimo FLAVIANO ad concordiam fidei catholicę concurrerant, exilio depor-

d In marg. edit. Rom. ἴσ, ὅτι π.
e MS. Ven. οὓς.
f In MS. Ven. διέμεινεν.
g In marg. edit. Rom. ἀπ τίθεται.

5 Conjunctionem & hoc loco necessariam, quæ deest in mss. Baluzii, reperimus in codice Chigiano, & fuit etiam in illo ms. ex quo ab editoribus Conciliorum vulgata fuit.

6 Vulgati *cum omni decenti omnem Episcopum veneratione*, nullo nostro, vel Baluzii codice suffragante. Cod. Divion. ipsius Baluzii *cum decenti omni episcopali veneratione*. Prætulimus lectionem quinque nostrorum mss. & aliorum duorum Baluzii. Leonis litteræ, quæ hic a Pulcheria memorantur, sunt epistola 70.

7 Cum propositi nostri sit proferre veterem ex Græco versionem, quæcumque fuerit; retinuimus *& epistolæ*, licet ex Greco reddendum fuisset, uti etiam contextus exigit, *etenim epistolæ*: & mox adjecimus ex mss. particulam *namque*, quam ut incongruam editores omiserunt.

8 Ita codd. omnes collect. Calchedon. Cod. Venetus coll. XXII. cum editis *prospexerit*.

9 MS. Chig. *religione vel confessione*.

10 Sic vetera exemplaria, quemadmodum ep. 62. *in Romana urbe reversione*; *Romæ pervenisse*; & similia, quæ interpretem Græco textui adhærentem, at a Latina ratione scribendi alienum manifestant. Editi *in gloriosam civitatem Constantinopolim*.

deportati sunt, reverti 11, robore pragmatici sui precepit; quatenus per approbationem Synodi, atque sententiam omnium Episcoporum 12 convenientium, Episcopatum & Ecclesias proprias recipere decernantur. 13.

A νες διὰ τὴν αὐτὴν αἰτίαν, ἐπειδὴ μετὰ τοῦ ἁγιωτάτου Φλαβιανοῦ τῇ συμφωνίᾳ τῆς πίστεως τῆς καθολικῆς συνέτρεχον, ἐξορίᾳ ὑπεβλήθησαν, ἐπανελθεῖν διὰ κυρώσεως ἰδίου πραγματικοῦ προσέταξεν· ὥστε διὰ τῆς δοκιμασίας τῆς συνόδου, h καὶ πάντων τῶν ἐπισκόπων τῶν συνελθόντων i, καὶ τῆς ἀποφάσεως, τὴν ἐπισκοπὴν, καὶ τὺς ἰδίας ἐκκλησίας κριθῶσιν ἀπολαβεῖν.

* Aliàs LVIII. Quæ autem antea 78. erat, nunc 104. 13. Aprilis an. 451.

EPISTOLA LXXVIII. *

1 Ad MARCIANUM Augustum.

Pro datis litteris & fide defensa gratias agit.

LEO Episcopus MARCIANO semper Augusto.

2 Litteras pietatis vestræ accepisse me gaudeo, & ad significationem totius prosperitatis pertinere cognosco, 3 cum sermones vestri initia pro fidei nos faciant integritate C securos. Quantas itaque clementiæ vestræ gratias referamus, non ex verbis nostris, sed ex B beneficiis vestris, quæ Ecclesiæ contulistis, agnoscite: non ambigentes, qualem illum retributorem in omnibus habeatis, 4 pro cujus tam pie estis religione solliciti; & qui vos, ut res ipsa demonstrat, ad hoc ut fides catholica ab insidiis inimicorum suorum defenderetur, elegit, 5 Gloriosissime. Hæc me nunc breviter per fratris mei ANATOLII Clericos pietas vestra 6 scripsisse dignanter accipiat. Pleniora autem de omnibus, quæ ad curam meam pro statu Ecclesiarum, & concordia pertinent C Domini Sacerdotum, per Legatos nostros 7 scri-

BALLER. NOTÆ.

h Deest καὶ in MS. Ven.

i In MS. Ven. καὶ τῆς ἀποφάσεως.

11 Vulgati inserunt *debere*, non vero codices.

12 Vulgati in margine addunt *una*.

13 Cum Leo huic & præcedenti epistolæ eodem die responderit epistolis 78. & 79. eas simul missas & a Pontifice simul acceptas fuisse indicium est: unde in utrisque similia leguntur quoad Concilium cogendum ex episcopis *Orientis*, *Thraciæ*, *& Illyrici* &c. Hinc sicut præcedens epistola Marciani scripta fuit die 22. Novembris an. 450. ita etiam hæc Pulcheriæ. Unum obstare videtur Marciani silentium de facto Anatolii, quod Pulcheriæ litteris indicatur. Si enim hoc præcessisset epistolam Imperatoris, hic honorificam Legatorum susceptionem memorans, non videtur fuisse omissurum tam prosperum factum, quod legatio potissimum spectabat, & Pontifex maxime expetebat. Sed cum scopus epistolæ Marciani fuerit Concilii indicendi consilium aperire; sola Legatorum susceptione commemorata, præterire potuit cetera, quæ ex aliis aliorum litteris ac ex gestis simul transmissis Leonem cogniturum sciebat. Si tamen hac de caussa posterior credatur Pulcheriæ epistola; non tamen multo posterior dicenda erit. Susceptis enim Legatis ante diem 22. Novembris, hos in rem suam statim sedulam operam adhibuisse, facileque iisdem fuisse, Pulcheria & Marciano faventibus, rem transigere dubitandum non est: ita ut paucorum dierum intervallo rebus omnibus confectis & Romam statim transmissis cum Pulcheriæ litteris, S. Pontifex Marciano simul & Pulcheriæ eadem die respondere potuerit. Ita in hac quoque sententia epistola Augustæ non multo post diem 22. Novembris ante finem anni 450. scripta dicenda erit.

1 Edita fuit a Merlino ex MS. collect. XII. Quesnellus contulit cum Grimanico coll. XVIII. eamdem relegimus cum cod. Ratisp. coll. XIX. & duobus collect. XII.

2 Indicari videtur epistola 76. Nam epistolæ 73. ejusdem Imperatoris Leonem antea respondisse cum præcipua gratulatione de assumtione ejusdem indubium credimus. Epistolam nimirum 73. ab Imperatore fuisse transmissam per Maximinum Comitem, qui notitiam assumtionis ejus in Urbem attulit, valde probabile est: & sicut per hunc Leo ad Faustum & Martinum Constantinopolitanos misit epist. 75. datam VI. Idus Novembris an. 450. in qua primum indicium electionis ejus elucet, uti observavimus adnot. 3. ita per eumdem etiam gratulatorias litteras ad ipsum Imperatorem rescripsisse haud ambigendum videtur.

3 Vulgati antiquiores *cum sermones vestri vos faciant*. Idem est in nostris codd. collect. XII. qui dumtaxat melius mutant *vos* in *nos*. Quesnellus ex Grimanico, *cum sermones vestri pro fidei nos faciant*. Potior visa est lectio præstantissimi MS. Ratisp. in quo voces *sermonis vestri initia* innuunt epistolam 76. qua Marcianus primo ad Pontificem de negotio fidei scripsit: in epistola enim 73. simplicem assumtionis suæ notitiam dederat.

4 Iidem Vulgati cum MSS. coll. XII. *tam pia*. Emendationem Quesnelli probat cod. Ratisponensis.

5 Vox *Gloriosissime* a Quesnello inducta eodem MS. Ratisp. confirmatur.

6 Ita omnes nostri codd. Quesnellus *conscripsisse*. In anterioribus editis & *scripsisse*, & *conscripsisse* deerat.

7 Hæc ac tres sequentes epistolæ datæ Idibus Aprilis, per Constantinopolitanos Clericos missæ fuerunt. Cum autem S. Pontifex has epistolas scriberet, Legatos pariter cum aliis plenioribus Litteris & instructionibus simul dirigere cogitabat: unde sicut de Clericis Constantinopolitanis scribit epist. 80. cap. 1. *Post venerabilem diem festi Paschatis remisimus*; sic de Legatis epist. 81. ait: *Nostros post diem venerabilem dirigemus*. At caussas aliquas subinde incidisse dicendum est, quæ hanc Legatorum transmissionem in longius tempus distulerunt, nimirum in mensem Junium, cum per Lucentium Episcopum & Basilium Presbyterum apostolicæ Sedis Legatos Constantinopolim misit epistolas 83. 84. 85. & 86. signatas die 9. Junii: ubi sermonem esse de Legatis, quos memorat in his epistolis traditis Idibus Aprilis, patet ex epist. 83. c. 1. in qua se Legatos mittere ait, *ut præcedentibus litteris indicavi*, & epist. 84. c. 1. *quod facturum me aliis litteris indicaveram*. Caussam hujus dilationis fuisse arbitramur serum reditum priorum Legatorum, quos exspectandos credidit, ante quam novos Legatos Constantinopolim dirigeret. Cum has litteras scripsit, sperabat eos brevi perventuros, eo quod fortassis sive ex Clericis Anatolii, sive ex ipsorum Legatorum litteris intellexerat, discedentibus Clericis Constantinopoli, eos quoque in eo fuisse, ut proxime subsequerentur. Hinc novos Legatos una cum iisdem Clericis Constantinopolim reversuris post Pascha dirigendos indicavit. At cum illorum reditum differri vidit, Clericos cum his litteris dimisit quidem Idibus Aprilis; at novam Legationem protraxit usque ad Junium, quo illi in Urbem rediere. Ita porro de novis Legatis, qui nondum missi fuerant, S. Leo hoc loco inquit *direximus*, quemadmodum de Clericis Constantinopolitanis, qui, cum hæc scriberet, Roma nondum discesserant, ait epist. 80. cap. 1. *Cum epistolis nostris remisimus*: quippe qui in eo erant, ut Constantinopolim redirent. Similiter epist. 75. c. 2. de eadem mox transmittenda scribit: *Volumus autem, ut hæ litteræ nostræ, quas ad vestram dilectionem misimus* &c. ac epist. 83. de Legatis, quibus eamdem deferendam tradidit, *Fratres*, inquit, *meos ... direxi*. Familiare scilicet Leoni est præteritum tempus usurpare de rebus, vel actionibus, quæ futuræ quidem erant, dum scriberet; at relatæ ad tempus, quo epistolæ legerentur præteritæ fuissent. Hinc conciliantur formulæ, quæ videntur contrariæ; cum de iisdem Legatis mox,

scripta direximus. Data Idibus Aprilis, 8 ADELFIO viro Clarissimo Consule.

---

* Alias LIX. Quæ autem antea 79. erat, nunc 105. 13. Aprilis an. 451.

EPISTOLA LXXIX.*

1 Ad PULCHERIAM Augustam.

2 SYNOPSIS.

I. *De repressis ejus auctoritate Nestorio & Eutychete gratias agit.*

II. *De Legatis adjutis, reductis ad sedes suas Sacerdotibus, revocatis in urbem Flaviani reliquiis, & lapsis, si subscribant fidei, recipiendis.*

III. *De Eusebio communione Sedis apostolicæ fruente, & Juliano Coensi: & de Clericis CP. Flaviano faventibus.*

LEO Episcopus urbis Romæ, PULCHERIÆ Augustæ.

CAP. I. QUod semper de sancta pietatis vestræ mente præsumsimus, id plenissime experiendo cognovimus, christianam fidem, quamvis diversis pravorum appeteretur insidiis, vobis tamen præsentibus, & in defensionem ejus a Domino præparatis, non posse turbari. Non C enim Deus aut suæ 3 misericordiæ sacramentum, aut vestri laboris deserit meritum, quo dudum subdolum sanctæ religionis hostem ab ipsis visceribus Ecclesiæ 4 depulistis: cum hæresim suam tueri impietas Nestoriana non potuit; quia non fefellit famulam & discipulam A veritatis, quantum simplicibus infunderetur veneni per illa loquacis hominis colorata mendacia. De quo virtutum agone processit, ut per sollicitudinem vestram, ea, 5 quæ per Eutychen diabolus molitus est, non laterent; & qui sibi singulas partes geminæ impietatis elegerant, una catholicæ fidei virtute procumberent. Secunda ergo hæc vobis, de peremto Eutychetis errore victoria est: 6 quem, si quid sani cordis habuisset, dudum in auctoribus suis perculsum olimque prostratum facile potuerat declinare, ne de sepultis cineribus rediviva tentaret incendia commovere, ut in eorum transiret consortium, quorum secutus esset exemplum, gloriosissima Augusta. Libet B igitur exultare cum gaudio, & pro vestræ clementiæ prosperitate digna Deo vota persolvere, qui tibi per omnes mundi partes, in quibus Domini Evangelium prædicatur, 7 duplicem jam & palmam contulit, & coronam.

CAP. II. Quanta in Ecclesia contulerit Pulcheria. Clementia igitur vestra cognoscat omnem Romanam Ecclesiam de universis fidei vestræ operibus plurimum gratulari, sive quod legationem nostram pio per omnia juvistis affectu, & quod Sacerdotes catholicos, qui de Ecclesiis suis injusta 8 fuerant ejecti sententia, reduxistis, sive quod reliquias sanctæ memoriæ FLAVIANI innocentis & catholici Sacerdotis ad Ecclesiam, cui bene præfuit, fecistis 9 cum honore debito revocari. In quibus utique omnibus gloriæ vestræ multiplicatur augmentum, dum & sanctos pro suis meritis veneramini, & ab agro dominico spinas & tribulos vultis 10 auferri. Quosdam vero Episcopos de his, qui rebus impiis videntur præbuisse consensum, reconciliationem poscere, & Catholicorum communionem desiderare, tam 11 nostrorum, quam

Cultus ergt sanctos.

BALLER. NOTÆ.

mox, uti meditabatur, transmittendis nunc præterito utitur ep. 79. & 80. *quos misimus*, nunc autem futuro *nostros .... dirigemus* epist. 81. Illud enim ad tempus, quo litteræ legendæ erant, istud vero ad tempus quo scribebantur, ex Leonis mente referendum est. Observamus porro, neque in hac, neque in sequenti epistola quicquam responderi de Concilio, quod Imperator & ejus conjux Pulcheria in suis litteris expetiverant. Id vero Leonem remisisse *plenioribus scriptis*, quæ per Legatos dirigenda commemorat, liquet ex epist. 82. c. 2. ad eumdem Marcianum. *Piissimæ sollicitudini vestræ, quam de indicenda Synodo habere dignamini, per legationem, quæ confestim ad Clementiam vestram Deo annuente perveniet; quidquid ad caussæ utilitatem arbitror pertinere, plenius atque opportunius suggeretur*. Id autem consulto factum fuit, eo quod mutatis rerum circumstantiis post Theodosii mortem; (cum scilicet novo Imperatore rectæ fidei patrocinante, Eutyches ejusque fautores repressi, & catholici Episcopi in Epheso depositi, ab exilio fuerant revocati, plures vero jam decepti ad sanam mentem in dies revertebantur:) Leo non ita necessarium generale Concilium credidit, ut antea judicaverat; vel saltem eo quod illud non in Oriente habendum putaret, sed in Italia; ubi cum per hoc tempus bellum ingrueret, Concilium differendum censuit, uti traditur epist. 83. 90. & 94. Hæc & similia per Legatos utilius & plenius viva voce, quam litteris tractanda existimavit.

8 Editi *Adelphio*. At MS. Ratisp. semper *Adelfio*: & similiter habent in aliis epistolis antiquissimus codex Vat. 1322. utrique codd. Hisp. & Vat. Isid. aliique veteres libri. Ita etiam Prosper & Marcellinus tum in vulgatis, tum in MSS. Idipsum confirmatur inscriptione apud Aringhium tom. 2. pag. 419. *ADELFO*.

1 Exstat hæc epistola in MSS. coll. Hisp. Isid. XI. XII. XVIII. usque ad XXIV. & in exemplari Sichardi.

2 In Collect. Hispanica hæc Synopsis legitur: *Epistola Leonis ad Pulcheriam Augustam, in qua gratias agit quod Nestorianam & Eutychianam hæresim fidei defensione destruxerit*.

3 Vat. Hisp. & Isid. ac MSS. coll. XI. & XXI. cum quatuor codd. Quesnelli *fidei sacramentum*.

4 Vat. Hisp. & Isid. *depulisti*.

5 Quatuor MSS. libri Quesn. & duo nostri *quæ pereunti diabolus*.

6 Quesnellus, *qui si quid sani cordis habuisset, errorem dudum* &c. Anteriorum editionum lectionem omnibus nostris novem codicibus probatam & satis congruam revocavimus.

7 Vat. Hisp. & Isid. *duplicis gloriæ palmam contulit*.

8 Ita ex plerisque & potioribus nostris codicibus. Vulgati cum MSS. coll. XXI. *fuerunt*.

9 Quidam codd. omittunt *cum*.

10 Sic ex Ratisp. & exemplo Sichardi, ac MSS. collect. XXIV. uti erat in editis ante Quesnellum, apud quem *auferre*. Mox pro *vero* quidam codices & antiquiores editi habent *sane*.

11 Intelliguntur Legati, quos Leo Anatolii caussa Constantinopolim miserat an. 450. Vide epist. 69. & seqq. Hi autem, quos post Anatolii Clericos Romam missos Constantinopoli discessisse videbimus adnot. 4. in epist. 83. iisdem Clericis rerum gestarum relationem ad Leonem dederunt, quæ cum Anatolii litteris eidem Pontifici tradita fuit: unde ex utrisque didicit, quosdam Episcopos lapsos reconciliationem poscere, & catholicam communionem desiderare. Cum vero eosdem Legatos per hoc tempus Constantinopoli jam discessisse Leo præsumeret, huic reconciliationi perficiendæ novam legationem dirigendam constituit, ad quam referenda sunt sequentia: *participata nostrorum, quos misimus*, &c. Hæ duæ legationes distingnendæ sunt, ne maxima confusio gignatur. Ita in epistola sequenti cap. 2. verba: *Illud quidem quod præsentibus & agentibus nostris constitutum est, approbamus*, ad priorem legationem pertinent; verba autem, quæ mox subjiciuntur: *Sed cum Legatis nostris, quos misimus* &c. spectant ad legationem secundam, quam una cum his litteris transmittere meditabatur, sed distulit in mensem Junium, uti observavimus adnot. 7. in epist. 78. Hic præterea notare libet, verba laudatæ epist. 80. c. 2. *quod præsentibus & agentibus nostris constitutum est*, videri innuere, quæ Legati primæ legationis gesserunt, dum Constan-

quam fratris & Coepiſcopi 12 mei ANATOLII, A cui teſtimonium ferre dignamini, relatione cognovimus: quorum deſideriis ſic præbemus 13 effectum, ut correctis, & quæ male ſunt facta, propria ſubſcriptione damnantibus, participata 14 noſtrorum, quos miſimus, cura cum ſupradicto Epiſcopo, pacis gratia tribuatur: QUIA devotionis utrumque eſt chriſtianæ, ut & pertinaces veritas juſta coerceat, & converſos caritas non repellat.

CAP. III.

Quia vero novimus, quantum piæ ſollicitudinis catholicis Sacerdotibus manſuetudo veſtra dignetur impendere, indicandum eſſe curavimus, fratrem & Coepiſcopum 15 meum B EUSEBIUM nobiſcum degere, & noſtræ communionis eſſe conſortem, cujus commendamus Eccleſiam, quam dicitur vaſtare, qui illi injuſte aſſeritur 16 ſubrogatus: illud etiam 17 a tua pietate poſcentes, quod vos ſpontaneo facere non dubitamus arbitrio, ut tam fratrem & Coepiſcopum meum JULIANUM, quam Conſtantinopolitanos Clericos, qui ſanctæ memoriæ FLAVIANO fidelibus officiis adhæſerunt, ea, qua debetis, gratia 18 foveatis. De omnibus vero pietatem veſtram 19 per noſtros, quid fieri aut ordinari deberet, inſtruximus. Data C Idibus Aprilis, ADELFIO viro clariſſimo Conſule.

Euſebius Dorylæi Epiſcopus.

Julianus Coenſis Epiſcopus.

EPISTOLA LXXX.

* Alias L... Quæ aute... antea 80. ere... nunc 106. 13. Aprilis an. 451.

1 Ad ANATOLIUM Epiſcopum Conſtantinopolitanum.

2 *PRIMA PRO PACE.*

SYNOPSIS

Ex Collectione Hiſpanica.

I. *De fide ejus ſcriptis miſſis probata.*
II. *De his, qui metu in hæreſim lapſi ſunt, ut ſi converſi fuerint, recipiantur.*
III. *De nominibus hæreticorum ad ſacrum altare non recitandis.*
IV. *De commendatione* (al. *commemoratione*) *Juliani Epiſcopi, vel eorum Clericorum, qui Flaviano Epiſcopo in fide adhæſerunt.*

LEO Epiſcopus ANATOLIO Epiſcopo.

CAP. I.

3 GAudemus in Domino, & in dono gratiæ ipſius gloriamur, 4 qui, ſicut dilectionis tuæ 5 litteris, & fratrum noſtrorum, quos Conſtantinopolim miſeramus, relatione cognovimus, ſequacem te evangelicæ eruditionis oſtendit: ut per Sacerdotis probabilem fidem merito præſumamus, quod tota Eccleſia eidem credita, nec rugam cujuſquam ſit erroris habitura, nec maculam, dicente Apoſtolo: *Deſpondi enim vos uni viro virginem caſtam exhibere Chriſto*. Illa eſt enim virgo Eccleſia, ſponſa unius viri Chriſti, quæ nullo ſe patitur errore vitiari: ut per totum mundum una nobis ſit unius caſtæ communionis integritas, in qua ſocietatem tuæ dilectionis amplectimur: & 6 geſtorum, quæ ſumſimus, ſeriem neceſſariis, ſicut oportuit, munitam ſubſcriptionibus approbamus. Ut ergo invicem dilectionis tuæ animus noſtris confirmaretur alloquiis, filios D noſtros 7 CASTERIUM Presbyterum, PATRICIUM & ASCLEPIADEM Diaconos, qui ad nos tua ſcripta 8 detulerunt, cum epiſtolis noſtris poſt venerabilem 9 diem feſti paſchalis remiſimus,

2. Cor. 11. 2.
Una unius Eccleſiæ caſta communio.

BALLER. NOTÆ.

ſtantinopoli eſſent præſentes; ſicut indicant etiam illa cap. 3. *Dilectionem tuam hoc decet cuſtodire, quod noſtri ibidem conſtituti dixerunt*; ac ſi illi non amplius ibidem præſentes eſſent: quæ eorum diſceſſum confirmant. Hinc de iiſdem cap. 1. S. Leo ſcribit: *Fratrum noſtrorum, quos Conſtantinopolim miſeramus, relatione cognoſcimus*, ubi obſervandum tempus *miſeramus*. Vide adnot. 5. in epiſt. ſequentem.

12 Vat. Iſid. *noſtri*. In Vat. Hiſp. errore librarii *veſtri*.

13 Vat. Hiſp. & Iſid. *affectum*.

14 Significantur ii, quos Leo Conſtantinopolim miſit legatione ſecunda, de qua adnot. 11.

15 Vindebon. Hiſp. *noſtrum*.

16 Id ſaltem Romæ per hoc tempus ferebatur. Nullum vero Euſebio Dorylæenſi ſubrogatum tradit Liberatus in Breviario cap. 12. ut in poſtilla marginali obſervavit Queſnellus.

17 Ita ex Ratiſp. utriſque Hiſp. nec non ex Vat. Iſid. aliiſque MSS. coll. XI. & XXIV. atque exemplo Sichardi. Editi cum codd. coll. XXI. *a veſtra pietate*. Mox *facturam* pro *facere* in Vat. Hiſp. atq. Iſid.

18 Editi cum aliquot codd. erronee *faveatis*. Correximus ex MS. Ratiſp. ac ex Vat. Hiſp. & Iſid.

19 Intelliguntur Legati, qui cum his litteris mittendi credebantur; ſed tantum menſe Junio miſſi fuere, uti explicavimus adnot. 7. in epiſtolam præcedentem. Confer etiam adnot. 11. in præſentem epiſtolam. Poſt pauca pro *ordinari* editi ante Queſn. habent *declinari*. Queſnelli emendationem ex Grimanico ac tribus aliis codicibus omnes noſtri antiqui libri approbant.

1 Extat in MSS. collect. III. VIII. Hiſp. Iſid. XI. XII. & XVIII. uſque ad XXIV. ac in exemplo Sichardi, nec non in illo, ex quo primæ Romanæ ſermonum editioni aliquot epiſtolæ ſubjectæ fuerunt.

2 Ita cod. Grim. Queſnello adnotante in margine.

3 MS. Vat. Hiſp. *Gaudeamus* cum exemplari primæ editionis, & cum MSS. collect. XXIV. ac uno vat. coll. XXI. in quibus poſt pauca *gloriemur*.

4 Tres codices *quia*. Vulgati ante Queſn. *quia... oſtendis*.

5 Hæc diſtinctio *litterarum* Anatolii, & relationis Legatorum indicare videri poteſt, Legatos non per epiſtolas, ſed viva voce retuliſſe, quæ hac in epiſtola memorantur, ac ſi jam Romam pervenerint. Sed *relationis* nomine Leo uſus eſt in epiſtola præcedenti c. 2. cum loqueretur de Anatolio, qui ſane per epiſtolam retulit: ac præterea eos Legatos ſerius in Urbem ingreſſos patebit ex adnot. 4. in epiſt. 83.

6 Horum geſtorum fragmentum, quod ſupereſt ex Vita S. Abundii apoſtolica legatione functi, in Appendice edetur.

7 Cod. Vallicell. A. 5. coll. VIII. & exemplar primæ editionis *Caterium*. Vat. 5845. ejuſdem coll. VIII. *Carnerium*. Queſnellus in margine: Al. *Caſtorium*, vel *Carterium*: quod poſtremum invenimus in MSS. coll. XXI.

8 Unus Vat. *detulerant*. Prima editio *qui veſtra ſcripta detulerunt*.

9 Exemplum primæ editionis *diem feſtum paſchalem*. Cod. Grim. *diem Paſcha emiſimus*. Cum Clericis Conſtantinopolitanis hic memoratis hæ litteræ traditæ fuerint, præteritum tempus *remiſimus* a Leone accipitur, uti explicavimus adnot. 7. in epiſt. 78.

mus, indicantes nos, ut supra diximus, de Constantinopolitanæ Ecclesiæ pace gaudere, cui hanc curam semper impendimus, ut eam nulla velimus hæreticorum fraude violari.

CAP. II.

De fratribus vero, quos & epistolis tuis, & Legatorum nostrorum relatione communionis nostræ 10 cupidos esse cognovimus, eo quod doleant se contra potentiam contraque terrores non tenuisse 11 constantiam, sed alieno sceleri præbuisse consensum; cum ita eos formido turbasset, ut in damnationem catholici atque innocentis Antistitis, & in receptionem detestabilis pravitatis trepido famularentur obsequio: illud quidem quod præsentibus & agentibus 12 nostris constitutum est, approbamus, ut suarum interim Ecclesiarum essent communione contenti: sed cum Legatis nostris, quos misimus, participata tecum sollicitudine volumus disponatur, quatenus hi, qui plenis satisfactionibus male gesta condemnant, & 13 accusare se magis eligunt, quam tueri, pacis & communionis nostræ unitate lætentur; ita ut digno prius anathemate, quæ contra fidem catholicam sunt recepta, damnentur. Aliter enim in Ecclesia Dei, quæ corpus est Christi, nec 14 rata sunt sacerdotia, nec vera sacrificia, nisi in nostræ proprietate naturæ verus nos Pontifex reconciliet, 15 verus immaculati agni sanguis emundet. Qui licet in Patris sit dextera constitutus, in eadem tamen carne, quam sumsit ex virgine, sacramentum propitiationis exequitur, dicente Apostolo: *Christus* JESUS, *qui mortuus est, immo qui & resurrexit, qui est* 16 *in dextera Dei, qui etiam interpellat pro nobis*. Neque enim potest in aliquo benignitas nostra reprehendi, cum satisfacientes recipimus, quos doluimus esse deceptos. Nec aspere igitur communionis nostræ gratia deneganda est, nec temere largienda: quia *Sicut plenum* pietatis est oppressis caritatem dominicam redhiberi, ita 17 justum est omnia perturbationis auctoribus imputari.

1. quæst. 1. *In Ecclesia Dei quæ corpus.* cap. 68.

Veritas carnis nostræ in Christo ad veri sacerdotii verique sacrificii rationem requisita.

Rom. 8. 34.

CAP. III.

De nominibus autem 18 Dioscori, Juvenalis, & Eustathii ad sacrum altare 19 recitandis dilectionem tuam hoc decet custodire, quod nostri ibidem constituti faciendum esse dixerunt, quodque honorandæ S. FLAVIANI memoriæ non repugnet, & a gratia tua christianæ plebis animos non avertat. Nam 20 iniquum nimis est atque incongruum, eos qui innocentes & catholicos sua persecutione vexarunt, Sanctorum nominibus sine discretione misceri: cum damnatam impietatem non deserentes 21 ipsi se sua pravitate condemnent; quos convenit, aut percelli pro perfidia, aut laborare pro venia.

Hæreticorum nomina Sanctorum nominibus non miscenda.

CAP. IV.

Fratrem vero & Coepiscopum 22 nostrum JULIANUM, & Clericos, qui sanctæ memoriæ FLAVIANO fidelibus officiis adhæserunt, dilectioni quoque tuæ volumus adhærere: ut quem 23 fidei suæ meritis vivere apud Deum nostrum novimus, in te sibi eum præsentem esse cognoscant. Illud quoque dilectionem tuam nosse volumus, fratrem & Coepiscopum nostrum EUSEBIUM, qui caussa fidei multa discrimina, laboresque toleravit, nobiscum interim demorari, & in nostra nunc communione persistere: cujus Ecclesiam tua sollicitudine volumus esse defensam, 24 ut nihil eodem absente depereat, & nullus ei in aliquo præjudicare præsumat, donec cum litterarum nostrarum ad vos prosecutione perveniat. Et ut major circa te vel nostra, vel totius christianæ plebis affectio provocetur, hoc quod ad dilectionem tuam scripsimus, in omnium volumus notitiam pervenire: ut qui Deo nostro 25 deserviunt, de confirmata apud te pace Sedis apostolicæ gratulentur. 26 De ceteris vero caussis atque personis, dilectio tua litteris, quas per nostros 27 accipiet, plenius instruetur. Data 28 Idibus Aprilis, ADELFIO viro clarissimo Consule.

Eusebius Doryläei Episcopus pro fide extorris.

EPI-

BALLER. NOTÆ.

10 Prima editio *cupiditate inflammatos esse*. Post pauca Vindebon. Hisp. & Vat. collect. XI. *contra impotentiam*, idest immoderatam potentiam.

11 Vat. Hisp. *sententiam*. Mox cum Merlinus sine ulla interposita particula ediderit *constantiam alieno sceleri*, ante vocem *alieno* addita fuit in editionibus particula *sed*, quam quidem invenimus in Vindebon. Hisp. in Vat. coll. III. & in duobus collect. VIII. At ceteri novem codices diversarum collectionum præferunt &.

12 Vide adnot. 11. in epist. præcedentem, ubi hic Legatos, qui antea Constantinopolim missi fuerant, dein vero alios Legatos, qui transmittendi erant, indicari ostendimus. In verba autem, *ut suarum interim Ecclesiarum essent communione contenti*, confer n. 1. Quesn.

13 Vat. Hisp. & alius Vat. collect. XI. *accusari*.

14 Codd. coll. VIII. cum Grimanico coll. XVIII. & Barberino coll. III. *sacrata sunt*. Prima editio *sacra*.

15 Cod. Vat. coll. III. & unus coll. XXI. *& verus*.

16 Unus cod. Vat. *ad dexteram*. Mox codd. Vat. Hisp. & Isid. *Neque enim poterit*.

17 Cod. Vat. Isid. & alius collect. XI. cum duobus Thuaneis, & uno Cantabrig. Quesnelli *justum est omnia perturbantis auctoritatem amputari*.

18 Vide notam 2. Quesnelli.

19 Editi cum utrisque Hisp. aliisque posterioribus collectionibus inserunt *non*. Delevimus autem auctoritate præstantiorum & vetustiorum collectionum, nimirum MS. Vat. coll. III. duorum collect. VIII. & præstantissimi Ratisp. coll. XIX. cum quibus concinunt exemplaria primæ editionis atque Sichardi. Enimvero hac in re Anatolius dubitasse videtur, tametsi Legati, dum Constantinopoli essent, Dioscorum, Juvenalem, & Eustathium, e dypticis non recitandos affirmassent, eo quod Ephesinæ impietatis capita haberentur. Ratio, quam S. Leo subjicit, Legatorum sententiam approbat. Hinc ex codicibus Vat. 5845. coll. VIII. Ratisp. & MSS. coll. XXIV. nec non ex prima editione, ac Sichardo prætulimus *dixerunt* pro vulgato *dixerint*.

20. Vat. Hisp. & Isid. cum tribus laudatis a Quesnello codd. *inimicum*.

21 Exemplum primæ editionis *ipsa sua pravitate condemnentur*.

22 Cod. Ratisp. omittit *nostrum*; & dein habet *vel Clericos* sumpto *vel* pro &, quod pariter legitur in Vindebon. Hisp. & hic & in titulo hujus capitis, in codicibus coll. XI. & XXIV. nec non in exemplis Sichardi & primæ editionis.

23 Cod. Barb. coll. III. & Vat. 5845. coll. VIII. nec non Grim. & prima editio *fidei sacramentis*.

24 Sex voculas subsequentes desiderat Grimanicus codex. Quidam codices *& nihil*. Ratisp. *ut & nihil*, qui mox supprimit *es*.

25 Exemplum primæ editionis *nunc serviunt*.

26 Idem exemplar: *De ceteris vero diffidii caussis atque perversionis dilectio tua* &c.

27 Indicatur epistola 85. vide adnot. 7. in epist. 78.

28 Sic omnes nostri codices & editi. Quesnellus in margine *Al. VI. Idus*.

* Alias LXI. Quæ autem antea 81. nunc 107. 13 Aprilis an. 451.

EPISTOLA LXXXI. *

1 Ad Julianum Episcopum

SYNOPSIS

Julianum diu per Dioscori improbitatem vexatum monet, lapsos in communionem recipi non debere, nisi perfidia cum auctoribus damnata.

Leo Episcopus Juliano Episcopo

Litteras fraternitatis tuæ per filios nostros B Constantinopolitanos Clericos, nuntias tuæ salutis accepi, quibus te magnis tribulationibus gravatum fuisse significas: cum utique non defuerit materia sollicitudinis & laboris, quæ inter procaces catholicæ fidei adversarios, inhærentem veritati animum fatigarent; 2 isque, ut scribis, fuerit animus, ut per occasionem necessitatis & nobis te, & patriæ præsentares. Quod vere futurum speraveram, ut apertius omnium hæreticorum ambages tuo ore 3 recognoscerem. Sed gratias Deo, quod ita & incolumitas tua, & Ecclesiæ caussa profecit, ut liberum tibi fuerit apud eos interim degere, quorum nobis probabilis consensus innotuit, sicut & fratris Anatolii scripta profi- C tentur, & gesta quæ apud ipsum coram nostris sunt confecta, demonstrant, frater carissime. Remeantibus ergo prædictis, salutationis vicissitudinem reddo, & ut contra falsitatis astutias perseverantem diligentiam teneas, fidenter exhortor: cum tibi ad hoc & tuus animus, & nostra auctoritas suffragetur. Quoniam licet de multis meliora indicata sint, quod scilicet doleant se deceptos, & damnata perfidia cum auctoribus suis, gratiam nostræ communionis exposcant (quod nos adeo libenter accepimus, redditurі his hanc, quam desiderant, communionem, cum 4 promissa compleverint;) quosdam tamen persistere in sua obduratione co- D gnovimus: quos oportet districtius comprimi, si nequeunt benignitate sanari. Ad quam rem nostros post diem venerabilem 5 Paschæ dirigemus, qui tecum participato consilio, ea quæ a nobis constituta fuerint, exequantur. Data Idibus Aprilis, Adelfio viro clarissimo Consule.

Julianus Coensis patria Italus.

Julianus auctoritate Leonis fultus.

---

* Alias LX[…] Quæ aut[…] antea 82. e[…] nunc 103[…] 23. April[…] an. 451.

EPISTOLA LXXXII. *

1 Ad Marcianum Augustum.

2 SYNOPSIS.

I. *Pro conservatione catholicæ fidei gratulatur, cui pax imperii rependitur.*
II. *De solis errantibus agendum esse, non de fide, vel Scripturis, quas aliter quam SS. Patres interpretari nefas sit.*

Leo Episcopus Marciano Augusto.

CAP. I.

3 Quamvis per Constantinopolitanos Clericos ad pietatem tuam ante 4 rescripserim, rumtis tamen clementiæ vestræ 5 litteris per virum illustrem Præfectum urbis filium 6 meum Tatianum, magnam materiam gratulationis accepi: quia studiosissimos vos ecclesiasticæ pacis agnovi. Cui sancto desiderio 7 digna æquitate confertur, ut quem statum esse cupitis religionis, eumdem habeatis & regni. Nam inter Principes christianos Spiritu Dei confirmante concordiam, gemina per totum mundum fiducia roboratur: quia profectus caritatis & fidei, utrorumque armorum potentiam insuperabilem facit, ut propitiato per unam confessionem Deo, simul & hæretica falsitas, & barbara destruatur hostilitas, gloriosissime Imperator. Aucta igitur per imperialem amicitiam spe cælestis auxilii, confidentius pietatem vestram pro sacramento salutis humanæ incitare præsumo: ne cujusquam pro-

Pax regn[…] pacis Eccl[…] siæ fructus.

BALLER. NOTÆ.

1 Invenitur hæc epistola in MSS. collect. XII. XVIII. & XIX.

2 Duo codd. collect. XII. *idque, ut scribis, fuerit animi*. Ratisp. habet *idque*, sed *animus*.

3 Ita ex MSS. superiori adnotatione memoratis. Vulgati ex aliquo codice *cognoscerem*, omisso *re* ob earumdem litterarum concursum in fine vocis præcedentis.

4 Ratisp. *præmissa*.

5 Vocem *Pascha*, quæ in nostris MSS. & editis deest, a Quesnello insertam ex codice Grimanico retinuimus, eo quod similiter in epistola præcedenti cap. 1. *post venerabilem diem festi paschalis* Constantinopolitani Clerici ad Anatolium remissi seu potius remittendi tradantur, cum quibus suos quoque Legatos S. Leo transmittere jam destinaverat, uti monuimus adnot. 7. in epist. 78. Hanc autem postillam idem Quesnellus margini adjecit: *Grimanicus addit* Paschæ, *hoc forte intelligens de octava Paschatis, quod fuerat 8. Aprilis*. Id censuit, propterea quod hanc epistolam exaratam credidit ipsis Idibus Aprilis, quibus signatur. Sed omnes has epistolas notatas Idibus Aprilis, ante Pascha fuisse scriptas, cum Leo cogitabat Legatos Constantinopolitanis Clericis remeantibus jungere; signatas autem fuisse ea die, qua mutato consilio legationem distulit, & solos Constantinopolitanos Clericos dimisit, probabilius est. Sic enim conciliantur, quæ in hujusmodi litteris difficultatem facessunt. Hinc autem pro die Paschatis, ejus octavam hoc loco intelligere opus non est.

1 Exstat in MSS. collect. Hisp. Isid. XI. XII. XVIII. & XXI. usque ad XXIV. ac in exemplo Sichardi.

2 In Hispanica: *Ejusdem Leonis ad Marcianum Augustum, ubi de illo pro conservatione catholicæ fidei gratulatur.* 3 Exemplum Sichardi *Etsi per Constantinopolitanos*. Post pauca *ad pietatem vestram* in editis ante Quesn. cum MSS. coll. XXIV.

4 Indicatur epistola 78.

5 Hæ Marciani litteræ a Tatiano delatæ, diversæ sunt a præcedentibus 73. & 76. Hæc enim ultima data fuit die 22. Novembris an. 450. Tatianus vero Præfectus urbis Constantinopolitanæ nondum Constantinopoli discesserat die 18. Decembris anni ejusdem, ut liquet ex lege 2. cod. Justinianei tit. *de Officio Prætorum*, quæ eidem Tatiano inscribitur, data *XV. Kal. Januarii Constantinopoli Valentiniano VII. & Avieno Coss.* ubi perperam *Præfectus Prætorio* appellatur, cum & apud Leonem & in aliis documentis ann. 451. & 452. semper *Præfectus Urbis* nominetur. Hunc quidem Tatianum post traditam Constantinopolitanis Clericis epistolam 78. signatam die 13. Aprilis Romam advenisse, & imperiales litteras Leoni tradidisse hoc loco non obscure significatur. Hæ igitur Marciani litteræ, quibus Leo hic respondet, desiderantur.

6 Vindebon. Hisp. *nostrum*. Grim. perperam *Titianum*.

7 Quesnellus *divina*. Anteriorum lectionem restituimus, quippe quam omnes nostri codices & exemplar Sichardi approbant.

procaci 8 impudentique versutia quasi de incerto, quid sequendum sit, sinatis inquiri. Et cum ab evangelica apostolicaque doctrina 9 ne uno quidem verbo liceat diffidere, aut aliter de Scripturis divinis sapere, quam beati Apostoli & Patres nostri didicerunt atque docuerunt, nunc demum indisciplinatæ 10 moventur & impiæ quæstiones, quas olim mox ut eas per apta sibi corda diabolus excitavit, per discipulos veritatis Spiritus sanctus extinxit.

Scripta apostolica, & traditio SS Patrum, fidei & Scripturarum interpretes.

CAP. II. Nimis autem 11 iniquum est ut per paucorum insipientiam ad conjecturas opinionum & 12 ad carnalium disputationum bella revocemur; tamquam reparata disceptatione tractandum sit, 13 utrum Eutyches impie senserit, & utrum perverse Dioscorus judicarit, qui in sanctæ memoriæ *Flaviani* condemnatione se perculit, & simpliciores quosque, ut in eamdem ruinam provolverentur, impegit. Quorum multis jam, ut cognovimus, ad satisfactionis remedia conversis, & veniam de inconstanti trepidatione poscentibus, non cujusmodi sit fides 14 tenenda tractandum est, 15 sed quorum precibus & qualiter annuendum. Unde piissimæ sollicitudini vestræ, quam 16 de indicenda Synodo habere dignamini, per legationem, quæ confestim ad clementiam vestram, 17 Deo annuente, perveniet, quidquid ad caussæ utilitatem arbitror pertinere, plenius atque opportunius suggeretur. Data 18 nono Kalendas Maji, *Adelfio* viro clarissimo Consule.

EPISTOLA LXXXIII. *

Alias LXIII. Quæ autem antea 83 erat, nunc 108. 9. Junii an. 451.

1 Ad eumdem MARCIANUM.

2 SYNOPSIS.

I. *Pro patefacta Anatolii fide, Eutyche represso, revocatis Episcopis, reductis in urbem S. Flaviani reliquiis, gratulatur.*

II. *Legatos se mittere pro reconciliandis lapsis Episcopis. Concilio convocando opportunum tempus non esse.*

LEO Episcopus MARCIANO Augusto.

CAP. I. MUltam mihi fiduciam 3 scribendi ad clementiam vestram, & litteræ vestræ, quas veneranter accepi, & 4 Coepiscopi mei revertentes a Constantinopoli præbuerunt, non sola assertione verborum, sed ipsis jam 5 operum effectibus demonstrantes, ad defensionem catholicæ fidei divinum in vobis vigere præsidium. Quo utique non solum Ecclesiæ status, sed etiam vestri robur munitur imperii: ut merito ejus 6 expectetis protectionem, cujus colitis veritatem, gloriosissime Imperator. Nam ut & fratris mei ANATOLII citius manifestaretur integritas, & olim damnati erroris 7 redivivus assertor locum in Christi Ecclesia non haberet; ut catholici Episcopi, quos nuper hæreticorum persecutio depravare non potuit, ab injustis revocarentur exiliis; utque reliquiis beatæ memoriæ FLAVIANI digno honore susceptis, impietatem suam 8 condemnator ejus agnosceret: vestræ virtutis titulus, vestræ pietatis est fructus. Cui confido etiam aliarum insignia accumulanda palmarum: ut sicut Constantinopolitana Ecclesia, recepta apostolicæ fidei libertate, lætatur; ita omnes regni vestri provinciæ emundaras 9 se esse a diabolici dogmatis contagio glorientur.

Marciani beneficia in Ecclesiam.

BALLER. NOTÆ.

8 Vat. Hisp. & Isid. *imprudentique*.

9 Utrique Hisp. & Vat. Isid. *nec in uno quidem*. Duo alii codd. cum Sichardo *nec uno*. Mox *deviare* pro *diffidere* in MSS. coll. XXI. Dein *babere* pro *sapere* in Vat. Hisp. & Isid.

10 Editi cum nonnullis MSS. *moveantur*. Ne autem sensus maneat suspensus, magis placuit *moventur* ex Vat. Hisp. & Isid. Mox pro *quæstiones* Vat. coll. XI. habet *suggestiones*.

11 Vat. Hisp. & Isid. *inimicum*.

12 Editi ante Quesn. *ad carnalium disceptationum bella provocemur*. Exemplar Sichardi & MSS. coll. XXIV. omittunt *ad carnalium disceptationum*. Mox Quesnellus *reparata disputatione*. Secuti sumus lectionem cod. Vindebon. Hisp. & MSS. coll. XXI.

13 Cod. Griman. transilit quinque subsequentes voces librarii saltu ab *utrum Eutyches* ad *utrum perverse*: ubi editi cum mss. coll. XXIV. pro *perverse* habent *impie*. Hic autem notandum est, Leonem noluisse in disputationem adduci vel fidem, quam ipse conti. Eutychem definierat, vel judicium Dioscori, sive Pseudoephesinum adversus S Flavianum, quod jam antea irritum declaraverat. De solis lapsis, qui reconciliationem petebant, agendum credidit, ut pateret *quorum precibus & qualiter annuendum*; & in hanc rem Legatos Constantinopolim die 9. Junii direxit.

14 Exemplar Sichardi coll. XXIV. omittunt *tenenda*.

15 Vat. Hisp. & Isid. ac MSS. coll. XI. & XXI. *sed eorum precibus qualiter sit annuendum*, quibus affines sunt editiones ante Quesnellum ac exemplar Sichardi, in quibus tantum deletur *sit*.

16 Iidem codd. *de colligenda Synodo*. Cur responsionem quoad Synodum, Legatorum instructioni remiserit, diximus adnot. 7. in epist. 78.

17 In Vindebon. Hisp. erronee omittitur *Deo*. Hunc defectum supplevit auctor collect. Vat. Hisp. scribens *annuente Christo*, & inde hæc lectio in Vat. Isid. aliosque similes codices manavit.

18 Ita cum editis omnes nostri codices. Quesnellus in margine Al. *VIII. Kal.*

1 Existit in mss. collect. Hisp. Isid. XI. XII. XVIII. XIX. & XXI. usque ad XXIV. ac in exemplo Sichardi.

2 In Hisp. hic titulus cum editis ante Quesn. exhibetur: *Ubi inter cetera pro defensione fidei catholicæ gratulantur.*

3 Quesnellus *rescribendi*, ut in nostris MSS. coll. XXI. Ex Ratisp. utrisque Hisp. Vat. Isid. aliisque codicibus anteriorum editionum lectionem revocavimus.

4 Cum hi Leonis Legati Constantinopoli in Urbem reduces novas Imperatoris litteras ad eumdem Pontificem attulerint, quibus nunc respondet; paullo ante hoc tempus Romam pervenisse noscuntur.

5 MS. Ratisp. delet *operum*.

6 Idem codex *expetatis*. Mox editi ante Quesn. nullis tum ejus, tum nostris MSS. suffragantibus *cujus colitis religionem & veritatem*.

7 Vat. Hisp. & Isid. *qui redivivus adfertur*, *locum* &c.

8 Iidem codd. *condemnatus agnosceret*.

9 Vindeb. Hisp. delet *se*. Ratisp. & Sichardus delent *esse*. Mox *contagione* in sex nostris codicibus.

Legati in Orientem directi.

tur. Ut ergo præcedentibus 10 litteris indicavi, fratres meos 11 LUCENTIUM Episcopum, & BASILIUM Presbyterum, qui sollicitudinis meæ partes possint implere, direxi: favori eos pietatis vestræ in omnibus, quæ sunt agenda, commendans. Nam 12 cum & fratris mei ANATOLII scriptis, & nostrorum sermone cognoverim, multos de his, qui apud Ephesum Dioscori factione compulsi, detestabilibus statutis 13 pœnitendum præbuere consensum, inconstantiæ suæ veniam postulare, & communionem catholicam per satisfactionem correctionis expetere; non fuit talium negligenda conversio, qui non proprio sensu, sed 14 improbi præsumtoris impulsu in hæc incidisse noscuntur, in quibus liberum non habuerant judicium.

CAP. II.

15 Ne igitur vel resipiscentium desideria mora longior fatigaret, vel incuriosa facilitas temere aliquos ac sine discretione susciperet: injunctum est ab apostolica Sede directis, ut in consortium 16 suæ deliberationis adscito Constantinopolitanæ urbis Antistite, & pestilentiæ contagia non admittantur, & sanitatis remedia non negentur. Quæ industria in omnibus, quæ nequiter gesta sunt, emendandis, celerem juvante Domino consequetur effectum, si reparationi pacis ecclesiasticæ opem suam vestra pietas dignetur adjungere: ut 17 vobis ita regnantibus, & Dei regnum intra vos habere mereamini, & catholicam fidem nulla falsitas violet, nulla hæresis inquietet; nec cuiquam liceat doctrinam evangelicam deserere, & sacerdotali honore gaudere. Synodum vero fieri, ut meminit clementia vestra, etiam ipsi poposcimus. Sed Sacerdotes provinciarum omnium congregari præsentis temporis necessitas nulla ratione permittit: quoniam illæ provinciæ, de quibus maxime sunt evocandi, 18 inquietatæ bello ab Ecclesiis suis eos non patiuntur abscedere. Unde opportuniori tempori 19 propitiante Domino, cum firmior fuerit restituta securitas, jubeat vestra clementia reservari. De qua re plenius inter cetera apud pietatem vestram poterunt allegare, quos misi. Data 20 V. Idus Junii, ADELFIO viro clarissimo Consule.

Caussa prohibens ne celebretur Concilium.

EPISTOLA LXXXIV. *

* Alias LXIV. Quæ aute antea 84. et nunc 111. 9. Junii a 451.

1 Ad PULCHERIAM Augustam.

SYNOPSIS.

I. *Legatos mittit, qui cum lapsis summa prudentia & moderatione agant.*
II. *Extra unitatem fieri, qui naturam nostram in Christo negat.*
III. *Rogat ut Eutyches ad longinquiora transferatur, ejusque Monasterio Catholicus præficiatur.*

LEO Episcopus PULCHERIÆ Augustæ.

CAP. I.

Religiosam pietatis vestræ sollicitudinem, qua universo mundo, Deo inspirante, consulitis, crebrioribus alloquiis incitare præsumo; ut operum 2 vestrorum profectum necessaria perfectio subsequatur: ac sicut de statu Constantinopolitanæ Ecclesiæ gratulamur, cujus Sacerdos & populus catholicæ puritatis fidem jam tenere cognoscitur, ita etiam aliorum concors nobiscum sit de Verbi incarnatione confessio. Unde quod facturum me aliis litteris indicaveram, LUCENTIUM Episcopum, & BASILIUM Presbyterum fratres meos dirigere 3 properavi, qui dispositiones meas, fratris mei ANATOLII devotione sociata, secundum eas quas acceperunt regulas exequantur, gloriosissima Augusta. Sicut enim prædicti Episcopi scriptis, & Clericorum ejus suggestione patefactum est, multa sunt quæ indulgentius sunt curanda, multa quæ justius 4 coercenda: ut in caussa tantæ perturbationis, nec districtio sit nimis aspera, nec remissio parum cauta; cum aliud satisfacientibus, aliud pertinacibus debeatur.

CAP. II.

Offertur ergo pietati vestræ digna materia, quæ placitam 5 Domino curam sancti cordis exerceat, & præcedentium meritorum coronas etiam de præsentis erroris abolitione multiplicet. Sicut enim Nestoriana impietas, ita & Eutychiana blasphemia 6 ab omnium est Catholicorum eliminanda consortio. Quia tam impium est, consempiternam & consubstantialem Patri Filii Deitatem, etiam ex utero virginis matris partu editam negare corporeo,

BALLER. NOTÆ.

10 Intelliguntur epist. 78. & 82.
11 Ratisp. hic habet *Lucensium*, in tribus autem sequentibus epistolis *Lucensem*; quemadmodum hac in epistola præferunt etiam utrique Hisp. Vat. Isid. alius Vat. coll. XI. & exemplar Sichardi; sed in aliis litteris habent *Lucentium*. 12 Vat. Hisp. ac Isid. & alius coll. XI. cum Vindeb. Hisp. omittunt *cum*: sed illi, non autem Vindebon. postea pro *cognoverim* emendarunt *recognovi*, vel *cognovi*.
13 Editi antiquiores *præbuere consensum pœnitendo*. Quesnellus emendavit ex Grimanico, tribusque aliis codicibus, quibus addi possunt octo nostri ac exemplum Sichardi.
14 Editi anteriores Quesnellus cum MSS. coll. XXIV. *impii*.
15 Ratisp. Vindeb. Hisp. & MSS. coll. XI. ac XXIV. cum Sichardo. *Ne itaque*.
16 Codd. coll. XXI. omittunt *suæ*. Dein *adscito* ex Ratisp. & duobus aliis codd. magis placuit, quam in Vulg. *accito*: Constantinopolitanum enim Antistitem Legatis adjunctum innuit. Postea in Vindeb. Hisp. *Constantinopolitana Antistite*: correctum in Vat. Hisp. & Isid. *Constantinopolitano Episcopo*.
17 Editi ante Quesn. cum MSS. coll. XXIV. *vobis in terra regnantibus*.
18 Editi antiquiores cum Vat. Hisp. Isid. & MSS. coll. XI. XXI. & XXIV. atque Sichardo *inquietante bello*. Quesnellus cum nostro Vindebon. Hisp. *inquieta bellorum*. Ratisponensis lectionem prætulimus. Indicatur bellum, quod Attila hoc anno adversus Valentinianum commoverat, unde Occidentis provinciæ perturbatæ fuerunt. 19 Ratisp. & codd. coll. XXIV. cum Sichardo *propitiato Domino*.
20 Retinuimus diem editorum ante Quesn. quippe qui non solum legitur in exemplo Sichardi, & in MSS. collect. XII. & XXIV. verum etiam in præstantissimo Ratisp. & in Vindebon. Hisp. Quesnellus ex Grim. & noster Vat. collect. XI. *VII. Idus*. Vat. Hisp. & Isid. *VI. Idus*. MSS. duo coll. XXI. *Idus*, ubi numeralis nota collectoris, vel librarii errore omissa fuit.
1 Est in MSS. collect. XII. XVIII. & XIX.
2 Cod. Ratisp. *nostrorum*. 3 Vulgati ante Quesn. male *præparavi*.
4 Cod. Grim. *inquirenda*. 5 Ratisp. *Deo*.
6 Idem Ratisp. *ab omni Catholicorum est abominanda consortio*.

reo, quam unam in Dei Filio poſt incarnationis ſacramentum affirmare naturam: ut ſcilicet aut humanitas ejus refutetur, aut Deitas: cum 7 unitione utriuſque eſſentiæ, nec altera ſit in alteram verſa, nec aſſumta in aſſumente finita: ſed & Verbi incommutabilitas, & carnis atque animæ veritas maneant inſeparabiliter in unitate perſonæ. Quod qui teſtificante lege, credentibus Patriarchis, 8 annuntiantibus Prophetis, prædicante Evangelio, docentibus Apoſtolis, & toto mundo confitente non credunt, extra ſacramentum corporis Chriſti, extra unitatem ſunt nominis chriſtiani.

CAP. III.

Quorum ſicut ruinam dolemus, ita perfidiam deteſtamur. Ut autem circa talium perſonas ſincerum ſervetur ubique judicium, & aliud correctis, aliud pertinacibus rependatur, veſtra pietas noſtros, qui ab apoſtolica Sede ſunt miſſi, fovere dignetur; eorumque omnes, quas injunximus, adjuvet actiones: quo citius ac facilius, auxiliante Domino, quæ ad veſtram gloriam, & ad totius Eccleſiæ pacem proficiant, exequantur. De Eutyche autem totius ſcandali & pravitatis auctore, hoc clementia veſtra præcipiat, ut ab eo loco, qui Conſtantinopolitanę urbi nimis vicinus eſt, longius transferatur: ne frequentioribus ſolatiis eorum, quos ad impietatem ſuam traxit, utatur. Monaſterio quoque ipſius, cui perniciose indigneque pręſedit, catholicum Abbatem jubete pręponi, qui illam Servorum Dei congregationem & a pravo dogmate liberare, & inſtitutis veritatis poſſit imbuere. Data 9 V. Idus Junii, ADELFIO viro clariſſimo Conſule.

Eutyches ad loca remotiora transferendus.

---

* Alias LXV. Quæ autem antea 85. erat, nunc 112. 19. Junii. an. 451.

EPISTOLA LXXXV. *

1 Ad ANATOLIUM Epiſcopum Conſtantinopolitanum.

2 SYNOPSIS.

I. *Ut qui hæreticorum erroribus metu, non voluntate implicati ſunt, per ſatisfactionem & non dubiam profeſſionem ſuſcipiantur.*

II. *Principes hæreticorum ſibi reſervat diſcutiendos: eorum nomina ad altare interim recitari vetat.*

III. *De commonitorio ei reſpondet: ad ſollicitudinem hortatur: cuncta ſibi referri poſtulat.*

LEO Epiſcopus ANATOLIO Epiſcopo.

CAP. I.

Licet ſperem dilectionem tuam ad omne opus bonum eſſe devotam, ut tamen efficacior tua fieri poſſit induſtria, neceſſarium 3 & congruum fuit, fratres meos LUCENTIUM Epiſcopum, & BASILIUM Preſbyterum, ut promiſimus, deſtinare: quibus tua dilectio ſocietur, ut nihil in his, quæ ad univerſalis Eccleſiæ ſtatum pertinent, aut dubie agatur, aut ſegniter: cum, 4 reſidentibus vobis, quibus executionem noſtrę diſpoſitionis injunximus, ea poſſint agi cuncta moderatione, ut nec benevolentię partes, nec juſtitię negligantur, ſed abſque perſonarum acceptione divinum in omnibus judicium cogitetur. 5 Quod ut recta obſervantia valeat cuſtodiri, catholicę primitus fidei ſervetur integritas: & quia per omnia *anguſta & ardua via eſt, quæ ducit ad vitam;* neque in ſiniſtram, neque 6 ad dexteram ab ejus tramite devietur. Et quia evangelica & apoſtolica fides omnes expugnat errores, & ab uno latere Neſtorium dejicit, ab alio Eutychen & participes ejus elidit; hanc regulam mementote ſervandam, ut quicumque in illa Synodo, quæ nomen Synodi nec habere 7 poterit, nec meretur, & in qua malevolentiam ſuam Dioſcorus, 8 imperitiam autem Juvenalis oſtendit, dolent, ut dilectionis tuæ relatione comperimus, ſe metu victos, & terrore ſuperatos ad conſenſum ſceleſtiſſimi judicii potuiſſe compelli, & communionem catholicam obtinere deſiderant, ſatisfactioni eorum pax fraterna pręſtetur; ita ut non dubiis profeſſionibus Eutychen cum ſuo dogmate, cumque conſortibus ſuis anathematis execratione condemnent.

Legati apoſtolici.

Epheſinus conventus Synodi nomine non donandus.

CAP. II.

De his autem, qui in hac cauſſa gravius peccavere, & ob hoc ſuperiorem ſibi locum in eadem infelici Synodo vindicarunt, ut 9 humiliorum fratrum ſimplicitatem arrogantię ſuæ præjudiciis aggravarent, ſi forte reſipiſcunt, 10 & a facti ſui defenſione ceſſantes, in condemnationem proprii convertuntur erroris,

---

BALLER. NOTÆ.

7 Idem codex *unione*. 8 Vulgati *annuentibus*. Melior trium noſtrorum codicum lectio.

9 Queſnellus ex Grimanico *VII. Idus*. Ceteri editi cum codd. coll. XII. *Idibus*. Ratiſponenſem ſequimur, qui in quatuor epiſtolis per eoſdem Legatos tranſmiſſis eumdem die more Leonis conſtanter præfert.

1 Exſtat hæc epiſtola in iiſdem MSS. in quibus ſuperior 83.

2 In Hiſpanica hic titulus legitur: *De his, qui in hæreticorum erroribus metu, non voluntate implicantur, ut per ſatisfactionem in Eccleſia ſuſcipiantur, & ut hæreticorum nomina ad altare non recitentur.*

3 Apud Ratramnum lib. 4. contra Græcos tom. 1. Spicil. Acher. pag. 109. *& commodum fuit.*

4 Ita cum anterioribus vulgatis codex Ratiſp. utrique Hiſp. Vat. Iſid. Ratramnus, Sichardus aliique noſtri veteres libri, exceptis duobus coll. XXI. qui omittunt *vobis*. Queſnellus *reſidentibus his* ex cod. Grimanico. Laudat etiam Trecopith. ac duos Thuaneos; ex quibus duo ſunt collectionis V. At in hac collectione hæc epiſtola non invenitur: & ſiquidem exſtat in his duobus codicibus, additamentum profecto eſt, quod ad hanc collectionem non pertinet: unde in Thuanei ipſius tabula ab eodem Queſnello edita, quæ omnia ejus collectionis documenta recenſet, nequaquam apparet. Notat porro idem Queſnellus in marginali poſtilla, improbans noſtram lectionem *reſidentibus vobis* his verbis: *Quaſi Leo diſpoſitionis ſuæ executionem Epiſcopo Conſtantinopolitano injunxiſſet Romanus*. Sed Anatolium hac in re delegatum, ſeu Legatis ſpecialiter adjunctum oſtendunt verba paullo ante præmiſſa, *quibus tua dilectio ſocietur;* & in ep. 83. c. 2. *Injunctum eſt ab apoſtolica Sede directis, ut in conſortium ſuæ deliberationis adſcito Conſtantinopolitanæ urbis Antiſtite* &c. Executionem autem pontificiæ diſpoſitionis eidem injunctam oſtendunt ſequentia capitis tertii. *Annitere itaque, ut .... fideliter & efficaciter ... exequaris*. Paullo poſt apud Ratramnum, & in tribus codd. *ea poſſint agi cuncta cum moderatione*.

5 *Quæ ut recta obſervantia valeant cuſtodiri* in Ratiſp. cod. legitur. Vat. Hiſp. & Iſid. ac MSS. collect. XI. *Quod ut ..... valeant cuſtodire*.

6 Ratiſp. cum duobus aliis codd. Vat. *in dexteram*.

7 Editi ante Queſn. cum exemplo Sichardi *potuit*. Ratiſp. *potuerit*.

8 Vindeb. Hiſp. *inertiam*. Vat. Hiſp. *mæſtitiam*. Ratramnus cum Vat. Iſid. & alio coll. XI. *induſtriam*.

9 Vat. Hiſp. & Iſid. cum Ratramno & MSS. coll. XI. ac XXI. *humilium*.

10 Vat. Iſid. *& facti ſui defenſionem caſſantes*. Paullo poſt apud Ratramnum *accedat*.

roris; horum si satisfactio talis accedit, quę non refutanda videatur, maturioribus apostolicę Sedis consiliis reservetur: ut examinatis omnibus atque perpensis, de ipsis eorum actionibus quid constitui debeat, æstimetur. Neque prius in Ecclesia, cui te Dominus voluit præsidere, cujusquam talium, ut 11 ante jam scripsimus, nomen ad altare recitetur, quam quid de eis constitui debeat rerum processus ostendat.

Recitatio nominum ad altare

CAP. III.

De commonitorio vero, a Clericis dilectionis tuæ nobis oblato, necessarium non fuit epistolis quid videretur, inserere; cum sufficeret Legatis cuncta committi, quorum sermone ex omnibus diligentius instrueris. Annitere itaque, frater carissime, ut quæ Ecclesię Dei congruunt, fideliter & efficaciter cum his fratribus, 12 quos tantæ rei idoneos auctores elegimus, exequaris: prętertim cum 13 ipsa vos causse ratio, spesque divini auxilii cohortentur, & clementissimorum Principum tam sancta sit fides, tam religiosa devotio, ut in eis non solum christianum, sed etiam sacerdotalem experiamur 14 affectum. Qui utique pro ea pietate, qua se esse Dei famulos gloriantur, omnes suggestiones vestras fidei catholicę profuturas, dignanter accipient, ut ipsorum quoque 15 opere & pax christiana reparari, & error impius possit aboleri. Ac si de aliquibus amplius fuerit deliberandum, celeriter ad nos relatio dirigatur: ut pertractata qualitate 16 caussarum, nostra, quid observari debeat, sollicitudo constituat. Data 17 V. Idus Junii, Adelfio viro clarissimo Consule.

* Alias. LXVI. Quæ autem antea 86. erat, nunc 113. 9. Junii an. 451.

EPISTOLA LXXXVI. *

1 Ad Julianum Coensem Episcopum.

S Y N O P S I S.

Pro communi amicitia & Ecclesiæ bono sollicitudinem Juliani Legatorum suorum curæ jungi postulat ad reliquias hæreticorum extinguendas.

Leo Juliano Episcopo.

QUam gratum mihi semper est epistolas tuæ dilectionis accipere, tam etiam nostra ad te congruum est scripta deferri, præsertim cum hoc non pro amicitia tantum communi, sed multo magis pro statu universalis Ecclesię faciamus. Unde per fratres nostros Lucentium Episcopum, & Basilium Presbyterum, quos Constantinopolim 2 indicaveramus nos esse missuros, debitum reddo colloquium; admonens ut studium diligentię tuę 3 eisdem in omnibus sociare digneris; ut reliquię scandalorum, si quæ adhuc supersunt, sagaciter auferantur. Quamvis enim ubique jam catholicæ fidei lumen eluceat; &, quod est validissimum, christianorum Principum divinis auctoritatibus corda famulentur: quædam tamen sunt, quæ ita Ephesinus ille turbo confudit, ut magno moderamine sit agendum, ne mala dissensionum, quæ inde sunt orta, permaneant. Quid itaque Legatis nostris injunctum atque commissum sit, ipsorum insinuatione cognosces, eum mihi atque illis impensurus affectum, ut quæcumque ipsis mandata sunt, dilectionis tuæ studio & sollicitudine sociata, adjuvante 4 Domino, perveniant ad eum, quem optamus, effectum. Data 5 V. Idus Junii Adelfio viro clarissimo Consule.

* Alias. LXVII. Quæ autem antea 87. erat, nunc 114. 19. Junii an. 451.

EPISTOLA LXXXVII. *

1 Ad Anatolium Episcopum CP.

S Y N O P S I S.

Ei commendat Basilium & Joannem Presbyteros, qui hæresis accusati Romam venerant rationem fidei suæ reddituri.

Leo Episcopus Anatolio confratri Episcopo Constantinopolitano.

AD declinandam erroris maculam, qua nonnullos aut Nestoriana impietas, aut Eutychiana labefactavit insania, laudabilem curam filii nostri Basilius & Joannes Presbyteri suæ æstimationis habuerunt: ut inter compugnantia dogmata falsitatis vera catholicę fidei pace gauderent. Siquidem 2 longinquę peregrinationis labore suscepto, sensum cordis sui in apostolica Sede 3 patefecerunt, damnantes utramque hęresim, quarum supra fecimus mentionem, & de incarnatione Domini nostri

BALLER. NOTÆ.

11 Vat. Hisp. & Isid. *ad te jam scripsimus*, nimirum epistola 80.

12 Lectionem vulgatorum ante Quesnellum restituimus auctoritate Ratisp. exempli Sichardiani, & codicum coll. XII. & XXIV. Accedit Vindeb. Hisp. in quo solum errore amanuensis *constanter ei* pro *quos tantæ rei* scriptum fuit. In Vat. Hisp. & Isid. emendatum arbitrio primi scriptoris *constanter quos idoneos*; sed in Vat. Hisp. voci *constanter* subjiciuntur puncta, quæ hanc vocem delendam indicant. Quesnellus cum uno nostro Vat. coll. XXI. *quos tantæ curæ idoneos*.

13 Ratisp. Vat. Hisp. ac Isid. addunt &. Paullo post Vindeb. Hisp. *cohortetur*.

14 Vat. Hisp. & Isid. *effectum*. 15 Quesnellus in margine. Alias *ope*.

16 Vat. Hisp. Isid. & MSS. coll. XI. ac XXI. *horum*, *nostra*.

17 Sic Ratisp. & MSS. coll. XII. ac XXIV. cum Sichardo. Quesnellus *VII. Idus*. Vindebon. *VI. Idus*. In Vat. Hisp. & alio coll. XI. erronee *VI. Idus Januarii*. Codd. coll. XXI. *Idus Junii*.

1 Edita fuit a Quesnello ex MS. Grim. coll. XVIII. Relegimus cum Ratisp. coll. XIX.

2 Nimirum epist. 81. 3 Sic melius ex Ratisp. quam apud Quesnellum ex Griman. *eisdem hominibus*. Idem tamen Ratisp. omittit *tuæ*. 4 Ratisp. *Deo*.

5 Sic Ratisp. ut in tribus aliis epistolis antecedentibus, quæ simul transmissæ eodem die Leonino more notantur. Quesnell. ex Grim. *VI. Idus*.

1 Exstat in MSS. coll. XII. & XVIII. ac in præstantissimo Vat. 1322. ex quo millenariam ætatem præferente nonnulla emendavimus.

2 Editi *longinquo*. Emendavimus ex laudato Vat.

3 Ita melius codd. coll. XII. cum antiquioribus editis. Quesnellus *patefecerint*.

ſtri JESU CHRISTI non aliud recipientes, quam quod, inſtruente ſancto Spiritu, & didicimus, & docemus. Per hos ergo, frater cariſſime, cum teſtimonio noſtro ad propria revertentes, dilectioni tuæ noſtra ſcripta direximus, fidenter 4 hortantes, ut qui gratia apoſtolicę communionis ornantur, etiam tuo favore per omnia ſe gaudeant adjuvari. Data 5 decimo tertio Kalendas Julii, ADELFIO viro clariſſimo Conſule.

☞ ADMONITIO

in epiſtolam ſequentem, & in ceteras inferius afferendas, quæ agunt de Paſchate anni 455.

QUæſtio jamdiu ante agitata circa Paſcha anni 444., ſollicitum Leonem effecit, ut maturius ſcriberet circa diem Paſchatis ann. 455., in quo Romanorum & Alexandrinorum cyclos diſſidere non ignorabat. Hinc jam inde ab an. 451. quo ſequens epiſtola ſcripta fuit, in hanc diem unanimi conſenſu ſtatuendam ſtudium intendit. Novem præterea ejuſdem Pontificis epiſtolas ſubſequentibus annis in eamdem rem exaratas habemus, præter alias non paucas, quæ deſiderantur; & unam Proterii Alexandrini ad eumdem Pontificem, quas ſuis locis dabimus.

2 Ex laterculo Paſchali Theophili Alexandrini annorum centum, quod ex cyclis quinque decemnovennalibus, & annis quinque conſtabat, Paſcha an. 455. affigebatur VIII. Kal. Majas. Ex cyclo autem Latinorum annorum LXXXIV. adſcribebatur XV. Kal. ejuſdem menſis, ac propterea octo dierum diſcrimen intercedebat. Hoc autem diſcrimen oriebatur ex Lunæ ſaltibus, quos Latini crebriores, Alexandrini autem rariores admittebant. Cum enim Alexandrini ex ſuo cyclo decemnovennali Lunæ ſaltus, quibus ætati Lunæ una dies per ſaltum augetur, decimonono quoque anno adſtruerent; Latini vero ex ſuo cyclo annorum LXXXIV. uſque ad emendationem Proſperi eos ſaltus admitterent quovis anno duodecimo, poſt emendationem autem Proſperi ſingulis quatuordecim annis; ætas Lunæ, ex qua Paſchalis dies decernitur, apud Romanos ob crebriores, quam apud Alexandrinos, ſaltus anno 455. triduo creſcebat, adeo ut quæ Alexandrinis eo anno XV. Kal. Maji die dominico erat Luna XIV. Romanis eſſet Luna XVII. Cum vero Luna XIV. nequeat celebrari Paſcha, ne cum Hebræis conveniamus; hinc Alexandrini in Dominicam ſequentem VIII. Kal. Maji Paſcha protrahere cogebantur. Apud Latinos vero cum eo die XV. Kal. Majas eſſet Luna XVII. nihil prohibebat quin Paſcha eo die celebrarent: plura autem obſtabant, ne cum Alexandrinis illud feſtum transferrent in diem VIII. Kal. Majas.

3 Primum hoc die ipſis erat Lunæ ætas XXIV. quo ſi celebraſſent Paſcha, exceſſiſſent biduo extremum Lunæ ætatis limitem, qui penes ipſos erat Luna XXII. Deinde exceſſiſſent præterea triduo limitem ultimum Dominicarum paſchalium, qui ipſis erat XI. Kal. Majas. Quoad hos quidem Dominicarum paſchalium limites anno 444. res conciliata eſt, eo quod perſuaſum Leoni fuit ſufficere, ſi eum limitem XI. Kal. Majas Paſſionis dies nequaquam excederet: quo factum eſt, ut ſervato hoc limite, in quem tum incurrit dies Paſſionis, Paſcha etiam a Latinis Alexandrinorum calculum ſecutis eo anno celebratum fuerit biduo poſt, ideſt IX. Kal. Maji. Sed hæc conciliandi ratio nihil proderat in quæſtione de Paſchate anni 455. quo non ſolum biduum, ſed triduum paſchali die prorogato, ipſe dies Paſſionis eum limitem ultimum præteribat. Putabant tandem Latini in Alexandrinorum rationem Paſcha celebratum iri menſe ſecundo, cum ex Lege primo menſe celebrandum ſit: primum enim menſem a die Æquinoctii 21. Martii ad diem 21. Aprilis computaſſe videntur.

4 Multa Alexandrini adverſus hæc Latinorum objecta protulerunt. Sed cum ſemper diſputaverint in hypotheſi, quod VIII. Kal. Maji eſſet Luna XIV. nec umquam, ſaltem ex monumentis quæ ſuperſunt, erroris convicerint Latinos, dum ea die diverſam ætatem Lunæ tribuebant, nec quicquam attigerint de Lunæ ſaltibus diverſis, ex quibus diverſa Lunæ ætas proficiſcebatur, (in quo ſi perſuaſiſſent Latinos errare, procul dubio obtinuiſſent eorumdem aſſenſum: neque enim hi Luna ſolum XIV. verum etiam XV. Paſcha celebrare ex ſuis regulis vetabantur:) nihil mirum, ſi S. Leo ſe Alexandrinorum rationibus non convictum prodidit, & ſolum ſtudio unitatis ac pacis, Paſcha in ipſorum ſententiam indixit. Hæc paucis præmonuiſſe ſatis ſit, ut ea quæ in epiſtolis de hac controverſia exhibendis indicantur, intelligi queant. Alia nonnulla, ubi opus fuerit, in adnotationibus ſubjicientur. Hanc autem admonitionem ſequenti epiſtolæ præfiximus, eo quod prima ſit quæ de hac controverſia paſchali indicium præbet.

EPI-

BALLER. NOTÆ.

4 Sic non ſolum Grim. ſed etiam antiquiſſimus Vat. Queſnellus cum editis & MSS. coll. XII. *orantes*, *ut qui*. In Grimanico tamen pro *qui* habetur *quia*.

5 Laudatus cod. Vat. *XVIII. Kal. Junias*. In hoc autem MS. librarium pro *Julias* perperam ſcripſiſſe *Junias* ſuſpicamur, cum in epiſtola 89. certiſſimo errore *Junias* pro *Julias* pariter ſcripſerit. Dies vero pari lapſui tribui nequit: facilius enim ab exſcriptoribus erratur omittendo *V.* quam inſerendo. At codicum aliarum duarum collectionum XII. & XVIII. auctoritatem haud deſerendam putavimus.

EPISTOLA LXXXVIII. *

* Alias. LXVIII. Quæ autem antea 88. erat, nunc 117. 24. Junii an. 451.

1 Ad PASCHASINUM Episcopum Lylibætanum.

SYNOPSIS.

I. *Mittit ad Paschasinum celebrem suam ad Flavianum CP. epistolam: qua Legatus in Synodo futurus instrueretur.*
II. *Duplicem in Christo asserit naturam adversus Eutychen.*
III. *Testimonia SS. Patrum de Incarnatione Domini mittit, nuntiatque Orientalis diœcesis Episcopos subscripsisse eidem epistolæ ad Flavianum.*
IV. *De Paschate anno 455. diligentius inquiri postulat.*

2 LEO Episcopus PASCHASINO Episcopo Lylibætano.

CAP. I.

QUamvis non dubitem fraternitati tuæ omnem originem scandalorum, quæ de Incarnatione Domini nostri JESU CHRISTI in Orientalibus Ecclesiis commota sunt, ad plenum esse comperta; tamen ne quid forte sollicitudinem tuam latere potuisset, epistolam nostram, quam ad sanctæ memoriæ FLAVIANUM de hac re plenissimam misimus, quamque Ecclesia universalis amplectitur, diligentius tibi recensendam cognoscendamque direxi: ut intelligens qua plenitudine totius hujus erroris impietas, 3 Deo adjuvante, destructa sit, ipse quoque eumdem spiritum pro tuo in Deum amore suscipias, sciasque penitus detestandos, qui secundum Eutychis impietatem atque dementiam in Domino nostro unigenito Filio Dei suscipientis in se reparationem salutis humanæ, dicere ausi sunt duas non esse naturas, hoc est perfectæ Divinitatis & perfectæ humanitatis; & putant quod possint nostram diligentiam fallere, cum ajunt: 4 se unam Verbi naturam credere incarnatam; cum utique 5 Verbo Dei in Divinitate

Epistola ad Flavianum ab Ecclesia universali recepta.

Error Eutychis.

A Patris, & sua, & Spiritus sancti, una natura sit; suscepta autem veritate carnis nostræ illi inconvertibili substantiæ nostram quoque unitam esse naturam: nam nec incarnatio dici posset, nisi caro susciperetur a Verbo. Quæ susceptio tanta & talis unitio est, ut a carne animata, non solum in partu beatę virginis, sed etiam in conceptu nulla Divinitatis sit credenda divisio: quoniam in unitate personæ Divinitas atque humanitas & conceptu virginis convenit & partu.

CAP. II. Eutychis hæresis jam olim damnata.

Abominanda ergo est 6 in Eutyche impietas, quæ olim a Patribus in præcedentibus hæreticis damnata atque destructa 7 est; quod huic stultissimo homini prodesse debuerat: ut quod non poterat sensu apprehendere, 8 vel B præcedenti caveret exemplo, ne salutis nostrę singulare sacramentum, veritatem carnis humanæ in Christo Domino nostro negando, vacuaret. Quoniam si vera & perfecta in illo humanitatis natura non est, nulla est nostra susceptio; & totum quod credimus, quod docemus, secundum ipsius impietatem vanitas est atque mendacium. Sed quia nec mentitur veritas, nec passibilis est Divinitas, manet in Deo Verbo utraque substantia in una persona, & ita Salvatorem suum Ecclesia confitetur, ut eum & Divinitate impassibilem, & carne passibilem fateatur, dicente Apostolo: *Etsi crucifixus est ex infirmitate nostra, sed vivit ex virtute Dei.*

Salvator Divinitate impassibilis, carne passibilis. 2. Cor. 13. 4.

CAP. III.

Ut autem in omnibus plenius tua sit instructa C dilectio, sanctorum Patrum nostrorum, de sacramento Incarnationis Domini quid senserint, & quid Ecclesiis prædicaverint, ut evidenter agnosceres, aliqua ad dilectionem tuam 9 scripta transmisi, quæ nostri quoque apud Constantinopolim cum mea epistola allegarunt. 10 Et totam Constantinopolitanam Ecclesiam cum Monasteriis omnibus & multis Episcopis noveris præbuisse consensum; & subscriptionibus suis Nestorium atque Eutychen cum suis anathematizasse dogmatibus. Noveris etiam proxime me epistolam Constantinopolitani Episcopi accepisse, quæ refert Antiochenum Episcopum missis per provincias suas tractoriis D 11 universos Episcopos & epistolæ meæ præbuisse consensum, & Nestorium & Eutychen pari subscriptione damnasse.

Orientalis diœcesis subscribit epistolæ ad Flavianum, & damnat Eutychen.

Illud

BALLER. NOTÆ.

1 Hanc epistolam, quam ex MS. Grim. coll. XVIII. Quesnellus edidit, contulimus cum MS. Ratisp. coll. XIX.
2 Hanc inscriptionem exegimus ad ms. Ratisp. Quesnellus ex Grim. *Leo Paschasino Episcopo.*
3 Voces *Deo adjuvante* desunt in MS. Ratisp.
4 Eutychiani scilicet hac formula se posse fallere putabant Catholicos, eo quod eamdem a Cyrillo usurpatam ingererent. At Cyrillus ita unam naturam Verbi incarnatam dixit, ut divinæ humanæque naturæ distinctionem pluribus in locis professus, earum unionem hypostaticam in incarnatione adversus Nestorianos adstrueret, uti Petavius late ostendit lib. 4. de Incarn. cap. 7. & seqq. quo quidem catholico sensu hæc locutio a nonnullis Catholicis, & a Synodo V. recepta fuit. Eutychiani vero ita unam naturam Verbi dicebant incarnatam, ut duarum naturarum distinctionem tollentes, humanam a divina absorptam traderent, & hac ratione *veritatem carnis humanæ in Christo Domino nostro negando vacuarent*; quem hæreticum sensum Leo capite sequenti detegit atque perstringit.
5 Codex Ratisp. *Verbi Dei in Deitate*: & deinceps *Deitatis sit credenda*: & mox *Deitas atque humanitas*, & similiter in sequentibus.
6 Sic ex Ratisp. Concinit cum sequentibus *in præcedentibus hæreticis*. Quesnellus ex Grim. *Eutychis*.
7 Verbum *est* ex Ratisp. supplevimus.
8 Apud Quesn. *id præcedenti caveret exemplo*; *nec salutis nostræ* &c. Melior visa est lectio cod. Ratisp. *Vel* pro *saltem* passim usurpatur.
9 Indicat testimonia Sanctorum Patrum, quæ in Græcis exemplaribus Calchedonensis Concilii ante gesta epistolæ 28. Leonis ad Flavianum subjecta inveniuntur: qua de re plura in fine admonitionis ad eamdem ep. 28. *Nostri*, quos hic nominat, sunt ii Legati, qui in Anatolii caussa Constantinopolim missi, jam redierant.
10 Quesnellus in margine: Forte *cui*, vel *ei*.
11 Idem Quesn. in margine: Forte *ad universos*, vel aliquid aliud deesse videtur. Hac de re in Concilio Calchedonensi actione de Photio Tyri Eustathius Beryti dixit: *Cum pauci Constantinopoli convenissent* (sub finem anni 450.) *missa est epistola almi Archiepiscopi Leonis iis, qui ubique essent, Metropolitis, & subscripta est*. Confer aliud Leonis testimonium in fine epistolæ 91.

CAP. IV. De Paschatis die controversia.

Illud quoque curæ tuæ credimus injungendum, ut quia ratio paschalis festi experientiam tuam non latet, de eo quod in THEOPHILI 12 annotatione invehimus, quodque nos permovet, diligentius 13 inquiras illic, atque pertractes cum his qui possunt supputationis & regulæ istius habere peritiam: qualiter quarti * anni futuri dominicæ Resurrectionis dies sit tenendus. Nam cum venturum Pascha *, propitio Deo, decimo Kalendarum Aprilium die sit tenendum, sequenti * autem pridie Idus April. Tertio * pridie nonas Aprilis; quarto * sanctę memorię THEOPHILUS octavo Kalendas Maji constituit observandum: quod 14 a regula ecclesiastica penitus invenimus alienum: in nostris autem paschalibus 15 cyclis, quod bene nosse dignaris, decimo quinto Kalend. Maji ejusdem anni Pascha celebrandum esse sit scriptum. Et ideo, ut 16 nobis omnibus ambiguitas auferatur, cum peritis quibusque diligentius hoc tua sollicitudo pertractet, ut in futurum hujusmodi caveamus errorem. Data octavo Kalend. Julii ADELFIO viro clarissimo Consule.

* Idest A. 455.
* A. 452. die 23 Martii.
* A. 453. die 12. Aprilis.
* A. 454. 4. April.
* 455. Pasch. secundum Alexand. 24. April. Sec. Rom. 17.

EPISTOLA LXXXIX.

* Alias LXIX. Quæ autem antea 89. erat, nunc 115. 24. Junii an. 451.

1 Ad MARCIANUM Augustum.

SYNOPSIS.

De Legatis ad Concilium generale missis vice ejus acturis: ubi omnia ad fidei & pacis unitatem revocanda.

LEO Episcopus MARCIANO semper Augusto.

A CRedebamus clementiam vestram id desiderio nostro posse præstare, ut præsenti necessitate respecta, differri ad opportunius tempus sacerdotalem Synodum juberetis: ut evocatis de cunctis provinciis Sacerdotibus, vere 2 possit esse universale Concilium. Sed quia vos amore catholicæ fidei congregationem 3 nunc fieri voluistis, ne devoto obviare viderer arbitrio, fratrem & Coepiscopum meum 4 PASCHASINUM de ea Provincia, quæ videtur esse securior, evocatum, qui vicem præsentiæ meę B possit implere, direxi: BONIFACIO fratre & Compresbytero meo sociato, & his, quos antea miseramus, adjunctis, consortem illis fratrem quoque meum JULIANUM addentes Episcopum. Quos ea moderatione universa, Domino auxiliante, credimus esse gesturos, ut quæcumque in querelam perturbationemque venerunt, ad unitatem pacis & fidei, compressa omni dissensione revocentur: nec ullum in aliquorum cordibus Sacerdotum, vel Ne- C storianæ, vel Eutychianæ impietatis vestigium relinquatur: quoniam catholica fides, quam instruente nos Spiritu Dei per sanctos Patres a beatis Apostolis didicimus & docemus, neutrum subrepere 6 permittit errorem, gloriosissime Imperator. Si quid ergo morborum, si quid est vulnerum, quod sincera possit correctione curari, ut ad veram sanitatem revocetur, optamus. 7 Quæ tunc utique non erit dubia, nec cujusquam simplicitati deinceps nocitura, si nullis se excusationibus voluerit obumbrare; cum 8 abolitionem peccati non obti- D neat nisi vera confessio. Quia vero quidam de fratribus, 9 quod sine dolore non dicimus, contra

Quodnam Conc. vere universale dici possit?

Catholica fides unde.

BALLER. NOTÆ.

12 Annotatio Theophili idem est ac laterculum Paschale annorum centum ab eodem digestum, de quo vide adnotat. 8. in epist. 121.

13 Sic MS. Ratisp. Quesnellus *requiras*. Particula *illic* ad annotationem seu laterculum Theophili referenda videtur, in quo de die Paschatis cum peritis ejus supputationis diligenter inquirere jubet.

14 Idest a regulis paschalibus Latinorum, de quibus in præmissa admonitione num. 3.

15 Non unum, sed plures paschales cyclos annorum LXXXIV. apud Latinos fuisse liquet. Pascha autem an. 455. diei XV. Kal. Maji in omnibus adscribebatur, nimirum tum in illis antiquioribus, qui Lunæ saltum singulis duodecim annis admittebant, tum in illis, qui Leonis ætate recepti, eumdem saltum in singulos annos quatuordecim prorogabant, uti dicemus pluribus adnot. 14. in ep. 121. Mox in MS. Ratisp. *ejus annis Pascha*.

16 Ita melius ex ms. Ratisp. quam apud Quesnellum ex Grimanico *modis omnibus*.

1 Exstat in codd. coll. XII. & in vetustissimo Vat. 1322.

2 Sic duo nostri codd. coll. XII. & Vat. 1322. editi *posset*.

3 Concilii scilicet indictionem editam die 17. Maji ignoraverat S. Pontifex die 9. Junii, cum Lucentium & Basilium Constantinopolim ob lapsos recipiendos misit: unde hos aliis litteris, quæ desunt, Legatis nunc transmissis adjunxit, uti traditur epist. 94. Post diem itaque 9. Junii hujus indictionis notitia ad Leonem pervenit: cumque de Legatis instruendis & ad Concilium transmittendis, prout angustiæ temporis ferebant, aliquot diebus cogitasset, hac tandem die 24. Junii indicti Concilii mentionem fecit.

4 Epistola, qua Paschasinum uti Legatum suum Leo ad Concilium direxit, desideratur: nihil enim expresse ejusmodi delegationis legitur in epistola præcedenti eodem die signata, quam per Bonifacium legationis socium ad eumdem misit: ac idcirco delegationis litteræ ad Paschasinum scriptæ videntur paucis diebus ante epistolam præcedentem, quæ quidem cap. 1. eum præfert satis instructum, novæque instructionis additamentum exhibet.

5 Vulgati antiquiores Quesnello *fratre nostro, & Compresbytero sociato*. Quesnelli lectionem nostri codices confirmant.

6 Sic melius ex nostris MSS. Vulgati *permittet*. Vat. 1322. pro *subrepere* habet *sibi misceri*. Porro voces *gloriosissime Imperator* a Quesnello additæ desunt quidem in eodem Vat. at in aliis codd. leguntur. Etsi vero auctoritate antiquissimi Vat. expungendæ crederentur, non tamen idcirco hæc epistola ad Pulcheriam potius, quam ad Marcianum data dicenda esset, ut Tillemontius suspicatur not. 41. in S. Leonis vitam tom. 15. pag. 914. omnes enim codices Marciani inscriptionem præferunt, & Marciano conveniunt verba *juberetis*, & *voluistis*: nam ab eo Leo popofcerat ep. 83. cap. 2. ut Concilium differri juberet; idemque Marcianus illud *nunc fieri voluit* per Indictionis litteras, quas adnot. 3. memoravimus. Epistola vero ad Pulcheriam, quam hac eadem in re a Leone scriptam non ambigimus, hactenus desideratur, sicut aliæ multæ. Difficultas, quæ Tillemontium permovit, pendebat ex chronica nota ejusdem diei huic & sequenti ad eumdem Marcianum epistolæ in vulgatis præfixa; sed ea ex emendatione chronicæ notæ sublata est.

7 Editi *Quæ nunc utique non erunt dubia*. Nostrorum codicum lectio magis placuit. *Quæ* ad correctionem refertur. Mox editi ante Quesn. cum ms. Veneto coll. XII. *nullus* pro *nullis*.

8 Vulgati ante Quesn. *absolutionem* ex erronea lectione mss. collect. XII. *a pollutione*. Quesnelli emendationem, cui favet cod. Vat. 1322. retinuimus.

9 Nostri codd. coll. XII. addunt *nostris*. Quesnellus in postilla huic loco affixa ait: *Nota qua de caussa Leo Legatum suum Synodo universali præsidere cupiat*. Hæc valde æquivocum, & pontificiis prærogativis minus congruum sensum exhibent. Sicut Pontifex totius Ecclesiæ primas & caput est; ita jure illi competit Conciliis præsidere: unde Patres Calchedonenses in Synodica ad Leonem inferius afferenda epist. 98. cap. 1. professi sunt: *Quibus* (ejusdem Concilii Episcopis) *tu quidem ut membris caput præeras*. Hoc ejus jus ipse Marcianus satis professus fuerat ep. 73. cum generalem Synodum Leone *auctore celebrandam* significavit: quod item repetit Pulcheria ep. 77. Hoc autem jus sibi competens, etiam suis Legatis competere Leo hac in epistola insinuavit verbis *vice mea*, quæ sicuti suam his auctoritatem delegatam, ita idem præsidentiæ jus ostendunt. (Leonem quidem in Lega-

contra turbines falsitatis non valuere catholicam tenere constantiam, prædictum fratrem & Coepiscopum meum vice mea Synodo convenit præsidere. Certus 10 sum enim quod absque odio & gratia ibidem ab his, quibus hoc commisimus, laboretur, ut cum solius hæreticę impietatis excidio, in omnibus Ecclesiis Dei veritas regnet & caritas. Data 11 octavo Kalendas Julii, ADELFIO viro clarissimo Consule.

[* Alias. LXXIII. Quæ autem antea 90. erat, nunc 116. 26. Junii an. 452.]

EPISTOLA XC. *

1 Ad eumdem MARCIANUM Augustum,

2 *Pro Concilio Nicæam primum convocato, postea Calchedonem translato.*

Per Bonifacium Presbyterum.

SYNOPSIS.

I. *Concilio generali congregando annuit, etsi propter temporis perturbationem in alind maluisset differri.*

II. *Fidem in illo tractandam non esse ut dubiam, nec a Nicæna discedendum.*

LEO Episcopus MARCIANO Augusto.

[CAP I. * Ep. 83 c. 2.]

PRoposceram * quidem a gloriosissima clementia vestra ut Synodum, quam 3 ad reparandam Orientalis Ecclesiæ pacem etiam a nobis petitam, necessariam 4 judicatis, aliquantisper differri ad tempus opportunius juberetis: ut liberioribus ab omni perturbatione animis, hi quoque Episcopi, quos hostilitatis metus detinet, convenirent. Sed quia pio studio humanis negotiis divina præponitis, & rationabiliter ac religiose regni vestri viribus creditis profuturum, si nulla sit in Sacerdotum sensibus dissonantia, nulla sit in Evangelii prædicatione discordia: ego etiam vestris dispositionibus non renitor, optans ut in omnium cordibus catholica fides, quæ non potest nisi una esse, firmetur. A cujus integritate & Nestorius antea, & nunc Eutyches, diversis quidem callibus, sed impietate non impari deviarunt: abominandi prorsus in persuasionibus suis, quas contra sincerum veri luminis fontem, de cœnosis lacubus diabolicæ falsitatis hauserunt. Prior itaque Synodus Ephesina Nestorium cum dogmate suo merito justeque damnavit: & quisquis in illo errore persistit, ad nullius potest spem remedii 5 pertinere. Sequens vero in prædicta civitate, 6 non potest vocari Concilium, quod in eversionem fidei fuisse constat agitatum; quodque vestra clementia amore veritatis Catholicis adsutura, aliud statuendo 7 cassavit, gloriosissime Imperator.

[Tempora impacata a 451.]

[Concilium vocari non potest Ephesinus conventus.]

[CAP. II. Fides non dubia retractanda est.]

Unde per ipsum Dominum nostrum JESUM CHRISTUM, qui regni vestri est auctor & rector, obtestor & obsecro clementiam vestram ut in præsenti Synodo fidem quam beati 8 Patres nostri ab Apostolis sibi traditam prædicarunt, non patiamini quasi dubiam retra-

---

BALLER. NOTÆ. Legatis præsedisse ab ipso Calchedonensi Concilio traditur infra epist. 98. cap. 3.) Verbum autem *convenit* modestiæ gratia Leo adhibuit. Aliam porro rationem, quæ in oculos magis incurreret, addere ac expressius proponere voluit ex latrocinio Ephesino, in quo cum apostolicæ Sedis Legati non præsederint, plures contra impios Dioscori præsidis nisus *non valuere catholicam tenere constantiam*: quæ ratio pontificium jus non restringit, nec excludit. Hoc quidem jus in Calchedonensi act. 1. indicaturus Lucentius Leonis Legatus memorato Dioscoro succensuit, quod Ephesi præsidis personam, quam non habebat, sibi arrogans, omniaque suo arbitrio gerens apostolicis Legatis contemtis, *Synodum ausus sit facere sine auctoritate Sedis apostolicæ, quod numquam licuit, numquam factum est*. Quam vero præsidentiam Leo hac in epistola modeste insinuat, a Legatis suis omnino exigi voluit. Hinc enim Paschasinus in eadem Synodo initio actionis tertiæ tom. 4. Concil. Venetæ editionis veteris pag. 1350. dixit: *Nostram parvitatem huic sancto Concilio pro se præsidere præcepit*.

10 In omnibus nostris codd. omittuntur voces *sum enim*. Cum vero prima editio hujus epistolæ apud Merlinum sumpta fuerit ex codice collect. XII. si hæ voces ita desunt in omnibus ejusdem collectionis MSS. exemplaribus, uti desiderantur in duobus, quæ vidimus, nec non in cod. Vat. 1322. qui aliam originem habet; suppletæ fuerunt ad perficiendum sensum. Suppleri tamen aptius poterat *sum autem*: siquidem particula *enim*, quæ præcedentis sententiæ rationem indicat, minus congruit: nam in antecedenti periodo de solo Paschasino, hic autem de omnibus Legatis sermo est. Forte vero quispiam existimabit, hoc loco certe luxato ante vocem *Certus* aliquid deesse, quo Legati Paschasino sociati indicarentur, & subsequens sensus omnibus communis melius cohæreret. Ita additione *sum enim*, vel *sum autem* opus non esset.

11 Editi & MSS. collect. XII. *VI. Kal. Julii*. Antiquissimus Vat. *VIII. Kal. Junii*. Apertus est librarii error in mense, cum indictionem Concilii Leo ignoraverit die 9. Junii, ut vidimus adnot. 3. Diem autem *VIII. Kal.* retinuimus, eo quod concordat cum die præcedentis epistolæ ad Paschasinum, quæ simul per Bonifacium missa fuit; & multo magis quia VI. Kal. Julii alias habemus Leonis litteras ad eumdem Imperatorem, in quibus de eadem omnino re agitur: eadem autem die de re eadem duplicem epistolam ad eumdem Imperatorem scriptam fuisse, nisi quid cogat, haud facile credimus.

1 Legitur in mss. collect. Hisp. Isid. XI. XII. XVIII. XIX. & XXI. usque ad XXIV. ac in exemplo Sichardi. 2 Hunc titulum optime præfixit Quesnellus, cujus notam 1. consule. In Hispanica hic titulus legitur: *De directa vicis suæ legatione Constantinopolim pro Calchedonensi Concilio faciendo*.

3 Vat. Hisp. & Isid. cum MSS. coll. XI. & XXI. *pro reparanda Orientalis Ecclesiæ pace*.

4 Iidem codd. nec non illi collect. XXIV. & exemplar Sichardi cum editis ante Quesn. *judicastis*. Lectionem a Quesnello inductam nostri Vindeb. Hisp. & Ratisp. confirmant.

5 Editi ante Quesn. cum uno ms. Vat. *pervenire*.

6 Ratisp. *non possumus vocare*. Vindeb. Hisp. cum Vat. collect. XXIV. *non possum vocare*. His concinit dictum Cecropii Episcopi Sebastopolitani in Synodo Calchedonensi act. 10. *Illud* (Ephesinum) *Concilium dicere non debemus*.

7 Vulgati ante Quesn. *cassabit* cum Vat. Hisp. & Isid. & MSS. coll. XI. XII. XXI. XXII. & XXIII. quæ tamen omnes collectiones hanc epistolam ex Isidoriana derivarunt. Quesnellus ex Grimanico & Victorin. induxit *cassavit*, idemque præferunt Vindeb. Hisp. Ratisp. & mss. collect. XXIV. Proxime accedunt exemplaria Sichardi, & Merlini, in quibus *quassavit*. Ita quatuor saltem præstantiores & diversæ originis collectiones huic lectioni favent, nimirum Hisp. XVIII. XIX. & XXIV. Cumque ceteræ præferentes *cassabit* ex Isidoro, ut monuimus, originem ducant, Isidorus autem sumpserit ex minus puro codice Hispanico simili Vat. 1341. cujus primus scriptor in multis a puriori Hispanico fonte discessit, uti ex multorum locorum collatione didicimus; hinc retinendum putavimus *cassavit*, quod in puriori Vindeb. Hisp. & in aliis collectionibus ac præsertim in Ratisponensi legitur. Ceterum si respicienda esset Marciani lex data pridie Nonas Julii an. 452. qua constitutio Theodosii pro latrocinio Ephesino cassata fuit, quemadmodum Legati Leonis cum aliis Patribus petierunt act. 10. Concilii Calchedonensis; præferendum esset *cassabit*. At cum Marcianus in ipso imperii exordio Catholicis ob Ephesinum conciliabulum in exilium pulsis *affuturus* eos *robore pragmatici sui* ex epist. 77. revocaverit, & Sancti Flaviani corpus Constantinopolim cum honore jusserit transferendum, aliaque præstiterit, quibus ejusdem pseudosynodi acta reprobavit; hæc Leonem spectasse verosimilius arbitramur.

8 Vat. Hisp. cum alio coll. XI. *Patres nostri Apostoli sibi traditam prædicaverunt*. Vat. Isid. *Patres nostri Apostoli prædicavere* omissis vocibus *sibi traditam*.

retractati; & quæ olim majorum sunt auctoritate damnata, redivivis non permittatis conatibus excitari: illudque potius jubeatis ut antiquæ Nicænæ Synodi constituta, remota hæreticorum interpretatione, 9 permaneant. Nec me quoque, ut voluit vestra clementia, ab illo credatis abesse Concilio, cum in his fratribus, quos direxi, id est 10 PASCHASINO & LUCENTIO Episcopis, BONIFACIO & BASILIO Presbyteris, sed 11 & in fratre meo JULIANO, quem eorum volui esse participem, etiam mea sit æstimanda præsentia. Quos, 12 auxiliante Christo, ita acturos esse confido, ut ea quæ Domino nostro placeant, decernantur, accedente pietatis vestræ studio, quod 13 & paci prosit, & religioni, & custodiæ veritatis. Data 14 sexto Kalendas Julii, ADELFIO viro clarissimo Consule.

EPISTOLA XCI.*

*Alias. LXX. Quæ autem antea 91. erat, nunc 118. 26. Junii an. 451.

1 Ad ANATOLIUM Episcopum Constantinopolitanum.

SYNOPSIS.

Etsi brevius spatium cogendo Concilio datum esset, se tamen Legatos mittere vicem suam impleturos.

LEO ANATOLIO Episcopo.

COgnita clementissimi Principis ex his quas ad nos misit 2 litteris voluntate, mirati sumus congregandæ Synodo tam angustum tempus appositum; cum etsi nulla necessitas hostilitatis existeret, ipsa interjectorum dierum paucitas necessarios Sacerdotes nos evocare non sineret. Quando enim per diversas longinquasque provincias mitteremus, ut 3 vere possit fieri universale Concilium? Sed quia clementissimi Principis eo affectu amplectimur

A voluntatem, ut huic dispositioni ipsius noluerimus obsistere, maxime cum magno desiderio a nobis hoc etiam ipse deposcas, fratrem & Coepiscopum nostrum PASCHASINUM nobis probabilem virum de securiore provincia fecimus navigare: cui fratrem & Compresbyterum 4 nostrum BONIFACIUM de Urbe conjunximus; illos quoque eisdem sociantes, qui prius fuerant ordinati, ut participe in omnibus 5 actionibus fratre & Coepiscopo nostro JULIANO, cujus fidem sæpe probavimus, nostra vice utantur in futuro Concilio. Neque enim
B illic ullis contentionum difficultatibus credimus laborandum, cum & ipse indicare dignatus sis, quod in suscipienda catholica fide & damnatione Eutychis atque Nestorii omnes Orientales subscripserint Sacerdotes. Data sexto Kalendas Julii ADELFIO viro clarissimo Consule.

Concilium vere universale quod?

Adversus Eutychen omnes Orientales subscripserant ante Concil. Calchedonense. *Vide epist.* 88.

EPISTOLA XCII.*

*Alias LXXI. Quæ autem antea 92. erat, nunc 119 26. Junii an. 451.

1 Ad JULIANUM Coensem Episcopum.

C

SYNOPSIS.

Ut Julianus Legatis ad Concilium generale missis curam suam consiliumque jungat, mandat Pontifex.

LEO JULIANO Episcopo.

QUid de dilectionis tuæ animo judicemus, sæpius agnovisti: præcesserunt enim plurima, quæ nos facerent ista præsumere. Unde cum ob hoc, secundum christianissimi Principis voluntatem in urbe 2 Nicæna sacerdotalis habenda sit Synodus, ut omnium scandalorum strepitus auferatur; necessarie fraternitati tuæ quod omni Ecclesiæ prosit injungimus,
D ut cum fratribus & Coepiscopis nostris PASCHASINO & LUCENTIO, sed & fratribus & Compre-

---

BALLER. NOTÆ.

9 Sic nostri codices & editi ante Quesnell. qui cum solo nostro Vindeb. Hisp. *permanerent*.

10 Vindeb. Hisp. *Paschasino Episcopis*, ubi ob plurale *Episcopis* librarii saltu omissus agnoscitur Lucentius. Hunc saltum ignorans primus scriptor ejus liberioris collectionis Hispanicæ, quæ continetur in Vat. 1341. ex ingenio emendavit *Paschasino Episcopo*. In Vat. Isid. omissum etiam fuit *Episcopo*.

11 Vide not. 2. Quesnell. & observationes nostras eidem subjectas.

12 Cum in puriori Vindebon. Hisp. scriptum legatur *auxiliante ita*, suppletum fuit arbitrio librarii in Vat. Hisp. *auxiliante divina gratia, ita* &c. eademque lectio fuit traducta in Vat. Isid.

13 Vulg. *& paci prosit religionis, & custodia veritatis*. Utrique Hisp. cum Vat. Isid. *& paci prosit, & religionis custodia*, vel *custodiæ veritatis*. Vat. coll. XXIV. *& paci prosit, & religioni custodia veritatis*. Sichardus *& religioni sit custodia veritatis*. Merlinus *& religionis sit custodia*. Ratisponensis codex veram lectionem præbuit.

14 Ita codd. Grim. & Thuan. Quesnelli, ac nostri Ratisp. utrique Hisp. Vat. Isid. aliique coll. XI. & XXI. Male in vulgatis cum mss. coll. XXIV. ac Merlino & Sichardo *sexto Kal. Junii*. Codex Venetus coll. XII. item erronee *sexto Idus Julii*.

1 Hanc epistolam e ms. Grimanico a Quesnello editam cum Ratisp. contulimus.

Hic & ubique laudatur Veneta editio hanc nostram præcedens.

2 Tomo 4. Concilior. editionis Venetæ pag. 837. exstant Græcæ Marciani litteræ Anatolio inscriptæ, quibus invitatur ad Synodum. In mss. autem Græcis bibliothecæ Cesareæ apud Lambecium tom. 8. pag. 495. eædem litteræ inscribuntur Λεοντι κ̀ Ανατωλιω *Leoni & Anatolio*. Antiqua earumdem litterarum versio pag. 1985. tom. 4. Concil. generalem encyclicam præfert cum titulo: *Sacræ litteræ eorumdem piissimorum Imperatorum ubique ad Deo amantissimos Episcopos*. Cum vero in ipsis litteris de Leone dicatur: *sicut etiam epistola religiosissimi Episcopi gloriosæ civitatis Romæ ostendit*: quæ verba in litteris ad hunc Pontificem vel omitti, vel aliter efferri debuerunt, si exemplar simile nulla peculiari epistola sociatum ad Leonem directum fuit: hinc ipsam epistolam ad eumdem nos habere, affirmare non licet. Hæ autem litteræ datæ proferuntur in Græco XVI. Kal. Junias, in Latinis vero exemplaribus coll. V. Quesnellianæ, & Rustici X. Kal. Junias; Concilio autem Nicææ habendo, uti tum indictum fuit, præstituitur dies Kal. Septembris.

3 *Vere* inquit, cum Concilium *vere*, seu proprie *universale* exigat ut ex universo catholico orbe Episcopi evocentur. Nihilo tamen minus pro œcumenicis habita sunt Calchedonense & Ephesinum primum, licet generali ejusmodi evocationi idoneum tempus defuerit. Id approbationi apostolicæ Sedis tribuendum est, quæ quidem postquam aliquando recepit Concilium Constantinopolitanum primum, quod sine ipsius Romani Pontificis notitia habitum fuit, in generalium Conciliorum numero censeri cœpit.

4 Ita ex Ratisp. cohærentius cum antecedentibus *Coepiscopum nostrum*, & cum subsequentibus *Coepiscopo nostro*. Quesnellus ex Grim. *meum*.

5 Ratisp. *actibus*.

1 Hanc quoque epistolam a Quesnello ex cod. Grimanico editam cum Ratisponensi relegimus.

2 Synodus nimirum quæ postea Calchedone habita est, prius Nicænam indicta fuit.

Compresbyteris nostris BONIFACIO & BASILIO, quos vice nostra ad prædictum conventum ire præcipimus, curam tuam actionemque conjungas in omnibus, auctoritate nostræ præceptionis usurus: quoniam scimus omnium illic 3 actarum rerum majorem te quam nostros habere notitiam: ut dum curam tuam illis consiliumque sociaveris, in nulla parte fallantur; sed omnia, Deo ajuvante, veniant in effectum, quæ fidei & paci probaveris convenire. Data sexto Kalendas Julii ADELFIO viro clarissimo Consule.

* Alias. LXXII. Quæ autem antea 93. erat, nunc 110. 26. Junii an. 461.

EPISTOLA XCIII. *

1 Ad SYNODUM, quæ Nicæam primum indicta, postea vero Calchedone congregata est.

2 SYNOPSIS.

I. *Necessitatem temporis & consuetudinem vetare ne intersit Synodo; se tamen per Legatos, quos mittit, præsentem futurum.*

II. *Disputandi contra fidem audaciam esse comprimendam.*

III. *Episcopos propter fidem ejectos esse restituendos, manentibus contra Nestorium in Epheso decretis*

LEO Episcopus sanctæ *Synodo* 3 apud Nicæam constitutæ.

Dilectissimis Fratribus in Domino salutem.

CAP. I. OPtaveram quidem, Dilectissimi, pro 4 nostri caritate collegii, omnes Domini Sacerdotes in una catholicæ fidei devotione 5 persistere, nec quemquam gratia aut formidine potestatum sæcularium depravari, 6 ut a via veritatis abscederet. Sed quia multa sæpe, quæ pœnitudinem possint generare, proveniunt, & superat culpas delinquentium misericordia Dei; atque ideo suspenditur ultio, ut possit locum habere correctio, amplectendum est clementissimi Principis plenum religione consilium, quo sanctam Fraternitatem vestram ad destruendas insidias diaboli, & ad re-

Istius exordii nonnulla ad conflandam Pelagii I. Pseudo Epistolam 1. sumta sunt.

B Λέων ἐπίσκοπος τῇ ἁγίᾳ συνόδῳ a τῇ ἐν Νικαίᾳ, ἀγαπητοῖς ἀδελφοῖς, ἐν κυρίῳ χαίρειν.

ΕΜΟΙ' μὲν ἦν εὐκταῖον, ἀγαπητοὶ, κατὰ τὴν προσοῦσαν b διάθεσιν τῷ ἡμετέρῳ συστήματι, τοὺς τοῦ κυρίου πάντας ἱερέας c ἐν ἑνὶ ζήλῳ τῆς καθολικῆς πίστεως συνεστάναι, καὶ μηδένα πρὸς χάριν, ἢ φόβον βιωτικῆς δυναστείας τὸ φαῦλον αἱρούμενον, τῆς ὁδοῦ τῆς ἀληθείας ἐκτρέπεσθαι. ἀλλ' ἐπειδὴ πολλὰ συμβαίνει πολλάκις τὰ δυνάμενα C μετάνοιαν ἐμποιεῖν, καὶ ὁ ἔλεος τοῦ Θεοῦ νικᾷ τῶν ἁμαρτανόντων τὰ πλημμελήματα, καὶ διὰ τοῦτο τὰ τῆς τιμωρίας ἐν ἀναρτήσει καθίσταται, ὅπως ἂν d χώραν σχεῖν ἡ διόρθωσις δυνηθῇ, περιπτύσσεσθαι δίκαιον πλῆρες εὐσεβείας ὑπάρχον τοῦ γαληνοτάτου βασιλέως τὸ βούλημα· δι' οὗ τὴν ἁγίαν ὑμῶν ἀδελφότητα πρὸς ἀνατροπὴν μὲν e τῶν ἐπιβουλῶν τοῦ διαβόλου, τῆς δὲ ἐκκλησιαστικῆς εἰρήνης ἀνάκτησιν συνελθεῖν ἐβουλήθη, f φυλαττομένων τῷ θρόνῳ τοῦ μακαριωτάτου Πέ-

BALLER. NOTÆ.

3 In Quesnelli editione forte per errorem typographi *auctorum*. Correximus ex Ratisp.

a Sic codex uterque Venetus ante gesta: in gestis, τῇ ἐν χαλκηδόνι.

b MSS. Ven. χάριν. c MSS. Ven. ἑνὶ ζήλῳ.

d Codd. Ven χώραν ἔχειν.

e MSS. Ven. τοῦ ἐπιβουλεύοντος διαβόλου, τὴν δὲ τῆς ἐκκλησιαστικῆς, &c.

f MSS. Ven. τῷ θρόνῳ τοῦ μακαρίου Πέτρου τοῦ ἀποστόλου φυλαττομένων.

1 Exstat in MSS. coll. V. Hisp. Isid. XI. XII. XIII. & XVIII. usque ad XXIV. nec non in exemplo Sichardi, & in peculiari MS. Vat. 1322. In collectione XVIII. Calchedonensi Græci quidem, non vero Latini codices illam præferunt: quod indicio est Græcum codicem, quo usus est Latinus interpres, hac epistola caruisse. Edita est Græce inter epistolas ante gesta. Eamdem vero invenimus in duobus MSS. Græcis Venetis S. Marci 164. & 555. tum inter epistolas ante gesta, uti a Romanis editoribus inventa fuit, tum insertam ipsi Concilio (quemadmodum in excerptis Theodori Lectoris describebatur) & in eo recitatam actione 16. hactenus inedita, quæ in Appendice publicabitur.

2 In tabula collect. V. cap. 92. sic: *Ad Synodum Calchedonensem de restituendis Episcopis in propriis sedibus, qui dudum fuerant pro fide catholica pulsi, & Ephesinæ prioris Synodi firmitate*. In collectione Hispanica sic: *Ad Synodum Calchedonensem, ubi hortatur per Legatos suos Dei Sacerdotes, ut secundum Scripturas cuncta disponerent.*

3 Ita ex Ratisp. & verius quidem, quam alias *apud Calchedonam*. Cum enim hanc epistolam Leo dedit, Synodus Nicæam, non vero Calchedonem indicta fuerat. Theodorus Lector in Excerptis testatur Leonem *mirabilem epistolam scripsisse ad Synodum, quæ Nicææ congreganda esse credebatur*: & similiter Evagrius, quem allegavit Quesnellus not. 1. Solum cum mutato subinde Concilii loco, hæc ipsa epistola in Calchedonensi lecta fuerit actione inedita XVI. ut eidem Synodo congrueret inscriptio, urbis nomen fuit mutatum: ac propterea hæc epistola in laudatis Græcis codicibus S. Marci ante gesta quidem *Nicæam*, act. autem XVI. *Calchedonem* præfert. Hinc etiam Latini codices fuerunt emendati, cum vere Concilium non Nicææ, sed Calchedone habitum fuerit. Verba *urbis Romæ* in editis subjecta voci *Episcopus* delevimus, cum in potioribus nostris codd. & in antiqua Græca versione omittantur. E contra voces *Dilectissimis fratribus in Domino salutem* adjecimus ex Vindebon. coll. V. & Florentino S. Marci coll. XIII. cum in eadem Græca versione inveniantur.

4 Ita codd. quinque Quesnelli, & undecim nostri. Vulgati Leonis ante Quesn. cum uno cod. coll. XXI. *vestri*

5 Ratisp. *consistere*. Mox pro *potestatum* Vat. Hisp. & Isid. ac alius Vat. coll. XI. habent *Sacerdotum*. Utrumque omittit Ratramnus lib. 4. contra Græcos tom. 1. Spicileg. Acher. pag. 110.

6 Laudati codd. tres cum Ratramno *aut a via veritatis abscedere*. Dein in iisdem MSS. & in Vind. Hisp. deest *sæpe*.

Πέτρου τοῦ ἀποστόλου τῶν τε δικαίων, καὶ τῆς τιμῆς ἐπὶ A τοσοῦτον, g ὡς καὶ ἡμᾶς ὑπ᾽ αὐτοῦ πρὸς τοῦτο δι᾽ οἰκείων προτραπῆναι γραμμάτων, ἐφ᾽ ᾧ τε h τὴν οἰκείαν παρουσίαν ἡμᾶς παρασχεῖν τῇ ἁγίᾳ συνόδῳ· ὅπερ μὲν οὖν i οὐκ ἠδύνατο, οὐδὲ ἡ ἀνάγκη τοῦ καιροῦ, οὐδὲ μήν τις ἐπιτρέψαι συνήθεια. πλὴν ἐν τούτοις τοῖς ἀδελφοῖς, k τουτέστι, Πασχασίνῳ, καὶ Λουκηνσίῳ τοῖς ἐπισκόποις, καὶ Βονιφατίῳ, καὶ Βασιλείῳ τοῖς πρεσβυτέροις, τοῖς ἀπεσταλμένοις l ὑπὸ τοῦ θρόνου τοῦ ἀποστόλων, ἐμὲ τῆς συνόδου προεδρεύειν, ἡ ὑμῶν ἀδελφότης ἡγείσθω· m μὴ κεχωρισμένης ὑμῶν τῆς ἐμῆς παρουσίας· ὅστις διὰ τῶν τοποτηρητῶν ὑμῖν πάρειμι τῶν ἐμῶν, καὶ διὰ τοῦ κηρύττειν τὴν καθολικὴν πίστιν οὐκ ἀπολείπομαι· ὡς ὑμᾶς τοὺς n ἀγνοεῖν μὴ δυναμένους, B τί περὶ τῆς ἀρχαίας πιστεύομεν παραδόσεως, o ἀμφιβάλλειν μὴ δύνασθαι, ποία τίς ἐπιθυμία ἡμῖν καθέστηκεν. ὅθεν, ἀδελφοὶ προσφιλέστατοι, p πᾶσα παντελῶς τολμηρὰ διάλεξις ὑπεναντίον τῆς θεόθεν ἐμπνευσθείσης πίστεως, καὶ ματαία τῶν πεπλανημένων ἀπιστία τὴν ἡσυχίαν ἀγέτω· ἐκδικείτω τε τοῦτο μηδείς, ὃ πιστεύειν οὐ θέμις· ὁπότε κατὰ τὴν τῶν εὐαγγελίων αὐθεντίαν, q κατὰ τὰς φωνὰς τῶν προφητῶν, καὶ τὴν τῶν ἀποστόλων διδασκαλίαν, πληρέστατα, καὶ σαφέστατα, δι᾽ ὧν πρὸς τὸν r τῆς ὁσίας μνήμης Φλαυιανὸν τὸν ἐπίσκοπον ἐπεστείλαμεν, ἤδη δεδήλωται, ποία τίς ἐστιν ἡ περὶ τοῦ μυστηρίου τῆς ἐνανθρωπήσεως τοῦ κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ εὐσεβὴς C ὁμολογία, καὶ καθαρά. ἐπειδὴ δὲ πολλῶν καταστάσεις ἐκκλησιῶν ὑπὸ φαύλων τινῶν ἀντιστάσεων διατεταραγμένας ἐγνώκαμεν, καὶ πλείστους ἐπισκόπους τοὺς οὐ καταδεξαμένους τὰ τῶν αἱρετικῶν ἐκβεβλῆσθαι s τῶν θρόνων ἑαυτῶν, καὶ ἐξορίᾳ παραδοθέντας, t εἰς τόπους τε τῶν ἔτι περιόντων ὑποκαταστάντας ἑτέρους, τούτοις πρὸ πάντων τοῖς τραύμασιν ἡ τοῦ δικαίου προσαγέσθω θεραπεία· καὶ μηδεὶς οὕτως ἐστερημένος ἔσω τῶν

formandam ecclesiasticam pacem 7 voluit convenire, beatissimi Petri Apostoli jure atque honore servato, adeo ut nos quoque suis ad hoc litteris invitaret, ut venerabili Synodo nostram præsentiam præberemus: quod quidem nec necessitas temporis, nec ulla 8 poterat consuetudo permittere. Tamen in his fratribus, 9 hoc est *Paschasino* & *Lucentio* Episcopis, *Bonifacio* & *Basilio* Presbyteris, qui ab apostolica Sede directi sunt, me Synodo 10 vestra fraternitas æstimet præsidere, 11 non abjuncta a vobis præsentia mea, qui nunc in Vicariis meis adsum, & jamdudum 12 in fidei catholicæ prædicatione non desum: 13 ut qui non potestis ignorare, quid ex antiqua traditione credamus, non possitis dubitare quid cupiamus.

CAP. II.

Unde, fratres carissimi, rejecta penitus audacia disputandi contra fidem divinitus inspiratam, vana errantium infidelitas conquiescat; nec liceat defendi, quod non licet credi: cum secundum 14 evangelicas auctoritates, secundum propheticas voces, apostolicamque doctrinam plenissime & lucidissime per litteras, quas ad beatæ memoriæ *Flavianum* Episcopum misimus, fuerit declaratum, quæ sit de sacramento Incarnationis Domini nostri JESU CHRISTI pia & sincera confessio.

CAP. III.

Quia vero non ignoramus, per pravas æmulationes, multarum Ecclesiarum statum fuisse turbatum, 15 plurimosque Episcopos, quia hæresim non reciperent, sedibus suis pulsos, & in exilia deportatos, atque in locum superstitum alios substitutos: his primitus vulneribus 16 adhibeatur medicina

BALLER. NOTÆ.

g Codd. Ven. ὡς καὶ ἡμᾶς αὐτὸν ἐπὶ τούτῳ .... προτρέψαι.
h Iidem codd. τὴν ἑαυτῶν παρουσίαν παρασχεῖν ἡδέως τῇ ἁγίᾳ συνόδῳ.
i Codd. Ven. οὐκ ἦν δυνατὸν, οὐδὲ ἡ ἀνάγκη... ἐπιτρέπει.
k Ita scribimus e duob. MSS. Ven. In vulg. τουτέστιν ἐς Πασχασίνῳ: quod non placet. Ceterum pro Πασχασίνῳ unus e præcitatis Codd. ante gesta habet Πασχασίνῳ: quod & in marg. Rom. edit. notatum invenies.
l Codd. Ven. παρὰ τοῦ θρόνου.
m Ita correximus e duobus MSS. ven. suffragante Latino textu, *non abjuncta, a vobis præsentia mea*. In vulg. μὴ κεχωρισμένων ὑμῶν, &c. In marg. tamen edit. Rom. adnotatum videtur κεχωρισμένης L.
n Adjecimus articulum τοὺς, qui deest, sed male, in vulgatis, auctoritate codd. Ven., qui quidem in gestis habent ambo, ὡς καὶ ὑμᾶς τοὺς ἀγνοεῖν μὴ δυναμένους, ante gesta autem unus tantum, ὡς ὑμᾶς τοῦ ἀγνοεῖν, &c. ut videre sit illud τοῦ mendum esse pro τοὺς. Adjecto autem hoc articulo perspicuitatem sententiæ non parum juvari cuilibet animadvertenti palam fiet.
o Codd. Ven. ἀμφιβάλλειν μὴ δύνασθαι περὶ τῆς ἡμετέρας βουλήσεως.
p MSS. Ven. vestigiis Latini textus pressius insistentes, γενομένης, ἐκ ποδῶν τῆς τολμηρᾶς διαλέξεως... ἡ ματαία... ἡσυχίαν ἀγέτω. q MSS. ven. κατά τε καὶ φωνάς.
r MSS. Ven. τῆς μακαρίας μνήμης. s MSS. Ven. τῶν τόπων τῶν ἑαυτῶν.
t MSS. Ven. εἰς τόπον. Nihil mutamus, licet Latinus textus habeat *in locum*.
7 Iidem codices tres *maluit*. Post pauca Ratisp. & Vat. collect. XXIV. omittunt *Apostoli*. Dein in eodem Ratisp. *honore reservato:* & mox *ut & venerabili*.
8 MS. Vindebon. collect. V. *potuit*. Hanc eamdem rationem, ne ad Ephesinum Concilium proficisceretur, Leo allegavit in epist. 31. c. 4. & similiter Paschasinus in Calchedonensi act. 3. t. 4. p. 1250. *Quoniam*, inquit, *nec antiqua hoc tenuit consuetudo, neque generalis temporis necessitas permittere videbatur*.
9 Voces *hoc est* adjecimus ex vetustissimo Vat. 1322. Vindebon. coll. V. Vat. Hisp. Isid. & Ratramno, concinente Græca versione. Ratisp. habet *idest*: qui mox cum Vindeb. coll. V. præfert *Lucensi* pro *Lucentio*.
10 Codd. Vatt. 1322. Ratisp. & Grim. *vestra sanctitas*.
11 Ita potiores nostri & Quesnelli codices. Vat. Hisp. & Isid. *non sejunctam a vobis præsentiam meam*, quibus verbis in MSS. coll. XXI. additur *æstimet*, & antea pro *æstimet* habetur *confidat*. In antiquioribus autem Leoninis editionibus *nec sejunctam a vobis præsentiam meam confidat*.
12 Præpositionem *in*, quam editiones Leonis prætereunt, ex Vat. 1322. Vindebon. Hisp. & alio Vat. coll. XI. cum vulgatis Conciliorum adjecimus.
13 Vat. Hisp. & Isid. *& qui*: & mox pro *non possitis* cum Vindebon. Hisp. habent *non potestis*. Dein *quid cupiam* est in Vindebon. collect. V. in alio Hisp. in Ratisp. in Vat. coll. XXIV. & apud Sichardum.
14. Ratisp. *evangelicam auctoritatem*, cui lectioni Græca versio adstipulatur.
15 Cum in Vindebon. Hisp. perperam legatur *plurimosque spiritus*, in Vat. Hisp. ac exinde in Isid. correctum fuit antiqui librarii arbitrio *plurimosque fratres*. Mox Ratramnus & MSS. coll. XXI. cum editis ante Quesnellum *receperunt*, vel *receperint*. Dein *expulsos* in cod. Ratisp.
16 Ita undecim nostri codices cum Ratramno & editis anterioribus Quesnello, qui cum solo nostro Vindebon. coll. V. prætulit *adhibenda est medicina*.

justitiæ ; 17 nec quisquam ita careat propriis, ut alter utatur alienis : cum si, ut cupimus, errorem omnes 18 relinquunt, nemini quidem perire suus honor debeat ; sed illis, qui pro fide laboraverunt, cum omni privilegio suo oporteat jus proprium reformari. Prioris autem Ephesinæ Synodi, cui sanctæ memoriæ Cyrillus Episcopus 19 tunc præsedit, contra Nestorium specialiter statuta permaneant : ne tunc damnata impietas, 20 ideo sibi in aliquo blandiatur, quia Eutyches justa execratione percellitur. Puritas enim fidei atque 21 doctrinæ, quam eodem, quo sancti Patres nostri, spiritu prædicamus, & Nestorianam, & Eutychianam cum suis auctoribus condemnat pariter & persequitur pravitatem. 22 Bene valete in Domino fratres carissimi. Data 23 sexto Kalendas Julii, *Adelfio* viro clarissimo Consule.

A ἑαυτȣ͂, ὡς ἄλλον κεχρῆσθαι u τοῖς ἄλλȣ· ὁπότε εἴγε, καθάπερ ἡμῖν ἐστι καταθύμιον, τὴν πλάνην ἀπολιμπάνȣσιν ἅπαντες, x παραπολεῖσθαι μὲν ὀφείλει τὰ τῆς τιμῆς ȣ̓δενί. τοῖς δέ γε κεκμηκόσιν ὑπὲρ τῆς πίστεως, y μετὰ τῶν προνομίων τῶν οἰκείων ἁπάντων, ὀφείλει τὸ δίκαιον ἀποκαταστῆναι τὸ ἴδιον. οἱ μέντοι γε τῆς προτέρας ἐν Ἐφέσῳ συνόδȣ, ἧς τινος ὁ τῆς ἁγίας μνήμης Κύριλλος z τότε προήδρευε, κατὰ Νεστορίȣ ἰδικῶς ὅροι διαμενέτωσαν· μήπως ἡ τότε καταδικασθεῖσα δυσσέβεια, διὰ τȣ͂το καθ᾽ ὁτιȣ͂ν ἑαυτὴν ἀπατήσῃ, ὅτιπερ Εὐτυχὴς δικαίως ἀναθεματισθεὶς καταβέβληται. B ἡ καθαρότης γὰρ ἡ τῆς πίστεως, καὶ τῆς διδασκαλίας, aa ἣν τῷ αὐτῷ πνεύματι κηρύττομεν, ὥσπερ οἱ ἅγιοι πατέρες ἡμῶν καὶ τὴν Νεστορίȣ, καὶ Εὐτυχȣ͂ς bb μετὰ τῶν ἡγεμόνων αὐτῶν ἐπίσης cc καταδικάζει, καὶ διώκει κακοδοξίαν. ἔρρωσθε ἐν κυρίῳ, ἀδελφοὶ προσφιλέστατοι. dd ἐδόθη τῇ πρὸ πέντε καλανδῶν Ἰȣλίων...

* Alias LXXIV. Quæ autem antea 94. erat, nunc 121. 20. Julii an. 451.

EPISTOLA XCIV.*

1 Ad MARCIANUM Augustum.

SYNOPSIS.

Legatos quos ad Synodum mittit, commendat Augusto, postulatque ne disputatio de fide illic instauretur.

LEO Episcopus MARCIANO Augusto.

Sanctum clementiæ vestræ studium, quo ad reparationem pacis ecclesiasticæ Synodum C habere voluistis, adeo libenter accepi, ut, quamvis eam fieri intra Italiam * poposcissem, & aptius expectari tempus optassem, quo scilicet plurimi possent Episcopi etiam 2 de longinquioribus provinciis evocari ; mox tamen ut mihi pietatis vestræ 3 scripta sunt tradita, & *Bonifacium* de Compresbyteris meis ab Urbe direxerim, & de Episcopis fratrem meum *Paschasinum* de Sicilia fecerim navigare, qui vicem meam sufficienter implerent, datis per eosdem 4 epistolis ad eos qui Legationem ante susceperant, ut ipsi quoque prædictis ad implendas partes meæ præsentiæ jungerentur, glo-

* Epist. 83.

BALLER. NOTÆ.

u Ita, & bene, MSS. Ven. ambo tam in gestis, quam ante gesta. Male in Vulg. τοῖς ἄλλοις. Hæc enim vox ἄλλον numquam significavit neque significat *quod est alius*.

x MSS. Ven. παραπόλλυται μὲν ȣ̓δενὸς ἡ τιμή.

y In marg. edit. Rom. μετὰ προνομίȣ παντὸς ὀφείλει.

z Addimus τότε, quod aberat a vulgatis, auctoritate codd. Ven. nec non & textus Latini, in quo legitur, *tunc præsedit*. Ceterum in præfatis codicibus totus hic locus sic repræsentatur : καὶ μέν τοι γε τῆς προτέρας ἐν Ἐφέσῳ συνόδȣ, ἧς τινος ὁ τῆς ὁσίας μνήμης Κύριλλος τότε προήδρευε, κατὰ Νεστορίȣ ἰδικῶς τὰ συνοδικῶς πραχθέντα διαμενέτωσαν.

aa Ita emendamus, lectionem Ven. codd. secuti, respondentem ad amussim Latino textui, *eodem quo sancti Patres nostri spiritu*. In vulg. ἡ τῷ ἁγίῳ πνεύματι. Admonemus tamen paullo post ὅπερ legendum esse pro ὥσπερ.

bb Male excidit a vulg. præpositio μετὰ, quam nos supplemus ope MSS. Ven. atque indicio Latini textus, qui habet, *cum suis auctoribus*.

cc MSS. Ven. καταδικάζεται.

dd Desunt hæc in codd. Ven. secundo loco, nimirum in actione Calchedonensi inedita, quam in Appendice dabimus. Sed ante gesta, ubi eadem epistola pariter profertur, uti a Romanis exinde edita fuit, in iisdem Ven. MSS. leguntur.

17 Antiquam pariter lectionem ex nostris codicibus revocavimus. Solum Vat. 1322. *ne quisquam* omisso *ita*. Vindebon. coll. V. *ne quisquam ita* &c. Vindebon. Hisp. delet dumtaxat *ita*. Nullibi autem invenimus lectionem Quesnelli *nec quisquam careat propriis, aut alter utatur alienis*.

18 Cod. Ratisp. *relinquant*. Mox *apud neminem* in Vindebon. collect. V. Dein Vulgati antiquiores cum MSS. coll. XXI. & XXIV. omittunt *suus*, & postea *suo*. Quesnellus inseruit *suus*, uti legitur etiam in nostris codd. Vat. 1322. Vindebon. coll. V. & Vat. Hisp. ac Isid. Nos autem inseruimus quoque *suo* post vocem *privilegio* auctoritate laudati Vat. 1322. Vindebon. collect. V. alterius Hisp. & Vat. coll. XI. ac præstantissimi Ratisp.

19 Vide not. 2. Quesnelli. Notandum vero est S. Cyrillum in Ephesinis gestis se Cælestini Papæ vicem gerentem semper præferre, quippe cui apostolicæ Sedis auctoritatem in Nestorii caussa idem Pontifex delegaverat.

20 Vindebon. Hisp. *idem sibi*. Hic error emendatus in Vat. Hisp. & exinde in Isid. & in MSS. coll. XI. ac XXI. atque apud Ratramnum *demum sibi in aliquo blandiatur, qua Eutyches*.

21 Vat. Hisp. & Isid. *doctrina*.

22 Sex voces *Bene valete in Domino, fratres carissimi*, in Leoninis editionibus desiderantur ; leguntur vero in editis Concilior. easque revocavimus non solum quia sunt in Vindebon collect. V. & in Florentino S. Marci collect. XIII. verum etiam in antiquissima interpretatione Græca, quæ ex ipso Leonis originali sumpta fuit, & in Calchedonensi Concilio lecta actione 16.

23 Omnes editi cum MSS. coll. XXIV. *V. Kal. Julii* : cui lectioni adstipulatur etiam Græcus textus cum in editis, tum in nostris MSS. libris collectionis Calchedonensis ante gesta. Codices Vindebon. collect. V. & Florentinus S. Marci coll. XIII. *V. Kal. Junias* certo mensis errore, ut patebit ex adnot. 11. in epist. 89. Prætulimus diem *VI. Kal. Julii*, qui cum anterioribus epistolis concordat, auctoritate Vat. 1322. utriusque Hisp. Isid. Ratisp. & codd. coll. XI. ac XXI.

1 Hæc epistola legitur in MSS. collect. XII. XVIII. XIX. XXIV. & in peculiari codice Vat. 1322. nec non in exemplo Sichardi.

2 Editi ante Quesn. cum mss. coll. XXIV. *de longinquis*.

3 Confer adnot. 2. in epist. 91.

4 Ex epistolæ ad Lucentium Episcopum & Basilium Presbyterum desunt.

gloriosissime Imperator. Unde quamvis nimis A arctus dies Synodo fuerit constitutus, spero tamen affuturum Dei omnipotentis auxilium, quo omnes valeant ad præfinitum tempus occurrere; & unanimiter cum sanctæ fraternitatis assensu, quæ universali Ecclesiæ congruant, definire. Compressa enim vel remota inquietudine ac pravitate paucorum, facile firmabitur probanda concordia; si in eam fidem quam evangelicis & apostolicis prædicationibus declaratam, 5 per sanctos Patres nostros accepimus & tenemus, omnium corda concurrant, nulla penitus disputatione cujusquam retractationis admissa: ne per vanam fallacemque versutiam B aut infirma videantur, aut dubia, 6 quæ in ipso angulari lapide, qui est Christus Dominus, ab initio sunt fundata, & sine fine mansura: hoc nobis indesinenter orantibus, ut a sacramento singularis fidei nemo inveniatur alienus; sed damnata impietate hæreseos, nullum de perditione cujusquam catholica Ecclesia sentiat detrimentum. Quod autem pietatem vestram 7 his, quas per meos misi, epistolis obsecravi, nunc quoque simili fiducia precor, ut vice mea acturos, commendatos per omnia habere dignemini, quo facilius ac diligentius, C quæ optimo fidei vestræ ordinata sunt studio, salubri impleantur effectu. 8 Data XIII. Kalendas Augusti, *Adelfio* viro clarissimo Consule.

Fidei fons & canalis.

Semel definita non sunt in dubium vocanda.

Eph. 2. 20.

EPISTOLA XCV. *

Alias LXXV. Quæ autem antea 95. erat, nunc 122. 20. Julii an. 451.

1 Ad PULCHERIAM Augustam.

2 *Per Theoctistum Magistrianum.*

SYNOPSIS.

I. *Ad Concilium Legatos se misisse, licet in Italia congregari optasset.*

II. *Servandam esse in caussis ecclesiasticis moderationem, quæ procul ab Ephesino latrocinio abfuit.*

III. *Numquam se correctis veniam denegasse.*

IV. *Etiam hæresiarchas indulgentiam poscentes rejiciendos non esse, etsi non temere recipiendos.*

LEO Episcopus PULCHERIÆ Augustæ.

CAP. I.

Religiosam clementiæ vestræ sollicitudinem, quam catholicæ fidei indesinenter impenditis, per omnia recognosco; & Deo gratias ago, quod tantam universalis Ecclesiæ curam habere vos video, ut quod 3 & justitiæ & benevolentiæ congruere arbitror, confidenter insinuem, quo celerius, quæ, propitio Christo, pietatis vestræ studio irreprehensibiliter hactenus gesta sunt, ad gratulandum perducantur effectum, 4 gloriosissima Augusta. Quod ergo 5 Synodum Nicææ haberi clementia vestra præcepit, cum a me ut in Italia haberetur, mansuetudo vestra retineat postulatum; ut omnes nostrarum partium convocati Antistites, si securitas temporis suppeteret, convenirent: adeo tamen non aspernanter accepi, ut binos de Coepiscopis meis & Compresbyteris ordinarem, qui vicem meam implere sufficerent, 6 etiam datis ad venerabilem Synodum congruentibus scriptis, quibus fraternitas advocata cognosceret, quam formam servare in hac dijudicatione deberet: ne ulla temeritas aut fidei regulis, aut canonum statutis, aut benignitatis remediis obviaret.

CAP. II.

Sicut enim 7 a principio hujus caussæ frequentissime scripsi, hanc inter discerdes sensus & carnales æmulationes moderationem volui custodiri, D ut integritati quidem fidei nihil evelli, nihil liceret apponi; ad unitatem vero pacemque redeuntibus, remedium veniæ præstaretur. Quia *tunc opera* diaboli potentius destruuntur, cum ad Dei proximique dilectionem hominum corda revocantur. Sed quam contraria tunc his monitis atque obsecrationibus meis acta sint, multum est explicare: nec opus est epistolari pagina comprehendi quicquid in illo Ephesino non judicio, sed latrocinio potuit perpetrari: 8 ubi primates Synodi

Ecclesiæ fides & unitas pariter custodiendæ.

Ephesinum latrocinium.

BALLER. NOTÆ.

5 Vulgati ante Quesn. cum mss. coll. XXIV. *per antiquos Patres.*

6 Iidem vulgati & codices *quæ in ipso angulari lapide Christo fundata sunt, & sine fine* &c. Quesnelli emendationem ex Grimanico comprobant nostri Ratisp. & Vat. 1322.

7 Iidem codd. & editi *de his, per quos meas misi epistolas.* Lectionem a Quesnello inductam ex Grimanico præferunt etiam Vat. 1322. & Ratisp. qui postremus solum loco *per meos* habet *per eos.*

8 Ita nostri codices Ratisp. & Vat. 1322., nec non Quesnellus in margine, ut credimus, ex Grimanico, concordatque cum chronica notatione epistolæ sequentis. Vulgati cum mss. collect. XXI. & XXIV. *Data XIV. Kal. Augusti.*

1 Est in codd. coll. XII. XVIII. XIX. XXIV. & in exemplo Sichardi.

2 Hæc verba invenimus in solis mss. coll. XII. *Magistriani* dicebantur *Agentes in rebus*, quia Magistro Officiorum suberant. De his vide Gothofredum in Comment. ad legem 3. Cod. Theod. *De Agentibus in rebus*, ubi inter eorum officia recenset imperiales epistolas perferre.

3 Addidimus & ex cod. Ratisp.

4 Voces *gloriosissima Augusta* omissæ in editis ante Quesn. etiam in nostris codicibus desiderantur, nec non in exemplo Sichardi. Inductæ fuerunt ex uno cod. Grim.

5 Editi *Synodum Calchedonensem*; cum tamen hoc tempore Synodus Nicæam indicta, nondum Calchedonem translata fuerit. Veram lectionem dedit præstantissimus Ratisp. Nec mirum videatur scribi Pulcheriam præcepisse Synodum, quæ Marciani litteris indicta fuit. Nam ipsa Pulcheria in epist. ad Strategum Consularem Bituyniæ de eadem Synodo Nicææ tunc coacta similiter scripsit: *Secundum nostram sanctionem reverendissimi quidem Episcopi convenerunt.* Commune scilicet Marciano & conjugi, cui ille imperium debebat, in indicenda Synodo consilium fuit; licet in imperiali sanctione feminæ nomen prætermissum fuerit, eo quod hujusmodi inscriptio a consuetudine earumdem sanctionum esset aliena.

6 In ms. Veneto S. Marci coll. XII. & in Ratisp. omittitur *etiam.*

7 Nimirum in epist. 28. & seqq. scriptis Idibus Junii an. 449 ubi Eutychi, si resipisceret, & professionem fidei cum damnatione erroris emitteret, suum gradum relinquendum monuetat: nec non in epist. 44. cap. 3. ubi omnibus etiam scandalorum auctoribus, qui Ephesi prævaricati fuerant, si melioribus consiliis acquiescerent, veniam spopondit. Post nonnulla editi Quesnello anteriores cum mss. coll. XII. & Sichardo: *operum diaboli potentia destruuntur.*

8 Eædem editiones cum codd. coll. XII. & XXIV. atque Sichardo, præmisso puncto. *Ibi primates.*

di nec resistentibus sibi fratribus, 9 nec con- A sentientibus pepercerunt: cum ad infringendam catholicam fidem, & ad execrabilem heresim roborandam, alios privilegio honoris exuerent, alios consortio impietatis inficerent: seviores profecto in eos, quos persuadendo ab innocentia separabant, quam in illos, quos beatos Confessores persequendo faciebant.

CAP. III. Veruntamen quia tales sibi maxime sua iniquitate nocuerunt, & majoribus vulneribus diligentior est adhibenda medicina, nullis umquam epistolis definivi etiam talibus, si resipiscerent, veniam denegandam. Et quamvis incommutabiliter inimicissimam christianę religioni heresim detestemur, ipsos tamen, si 10 non dubie corrigantur, & digna se satisfactio- B ne purificent, ab ineffabili misericordia Dei non judicamus alienos; sed potius cum gementibus gemimus, cum flentibus flemus, & *sic utimur* justitia commotionis, ut 11 non amittamus remedia caritatis: quod, sicut pietas vestra cognoscit, non verbis solis promittitur, sed etiam factis docetur. Siquidem 12 pene omnes, qui in consensum Presidentium aut traducti fuerant, aut coacti, 13 rescindendo quod statuerant, & condemnando quod scripserant, perpetuam culpę abolitionem, & apostolicę pacis gratiam sint adepti.

Correctis indulgendum.

CAP. IV. Si ergo clementia vestra propositum 14 meum considerare dignetur, probabit me eo consilio cuncta gessisse, ut sine cujusquam ani- C mæ detrimento, hæreseos tantum obtineretur extinctio; & ob hoc circa auctores sævissimorum turbinum quiddam consuetudinis minuisse, ut ad indulgentiam postulandam compunctione aliqua 15 possit eorum tarditas excitari. Qui etsi post illud judicium suum tam impium, quam injustum, non sunt catholicæ fraternitati 16 ita honorabiles, uti fuerunt; suas tamen adhuc obtinent sedes, & Episcopatus sui honore potiuntur, aut per veram & necessariam satisfactionem pacem 17 totius Ecclesiæ recepturi, aut si hæresim, quod absit, D 18 tuentur, professionis suæ merito judicandi. Data decimo tertio Kalendas Augusti, *Adelfio*, viro clarissimo Consule.

Mitius agi cupit cum hæresum auctoribus.

EPISTOLA XCVI.*

1 Ad RAVENNIUM Arelatensem Episcopum.

De solemnitate paschali anni sequenti 452.

SYNOPSIS

Unitatem in celebrando Paschate maxime servandam: quam solemnitatem ad Romanum Pontificem pertinet indicare.

Dilectissimo fratri RAVENNIO Episcopo LEO Episcopus.

AD præcipuum religionis nostræ pertinet sacramentum, ut in festivitate paschali nulla sit toto orbe diversitas. Et quia hoc divina institutio & paterna traditio ad nostram sollicitudinem voluit pertinere, fraternitatem tuam solemniter admonemus, ut Pascha Domini celebrandum nobis die decima Kalendarum Aprilium recognoscas: quod manifesta ratio patefecit sacræ observantiæ hunc diem esse legitimum: cujus notitiam per dilectionem quoque tuam, frater carissime, omnibus voluimus declarari; ut quorum in fide est una confessio, sit etiam in hac festivitate una devotio.

EPI-

BALLER. NOTÆ.

9 Ratisp. omittit *nec consentientibus*. Respicitur autem Domnus Antiochenus; qui licet infirmitate animi in Flaviani condemnationem & in Eutychis absolutionem actione prima consenserit; nihilominus paullo post in eadem pseudosynodo depositus fuit, Maximo in ejus locum subrogato.

10 Adverbium *non dubie* ex Ratisp. supplevimus.

11 Quesnellus *non omittamus*. Antea editorum lectionem omnibus nostris codd. etiam Ratisponensi confirmatam revocavimus. Paullo post *promittimus* in cod. Ven. coll. XII.

12 In Ratisp. deest *pene*; sed necessarium est, cum quidam per hoc tempus nec rescisso quod statuerant, nec condemnato quod scripserant, apostolicæ pacis gratiam nondum promeruerint.

13 Sichardus *resistendo ei, quod statutum fuerat ab illis, & condemnando* &c. Idem est in codd. collect. XII. & XXIV. qui solum omittunt *ei*. Editi ante Quesn. *rescindendo quod statutum fuerat ab illis*. Quesnellianam lectionem ex Grim. præfert etiam Ratisp.

14 Exemplar Sichardi cum antiquis edit. *nostrum*.

15 Ratisp. *posset*. Hæc autem referri videntur ad Leonis decretum, ne nomina auctorum latrocinii Ephesini ad altare recitarentur, ut idem Pontifex rescripsit Anatolio epist. 80. cap. 4. Id autem licet ex usu nonnullis forsitan differendum crederetur, quoad illi deponerentur, Leoni tamen necessarium visum est *consuetudinem* in hoc *minuere*, ut quoniam illi hactenus post impium scelus nihil pœnæ debitæ incurrerant, & suis adhuc Episcopatibus potiebantur, hoc saltem stimulo ad petendam indulgentiam excitarentur.

16 Particulam *ita* a Quesnello omissam ex omnibus nostris codd. & Sichardo revocavimus. Ceteri editi *ita honorabiles, ut fuerant*.

17 Vocem *totius* a Quesn. additam nostri mss. libri approbant.

18 MSS. coll. XII. & XXIV. ac exemplar Sichardi cum editis ante Quesn. *tuebuntur*. Melior Grim. & Ratisp. lectio. Mox in citatis collectionibus & apud Sichardum perperam *Ælpidio* pro *Adelfio*.

1 Edita fuit a Sirmondo ex cod. Bonævallis. Hic autem eam idcirco posuimus, quia credi potest scripta exeunte Julio an. 451. Ibi enim indicitur Pascha an. 452. Constat autem ex ep. 131. c. 2. certos dies indictioni Paschatis fuisse constitutos, quos imminere ibidem affirmat. Hos autem dies in Julium mensem incidisse colligere licet ex ep. 138. qua S. Leo formatam pro Paschate an. 455. ad Gallos & Hispanos dedit die 22. Julii an. 454.

* Alias post LXXVII. Quæ autem erat 97. nunc 124. Aug. vel Sept. an. 451.

EPISTOLA XCVII. *

Synodica 1 EUSEBII Mediolanensis Episcopi ad S. LEONEM Papam.

2 SYNOPSIS.

I. *Gaudet de reditu fratrum suorum ex Oriente.*
II. *Epistolam ad Flavianum in Synodo Mediolanensi lectam esse & approbatam.*
III. *Se cum suis Eutychianorum damnationi subscribere profitetur.*

Domino sancto & beatissimo Patri LEONI EUSEBIUS Mediolanensis Episcopus.

CAP. I. REversis, Domino annuente, 3 fratribus nostris, quos ad Orientem fidei caussa sollicite provida Beatitudo vestra direxerat, decursisque litteris, quas per eos tua Sanctitas destinavit, omni exultatione in Christo relevatus sum, quod effectum commissæ sibi legationis eosdem reportasse vestra pagina designavit. Nec mirum, quod Dominus noster JESUS CHISTUS catholicæ 4 fidei, quam tenemus, majestatis suæ gratiam custodiamque C præstiterit: quando vos 5 idoneos cultus sui assertores in Apostoli sui Sede Præsulem collocavit, qui & recta sentire de Incarnationis dominicæ sacramento, & eadem potestis rectius custodire.

CAP. II. Synodus Mediolanensis provinc. Admonitis ergo fratribus & Coepiscopis meis, habitoque conventu, vestrarum formam tenuimus litterarum. Nam 6 recensita epistola Beatitudinis vestræ in Sacerdotum Domini Concilio, quam sanctus frater & Coepiscopus noster *Abundantius*, & Compresbyter meus 7 *Senator* detulerant, agnitaque eorum narratione, sicut scripta vestra signaverant, D A rerum gestarum ordine continuo 8 requisita est recitataque epistola, quam fidei assertione plene digestam, ad Orientem dudum Sanctitas vestra transmiserat, quæ ad nos ex vestra ad monitione, sancto fratre & Coepiscopo nostro 9 *Ceretio* mutuante pervenit. Italia Gallis mutuantur Ep. S. Leonis. Claruit eam plena fidei simplicitate fulgere, Prophetarum etiam assertionibus, evangelicis auctoritatibus, & apostolicæ doctrinæ testimoniis, nitore quodam lucis 10 ac veritatis splendore radiare, omnibusque sensibus convenire, quos beatus 11 *Ambrosius*, de Incarnationis dominicæ mysterio suis libris Spiritu sancto excitatus B inseruit.

CAP. III. Synodus Mediolanensis quantum detulerit auctoritati Papæ. Et quia omnia majorum fidei nobis antiquitus traditæ tota puritate conveniunt, Domine sancte & beatissime Pater, placuit omnibus, quorum subscriptio subter annexa nomina poterit declarare, ut eos, qui impie de Incarnationis dominicæ sacramento sentiunt, quamvis intellectus sui pravitate a catholicæ fidei veritate recedentes, seipsos dignos abjectione fecerint, suo etiam consensu, auctoritatis vestræ præcedente sententia, damnatione congrua persequendos. Litterarum ergo vestrarum formam secuti, modum præscriptæ ordinationis nos servasse, his per fratrem & Coepiscopum 12 nostrum *Cyriacum* missis 13 ostendimus. Præscriptum modum servat. Superest, ut annuente Domino perfectis rebus, palmam fidei & consummati certaminis coronam quiete perpetua retinentes, hoc futuris memorabile sæculis relinquatis, ut ob hoc extitisse præsenti tempore impiæ sectæ contumacia videatur, ut vobis propugnatoribus in æternum prostrata succumberet. *Et alia manu:* Incolumem Beatitudinem tuam summa Divinitas 14 tueatur atque custodiat, Domine sancte ac beatissime Pater.

Eusebius 15 Episcopus Mediolanensis Ecclesiæ

BALLER. NOTÆ.

1 Exstat hæc synodica in MSS. collect. V. XI. XXI. XXII. & XXIII.

2 In tabula coll. V. c. 56. & paullo dissimiliter in aliis aliarum collectionum codd. & editis loco Synopsis additur: *per quam fidei ejus, quam ad Orientem direxerat, asserendo cum aliis Episcopis consensit atque subscripsit.*

3 Abundio scilicet Episcopo Comensi, qui *Abundantius* in hac epistola & subscriptionibus vocatur, & Senator Presbyter, qui in Orientem missi mense Julio an. 450. ex epistola 69. Romam reversi fuerant mense Junio ann. 451. ex epistola 83. c. 1. Ut autem æquum tempus detur moræ istorum in Urbe, itineri Mediolanum, & coitioni Synodi, cui Abundius, seu Abundantius Comensis, nomine etiam Asinionis Curiensis subscribens, intermedio tempore Comum revisisse potuerit, & hac occasione vidisse Asinionem finitimum Episcopum, qui ei suam vicem delegavit: ut, inquam, his omnibus æquum tempus detur, hæc epistola mense Augusto, vel Septembri scripta videtur.

4 Vocem *fidei* Quesnellus expunxit, qui eam deesse reperit in duobus Thuaneis, & uno Cantabrigensi: eo quod de Ecclesia, non autem de fide, Eusebius loqui eidem videretur. Quamvis autem eam vocem pariter omitti reperimus in Vat. coll. XI. cum tamen eam nacti simus in aliis codicibus ac præsertim in Vindebon. antiquissimæ collectionis v. ad quam pertinent duo codd. Thuan. & Trecopithœanus, ab eodem Quesnello laudati not. 1. reponendam censuimus; cum præsertim de fide Incarnationis sermonem esse sequentia demonstrent.

5 Ita Quesnellus, & nostri codd. vindebon. coll. v. & Vat. coll. XI. Ceteri editi cum mss. coll. XXI. *viros*.

6 Vulgati *recensens epistolam*, qui nominativus suspensus remanet. Necessariam correctionem suppeditavit Vindebon. collect. v.

7 Vide not. 2. Quesn.

9 Ita melius ex eodem Vindebon. coll. v. & Vat. coll. XI. quam in vulgatis *requisita recitataque*.

9 Vulgati Quesnello anteriores cum uno Vat. coll. XXI. *Cyriaco*. Vat. coll. XI. *Ceritio*. Ceteri codd. *Ceretio*. Vide not. 3. Quesnelli. Mox *plenam* in antiquis editionibus nullo nostro codice suffragante.

10 Editiones Leonis ante Quesn. cum mss. coll. XXI. *ad veritatis splendorem*.

11 Vide not. 4. Quesn. Post pauca pro *mysterio* in Vindebon. coll. v. prima manu scriptum fuit *sacramento*.

12 Editi *meum* cum uno ms. coll. XXI. Ceteros non tam ejusdem collectionis codices, quam alios collect. v. & XI. secuti sumus.

13 Editi Leonis ante Quesn. vitiata lectione: *ostendimus superesse, ut annuente Domino perpetue retinentes, hoc futuris memorabiles sæculis relinquatis, ut ab hoc tempore præsenti extincta impiæ sectæ contumacia videatur, ut novis purgationibus in æternum prostrata succumberet.* Idem est in nonnullis mss. coll. XXI. hac varia transpositione vocum *ut ab hoc extincta præsenti tempore.* Alii tamen hujus collectionis codices, nec non Ottob: coll. XXIII. habent: *Superest... ut ab hoc tempore extincta præsenti* (al. *præsentis*) *impiæ sectæ contumacia* &c. Editiones Conciliorum supplent ut in textu; & solum in fine periodi habent: *ut ab hoc tempore præsenti extincta impiæ sectæ contumacia videatur, ut vobis propugnatoribus in æternum prostrata videretur.* Melior & congruentiot visa est Quesnelli emendatio ex mss. Thuan. & Trecopith. antiquissimæ collect. v. a nobis pariter inventa in præstanti ms. Vindebon. ejusdem collectionis, ad quam accedunt Vat. Ottobon. 93. & Vat. 3791. antiquæ collect. XI. in quibus solum pro *exstitisse* per errorem *extincta se* scriptum fuit. Hinc eamdem retinuimus; & solum ex prædicto Vindebon. coll. v. *propugnatoribus* scripsimus pro eo, quod apud Quesn. editum fuit *pugnatoribus*.

14 Vulgati Leonis cum mss. coll. XXI. *adornet*.

15 Vide not. 6. Quesnelli, cui, dum ordinem Episcoporum ab editis Leoninis diversum ex suis mss. instituit, nostri etiam codices favent.

ſiæ, in omnia ſupra ſcripta conſenſi & ſubſcripſi: Anathema dicens his, qui de Incarnationis dominicæ ſacramento impia ſenſerunt.

Ego *Faventius* Epiſcopus Regienſis Eccleſiæ, in omnia ſupra ſcripta conſenſi & ſubſcripſi: Anathema dicens his, qui de Incarnationis dominicæ ſacramento impia ſenſerunt.

Ego *Majorianus* Epiſcopus Eccleſiæ Placentinæ, in omnia ſupra ſcripta conſenſi & ſubſcripſi: Anathema dicens his, qui de Incarnationis dominicæ ſacramento impia ſenſerunt.

Ego *Cyprianus* Epiſcopus Eccleſiæ 16 Brixillianæ, in omnia ſupra ſcripta conſenſi & ſubſcripſi: Anathema dicens his, qui de Incarnationis dominicæ ſacramento impia ſenſerunt.

Ego 17 *Quintus* Epiſcopus Eccleſiæ Dertonenſis, in omnia ſupra ſcripta conſenſi & ſubſcripſi: Anathema dicens his, qui de Incarnationis dominicæ ſacramento impia ſenſerunt.

Ego *Criſpinus* Epiſcopus Eccleſiæ Ticinenſis, in omnia ſupra ſcripta conſenſi & ſubſcripſi: Anathema dicens his, qui de Incarnationis dominicæ ſacramento impia ſenſerunt.

Ego 18 *Florejus* Presbyter, juſſus a præſente ſancto *Eulogio* Epiſcopo meo Eccleſiæ Iporienſis, quia ipſe propter infirmitatem ſubſcribere non poteſt, ſubſcripſi ad omnia ſupra ſcripta, eo conſentiente, & Anathema dicente his, qui de Incarnationis dominicæ ſacramento impia ſenſerunt.

Ego *Maximus* Epiſcopus Eccleſiæ Taurinatis, in omnia ſupra ſcripta conſenſi & ſubſcripſi: Anathema dicens his, qui de Incarnationis dominicæ ſacramento impia ſenſerunt.

Ego 19 *Gratus* Presbyter, directus ab Epiſcopo meo *Euthaſio* Eccleſiæ Auguſtanæ, vice ipſius in omnia ſupra ſcripta conſenſi & ſubſcripſi: Anathema dicens his, qui de Incarnationis dominicæ ſacramento impia ſenſerunt.

Ego *Cyriacus* Epiſcopus Eccleſiæ 20 Laudenſis, in omnia ſupra ſcripta conſenſi & ſubſcripſi: Anathema dicens his, qui de Incarnationis dominicæ ſacramento impia ſenſerunt.

Ego 21 *Abundantius* Epiſcopus Eccleſiæ Comenſis, in omnia ſupra ſcripta conſenſi, & pro me, & pro abſente ſancto fratre meo *Aſinione*, Epiſcopo Eccleſiæ Curienſis, 22 primæ Rhætiæ, ſubſcripſi: Anathema dicens his, qui de Incarnationis dominicæ ſacramento impia ſenſerunt.

Ego *Paſchaſius* Epiſcopus Eccleſiæ Genuenſis, in omnia ſupra ſcripta conſenſi & ſubſcripſi: Anathema dicens his, qui de Incarnationis dominicæ ſacramento impia ſenſerunt.

Ego *Paſtor* Epiſcopus Eccleſiæ Aſtenſis, in omnia ſupra ſcripta conſenſi & ſubſcripſi: Anathema dicens his, qui de Incarnationis dominicæ ſacramento impia ſenſerunt.

Ego 23 *Simplicianus* Epiſcopus Eccleſiæ Novarienſis, in omnia ſupra ſcripta conſenſi & ſubſcripſi: Anathema dicens his, qui de Incarnationis dominicæ ſacramento impia ſenſerunt.

Ego *Joannes* Epiſcopus Eccleſiæ Cremonenſis in omnia ſupra ſcripta conſenſi & ſubſcripſi: Anathema dicens his, qui de Incarnationis dominicæ ſacramento impia ſenſerunt.

Ego 24 *Optatianus* Epiſcopus Eccleſiæ Brixianæ, in omnia ſupra ſcripta conſenſi & ſubſcripſi: Anathema dicens his, qui de Incarnationis dominicæ ſacramento impia ſenſerunt.

Ego 25 *Juſtianus* Epiſcopus Eccleſiæ Vercellenſis, in omnia ſupra ſcripta conſenſi & ſubſcripſi: Anathema dicens his, qui de Incarnationis dominicæ ſacramento impia ſenſerunt.

Ego 26 *Quintius* Epiſcopus Eccleſiæ Albigaunenſis, in omnia ſupra ſcripta conſenſi & ſubſcripſi: Anathema dicens his, qui de Incarnationis dominicæ ſacramento impia ſenſerunt.

Ego 27 *Præſtantius* Epiſcopus Eccleſiæ Bergomatis, in omnia ſupra ſcripta conſenſi & ſubſcripſi: Anathema dicens his, qui de Incarnationis dominicæ ſacramento impia ſenſerunt.

AD-

BALLER. NOTÆ.

16 Ita cod. Vindebon. collect. v. ad quem accedunt mss. collect. xi. & xxi. in quibus legitur *Briſſillanæ* Vulg. *Brixellenſis*.

17 Quædam editiones *Quintinus*.

18 In editis ante Queſn. hæc ſubſcriptio, Maximi ſubſcriptionem ſequitur; & diſcrepant ſequentia: *quia ipſe propter infirmitatem ſubſcribere non potuit, in omnia ſubſcripta conſenſi & ſubſcripſi, anathema dicens his* &c. In folio Trecopithœano coll. V. pro *Florejus* habetur *Florentius*. Vat. coll. XI. pro *Iporienſis* habet *Eporæ* in marg. edit. Labbei *Eporegiæ*.

19 *Gradus* vocatur in cod. Vat. coll. XI. & in editis ante Queſn. *Gerardus* in marg. Concilior. Pro *Euthaſio* in Vindebon. coll. V. & in Vat. coll. XI. nec non in marg. Concil. *Euſtaſio*.

20 Editi *Laodenſis*. Emendavimus ex Vat. coll. XI.

21 Hæc ſubſcriptio unica in omnibus noſtris codicibus & apud Queſnellum, in anterioribus editionibus dividebatur in duas, quarum altera *Abundantius* pro ſe, altera pro *Aſimone* (ſic enim ille) ſubſcripſit. Queſnellus hunc Abundantium Comenſem ſuſpicatur alium ab Abundio, qui cum Senatore apoſtolicæ Sedis Legationem geſſit in Oriente, quique a legatione reverſus Leonis epiſtolam ad Euſebium attulit, adeo ut Abundium nec Comanſem Epiſcopum dicere neceſſe ſit, nec Concilio Mediolanenſi interfuiſſe. Tota ejus ratio in eo ſita eſt, quod Legatus Leonis in omnibus documentis vocatur *Abundius*, e contra vero hic in omnibus MSS. quæ vidit, & ſimiliter in noſtris ſubſcribitur *Abundatius*. At non tam in ſubſcriptione hic *Abundantius* dicitur, verum etiam in epiſtolæ textu, ubi cum de Legato Leonis, qui cum Senatore ex Oriente rediit, ipſo Queſnello non diffitente, ſermo ſit; idem eſſe cognoſcitur hic Abundantius, ac qui Abundius in Leonis epiſtolis vocatur, & cum Senatore quidem altero Legato jungitur. Cum vero hi cap. 1. dicantur reverſi a Legatione Orientali, ſicut Senator Eccleſiæ Mediolanenſis Presbyter fuit, ita Abundius ſeu Abundantius provinciæ Mediolanenſis Epiſcopus agnoſcendus eſt. Abundii quidem nomine Eccleſia Comenſis hunc veneratur. Concilio autem Mediolanenſi eumdem interfuiſſe illa verba epiſtolæ c. 2. oſtendunt, *agnitaque eorum narratione*, quæ præſentem indicant.

22 Voces *primæ Rhætiæ* a Queſn. inductæ ex ſuis codd. leguntur etiam in noſtris.

23 Editi *Simplicius*. Emendavimus ex omnibus noſtris codicibus, quibus addendi ſunt etiam tres a Queſnello in notis memorati.

24 Editi ante Queſn. *Octavianus*. Vindebon. *Obtinianus*. In ſermone autem Ramperti Epiſcopi Brixiæ de S. Philaſtrii translatione, ubi hujus ſucceſſores recenſentur, *Optatianus* appellatur.

25 Ita noſtri veteres libri excepto uno Vat. 546. coll. XXI. qui cum nonnullis vulgatis habet *Juſtinianus*. Eumdem forte codicem pro *Juſtiniani* nomine allegavit Ferrerius in libro de Epiſcopis Vercellenſibus.

26 Sic editi cum Vindebon. coll. V. & codd. coll. XXI. Vat. coll. XI. *Quintus*. Unus Thuan. Queſnelli *Quintianus*, alius Cantabrig. *Quintinus*.

27 Cod. Cantabrig. Queſn. *Priſtinus*. In marg. Concil. *Præſtius*.

☞ ADMONITIO

In epistolam sequentem.

1 QUesnellus præstantissimam epistolam seu relationem Synodi Calchedonensis ad S. Leonem græce & latine inter Leonis opera primus inseruit, ut in editionibus Conciliorum exhibetur; nullo tamen codice vel Græco, vel Latino usus est. Nos Græcum textum, qui est originalis, cum duobus MSS. Venetis S. Marci 164. & 555. recensuimus. Quoad Latinum vero, duplex hujus relationis Latina versio habetur. Quesnellus eam unam dedit, quæ primum vulgata a Crabbo, in ceteras Conciliorum editiones transivit. At alia exstat interpretatio vetustior, quippe quæ paullo post ipsum Calchedonense Concilium exarata fuit, & ex qua Vigilius Papa in Constituto testimonium allegavit. Hanc primus edidit Baluzius. In tribus tantum codicibus adhuc inventa est, nimirum in Parisiensi, in Vaticano Reginæ Svecorum, & in alio Vat. 1322. Hic autem postremus codex, qui quondam fuit Veronensis Ecclesiæ, eo præstantior est, quod quamplures subscriptiones Patrum nobis conservavit, quæ in ipso originali Græco desiderantur. Nobis sane, qui hanc versionem haud omittendam credidimus, istum codicem accuratius relegere non inutile fuit.

2 Altera versio recentior Rusticum Romanæ Ecclesiæ Diaconum habet auctorem. Hanc enim ille adnotationem præfixit, quæ in puris Rustici exemplaribus & in editione Crabbi legitur. *Relationes sanctæ Synodi ex codice Acumitensi Græco in Latinum transtuli ego ipse.* Et in fine ipsius relationis hæc ejusdem adnotatio subjicitur: *Scripsi pridie Kal. Aprilis, feria tertia, Indictione XIII.* quæ indictio in aliis pariter adnotationibus constanter signata, si ad illud tempus referenda sit, quo Rusticus in Oriente versabatur, convenit cum solo anno 550. quidquid sit de die vel feria, in quibus non minus hic, quam alibi difficultates occurrunt. Romani Conciliorum editores has adnotationes a Crabbo editas submoverunt, propterea quod eas Rustici esse ignorarunt. In quo excusandi sunt, quippe nullum purum & integrum Rustici codicem, qui ejusdem Rustici adnotationes exhibeat, repererunt. Nos enim, qui codices Latinos collectionis Calchedonensis Romæ diligenter inquisivimus, ex quinque Vaticanis 1321. 1322. 1323. 4166. & 5405. quos Romani editores potuerunt expendere, nullum purum Rustici invenimus. Solus autem Chigianus 483. purus & integer est, qui tamen post editionem Romanam Alexandro VII. Pontifice indeptus fuit. In ipsa vero Rustici versione emet danda Baluzius duobus MSS. Rustici usus est, Corbejensi & Divionensi. Tria alia exemplaria nos adhibuimus, Chigianum laudatum, Vat. 1323. & antiquissimum Veronensis Capituli signatum num. 57. Hanc interpretationem uti Græco magis cohærentem e regione Græci originalis dalimus: dein antiquiorem cum subscriptionibus subjiciemus.

3 Hic vero præmonendum est, editores Romanos, & ex iisdem Quesnellum interpretationi Rustici affixisse in margine nonnullas lectiones ex Græco accuratius redditas, quæ a nobis in adnotationibus non omittentur; ac præterea alias lectiones nonnumquam adjecisse, quas cum ex antiquiori versione codicis Vaticani 1322. sumptas deprehenderimus, prætermittendas credidimus: satis enim ex ipsa antiqua versione, quæ subjicietur, elici poterunt.

4 Quoad tempus hujus relationis, quod in omnibus & Græcis & Latinis codicibus deest, pauca. Cum ultima Concilii actio habita sit Kal. Novembris an. 451. hac eadem die, vel paullo post hæc ad Leonem relatio, antequam Synodi Patres dimitterentur, scripta fuit.

EPISTOLA XCVIII.*

* Al. post ep. LXXVII. Quæ autem erat 98. nunc 125. Initio Novemb. an. 451.

Sanctæ SYNODI Calchedonensis

Ad sanctissimum Papam Romanæ Ecclesiæ LEONEM

De gestis in Synodo.

SYNOPSIS.

I. *Leonem Synodus laudat vocis B. Petri omnibus constitutum interpretem, quem in suis Legatis præfuisse declarat.*
II. *De Dioscori Alexandrini Tyrannide & impiis gestis.*
III. *Quid circa eum actum sit, ac de definitione fidei.*
IV. *Canonis de prærogativa Sedis Constantinopolitanæ edendi caussam exponit, & confirmationem petit.*

Interprete Ruſtico diacone.

* Sancta & magna & univerſalis *Synodus*, quæ per gratiam Dei & ſanctionem piiſſimorum & amatorum Chriſti Imperatorum noſtrorum collecta eſt in Calchedonenſium Metropoli Provinciæ Bithyniæ, ſanctiſſimo & beatiſſimo Romanorum Archiepiſcopo *Leoni*.

CAP. I. *Pſ. 125.*

R*Epletum eſt gaudio os noſtrum, & lingua noſtra exultatione*. Hanc tamquam propriam nobis prophetiam gratia coaptavit, a quibus 1 pietatis eſt reſtitutio confirmata. Quid enim fide ſublimius ad lætandum? Quid agnitione dominica feſtivius 2 ad coronas, quam nobis olim Salvator ipſe tradidit ad ſalutem, inquiens: *Euntes, docete omnes gentes, baptizantes eos in nomine Patris, & Filii, & Spiritus ſancti; docentes eos ſervare omnia quæcumque mandavi vobis*. (*Matth. 28.*) Quam veluti auro textam 3 ſeriem, ex præcepto legislatoris venientem uſque ad nos, ipſe ſervaſti, vocis beati Petri omnibus conſtitutus interpres, 4 & ejus fidei beatificationem ſuper omnes adducens. Unde & nos, quippe 5 ut inchoatore bonorum te ad utilitatem utentes, Eccleſiæ filiis hereditatem ſortemque veritatis oſtendimus, non ſingillatim 6 faciente in occulto unoquoque doctrinam, ſed uno ſpiritu, una conſpiratione atque concordia confeſſionem fidei declarantes: & eramus in communi 7 corona gaudii, quaſi in imperialibus cœnis, deliciis ſpiritualibus epulantes, quas per tuas litteras Chriſtus præparaverat invitatis, & ſupercæleſtem ſponſum inter nos converſantem nos cernere putabamus. Si enim ubi ſunt duo aut tres congregati in nomine ejus, 8 ibi ſe in medio eorum fore perhibuit; (*Matth. 18.*) quantam 9 circa Sacerdotes peculiaritatem potuit demonſtrare, qui & patriæ & labori ſuæ confeſſionis notitiam prætulerunt? Quibus tu quidem, ſicut membris caput, præeras in his qui 10 tuum tenebant ordinem benevolentiam præferens. Imperatores vero 11 fideles ad ornandum decentiſſime præſidebant, ſicut 12 Zorobabel Jeſu, Eccleſiæ, tamquam Jeruſalem, ædificationem renovare circa dogmata 13 invitantes. (*Eſdr. 3.*)

CAP. II.

Et fuerat utique adverſarius tamquam be-

A Ἡ ἁγία, καὶ μεγάλη, καὶ οἰκουμενικὴ σύνοδος ἡ κατὰ Θεοῦ χάριν, καὶ θέσπισμα τῶν εὐλαβεστάτων καὶ φιλοχρίστων ἡμῶν βασιλέων συναχθεῖσα ἐν τῇ Χαλκηδονέων μητροπόλει τῆς Βιθυνῶν ἐπαρχίας, τῷ ἁγιωτάτῳ, καὶ μακαριωτάτῳ τῆς Ρωμαίων ἀρχιεπισκόπῳ Λέοντι.

ἘΠΛΗΣΘΗ χαρᾶς τὸ σόμα ἡμῶν, καὶ ἡ γλῶσσα ἡμῶν ἀγαλλιάσεως· ταύτην ὡς οἰκείαν ἡμῖν ἡ χάρις τὴν προφητείαν ἐφήρμοσεν. οἷς τὸ τῆς εὐσεβείας ἐβεβαιώθη κατόρθωμα. τί γὰρ πίστεως πρὸς εὐφροσύνην ἀνώτερον; τί τῆς δεσποτικῆς γνώσεως πρὸς χορείαν φαιδρότερον; ἣν αὐτὸς (*Ψαλ. 125*) B ἄνωθεν ὁ σωτὴρ πρὸς σωτηρίαν ἡμῖν παρέδωκε, φήσας, πορευθέντες, μαθητεύσατε πάντα τὰ ἔθνη, βαπτίζοντες αὐτοὺς εἰς τὸ ὄνομα τοῦ πατρὸς, καὶ τοῦ υἱοῦ, καὶ τοῦ ἁγίου πνεύματος, διδάσκοντες αὐτοὺς τηρεῖν πάντα ὅσα ἐνετειλάμην ὑμῖν. (*Ματθ. 28*) ἣν αὐτὸς ὥσπερ χρυσῆν σειρὰν τῷ προστάγματι τοῦ θεμένου κατηγομένην εἰς ἡμᾶς διεφύλαξας, πᾶσι τῆς τοῦ μακαρίου Πέτρου φωνῆς ἑρμηνεὺς a καθιστάμενος, καὶ τῆς ἐκείνου πίστεως τοῖς πᾶσι μακαρισμὸν ἐφελκόμενος· ὅθεν καὶ ἡμεῖς ὡς ἀρχηγῷ σοι τοῦ καλοῦ πρὸς ὠφέλειαν χρησάμενοι, τῆς ἀληθείας τοῖς τῆς ἐκκλησίας τέκνοις τὸν κλῆρον ἐδείξαμεν, οὐ καθ' ἕνα ἕκαστος ἐν παραβύστῳ τὴν διδασκαλίαν ποιούμενοι, ἀλλὰ κοινῷ C πνεύματι, μιᾷ συμπνοίᾳ καὶ ὁμονοίᾳ τῆς πίστεως τὴν ὁμολογίαν γνωρίσαντες. καὶ ἦμεν ἐν κοινῇ χορείᾳ, τοῖς πνευματικοῖς, ὡς ἐν βασιλικοῖς δείπνοις, ἐντρυφῶντες ἐδέσμασιν, ἅπερ διὰ τῶν σῶν γραμμάτων ὁ Χριστὸς τοῖς εὐωχουμένοις ηὐτρέπισε· καὶ τὸν ἐπουράνιον νυμφίον ἐν ἡμῖν ὁρᾶν ἐδοκοῦμεν ἐνδιαιτώμενον. εἰ γὰρ ὅπου εἰσὶ δύο, ἢ τρεῖς, συνηγμένοι εἰς τὸ αὐτοῦ ὄνομα, ἐκεῖ ἔφη εἶναι ἐν μέσῳ αὐτῶν, πόσην περὶ πεντακοσίους εἴκοσιν ἱερέας τὴν οἰκείωσιν ἐπεδείκνυτο, οἳ καὶ πατρίδος, καὶ πόνου, τῆς εἰς αὐτὸν ὁμολογίας τὴν γνῶσιν προέθηκαν; ὧν σὺ μὲν, ὡς κεφαλὴ μελῶν, ἡγεμόνευες ἐν τοῖς τὴν σὴν τάξιν ἐπέχουσι, τὴν b εὔνοιαν ἐπιδεικνύμενος. βασιλεῖς δὲ πιστοὶ πρὸς εὐκοσμίαν ἐξῆρχον, ὡς Ζοραβάβελ τῷ (Ἰησοῦ, τῆς ἐκκλησίας, καθάπερ) Ἱερουσαλὴμ, D τὴν ἐν τοῖς δόγμασιν οἰκοδομίαν ἀνανεοῦν προθυμούμενοι. καὶ ἦν ἂν ὁ ἀντικείμενος ὡς θὴρ ἔξω τῆς μάνδρας

BALLER. NOTÆ.

a E duobus MSS. Ven., nempe 555. & 164. hoc inſigne ſupplementum eruimus. Mutile in vulgatis, *καθιςάμενος ὅθεν*, &c.

b Uterque MS. Venet. *εὐβουλίαν*.

c MS. Ven. primus, *καὶ ἐν ἁγίοις*.

1 Editores Romani ex Græco: *pietas egregio confirmata eſt opere*.

2 Iidem ex Græco *ad choreas*.

3 Ex Græco *catenam*. Mox vulgati *ex veſte Chriſti & præcepto legislatoris*. Voces *veſte Chriſti &* perperam inſertas & a Græco originali alienas expunximus auctoritate optimi cod. Veronen. 57. Notavit hoc loco Baluzius in mss. Corb. & Divion. legi *ex veſtem χρυσῆν σειρὰν præcepto*. Hinc ortum putat aliorum librariorum, vel editorum errorem, quia non animadverterunt eſſe verba Græca, quæ reſpondent his verbis *auro textam ſeriem*.

4 Conjunctionem & adjecimus ex noſtris & Baluzii codd.

5 Ex Græco: *tamquam boni duce & auctore ad communem utilitatem utentes*.

6 Item ex Græco *quiſque in abdito docentes*.

7 Græc. *chorea*: & paullo poſt *convivantibus* pro *invitatis*.

8 Codd. Baluzii *ipſe in medio*.

9 Ita omnes codices hujus verſionis tum noſtri, tum Baluzii, nec non editiones ante Romanam: in qua ex Græca & ex antiqua verſione ſuppletum fuit *circa quingentos viginti Sacerdotes*.

10 Ex Græco *tuas vices gerebant*.

11 Vox *fideles* deeſt in duobus codd. Baluzii, & in noſtro Chigiano, qui integram editionem Ruſtici continent. At legitur in Veron. 57. & Vat. 1323. qui Ruſtici ſane codices ſunt, at adnotationes ejus prætereunt, & in nonnullis aliis quoad ordinem diſcrepant. Mox pro *ornandum*, quod ex codd. & editionibus ante Romanam reſtituimus, hæc & ſequentes præferunt *ordinandum*.

12 Ita omnes codices. Vulgati *Zorobabel & Jeſus*.

13 Editi *annitentes*. *Et erat utique*. Codices ſecuti ſumus.

μάνδρας καθ' ἑαυτὸν ὠρυόμενος, οὐδένα ἔχων λαβεῖν, εἰ μὴ ἑαυτὸν αὐτῷ πρὸς θήραν ὁ τῆς Ἀλεξανδρέων πάλαι γενόμενος ἐπέρριψε πρόεδρος· ὃς πολλὰ πρότερον εἰργασμένος δεινὰ, ἀπέκρυψε τοῖς δευτέροις τὰ πρότερα· τόν τε γὰρ μακάριον ἐκεῖνον C τὸν ἐν ἁγίοις τῆς Κωνσταντινουπόλεως ποιμένα Φλαβιανὸν, τὴν Ἀποστολικὴν προϊσχόμενον πίστιν, καὶ τὸν θεοφιλέστατον ἐπίσκοπον Εὐσέβιον, παρὰ πᾶσαν τὴν τῶν κανόνων ἀκολουθίαν καθεῖλε. καὶ τὸν ἐπὶ δυσσεβείᾳ κατακεκριμένον Εὐτυχῆ, ταῖς τῆς τυραννίδος αὐτοῦ ψήφοις ἠθώωσε. καὶ τὴν παρὰ τῆς ὑμῶν ὁσιότητος, d ὡς παρ' ἀναξίου τῆς χάριτος, ἀφαιρεθεῖσαν ἀξίαν ἀπέδωκε· καὶ ὡς μονιὸς ἄπαξ ἄγριος ἐπιπεσὼν τῇ ἀμπέλῳ, ἣν μὲν ἀρίστην εὗρε B φυτείαν, ἀνέτρεψεν· ἣν δὲ ὡς ἄκαρπον, ἐρριμμένην, εἰσήγαγε· καὶ τοὺς μὲν τὰ ποιμένων φρονοῦντας ἀπέτεμε, τοὺς δὲ λύκους ἀποδεδειγμένους, τοῖς προβάτοις ἐπέστησε· καὶ πρὸς τούτοις ἅπασιν, ἔτι καὶ κατ' αὐτοῦ τοῦ τῆς ἀμπέλου τὴν φυλακὴν παρὰ τοῦ σωτῆρος ἐπιτετραμμένου τὴν μανίαν ἐξέτεινε· λέγομεν δὴ τῆς σῆς ὁσιότητος, καὶ ἀκοινωνησίαν κατὰ τοῦ τὸ σῶμα τῆς ἐκκλησίας ἑνοῦν σπουδάσαντος ἐμελέτησε. καὶ δέον ἐπὶ τούτοις μετανοῆσαι, δέον δάκρυσιν αἰτῆσαι τὸν ἔλεον, ὡς ἐπὶ σεμνοῖς ἐπεγάλλετο, e τὴν μὲν ἐπιστολὴν τῆς σῆς ὁσιότητος διαπτύον, πᾶσι δὲ τοῖς τῆς ἀληθείας δόγμασιν ἀνθιστάμενος. καὶ ἔδει μὲν αὐτὸν εὐθὺς ἑαυτὸν ἐφ' ἧς ἔταξε, C καταλεῖψαι μερίδος. ἐπειδὴ δὲ τοῦ σωτῆρος τὴν μαθητείαν f ἐπαγγελλόμεθα, ὃς πάντας ἀνθρώπους θέλει σωθῆναι, καὶ εἰς ἐπίγνωσιν ἀληθείας ἐλθεῖν, ἔργῳ ταύτην ἐπ' αὐτῷ κυρῶσαι τὴν φιλανθρωπίαν ἐσπουδάσαμεν· καὶ g πρὸς κρίσιν ἀδελφικῶς ἐκαλοῦμεν, οὐχ ὡς ἀποτέμνειν πειρώμενοι, ἀλλ' ἀπολογίας αὐτῷ χώραν πρὸς ἰατρείαν παρέχοντες. καὶ ηὐχόμεθα κρείττονα φανῆναι ταῖς ποικίλαις αὐτὸν γραψαμένων αἰτιάσεσιν, ἵνα φαιδροὶ φαιδρῶς τὸν σύλλογον διαλύσαντες, ἐν μηδενὶ πλεονεκτηθῶμεν ὑπὸ τοῦ σατανᾶ. h ἀλλ' οὗτος ἔγγραφον ἐν ἑαυτῷ τοῦ συνειδότος ἔχων τὸν ἔλεγχον, τῇ παραιτήσει D τῆς κρίσεως ταῖς κατηγορίαις συνέθετο. καὶ τὰς ἐνθέσμους τρεῖς ἐπ' αὐτῷ γενομένας κλήσεις παρώσα-

A stia extra caulas apud semetipsum rugiens nullum prævalens capere, nisi semetipsum ei ad capiendum injecisset is, qui Alexandrinorum quondam Pontifex fuit. Qui multa prius 14 pessima operatus, supervicit priora sequentibus. Nam beatum illum inter sanctos Constantinopolis pastorem *Flavianum*, apostolicam proferentem fidem, & 15 Deo amicissimum Episcopum *Eusebium*, præter omnem canonum consequentiam deposuit atque damnavit; 16 & Eutychen pro impietate damnatum, suæ tyrannidis decretis innoxium statuit; & dignitatem, quæ a vestra illi ablata fuerat Sanctitate (quippe ut ab eo qui hac gratia erat indignus) ille *Psal.* 79.
B restituit; & in summa, sicut singularis ferus, in vineam irruens, quam 17 optimam reperit plantationem, evertit; 18 quam vero, quippe ut infructuosam, eradicatam, rursus induxit: & eos quidem qui ea quæ pastorum sunt, sapiunt, abscidit; eos vero, qui lupi 19 demonstrati sunt, super oves imposuit. Et post hæc omnia, insuper & contra ipsum, cui vineæ custodia a Salvatore commissa est, extendit insaniam, id est contra tuam quoque 20 dicimus Sanctitatem; & excommunicationem meditatus est contra te, qui corpus Ecclesiæ unire festinas. Et dum de talibus pœnitere eum potius oporteret, dum deberet misericordiam
C lacrymis postulare, tamquam 21 de factis sobriis exultabat, epistolam quidem tuæ respuens Sanctitatis, omnibus vero dogmatibus veritatis adversans.

CAP. III.

Et quidem oportebat eum mox inter illos, 22 in quorum se ipse statuit parte, relinquere. Quoniam vero Salvatoris profitemur nos esse discipulos, *qui omnes homines salvos fieri vult*, 23 *& ad cognitionem veritatis accedere*; opere hanc in eo misericordiam festinavimus confirmare, & eum cum fraterna mansuetudine ad judicium vocabamus, non quasi tentantes abscindere, sed excusationis 24 ei locum salvandi caussa tribuentes: & orabamus eum declarari
D victorem contra eos, qui eum diversis accusationibus inscribebant, ut festi celebri lætitia Concilium consummantes, in nullo supera-

1. *Tim.* 2.

BALLER. NOTÆ.

d Ita legere placuit cum utroque MS. Ven., consentiente ad amussim Latina versione, quæ habet, *quippe ut ab eo qui ab hac gratia erat indignus*. In vulg. ὥσπερ ἀναξίου.

e Ambo MSS. Venet. τῆς μὲν ἐπιστολῆς, &c.

f Male in utroque MSS. Ven. ἐπαγγελλόμενος.

g MSS. Ven. ambo πρὸς κλῆσιν.

h Sic emendavimus ex utroque MS. Ven., non renuente Latina versione, ubi habetur: *ille in semetipso inscriptam convictionem conscientiæ habens*. In vulg. ἀλλ' οὕτως ἐν ἑαυτῷ ἄκραντον τοῦ συναδόντος, &c. E regione autem verbi ἄκραντον in marg. edit. Rom. adnotatur ἔγγραπτον.

14 Sic mss. Editiones post Romanam *pessime operatus, priora sequentibus superavit*. In anterioribus autem editionibus *pessime operatus supervicit: priora sequentibus superavit*: ubi vox *superavit* glossema est, quod in textum irrepsit, ut probe animadvertit Baluzius.

15 Ita veteres libri. Editi *Deo amantissimum*.

16 Conjunctionem *&*, quæ in mss. Baluzii atque in Chig. nec in antiquis editionibus desideratur, retinuimus, eo quod legitur in Veronen. & Vaticano, sicut etiam in Græco.

17 Veteres editiones *optime reperit plantatam*. Quesnellus ex editione Romana *optimam reperit plantationem*, & in margine *plantam*, quam lectionem ex codd. prætulimus.

18 Vulgati *quam vero infructuosam*. Voces *quippe ut* ex codd. adjecimus.

19 Editores Romani ex Græco *manifesti erant*.

20 Editi pro voce *dicimus*, quam ex mss. inseruimus, habent *apostolicam*.

21 Editi *de bonis male sobrius exultabat*. Codd. duo Baluzii & totidem nostri *defectis sobriis exultabat*: ubi haud dubie *de factis* legendum pro *defectis*. Vat. 1323. *de factis propriis*.

22 Duo codd. Baluzii, & unus noster *ut quorum*. Veteres editiones *ut in quorum*. Vat. 1323. *ex quorum*. MS. Veron. ut in textu. 23 Ita codices & editiones antiquæ. Romani *&* *ad agnitionem*.

24 Editores Rom. ex Græco in margine: *ei locum ut mederemur tribuentes: & optabamus illis superiorem evadere, qui eum diversis criminibus accusabant*; & prosequuntur in textu: *ut festiva celebrique lætitia Concilium dimittentes, in nullo superaremur a satana*. Codicum lectionem recepimus.

peraremur a ſatana. Sed ille 25 in ſemetipſo inſcriptam convictionem conſcientiæ habens, refutatione judicii accuſationibus ſuis aſſenſit, & legitimas ad ſe factas tres evocationes abjecit. Propterea ergo decretum quod ipſe contra ſemetipſum peccando protulerat, hoc (prout potuimus levigando) firmavimus, lupum paſtorali pelle nudantes, qua prius quoque figura tantummodo 26 convincebatur obtectus. Uſque ad hæc nobis triſtia provenientia ceſſaverunt, & bonorum gratia mox effulſit: & unum 27 zizaniorum evellentes, mundo tritico univerſum mundum cum voluptate complevimus. Et tamquam evellendi ac plantandi poteſtatem ſumentes, 28 inciſione quidem unius tantummodo ingemuimus, bonorum vero ubertatem diligenter plantavimus. Deus enim erat qui operabatur, & quæ ſuo 29 ſponſo Concilium coronavit ornata decore victoriæ Euphemia: quæ tamquam propriam confeſſionem, fidei definitionem ſuſcipiens a nobis, ſuo ſponſo per piiſſimum Imperatorem & amicam Chriſti Auguſtam obtulit, omnem quidem perturbationem contrariorum ſedans, veritatis autem confeſſionem roborans, ut amicam, & manu ac lingua univerſorum decretis 30 pro demonſtratione ſubſcriptam. Hæc ſunt, quæ tecum, qui ſpiritu præſens eras, & complacere tamquam fratribus deliberaſti, & qui pene per tuorum vicariorum ſapientiam videbaris a nobis, effecimus.

CAP. IV.

Indicamus vero, quia & 31 altera quædam pro rerum ipſarum ordinata quiete, & propter eccleſiaſticorum ſtatutorum definivimus firmitatem, ſcientes quia & veſtra ſanctitas addiſcens & probatura, & confirmatura eſt eadem. Eam namque conſuetudinem, quæ ex longo jam tempore 32 permanſit, quam habuit Conſtantinopolitanorum ſancta Dei Eccleſia ad ordinandum Metropolitanos provinciarum tam Aſianæ, quam Ponticæ 33 vel Thraciæ, & nunc ſynodali decreto firmavimus, 34 non tantum ſedi aliquid Conſtantinopolitanæ præſtantes, quantum metropolitanis urbibus quietem 35 congruam providentes, eo quod frequenter Epiſcopis vitam finientibus, multæ turbæ 36 naſcuntur, abſque rectore clericis ac po-

A το· διὰ ταῦτα τοιγαροῦν, ἣν αὐτὸς καθ' ἑαυτοῦ τοῖς πλημμελήμασιν ἐξενήνεγκε ψῆφον, ταύτην ὡς ἐνῆν μετρίως ἐκυρώσαμεν, τῆς ποιμαντικῆς δορᾶς τὸν λύκον γυμνώσαντες. ἣν καὶ πάλαι σχήματι περικείμενος ἀπηλέγχετο. μέχρι τούτων ἡμῖν ἵστατο τὰ στυγνὰ, καὶ τῶν καλῶν ἡ χάρις εὐθὺς ἐπέλαμψε· καὶ ἓν ζιζάνιον ἀνασπάσαντες, πᾶσαν τοῦ καθαροῦ σίτου τὴν οἰκουμένην μεθ' ἡδονῆς ἐπληρώσαμεν· καὶ ὡς ἐκριζοῦν, καὶ καταφυτεύειν τὴν ἐξουσίαν δεξάμενοι, i τὴν μὲν ἐκτομὴν μέχρις ἑνὸς ἐστενώσαμεν, τῶν δὲ καλῶν τὴν εὐκαρπίαν ἐπιμελῶς ἐρριζώσαμεν. Θεὸς γὰρ ἦν ὁ ἐνεργῶν, καὶ ἡ k τὸν σύλλογον τῷ νυμφῶνι στεφανοῦσα καλλίνικος Εὐφημία· ἣ ὥσπερ οἰ- B κείαν ὁμολογίαν, τῆς πίστεως παρ' ἡμῶν δεξαμένη τὸν ὅρον, τῷ ἑαυτῆς νυμφίῳ διὰ τοῦ εὐσεβεστάτου βασιλέως, καὶ τῆς φιλοχρίστου βασιλίδος προσήγαγε, πᾶσαν μὲν τῶν ἀντικειμένων ταραχὴν καταδυνάσασα, τὴν δὲ τῆς ἀληθείας, ὡς φίλην, ὁμολογίαν κρατύνασα, καὶ χειρὶ, καὶ γλώττῃ, ταῖς πάντων ψήφοις l ἐπιψηφίσασα πρὸς ἀπόδειξιν. ταῦτά ἐστιν, ἅπερ σὺν σοὶ τῷ πνεύματι παρόντι, καὶ συνευδοκεῖν, ὡς ἀδελφοῖς, ἐγνωκότι, καὶ μονονουχὶ διὰ τῆς τῶν σῶν τοποτηρητῶν ὁρωμένῳ σοφίας, εἰργασάμεθα. γνωρίζομεν δὲ, ὡς καὶ ἕτερά τινα τῆς τῶν πραγμάτων εὐταξίας, καὶ τῆς τῶν ἐκκλησιαστικῶν θεσμῶν εὐσταθείας ἕνεκα ὡρίσαμεν, πεπεισμένοι καὶ τὴν ὑμετέραν C ἁγιωσύνην διδαχθεῖσαν ἀποδέχεσθαί τε ταῦτα, καὶ βεβαιοῦν. τὸ γὰρ ἐκ πολλοῦ κρατῆσαν ἔθος, ὅπερ ἔχειν ἡ Κωνσταντινουπολιτῶν ἁγία τοῦ Θεοῦ ἐκκλησία εἰς τὸ χειροτονεῖν μητροπολίτας τῶν διοικήσεων τῆς τε Ασιανῆς, καὶ Ποντικῆς, καὶ Θρακικῆς, καὶ νῦν κατὰ συνοδικὴν ἐκυρώσαμεν ψῆφον, οὐ τοσοῦτον τῷ θρόνῳ Κωνσταντινουπόλεώς τι παρέχοντες, ὅσον ταῖς μητροπόλεσι τὴν εὐταξίαν πρυτανεύοντες, διὰ τὸ πολλοὺς πολλάκις, τελευτώντων τῶν ἐπισκόπων, ἀνακύπτειν θορύβους, ἀνηγεμονεύτων ὄντων m τῶν ἐν αὐταῖς κληρικῶν τε, καὶ n λαϊκῶν, καὶ τὴν ἐκκλησιαστικὴν τάξιν συγχεόντων. ὅπερ οὐδὲ τὴν ὑμετέραν o λέληθεν ἁγιότητα, μάλιστα τῶν Ἐφεσίων ἕνεκεν, πλεονάκις ὑμῶν διενοχληθέντων. ἐβεβαιώσαμεν δὲ D καὶ τὸν τῶν ρν' ἁγίων πατέρων, τῶν ἐν Κωνσταντινουπόλει p συναθροισθέντων ἐπὶ τοῦ τῆς εὐσεβοῦς μνήμης τοῦ μεγάλου Θεοδοσίου, q κανόνα τὸν διαγορεύοντα, μετὰ

BALLER. NOTÆ.

i Supplevimus *μὲν*, ex utroque ms. Ven., quam particulam agnovit & interpres Latinus, qui vertit, *inciſione quidem*. In vulg. *τὴν ἐκτομήν*.

k Ita ſcribendum auctoritate utriuſque MS. Ven. Errore forte operarum in vulg. *τὸ σύλλογον*.

l MSS. Ven. ambo *ἐπισφραγίσασα*: quæ quidem vox, ſi ſequentia conſideres, nempe *πρὸς ἀπόδειξιν*, melius ſonat quam altera, *ἐπιψηφίσασα*.

m Abeſt *τῶν* ab utroque MS. Venet.

n In marg. edit. Rom. & in uno e MS. Ven. *λαῶν*.

o Ita, majori cum elegantia, ſcribere placuit ex ambobus mss. Ven. In vulgatis, *ἔλαθεν*.

p MS. Ven. primus *συναθροισθέντων κανόνα ἐπὶ*, &c.

q Deeſt hoc loco vox *κανόνα* in utroque MS. Ven.

25 Ex Græco: *in ſemetipſo vehementi conſcientiæ redargutione convictus, refutatione judicii* &c.

26 Vulgati addunt *ſeu in ſpeciem*. Eſt ſynonymum præcedentium, quod in mss. non legitur.

27 Ita mss. & editiones ante Regiam Pariſienſem, cum qua Queſnellus *zizanium*.

28 Ita mss. Veron. & Vat. Cod. Chig. & duo Baluzii cum antiquis editionibus *inciſionem*. Editiones autem poſt Romanam elegantius, ſed non ex verſione Ruſtici, *inciſionem quidem uno homines tenus coanguſtavimus*, *bonorum* &c. 29 Ita codices & editiones antiquæ. Queſnellus cum aliis vulgatis *thalamo*. Mox ex Græco *coronavit victrix Euphemia*. Hunc locum, qui hactenus fuit obſcurus, & ex quo orta creditur hiſtoria, quam enarrant Zonaras, aliique poſteriores Græci apud Baronium ad an. 451. num. 119. explicatum invenies epiſtola 101., quæ nunc primum in lucem prodit. Vide ibi adnot. 9.

30 Ex Græco *ut omnibus manifeſta eſſent ſubſcribens*. Porro ex codd. & veteribus editionibus repoſuimus *ſubſcriptam*, dum in aliis vulgatis legeretur *ſubſcribens*.

31 Editi *alia*, melius; ſed verſionem Ruſtici ex codicibus damus.

32 Ex Græco *obtinuit*. 33 Editi *& Thraciæ*.

34 Sic veteres libri. Vulgati *non tam ſedi Conſtantinopolitanæ aliquid præſtantes, quam* &c.

35 MS. Baluzii *congruam videntes*. Veteres editiones *congruere viſum eſt*. Noſtri codices cum poſterioribus vulgatis concinunt.

μετὰ τὸν ὑμέτερον ἁγιώτατον, καὶ Ἀποστολικὸν r θρόνον, τὰ πρεσβεῖα τὸν Κωνσταντινουπόλεως ἔχειν, s δεύτερον τεταγμένον· πεπεισμένοι, ὡς τῆς Ἀποστολικῆς παρ' ὑμῖν κρατούσης ἀκτῖνος, καὶ ἐπὶ t τὴν ἐν Κωνσταντινουπόλει ἐκκλησίαν, συνήθως κηδόμενοι, πόλλακις ταύτην ἡπλώσατε, διὰ τὸ ἄφθονον ὑπάρχειν ὑμῖν τὴν τῶν οἰκείων ἀγαθῶν πρὸς τοὺς γνησίους μετάδοσιν. ἅπερ τοίνυν ὡρίσαμεν πρὸς ἀναίρεσιν μὲν πάσης συγχύσεως, βεβαίωσιν δὲ τῆς ἐκκλησιαστικῆς εὐταξίας, ταῦτα ὡς οἰκεῖά τε, καὶ φίλα, καὶ πρὸς εὐκοσμίαν ἁρμόδια, περιπτύξασθαι καταξίωσον, ἁγιώτατε, καὶ μακαριώτατε πάτερ. οἱ γὰρ τὸν τόπον τῆς ὑμετέρας ἁγιότητος ἐπέχοντες ὁσιώτατοι ἐπίσκοποι Πασχασῖνος, καὶ Λουκήνσιος, καὶ ὁ σὺν αὐτοῖς θεοφιλέστατος πρεσβύτερος Βονιφάτιος, τοῖς οὕτω τυπωθεῖσι σφοδρῶς ἀντειπεῖν ἐπειράθησαν, πάντως ἀπὸ τῆς ὑμετέρας ἄρξασθαι, καὶ τοῦτο τὸ καλὸν προνοίας βουλόμενοι, ἵνα καθάπερ τῆς πίστεως, οὕτω καὶ τῆς εὐταξίας ὑμῖν λογισθῇ τὸ κατόρθωμα. ἡμεῖς γὰρ θεραπεύοντες τούς τε εὐσεβεστάτους, καὶ φιλοχρίστους βασιλέας ἐπὶ τούτῳ ἡδομένους, τήν τε λαμπρὰν σύγκλητον, καὶ πᾶσαν, ὡς εἰπεῖν, τὴν βασιλεύουσαν, εὔκαιρον u ἐνομίσαμεν τὴν ἐπ' αὐτῇ x παρὰ τῆς οἰκουμενικῆς συνόδου βεβαίωσιν τῆς τιμῆς· καὶ ὡς ἐκ τῆς σῆς ὁσιότητος ταύτην ἐναρχθεῖσαν, δι' ὧν ἀεὶ θάλπειν ἐσπούδακας, θαρρήσαντες ἐκυρώσαμεν. εἰδότες ὡς πᾶν παρὰ τῶν τέκνων γινόμενον κατόρθωμα, εἰς τοὺς οἰκειουμένους πατέρας ἀνατρέχει· παρακαλοῦμεν τοίνυν, τίμησον καὶ ταῖς σαῖς ψήφοις τὴν κρίσιν, ὥσπερ ἡμεῖς τῇ κεφαλῇ τὴν ἐν τοῖς καλοῖς συμφωνίαν εἰσενηνόχαμεν, οὕτω καὶ ἡ κορυφὴ τοῖς παισὶν ἀναπληρώσοι τὸ πρέπον. οὕτω γὰρ καὶ βασιλεῖς εὐσεβεῖς θεραπευθήσονται, οἱ τὴν τῆς σῆς ὁσιότητος, ὡς νόμον, βεβαιώσαντες κρίσιν, καὶ ὁ Κωνσταντινουπόλεως θρόνος τὴν ἀμοιβὴν ἀποδέξεται, πᾶσαν ἀεὶ σπουδὴν πρὸς τὴν τῆς εὐσεβείας ὑμῖν ἐκπληρώσας ὑπόθεσιν, καὶ τῷ ζήλῳ συνάψας ἑαυτὸν ὑμῖν πρὸς ὁμόνοιαν. ἵνα

pulis remanentibus, qui per easdem sunt civitates, & ecclesiasticum confundentibus ordinem: quod nec vestram latuit Sanctitatem, maxime propter Ephesios, 37 unde quidam vobis sæpius importuni fuerunt. Confirmavimus autem & centum quinquaginta sanctorum Patrum, 38 qui in Constantinopoli congregati sunt, regulam sub piæ memoriæ majore *Theodosio*, quæ præcepit, post vestram sanctissimam & apostolicam Sedem, honorem habere Constantinopolitanam, (quæ secunda est ordinata;) confidentes, quia 39 lucente apud vos apostolico radio, & usque ad Constantinopolitanorum Ecclesiam, consuete 40 gubernando parentes, hunc sæpius expandetis, eo quod absque invidia consueveritis vestrorum bonorum participatione ditare 41 domesticos. Quæ igitur definivimus ad interemtionem quidem totius confusionis, confirmationem vero ecclesiasticæ ordinationis, hæc sicut propria & amica, & ad decorem convenientissima, dignare complecti, sanctissime & beatissime Pater. Qui enim locum vestræ Sanctitatis obtinent sanctissimi Episcopi *Paschasinus* & *Lucentius*, & qui cum eis est reverendissimus Presbyter *Bonifacius*, his ita constitutis vehementer resistere tentaverunt, procul dubio a vestra providentia inchoari & hoc bonum volentes: ut sicut fidei, sic bonæ ordinationis vobis deputetur effectus. Nos enim 42 curantes tam piissimos & Christi amicos Imperatores, qui super hoc delectantur, quam clarissimum Senatum, & totam, sicut dicere convenit, imperii civitatem, opportunum credidimus esse honoris ejus confirmationem ab universali Concilio celebrari, & velut hæc a tua Sanctitate fuerint inchoata, eo quod fovere semper studeas, 43 roboravimus, præsumentes, dum noverimus, quia quidquid rectitudinis a filiis fit, ad patres recurrit, facientes hoc proprium sibi. Rogamus igitur, & tuis decretis nostrum honora judicium; & sicut nos capiti in bonis 44 adjecimus consonantiam, sic & summitas tua filiis quod decet adimpleat. Sic enim & pii Principes complacebunt, qui tamquam legem tuæ Sanctitatis judicium firmaverunt; & Con-

BALLER. NOTÆ.

r Addimus θρόνον, quæ vox certe necessaria est, ex utroque MS. Venet. In vulgatis ἀποστολικὸν tantum. In marg. tamen edit. Rom. adnotatur, *f. d.* θρόνον.

s Hæc duo verba δεύτερον τεταγμένον haud quidem necessaria sunt; sed cum ea legerit interpres Latinus, ut apparet ex illis verbis, *quæ secunda est ordinata*, ideo & nos posuimus, auctoritatem secuti amborum MSS. Ven. In vulg. ἔλαν πεπατημένοι. t MSS. Ven. ambo τὴν Κωνσταντινουπόλεως ἐκκλησίαν.

u MSS. Ven. ambo, ἐνομίσαμεν εἶναι τὴν, &c. Haud spernenda lectio, quam & interpretem Latinum agnovisse non obscure conjici potest ex ejus versione, quæ hic habet, *opportunum credimus esse*.

x Ita legendum ex MSS. Ven. ambobus & latina versione. In marg. quoque edit. Roman. adnotatur, παρὰ Lat. In vulg. περὶ τῆς &c.

36 Romani editores elegantiæ studio lectionem Rustici inverterunt sic: *nascuntur, clericis ac populis, qui per easdem sunt civitates, absque rectore remanentibus, & ecclesiasticum ordinem confundentibus: quod nec vestrum* &c.

37 Ex Græco *quorum caussa sæpe molestia affecti fuistis*. Indicatur autem controversia de Ephesino Episcopatu inter Bassianum & Stephanum, quæ Constantinopolitanæ Sedis prærogativæ ingerendæ, & canoni pro eadem subinde efformando occasionem dedisse videtur. In hac vero controversia ante Calchedonensem Synodum *sæpe* scriptum fuisse ad Leonem ex hoc loco colligimus. Ipsum autem Pontificem eadem in re scripsisse epistolam, quæ desideratur, cognoscimus ex act. 11. ejusdem Concilii.

38 Editi hic inserunt *regulam*, quam ex codicibus suo loco posuimus.

39 Codd. Baluzii *tenente apud vos*.

40 Ita omnes codices. Solus Vaticanus pro *gubernando* habet *e gubernaculo*. Editi vero *gubernando*, *illum spargentes*, *hunc sæpius expanditis*.

41 Ex Græco *sincera caritate conjunctos*. Postea Romani editores verbum *definivimus* collocarunt post nomen *ordinationis*: veteres autem editiones utroque loco exhibent.

42 Ex Græco: *obsequentes non modo piissimis & christianissimis Imperatoribus, quibus id gratum erat, verum etiam clarissimo Senatui, & toti, ut ita dicamus, regiæ urbi, opportunum credidimus* &c.

43 Item ex Græco: *roborare ausi sumus, scientes quia quidquid a filiis recte geritur, ad proprios recurrit parentes*. 44 Ex Græco *impendimus*: & mox *piis Principibus gratum erit, qui* &c.

Constantinopolitana sedes suscipiet præmium, quæ omne semper studium vobis ad caussam pietatis explevit, & semetipsam vobis ad concordiam eodem zelo conjunxit. Ut autem cognoscatis, quia nihil 45 cuilibet donando per gratiam fecimus, aut per inimicitias adversando, 46 sed ut nutu gubernati divino; omnem vobis gestorum vim insinuavimus, ad comprobationem nostræ sinceritatis, & ad eorum quæ a nobis gesta sunt, 47 firmitatem & consonantiam.

A δὲ γνῶτε, ὡς ὐδὲν πρὸς χάριν, ἢ πρὸς ἀπέχθειαν πεποιήκαμεν, ἀλλ' ὡς θείῳ κυβερνώμενοι νεύματι, πᾶσαν ὑμῖν τῶν πεπραγμένων τὴν δύναμιν ἐγνωρίσαμεν εἰς σύστασιν ἡμετέραν y, καὶ τῶν παρ' ἡμῶν πεπραγμένων βεβαίωσίν τε, καὶ συγκατάθεσιν.

ALIA EJUSDEM EPISTOLÆ ANTIQUIOR VERSIO.

Exemplar relationis archetypi sanctæ magnæ & universalis Synodi, quæ in Calchedonensi Metropoli congregata est, ad sanctæ memoriæ Papam Leonem.

Sancta & magna & universalis SYNODUS, quæ secundum Dei gratiam, & sanctionem piissimorum & Dei amatorum Principum collecta est in Calchedone Metropoli Bithyniæ provinciæ, sanctissimo ac beatissimo LEONI.

CAP. I. REpletum est gaudio os nostrum & lingua nostra exultatione, quod hanc ut propriam nobis gratiam prophetiam aptavit, quibus pietatis confirmatum est votum. Quid enim fide ad lætitiam superius? Quid dominica agnitione ad exultationem clarius, quam ipse desuper nobis Salvator ad salutem tradidit dicens: *Ambulantes docete omnes gentes, baptizantes eos in nomine Patris, & Filii, & Spiritus sancti, docentes eos servare omnia* 1 *quæcumque mandavi vobis*. Quam ipse tamquam auream catenulam præcepto imponentis deductam in nos conservasti, vocis beati Petri omnibus interpres existens, & illius fidei omnibus beatitudinem attrahens. Unde & nos tam- C quam principi tibi hujus boni ad utilitatem usi, veritatis filiis Ecclesiæ sortem ostendimus, non per singulos singuli tamquam in secreto doctrinam facientes, sed communi spiritu, uno consensu, & concordia fidei confessionem cognoscentes. Et fuimus in communi exultatione spiritalibus tamquam imperialibus cœnis epulationibus in cibis, quas per tuas litteras Christus epulantibus apparavit. Et cælestem sponsum inter nos cernere 2 videbamus epulantem. Si enim ubi sunt duo aut tres congregati in nomine ipsius, ibi ait se esse in D medio eorum; quantam circa quingentos viginti Sacerdotes familiaritatem 3 monstrabit, qui & patriæ & labori circa eum scientiam A confessionis præposuerunt, quibus ut tamquam caput membris præpositus eras per eos qui tuam continent vicem, rectum consilium demonstrans? Principes autem fideles ad ornatum præsidebant, sicut Zorobabel, 4 Ecclesiæ Jesum, quemadmodum Hierusalem, ædificationem dogmatum renovare festinantes.

CAP. II. Et erat adversarius tamquam bestia foris a septis, secum fremens, neminem habens quem capiat, nisi se ipsum ei ad prædam Alexandrinæ urbis factus olim præsul objiceret: qui dum multa prius mala fecisset, secundis priora celavit. Beatum enim illum & in sanctis connumerandum Constantinopolitanæ urbis pastorem B *Flavianum* apostolicam præferentem fidem, & Dei amatorem Episcopum *Eusebium* contra omnem canonum disciplinam deposuit, & impietate condemnatum Eutychen tyrannicis decretis suis restituit, & a vestra Sanctitate, utpote ab immerito gratia, ablatam reddidit dignitatem; & ut omnino ferox singularis incumbens vineæ, quam bonam invenit plantationem evertit, infructuosam autem & 5 derelictam introduxit, & pastoralem habentes sapientiam amputavit, lupos autem 6 manifestatos ovibus introduxit. Super hæc omnia etiam contra eum qui custodiam vineæ a Salvatore susceperat, furorem suum extendit: (dicimus autem de Sanctitate vestra:) & excommunicationem contra eum qui corpus Ecclesiæ 7 adunare festinavit, cogitavit. Et cum oportuisset eum pro his pœnitere, & debuisset lacrymis postulare misericordiam, tamquam pro honestis lætabatur, epistolam quidem vestræ Sanctitatis aspernens, omnibus autem dogmatibus resistens.

CAP. III. Et oportuerat quidem eum mox in hac in qua se ipsum ordinavit parte relinquere. Quoniam autem Salvatoris disciplinam profitemur, qui omnes homines salvos esse vult & venire ad cognitionem veritatis, hanc opere in eo firmare misericordiam festinavimus, & in judicium fraterne 8 convocavimus, non tamquam resecare tentantes, sed satisfactionis ei locum ad medicinam præbentes: & orabamus superiorem eum 9 existere variis incusationibus

---

y Sic ambo MSS. Ven., adstipulante Latino interprete, qui vertit, *eorum quæ a nobis gesta sunt*. In vulg. καὶ τῶν πεπραγμένων tantum.

BALLER. NOTÆ.

45 Ita omnes codices. Vulg. *alicui donando*.

46 Ita cum editis codd. Veron. & Vat. Duo mss. Baluzii cum nostro Chigiano: *sed quippe ut in nutu*.

47 Ex Græco *confirmationem atque consensionem*.

1 Vat. 1322. *quæ demandavi*.

2 Editi *videbamur*. Correximus ex laudato codice.

3 Idem codex *monstrabat*.

4 Ita cum editis habet etiam idem Vat. non vero, ut in margine Baluzii, *& Deum Jesum*.

5 Vat. *abjectum*.

6 Cod. Reginæ *manifestos*.

7 Sic ex Vat. Edit. Concil. *adunire*, forte typographi errore.

8 Cod. Reginæ *convocabamus*.

9 Idem codex *insistere*.

bus quæ adverſus ipſum ſcriptæ ſunt, quatenus 10 clari cum celebritate conventum dimittentes, in nihilo a ſatana læderemur. Iſte autem 11 inſcriptum in ſe ipſo conſcientiæ habens teſtem 12 recuſatione judicii, accuſationibus conſenſit, & legitimas circa eum tres factas vocationes repudiavit. Ideo ergo quam ipſe contra ſuas culpas protulit ſententiam, hanc, ut poſſibile erat, mediocriter firmavimus, paſtorali lupum pelle 13 nudantes, quo pridem habitu convincebatur indutus. Huc uſque nobis conſtabat triſtitia, & ſtatim bonorum gratia reſplenduit; & unum zizanium revellentes, totum mundum tritico puro cum 14 voluptate replevimus; & tamquam evellendi, & plantandi poteſtatem ſuſcipientes, ſectionem quidem uſque ad unum coarctavimus, bonorum autem fertilitatem diligenter plantavimus. Deus enim operabatur, & quæ conventum thalami coronabat venerabilis Euphemia, quæ ſicut propriam confeſſionem fidei a nobis ſuſcipiens definitionem, ſuo ſponſo per piiſſimum Principem & amatricem Dei Imperatricem obtulit, omnem quidem adverſariorum perturbationem ſopiens, veritatis autem ut 15 amicam confeſſionem confirmans, & manu & lingua omnium ſententiis adſignans ad manifeſtationem. Hæc ſunt quæ tecum præſenti ſpiritu, & ut fratribus favere ſcienti, qui nobis in tuorum pene comparuit ſapientia, operati ſumus.

CAP. IV.

Innoteſcimus autem quod & alia quædam de ordine rerum & regularum eccleſiaſticarum conſtantiæ cauſſa ſtatuimus, ſcientes & veſtram Sanctitatem, ſi agnoverit, probaturam hæc & confirmaturam. Qui enim ante multa tempora mos fuit, quem tenuit Conſtantinopolitana ſancta Dei Eccleſia ad ordinandos Metropolitanos Aſianæ & Ponticæ & Thracicæ diœceſis, & nunc per ſynodicam firmavimus ſententiam, non tantum ſedi Conſtantinopolitanæ aliquid præſtantes, quantum Metropolitanis quietem providentes: propterea quia plurimis ſæpe morientibus Epiſcopis, exoriuntur tumultus, dum ſine regimine fuerint & 16 clerici & populi qui in eis ſunt, & ordinem eccleſiaſticum confundant, quod veſtram Sanctitatem non latet, præſertim cauſſa Epheſiorum, qui vobis ſæpe moleſtiam ingeſſerunt. Firmavimus autem & centum quinquaginta ſanctorum Patrum qui in Conſtantinopolim congregati ſunt, canonem temporibus divæ memoriæ magni *Theodoſii*, qui pronuntiat poſt veſtram ſanctiſſimam & apoſtolicam Sedem primatum Conſtantinopolim habere loci ſecundi; ſcientes quia radium apoſtolicæ veſtræ Sedis nimis 17 potentem in Conſtantinopolitanam Eccleſiam more ſolito protegentes ſæpius 18 extendiſtis, dum ſine invidia conſueti eſtis bona veſtra familiaribus mutuari. Quæ igitur ſtatuimus ad amputandam omnem confuſionem, ad confirmandam autem eccleſiaſticam diſciplinam, hæc ut propria & amica & ad ornatum apta complecti dignare, ſanctiſſime & beatiſſime Pater. Qui enim locum veſtræ Sanctitatis continent ſanctiſſimi Epiſcopi *Paſchaſinus* & *Lucenſius*, & qui cum eis eſt reverendiſſimus Presbyter *Bonifacius*, his ita conſtitutis vehementer reſiſtere tentaverunt, procul dubio a veſtra providentia inchoari & hoc bonum volentes; ut quemadmodum fidei, ſic & ordinis vobis imputetur reſtitutio. Nos autem ſatisfacientes piiſſimis & amatoribus Chriſti Principibus, qui pro hac cauſſa gaudent, & clariſſimo Senatui, & toti, ſicut eſt dicendum, regiæ urbi, congruum eſſe putavimus honorem ejus ab univerſali Synodo confirmari, & tamquam ex tua initium ſumpſerit Sanctitate, per hos quos fovere ſemper feſtinaſti, confidenter firmavimus, ſcientes quia omne bonum quod a filiis fit, ad proprios recurrit parentes. Rogamus igitur, honora & tuis ſententiis noſtrum judicium; & quemadmodum nos conſenſum in bonis capiti contulimus, ſic & caput filiis quod decet adimpleat. Sic enim & piiſſimi Principes curabuntur, qui tuæ Sanctitatis ſicut legem adfirmaverunt judicium, & Conſtantinopolitana ſedes viciſſitudinem ſuſcipiet, quæ vobis ſemper omne ſtudium ad cauſſam pietatis exhibuit, & zelo ſe ipſam conjunxit vobis ad concordiam. Ut autem ſciatis quia nihil gratiæ cauſſa aut offenſionis efficimus, ſed nutu divino 19 gubernati; omnem vobis geſtorum 20 vim inſinuavimus ad conſiſtentiam noſtram & ad eorum quæ a nobis acta ſunt confirmationem & diſpoſitionem.

ET SUBSCRIPTIONES.

Anatolius Epiſcopus Conſtantinopolinus. 21 Valere me in Domino ora, Deo amantiſſime pater.

Maximus Epiſcopus magnæ 22 civitatis Antiochiæ. Valere me in Domino ora, ſanctiſſime & beatiſſime pater.

Juvenalis Epiſcopus Hieroſolymitanus. Valere me in Domino ora, ſanctiſſime & beatiſſime pater.

Cyriacus Epiſcopus Heracleæ metropolis ſubſcripſi 23 per Deo amantiſſimum Epiſcopum Lucianum. Ut ſupra.

Dioge-

BALLER. NOTÆ.

10 Sic etiam Vat., non *clare*, ut in marg. Baluzius ex eodem codice notavit.

11 Ita Vat. Baluzius *ſcriptum*.

12 Baluzius *recuſationem*.

13 Cod. Vat. *denudantes*.

14. Idem cod. *voluntate*.

15 Idem codex *unicam*. Ex eodem magis placuit *confirmans*, quam *confortans*, ut editi præferebant.

16 Vat. *Cleri*.

17 Melior hæc lectio Vat. Editi *poteſtatem*.

18 Vat. *extendentes*.

19 Baluzius *gubernanti*. Melius ex Vat. *gubernati*.

20 Editi omittunt *vim*, quam vocem ex Vat. ſupplevimus. Hunc locum ex hac verſione recitat Vigilius Papa in Conſtituto tom. 5. Concilior. edit. Venetæ pag. 1355. hac lectione, quæ aliam emendationem ſuggeſſit *Omnem vobis geſtorum vim inſinuare curavimus ad conſiſtentiam noſtram & eorum, quæ nobis acta ſunt, confirmationem & diſpoſitionem*. Editi pro *diſpoſitionem* habebant *depoſitionem*.

21 Labbeus primas tres ſubſcriptiones nactus in ms. olim Jolyano, nunc Capituli Pariſienſis, quæ leguntur tom. 4. Concilior. pag. 1781. edit. Ven. ſic in omnibus edidit: *Valere vos in Domino oro*. Baluzius hanc ſolam primam ſubſcriptionem ſimiliter exhibuit; in duabus autem ſequentibus: *Valere me in Domino oro*, & in margine ex Vat. *ora*. In ceteris, quas unus Vaticanus codex ad nos tranſmiſit, ejuſdem lectionem ſecutus vulgavit, *Valere me ora*. Nos Vaticanum in omnibus cohærentem ſequendum putavimus. Non diffitemur tamen probabilius ſcriptum fuiſſe *Valere vos in Domino oro*.

22 Baluzius *urbis* ex MS. Pariſienſi.

23 Ita codex Vat. Perperam in editis *pro Deo amantiſſimo Epiſcopo Luciano*. Is enim Cyriaci ſui Metropolitæ vice hoc loco ſubſcripſit, poſtea vero ſuo nomine.

Diogenes Episcopus metropolis Cyzici. Ut supra.

Photius Episcopus Tyri metropolis: Ut supra.

Florentius Episcopus Sardensium civitatis metropolis Lydiæ. Valere me ora, 24 Deo amantissime pater.

Constantius Episcopus metropolis Bostræ. Valere me ora, Domine sanctissime & beatissime pater.

Theodorus Episcopus metropolis Damasci. Valere me ora in Domino, Deo amantissime pater.

Seleucus gratia Dei Episcopus metropolis Amasiæ. Valere me in Domino ora, Deo amantissime pater.

Constantinus misericordia Dei Episcopus metropolitanus Meletenus. Valere me in Domino ora, reverentissime pater.

Francion Episcopus metropolitanus Philippopolis. Valere me in Domino ora, amantissime pater.

Pergamius Episcopus Antiochiæ Pisidorum metropolis. Valere in Domino ora, Deo amantissime pater.

Lucianus Episcopus Byzæ. Valere me in Domino ora, Deo amantissime pater.

Gregorius Episcopus Adrianopolis. Valere ora, Deo amantissime pater.

Theodoritus Episcopus Cyri. Valere me in Domino ora, Domine, Deo amantissime pater.

Meletius Episcopus Larissæ, vices agens beatissimi Episcopi Domni Apamiæ Syriæ, subscripsi. Valere ora, sanctissime pater.

Acacius misericordia Dei Episcopus civitatis 25 Arthiæ. Valere me in Domino ora, Deo amantissime pater.

Johannes Episcopus Germaniciæ. Valere me in Domino ora, Deo amantissime pater.

26 Josephus Episcopus Iliopolis. Valere me in Domino, ora, Deo amantissime & sanctissime pater.

Calogerus Episcopus Claudiopolis. Valere me ora, Deo amantissime pater. Et subscripsi per Euphrosynum Diaconem.

Heraclius misericordia Dei Episcopus Comanorum. Valere me in Domino ora, Deo amantissime pater.

Ibas Episcopus Edessenæ metropolis. Valere me in Domino ora, Deo amantissime pater.

Sophronius Episcopus Constantinæ. Valere me in Domino ora, Deo amantissime pater.

Uranius Episcopus Emissæ. Valere me in Domino ora, Deo amantissime pater.

Eusebius Episcopus Dorylæi. Valere me in Domino ora, Deo amantissime pater.

Ætherius Episcopus Smyrnæ. Valere me in Domino ora, Deo amantissime pater.

Zenobius Episcopus. Ut supra.

Tomas Episcopus Theodosiopolis. Valere me in Domino amantissime pater.

Sabas Episcopus Palti. Valere me in Domino, 27 Deo amantissime pater. Subscribens per Patricium Episcopum.

Patricius Episcopus Neocæsareæ. Valere me

A in Domino ora, Deo amantissime pater.

Rinus gratia Dei Episcopus Junopolis. Valere me in Domino ora, Deo amantissime pater.

Eudoxius Episcopus poleos Chomatis: Valere me in Domino ora, sanctissime pater.

Nicolaus misericordia Dei Episcopus Acarasseorum. Valere me in Domino ora, amantissime pater.

28 Evodius Episcopus Saumatis. Valere me in Domino ora, Deo amantissime pater.

Triphon Episcopus Ecclesiæ Chii. Valere me in Domino ora, Deo amantissime pater.

Paullus Episcopus sanctissimæ Dei Ecclesiæ Philiomelei. Valere me in Domino ora, Domine pater.

Theoctistus Episcopus Tyrai. Valere me in

B Domino ora, sanctissime pater.

Olympius Episcopus Sozopolitanæ sanctissimæ Dei Ecclesiæ. Valere me ora, Deo sanctissime pater.

Johannes humilis Episcopus civitatis Barbileorum. Valere me ora, Deo amantissime pater.

Valerius, Episcopus civitatis Laodiciæ Phiniciæ. Valere me in Domino ora, Deo amantissime pater.

Basilius Episcopus civitatis Nacholiæ. Valere me in Domino ora, Deo amantissime pater.

Noe Episcopus civitatis. Valere me in Domino ora, Deo amantissime pater.

Uranius Episcopus civitatis Iberorum. Valere me in Domino ora, Deo amantissime pater.

Manasses Episcopus Theodosiopolis magnæ Armeniæ. Valere me ora in Domino, Deo amantissime pater.

C Aurelius Episcopus. Ora pro nobis, pater beatissime.

Restitutianus Episcopus. Ora pro nobis, sancte ac venerabilis Papa.

Amacius Episcopus civitatis Sotorum. Valere me in Domino ora, Deo amantissime pater.

Meletius Episcopus Larissæ. Valere me in Domino ora, Deo amantissime pater.

Fontejanus Episcopus Sagalassi. Valere me in Domino ora, Deo amantissime pater.

Theodorus misericordia Dei Episcopus Antiselli Lyciæ. Valere me in Domino ora, Deo amantissime pater.

Meliphtongus misericordia Dei Episc. Heliopolis. Valere me in Domino ora, Deo amantissime pater.

Thalassius Episcopus civitatis Parii. Valere me in Domino, Deo amantissime pater.

Alexander Episcopus civitatis Seleuciæ Pisidiæ. Valere me in Domino ora, Deo amantissime pater.

Musianus Episcopus Limenorum. Valere me in Domino, Deo amantissime pater.

D 29 Florentius Episcopus Lesbitereæ h . . . & litteris. Valere me ora Deo amantissime pater.

Epipha-

BALLER. NOTÆ.

24 Vulgati, non autem codex, *sanctissime & beatissime pater*.

25 Ita codex, Baluzius *Ariathia*. Ex aliis autem ejusdem Episcopi subscriptionibus, quæ in Concilio Calchedonensi leguntur, corrigendum esset *Ariarathiæ*.

26 Baluzius *Joseph*; dein vero omittit *& sanctissime*. Codicem Vat. semper sequimur.

27 Baluzius inseruit *ora*. Deest in codice.

28 Legendum *Evoltius Episcopus Zeugmatis*, ut notavit Baluzius.

29 Hanc subscriptionem a Baluzio omissam ex MS. supplevimus. Hic Florentinus in aliis subscriptionibus Calchedonensis dicitur Episcopus *Lesbitenedi*.

Epiphanius Episcopus civitatis Midai. Valere me ora, Deo amantissime pater. A

Cyrus Episcopus civitatis Siniandi. Valere me in Domino ora, sanctisime pater.

Pancratius Episcopus 30 Lybiadis. Valere me in Domino ora, sanctisime pater.

Polychronius Episcopus Antipatridis. Valere me in Domino ora, Deo amantisime pater.

Cyriacus Episcopus civitatis Trognadorum subscripsi per Presbyterum meum Chrysippum. Valere me in Domino ora, sanctisime pater.

Eunomius Episcopus Nicomediæ metropolis. Valere me ora, sanctisime pater.

Anastasius Episcopus Nicææ metropolis. Valere me ora sanctisime pater.

B

Sebastianus Episcopus civitatis Berissæ. Valere me in Domino ora, Deo amantisime pater.

Jovinus Episcopus sanctissimæ Dei Ecclesiæ Debeltorum. Valere me ora, amantisime pater.

Similiter & reliqui omnes Episcopi subscripserunt.

Explicit relatio sanctæ Synodi Calchedonensis ad Papam Leonem.

EPISTOLA XCIX. *

* Al. post LXXVI. Quæ autem erat 99. nunc 26. circa Dec. an. 451

1 SYNODICA RAVENNII aliorumque Episcoporum Gallorum.

C

Ad S. LEONEM Papam. 2

SYNOPSIS

I. *Tarditatem suam in rescribendo excusant.*

II. *Omnes in Gallia Leonis Epistolam ad Flavianum, ut fidei symbolum recepisse.*

III. *In ea fidelibus & infidelibus arcanum Incarnationis mysterium retegi.*

IV. *Nuntiis ex Oriente allatis se a scribendo ad Imperatorem abstinuisse.*

V. *Leonem Pontificem a Deo datum esse Ecclesiæ gratulantur.*

Domino vere sancto, merito in Christo beatissimo, & apostolico honore venerando Papæ *Leoni*, 3 *Ravennius*, *Rusticus*, *Venerius*, D 4 *Constantianus*, *Maximus*, 5 *Armentarius*, *Florus*, *Sabinus*, 6 *Valerianus*, *Constantius*, 7 *Nectarius*, *Maximus*, *Asclepius*, item *Maximus*, *Ursus*, *Ingenuus*, *Justus*, *Valerius*, *Superventor*, *Chrysaphius*, *Fontejus*, *Petronius*, *Idatius*, *Ætherius*, *Eulalius*, 8 *Eustathius*, *Fraternus*, *Victurus*, *Eugenius*, 9 *Hilarus*, *Verus*, *Amandus*, *Gerontius*, 10 *Proculejanus*, *Julianus*, *Helladius*, *Armentarius*, *Honoratus*, 11 *Eparchius*, *Anemius*, *Dynamius*, *Maximinus*, 12 *Ynantius* & *Palladius*.

CAP. I. * ep. 67. cui rescribunt. Leonis epistola ad Flavianum missa in Gallias

Perlata ad nos * epistola Beatitudinis vestræ, quam ad Orientem pro catholicæ fidei assertione misistis, optassemus statim Apostolatui vestro pro tam immenso munere gratiarum actionem referre; nisi nobis difficultatem, qua in unum celeriter non potuimus convenire, vel spatia, quibus a nobis 13 dispalati sumus, longa terrarum, vel aurarum, quæ in regionibus nostris præter consuetudinem fuit, intemperies attulisset. Det ergo Apostolatus vester nostræ veniam tarditati, quæ non de otio, aut dissimulatione, sed de certa necessitate descendit: quæque a nobis, etsi celeritatis gratiam abstulit, exultandi tamen materiam auferre non potuit.

CAP. II.

Exultavimus itaque Christo propitio lectis Beatitudinis vestræ litteris, & omni instructione patefacta, 14 omnes intra Gallias constitutos exultare mox fecimus: dolentes pariter pro his vobiscum, qui catholicæ fidei lumine derelicto, errorum tenebras inciderunt. Quæ Apostolatus vestri scripta, 15 ita ut symbolum fidei, quisquis redemtionis sacramenta non negligit, tabulis cordis adscribit, & tenaci, quo ad confundendos hæreticorum errores paratior sit, memoriæ commendavit. Multi itaque in ea gaudentes pariter & exultantes, recognoverunt fidei suæ sensum; & ita se semper ex traditione paterna tenuisse, ut vester Apostolatus exposuit, jure lætantur. Nonnulli sollicitiores facti, Beatitudinis vestræ admonitione percepta modis omnibus se gratulantur instructos, datamque sibi occasionem gaudent, qua libere ac fiducialiter, suffragante etiam apostolicæ Sedis auctoritate, eloquantur, & asserat unusquisque quod credit. Traditio

CAP. III.

Quis autem Apostolatui vestro pro hoc tanto munere, 16 quo non solum Gallias, sed totum mundum, velut quibusdam pretiosissimis gemmis ornavit, dignas æstimet gratias posse

BALLER. NOTÆ.

30 Cod. Vat. *Libandi*. Baluzius ex aliis subscriptionibus ejusdem Episcopi emendavit.

1 Est in MSS. coll. v. XI. XII. XXI. XXIII. & XXIV. Cum S. Leo huic Synodicæ respondeat die 27. Januarii anni sequentis epist. 102., circa Decembrem anni currentis hæc Synodica exarata credi potest, & probabilius ante epistolam sequentem datam die 18. Decembris.

2 MSS. coll. V. aliique inde profecti addunt loco Synopsis: *fidei ejus, quam ad Orientem direxit, laudem dicentium.*

3 Vide not. 1. Quesn.

4 Quesnellus *Constantinus*. Prætulimus lectionem Rainaudi, quippe quam noster Vindebon. coll. v. & alius Thuan. Quesnell. approbant; cum præsertim eidem lectioni suffragetur cod. Ratisp. in responsione Leonis ep. 102.

5 Duo mss. Thuan. *Armaturus* Codd. coll. XI. & XXIV. *Armatarus*. Trecopith. *Armatharius*. Ratisp. in epist. 102. *Armazorius*.

6 Sic nostri codd. ac præsertim collectionis v. cum Sirmondo & editis ante Quesnell. Epistola Leonis 102. & subjectæ subscriptiones concinunt, quæ primo loco *Valerianum* exhibent, deinde *Valerium*. Apud Quesnellum diverso ordine, primo *Valerius*, deinde *Valerianus* legitur.

7 Quidam inferioris notæ codices *Nestorius*. Alii melius *Nectarius*, ut in epist. 102.

8 Ita Quesnell. & nostri codd. coll. v. & XXI. In Vat. coll. XI. *Eustasius*. In alio Vat. coll. XXIV. *Eusasius*. Sirmondus *Eustachius*. Vulgati Leonis *Eutychius*, ad quos accedit Ratisp. in epist. 102.

9 Vulgati Leonis ante Quesnell. cum Vat. coll. XI. & cum aliis quatuor codicibus epistolæ 102. *Hilarius*.

10 *Proculianus* in codd. coll. XI. & XXIV.

11 Vulgati Leonis ante Quesn. *Hypartius*. Sirmondus in margine *Epatius*. Cod. Ratisp. in epist. 102. *Apartius*. Antiquus Thuaneus *Ebartius*.

12 MSS. collect. XI. & XXIV. ac Sirmondus in margine *Inzantius*.

13 Ita pleræque editiones cum nostro Vindeb. coll. v. Ceteri codices cum Sirmondo *disparati*. Post pauca pro *aurarum* in ms. Vat. coll. XXIV. *aquarum*, quod quibusdam magis placebit. Vide not. 2. Quesn.

14 Vide not. 3. Quesnelli. Paullo post *nobiscum* pro *vobiscum* in eodem Vat. coll. XXIV.

15 Codd. coll. XXI. delent *ita*. Mox *adscripsit* pro *adscribit* est in Vat. collect. XXIV. nec non in editis ante Quesn.

16 Idem codex & editi ante Quesn. *quod non solum*.

Leonis op. quanti facienda.

poſſe perſolvi? Doctrinæ poſt Deum veſtræ debet 17 fidelis, ut conſtanter teneat, quod credebat; debet etiam infidelis, ut a perfidia ſua, agnita veritate, diſcedat, & apoſtolicæ inſtitutionis luce perfuſus, erroris ſui tenebras derelinquat, magiſque ſequatur & credat, quod per os veſtrum Dominus noſter JESUS CHRISTUS de ſacramento Incarnationis ſuæ docet, quam id teneat, quod diabolus humanæ ſalutis & veritatis inimicus 18 inſtillat.

CAP. IX. Quantum Gallicani deferunt Papæ.

Optaſſemus etiam ad filium veſtrum, glorioſiſſimum ac fideliſſimum Principem, ſuper eamdem cauſſam litteras dare, quibus congratulantes fidei ipſius, humilitatis quoque noſtræ ſollicitudinem, qua vos in Chriſto ſequimur, proderemus; niſi ad nos de Orientalibus partibus 19 nuntio perlato, fieri hoc minime neceſſarium putaſſemus. Meritis autem Apoſtolatus veſtri pius Dominus præſtitit, ut hæreſim jam diu occulte nutritam, 20 veſtris temporibus proderet. Ad laudem enim ſollicitudinis veſtræ pertinet, quod malorum error latere non potuit: 21 ad gloriam fidei redundat, quod prava perſuaſio participes aut non invenit, aut inventos amiſit. 22 Reſpiciat itaque, oramus, conſervando Apoſtolatum veſtrum, miſericors Dominus Eccleſiam ſuam toto orbe diffuſam: Vobis enim ita invigilantibus, & hi qui curam animæ ſuæ gerunt, ſollicitiores in fide redduntur, & hi qui paullo deſides ſunt, tanto ad ſollicitudinem accenduntur exemplo.

CAP. V. S. Leonis panegyris. Religionis Galliarum fons & origo ex apoſtolica Sede.

Quod nos ante oculos ſemper habentes, 23 non deſinemus Domino ac Deo noſtro gratias agere, & pariter ſupplicare; gratulantes, quod tantæ ſanctitatis, tantæ fidei, tantæque doctrinæ apoſtolicæ Sedi, unde religionis noſtræ, propitio Chriſto, fons & origo manavit, Antiſtitem dederit: petentes etiam, ut datum conceſſumque munus Pontificii veſtri, longiſſima ad ædificationem Eccleſiarum ſuarum ætate cuſtodiat. Nos autem etſi impares meritis, pari tamen fide, ſi quid (quod abſit) contra Eccleſiam catholicam profana infeſtatione tentetur, parati ſumus, confortante Domino, cum Beatitudine veſtra pro veritate fidei animas noſtras ponere, & vitam hanc auctori ſalutis noſtræ & largitori æternitatis impendere. *Et alia manu*: Ora pro me Domine merito beatiſſime, & apoſtolico honore venerande Papa.

24 *Ruſticus* Epiſcopus Apoſtolatum veſtrum in Domino venerans ſaluto, & ut digneris pro me orare, ſupplex rogo.

Venerius te Dominum in Chriſto meum, Reverendiſſime, ſaluto: & ut digneris pro me orare, ſupplex rogo.

25 *Conſtantianus* Epiſcopus Beatitudinem veſtram ſaluto.

Maximus Epiſcopus Beatitudinem veſtram ſaluto.

Armentarius Epiſcopus Beatitudinem veſtram ſaluto.

Florus Epiſcopus Beatitudinem veſtram in Domino venerans ſaluto, & ut ores pro me plurimum quæſo.

Sabinus Epiſcopus Beatitudini veſtræ me repræſento, & orationem Apoſtolatus veſtri noſtri memorem quæſo.

Valerianus Epiſcopus Beatitudinem veſtram ſaluto.

Nectarius Epiſcopus Beatitudinem veſtram ſaluto.

Conſtantius Epiſcopus Beatitudinem veſtram ſaluto.

Maximus Epiſcopus Apoſtolatum veſtrum ſaluto.

Ego *Aſclepius* Epiſcopus Apoſtolatum veſtrum venerans in Domino plurimum ſaluto.

Ego *Maximus* Epiſcopus Apoſtolatum veſtrum ſaluto.

Ego *Urſus* Epiſcopus Beatitudinem veſtram ſaluto.

Ingenuus Epiſcopus Apoſtolatum veſtrum venerans ſaluto.

Juſtus Epiſcopus Coronam veſtram venerans ſaluto.

Valerius Epiſcopus Apoſtolatum veſtrum ſaluto.

Ego *Superventor* Epiſcopus Coronam veſtram venerans ſaluto.

Verus Epiſcopus Apoſtolatum veſtrum reverenter ſaluto.

Helladius Epiſcopus Sanctitatem tuam in Domino ſaluto.

Ætherius Epiſcopus Sanctitatem tuam in Domino ſaluto.

Eulalius Epiſcopus Sanctitatem tuam in Domino ſaluto.

Anemius Epiſcopus Sanctitatem tuam in Domino ſaluto.

Chryſaphius Epiſcopus Sanctitatem tuam in Domino ſaluto.

Petronius Epiſcopus Sanctitatem veſtram in Domino ſaluto, & ut pro me orare dignemini, quæſo.

Ego *Fontejus* Epiſcopus Apoſtolatum veſtrum

BALLER. NOTÆ.

17 Vulgati inſerunt *quiſque*. Delevimus ex omnibus noſtris codd. atque Sirmondo.

18 Tres codd. Queſn. & quinque noſtri *ſtillat*.

19 *Nuntium* intelligunt de mutata rerum facie poſt Theodoſii mortem, & de ſuſcepta jam in toto Oriente Leonis epiſtola: ac propterea ad novum Imperatorem ſcribere, uti vivente Theodoſio Leo poſtulaverat ex ad. not. 7. in epiſt. 67. neceſſarium amplius non putarunt. Aliqui codices carent voce *partibus*.

20 Antiquæ editiones *noſtris*.

21 Ita duo codices Queſn. & tres noſtri melioris notæ. Alii *ad glorioſæ fidei ædificationem*, vel *cumulum*.

22 *Vos itaque reſpiciat conſervando Apoſtolatum veſtrum miſericors Deus, & Eccleſiam* &c. in mss. coll. XXI. Cod. Vindebon. coll. V. *Reſpiciat ita conſervando* &c.

23 Vindebon. collect. V. *non deſinimus*.

24 In antiquis editionibus, & in codd. coll. XII. XXI. & XXIV. tres priores ſubſcriptiones tantummodo legebantur: in mss. autem coll. XI. ſola prima Ruſtici ſubſcriptio. Integræ inveniuntur in mss. collectionis V. & primum editæ fuerunt a Sirmondo ex cod. Nicolai Fabri, qui in Thuaneam bibliothecam tranſivit. Mirum eſt omitti ſubſcriptionem Ravennii, qui tamen primus in titulo inſcribitur. At ad Ravennium pertinere videntur illa, quæ *alia manu* Ruſtici ſubſcriptioni præmittuntur: *Ora pro me Domine.* Harduinus vero hanc notationem ſubſcriptionibus affixit: *Subſcriptiones integræ, ut ſunt in MS. olim Thuaneo, nunc Colbertino, Ravennius Epiſcopus Arelatenſis, Venerius Narbonenſis, Maximus Regienſis* &c. At Ruſticus eſt Narbonenſis, Venerius autem Maſſilienſis. Ante Maximum ponendus erat Conſtantianus. Præterea nomina civitatum in editis non leguntur, licet hæ ſubſcriptiones a Sirmondo e codice olim Thuaneo ſumptæ fuerint. Ipſas ergo ſubſcriptiones, ut in codice exprimebantur, Harduinus ea notatione non exhibuit. In codice quidem Vindebonenſi collect. V. quem Thuaneo plane ſimilem deprehendimus, ſubſcriptiones vulgatis ſimiles ſunt, nec Ravennii nomen ibidem legitur.

25 Vulgati *Conſtantinus*. Correximus ex Vindebon. Confer adnot. 4.

ſtrum reverenter ſaluto, & rogo ut mei meminiſſe dignemini. A

Ydatius Epiſcopus Apoſtolatum veſtrum in Domino ſaluto.

Hilarus Epiſcopus Apoſtolatum veſtrum plurima in Chriſto veneratione ſaluto.

Victurus Epiſcopus Apoſtolatum veſtrum venerans ſaluto.

Eugenius Epiſcopus Beatitudinem tuam ſaluto.

Palladius Epiſcopus Apoſtolatum veſtrum venerans ſaluto.

Ego *Fraternus* Epiſcopus Coronam veſtram venerans ſaluto.

Ego *Amandus* Epiſcopus Apoſtolatum veſtrum venerans ſaluto.

Ego *Gerontius* Epiſcopus Coronam veſtram venerans ſaluto.

B

Ego *Proculejanus* Epiſcopus Coronam veſtram venerans ſaluto.

Ego *Dynamius* Epiſcopus Coronam veſtram venerans ſaluto.

Ego *Julianus* Epiſcopus Apoſtolatum veſtrum venerans ſaluto.

Ego *Armentarius* Epiſcopus Coronam veſtram venerans ſaluto.

Ego *Honoratus* Epiſcopus Coronam veſtram venerans ſaluto.

Eparchius Epiſcopus Apoſtolatum veſtrum venerans ſaluto.

Ego *Euſtathius* Epiſcopus Apoſtolatum veſtrum venerans ſaluto.

Ego *Maximus* Epiſcopus Apoſtolatum veſtrum venerans ſaluto.

Ego *Ynantius* Coronam veſtram venerans ſaluto. C

NOTA JACOBI SIRMONDI S.J.

Epiſtola ſynodica.) E ſynodo aliqua miſſam epiſcopi ipſi docent, qui reſponſi tarditatem excuſant, quod in unum citius convenire non potuerint. Etſi autem quo loco ſynodum habuerint non indicant, veriſimile tamen eſt a Ravennio Arelatenſi, qui ſynodo præfuit, Arelate potiſſimum fuiſſe convocatos. Subſcriptiones ad calcem epiſtolæ, quarum initium dumtaxat in vulgatis legebatur, integras olim ex Nicolai Fabri codice deſcripſimus, qui in Thuana bibliotheca nunc extat.

EPISTOLA C.*

* Al. poſt LXXVII. Quæ autem erat 100. nunc 127 18. Dec. an. 451.

[1] MARCIANI Imperatoris Ad LEONEM Papam.

SYNOPSIS.

I. *De fide apud Calchedonem roborata & pace Eccleſiæ reſtituta gratulatur.*

II. *Fidem juxta litteras S. Leonis a Synodo eſſe expoſitam.*

III. *Petit ut Sedi CP. ſecundus locus juxta ſtatuta ſecundæ & quartæ Synodi tribuatur.*

IV. *Per Lucianum & Baſilium conſenſum ejus ſuper eodem negotio poſtulat.*

Victores VALENTINIANUS & MARCIANUS, inclyti triumphatores ſemper Auguſti, ſancto Patri merito venerabili LEONI Epiſcopo. [2]

CAP. I.

DIvina humanaque ſcripta conſentiunt Divinitatem in primis eſſe venerandam, & ibi omnipotentem Deum eſſe propitium, ubi colitur rite religio. Id ergo quod quærebamus invenimus, & effectum vota noſtra meruerunt. Invenit religionis fidem religioſus affectus: nec dubium eſt Deo auctore definitum, quod de majeſtate quærebatur. Exploſa igitur contentione atque diſcordia, quam livor fidei inimicus objecerat, Deum omnes una mente cognoſcunt. Jam non incuſamus [3] perfidos, nec ſumus ingrati. Religionis inimici præſtiterunt nobis, ut Deum ſtudioſius quæreremus, manifeſtius inveniremus. Majus etenim lumen videtur, quod poſt tenebras fulſerit: dulcior eſt ſitientibus potus, feſſis otium. Lætetur igitur ſanctimonia tua victoria fidei, cujus laurea omnipotenti Chriſto referenda eſt, qui de perfidis egit triumphum. Atque ideo ipſi intereſſe ſanctæ Synodo feſtinavimus, quamvis nos in aliis locis expeditiones & neceſſitates publicæ detinerent.

Errores veritati ſplendorem conciliant.

CAP. II.

Itaque omnia pro votis atque oratione religionis tuæ, quæ fidei conveniunt, auctore Deo ſunt ordinata. Totius Orbis, qui ſub imperio noſtro eſt, reverendiſſimis Epiſcopis Calchedonem convocatis, tractatu habito, poſt multa certamina vera fides obtinuit; & juxta litteras Sanctitatis tuæ univerſi aſſenſerunt ex-D poſitioni prout veritas poſtulavit. Nec dubitamus hujus rei gratulationem nobis & Sanctitati tuæ eſſe communem, pariterque lætari, quos

BALLER. NOTÆ.

1 Hanc epiſtolam edidit Holſtenius in collectione Romana ex ms. Barberino 3386. collect. XVI. Theſſalonicenſis, cum quo eamdem relegimus. Latinus hujus epiſtolæ textus originalis videtur Tillemontio art. 135. in Leonis Vita. Verba quidem ante finem *& alia manu* ſequentem ſalutationis formulam ipſa Imperatoris manu additam videntur innuere. Hanc autem formulam latine expreſſam fuiſſe ex eo colligi poteſt, quod non ita dicatur ſcripta græce, ut in eadem Theſſalonicenſi collectione affirmatur de ſubſcriptione Anatolii ſubjecta epiſtolæ 132. nam de hac legitur: *Et ſubſcriptio litteris Græcis.* Si vero Imperatoris ſalutatio in originali latine exarata fuit, idem de ipſa epiſtola cenſendum eſt. Ipſa etiam Latina ſyntaxis ſatis congrua, ab uſitata ejus temporis interpretandi ratione, quæ in aliis documentis latine redditis detegitur, plurimum abeſt. Adde tandem quod Græcus textus, quem ſubjiciemus, eſt nonnullibi quibuſdam commatibus auctior, caret autem illis *& alia manu:* ac propterea textus Latinus ex Græco redditus dici nequit. Num vero latine & græce ſcripta fuerit hæc epiſtola, uti non tam latine quam græce ſcripta fuiſſe videtur memorata Anatolii epiſtola 132., aliis dijudicandum relinquimus. Commatum quidem diſcrimen Græcum quoque textum originalem inſinuare videtur. Marcianum ſane utriuſque linguæ peritum, notum eſt ex Concilio Calchedonenſi act. 6. in qua latine & græce allocutus traditur.

2 In codice Barb. & apud Holſtenium hæc adduntur, quæ Synopſis vicem gerunt: *Ut ſperaverit Eccleſia Conſtantinopolitana ſecundam ſedem fieri debere, quod non eſt conceſſum.*

3 Voces *perfidos, nec ſumus*, quæ Holſtenio exciderunt, & ſenſui neceſſariæ ſunt, ex eodem codice ſupplevimus.

quos pariter manifestum est optasse veritatem. A Superest ut universis pro catholica fide & veritate compositis & pace Ecclesiis restituta, votis omnibus in perniciem hostium Sanctitas tua divinam provocet majestatem: quod te & ante litteras nostras facere certissimum est.

CAP. III. Quoniam vero & hoc statutum est, ut ea quæ centum quinquaginta sanctissimi Episcopi sub 4 divo *Theodosio* Majore de honore venerabilis Ecclesiæ Constantinopolitanæ statuerunt, & quæ nunc a sancta Synodo de eadem re statuta sunt, firma serventur: scilicet ut post Sedem apostolicam Constantinopolitanæ urbis Antistes secundum obtineat locum; quoniam & eadem splendidissima civitas junior Roma nuncupatur: dignetur Sanctitas tua etiam huic parti proprium adhibere consensum; quamvis reverentissimi Episcopi, qui tuæ religionis vicem agentes ad sanctam Synodum convenerunt, contradixerint. Vehementer enim prohibebant de hac venerabili Ecclesia a Synodo aliquid ordinari.

Contradicunt Sedis CP. amplitudini Legati Leonis in Synodo.

CAP. IV. Speramus autem quod concordantibus toto orbe Sacerdotibus, ea quæ Reipublicæ Romanæ proderunt, divinus favor præstare dignabitur. Qua de re per *Lucianum* virum religiosum Episcopum, & *Basilium* Diaconum harum portitores omnia vere insinuari oportere censuimus. Et petimus, ut ea quæ sancta Synodus statuit, etiam religio tua in perpetuum præcipiat observari. *Et alia manu*. Divinitas te servet per multos annos, sancte ac religiosissime Pater. Data decimoquinto Kalendas Januarias, Constantinopoli, D. N. *Marciano* PP. Aug. & qui fuerit nominatus, Consulibus.

EJUSDEM EPISTOLÆ

GRÆCUM EXEMPLAR

Cum nova interpretatione Latina.

Epistola piissimi Imperatoris MARCIANI *ad beatissimum Archiepiscopum Romæ* LEONEM.

Victores VALENTINIANUS & MARCIANUS gloriosi, triumphatores Augusti, sanctissimo & vere venerabili Patri Archiepiscopo LEONI.

CAP. I. DIvinæ humanæque litteræ consentiunt Divinitatem in primis esse adorandam, ibique omnipotentem Deum esse propitium, ubi colitur recte fides. Hoc igitur quod quærebamus, invenimus & assecuti sumus nostris precibus. Invenit enim religionis fidem fidelis affectus, & nullum dubium est C Dei auxilio esse definitum, quod de ipsius potentia quærebatur. Expulsa enim omni contentione & discordia, quam invidus dæmon fidei injecerat, Deum omnes una mente cognoscunt. Ceterum non accusamus infideles, quin & gratiam habemus religionis inimicis: præstiterunt enim nobis, ut Deum studiosissime quæreremus manifesteque cognosceremus. Majus enim lumen esse videtur post tenebras apparens: dulcis est sitientibus potus, fessis otium. Lætetur igitur Sanctitas tua super victoria fidei, cujus corona omnipotenti Christo referenda: hic enim edit contra infideles victoriam. Et ideo nos ipsi adesse sanctæ Synodo festinavimus, quamquam nos in aliis locis &

a Ἐπιστολὴ τοῦ εὐσεβεστάτου βασιλέως Μαρκιανοῦ πρὸς τὸν μακαριώτατον ἀρχιεπίσκοπον B Ῥώμης Λέοντα.

Νικηταὶ Οὐαλεντινιανὸς, καὶ Μαρκιανὸς, ἔνδοξοι, τροπαιοῦχοι, αὔγουστοι, τῷ ἁγιωτάτῳ καὶ ἀληθῶς σεπτῷ b πατριάρχῃ ἐπισκόπῳ Λέοντι.

ΑΙ' θεῖαι, καὶ ἀνθρώπιναι γραφαὶ συμφωνοῦσι τὸ θεῖον ἐν πρώτοις εἶναι προσκυνητὸν, κἀκεῖ τὸν παντοκράτορα Θεὸν εἶναι ἵλεω. ὅπου θρησκεύεται c ὀρθῶς ἡ πίστις. τοῦτο τοίνυν, ὅπερ d ζητοῦμεν, εὕρωμεν καὶ ἐπιτύχομεν ἡμετέραις εὐχαῖς· εὗρε γὰρ τῆς θρησκείας τὴν πίστιν ἡ πιστὴ διάθεσις, καὶ οὐδὲν C ἀμφίβολόν e ἐστι συνεργείᾳ τοῦ Θεοῦ πετυπῶσθαι, ὅπερ περὶ τῆς αὐτοῦ δυνάμεως ἐζητεῖτο. Ἐκβεβλημένης τοίνυν πάσης φιλονεικίας, καὶ διχονοίας, ἥν τινα ὁ βάσκανος δαίμων τῇ πίστει f ἐβεβλήκει, τὸν Θεὸν πάντες g διανοίᾳ γινώσκουσι. λοιπὸν οὐ κατηγοροῦμεν τῶν ἀπίστων, ἀλλὰ καὶ χάριν ὁμολογοῦμεν τοῖς τῆς θρησκείας ἐχθροῖς· παρέχον γὰρ ἡμῖν, ὅπως τὸν Θεὸν σπουδαιότατα ζητήσωμεν, φανερῶς τε ἐπέγνωμεν. Μεῖζον γὰρ φῶς εἶναι δοκεῖ τὸ μετὰ τὴν σκοτίαν φαῖνον· γλυκύς h ἐστι τοῖς διψῶσιν ὁ πότος, τοῖς κεκμηκόσιν ἡ ἀργία. χαιρέτω τοίνυν ἡ σὴ ἁγιωσύνη ἐπὶ τῇ νίκῃ τῆς πίστεως, i οὗ τινος ὁ στέφανος τῷ παντοκράτορι χριστῷ ἀναθετέος· Οὗ- D

τος

BALLER. NOTÆ.

4 Vocem *divo* item adjecimus ex eodem codicce, & editione Holstenii. In Græco autem textu habetur *sub diva memoriæ Theodosio*.

a Hæc epistola anno 1685. ab Andrea Arnoldo in syntagmate Athanasii edita fuit ex cod. Barocciano in Bodlejanam bibliothecam translato, & dein a Quesnello secundæ editioni inserta. Græcum textum relegimus & emendavimus ex cod. Vat. Græco 1455. Latinam interpretationem Arnoldi Quesnellus recusit: nos ob insignes emendationes Græci textus novam interpretationem afferendam credidimus.

b Ita & MS. Sed, ut monuit etiam Arnoldus, pro πατριάρχῃ ἐπισκόπῳ legendum forte πατρὶ ἀρχιεπισκόπῳ. Vide epist. ejusdem Marciani 110.

c Addidimus ὀρθῶς, quod aberat a vulg., auctoritate cod. Vat. Consonat & textus Latinus, qui habet *rite*.

d MS. Vat. ζηλοῦμεν. Ceterum lege ἐζητοῦμεν.

e Ita cod. Vat. In vulg. non satis bene, ἀμφίβολον ἐπὶ συνεργείᾳ &c.

f MS. Vat. ἐμβεβλήκα. Legendum forte ἐνεβεβλήκει.

g Supple ex textu Latino antiquo, & lege μιᾷ διανοίᾳ.

h Ita MS. Vat. atque ita in textu Latino. Abest ἐστὶ a Vulgatis.

i Ita etiam MS. Vat. sed legendum εἴς τινος.

τοῦ γὰρ δέδωκε k κατὰ τῶν ἀπίστων νίκην· καὶ διὰ τοῦτο ἡμεῖς αὐτοὶ παραγενέσθαι τῇ ἁγίᾳ συνόδῳ l ὑπεσχήθημεν, εἰ καὶ ὅτι ἡμᾶς ἐν ἄλλοις τόποις ἐκστρατεῖαί τε, καὶ δημόσιαι χρεῖαι κατεῖχον. τοιγαροῦν ἅπαντα κατ' εὐχὰς τῆς σῆς ἁγιωσύνης, αἵτινες τῇ πίστει συμφωνοῦσι, m τετύπωται. παντὸς τοῦ κόσμου τοῦ ὄντος ὑπὸ τὴν ἡμετέραν βασιλείαν τῶν εὐλαβεστάτων ἐπισκόπων ἐν τῇ χαλκηδονίων συγκληθέντων, καὶ σκέμματος γενομένου, μετὰ πολλὰς φιλονεικίας ἡ ἀληθὴς πίστις κατέσχε, καὶ κατὰ τὰ γράμματα τῆς σῆς ἁγιωσύνης πάντες συνῄνεσαν τῇ ἐκθέσει, καθὼς ἡ ἀλήθεια ἀπῄτησε· καὶ οὐδὲν ἀμφιβάλλομεν τούτου τοῦ n πράγματος τὴν χάριν ἡμῖν καὶ τῇ σῇ ἁγιωσύνῃ κοινὴν εἶναι, καὶ ἐπ' ἴσης χαίρειν, οὕστινας φανερόν ἐστιν ὁμοίως o εἰρῆσθαι τὴν ἀλήθειαν. λείπει ὅπως πάντων p κατὰ τὴν καθολικὴν πίστιν, καὶ τὴν ἀλήθειαν συντεθέντων. καὶ εἰρήνης ταῖς ἐκκλησίαις ἀποδοθείσης, συμπάσαις εὐχαῖς εἰς ἀπώλειαν τῶν πολεμίων ἡ σὴ ἁγιωσύνη τὴν θείαν προσκαλέσηται δύναμιν· ὅπερ σὲ καὶ πρὸ τῶν ἡμετέρων q ποιεῖν ὡμολόγηται. Ἐπειδὴ δὲ καὶ τοῦτο τετύπωται, ὥστε τὰ παρὰ τῶν ρν ἐπισκόπων ἐπὶ τοῦ τῆς θείας λήξεως r τοῦ ἀνωτέρου Θεοδοσίου τῆς τιμῆς ἕνεκα τῆς σεπτῆς ἐκκλησίας τῶν κωνσταντινουπολιτῶν τυπωθέντα, καὶ ἅτινα νῦν ὑπὸ τῆς ἁγίας συνόδου περὶ τοῦ αὐτοῦ πράγματος τετύπωται. βέβαια φυλαχθῆναι, δηλαδὴ, ἵνα μετὰ τὸν ἀποστολικὸν θρόνον ὁ τῆς Κωνσταντινουπολιτῶν εὐθέως ἐπίσκοπος δεύτερον s ἔχοι τόπον. ἐπειδὴ περιφανεστάτη πόλις νεωτέρα Ῥώμη προσαγορεύεται, t καταξιώσει ἡ σὴ ἁγιωσύνη καὶ τούτῳ τῷ μέρει συναινέσαι· εἰ καὶ οἱ εὐλαβέστατοι ἐπίσκοποι εἰς τόπον τῆς σῆς θεοφιλείας ἐν τῇ ἁγίᾳ συνόδῳ συνελθόντες ἀντεῖπον· σφοδρότατα γὰρ ἐκώλυον περὶ τῆς αὐτῆς σεπτῆς ἐκκλησίας τυπωθῆναί τι ἐν τῇ συνόδῳ. Ἐλπίζομεν δὲ ὡς συμφωνούντων τῶν τοῦ παντὸς κόσμου ἱερέων τὰ τοῖς ῥωμαϊκοῖς πράγμασι λυσιτελοῦντα ἡ θεία πρόνοια παρασχεῖν καταξιώσει. διὸ δὴ διὰ λουκιανοῦ τοῦ θεοφιλεστάτου ἐπισκόπου, καὶ βασιλείου τοῦ διακόνου πάντα ὑμῖν γνωρισθῆναι ἐθεσπίσαμεν, καὶ αἰτοῦμεν τὰ παρὰ τῆς ἁγίας συνόδου τυπωθέντα, ἵνα καὶ ἡ σὴ εὐσέβεια εἰς τὸ διηνεκὲς παραφυλαχθῆναι προστάξῃ. Ἡ θεία σε πρόνοια, φυλάττοι πολλοῖς χρόνοις ἁγιώτατε, καὶ θεοφιλέστατε πάτερ· Ἐδόθη πρὸ δεκαπέντε καλανδῶν ἰαννουαρίων ἐν κωνσταντινουπόλει, ὑπατείας τοῦ δεσπότου ἡμῶν Μαρκιανοῦ τοῦ αἰωνίου αὐγούστου, καὶ τοῦ δηλωθησομένου.

A expeditiones & publicæ necessitates detinerent.

CAP. II.

Ergo omnia secundum vota Sanctitatis tuæ, quæ fidei consonant, definita sunt, totius orbis, qui sub nostro imperio est, piissimis Episcopis Calchedone convocatis, & deliberatione habita, post multas contentiones vera fides obtinuit, & juxta litteras Sanctitatis tuæ omnes assenserunt expositioni, sicut veritas postulavit: nihilque ambigimus hujus rei gratiam nobis & Sanctitati tuæ communem esse, & ex æquo lætari, B quos palam est æquali studio amare veritatem. Superest, ut omnibus juxta catholicam fidem & veritatem compositis, & pace Ecclesiis restituta, votis omnium in perniciem hostium Sanctitas tua divinam provocet potentiam: quod te & ante nostras litteras facere in confesso est.

CAP. III.

Quoniam vero & hoc constitutum est, ut ea, quæ a centum quinquaginta Episcopis sub divæ memoriæ Majore Theodosio honoris gratia erga venerabilem Constantinopolitanam Ecclesiam statuta sunt, quæque nunc a sancta Synodo de eadem re C sunt sancita, firma serventur, videlicet ut post apostolicam Sedem Constantinopolitanus statim Episcopus secundum habeat locum, quoniam splendidissima urbs junior Roma appellatur, dignetur Sanctitas tua etiam huic parti assensum præbere; licet reverendissimi Episcopi, qui loco tuæ in Deo caritatis ad sanctam Synodum convenerunt, contradixerint: vehementissime enim prohibebant de eadem venerabili Ecclesia quidquam in Synodo decerni. Speramus autem, quod consentientibus totius orbis Sacerdotibus, quæ Romanis rebus utilia sunt, divina providentia præstare dignabitur. Quapropter per *Lucianum* Dei amantissimum Episcopum & *Basilium* Diaconum ut omnia vobis significarentur decrevimus, rogamusque ut quæ a sancta Synodo constituta sunt, etiam tua in Deum pietas in perpetuum observari præcipiat. Divina te providentia servet multis temporibus, sanctissime & Dei amantissime D pater. Data ante diem decimum quintum Kalend. Januar. Constantinopoli, Consulatu Domini nostri *Marciani* semper Augusti, & ejus, qui fuerit nuntiatus.

EPI-

BALLER. NOTÆ.

k Ita legimus cum MS. Vat. Male in vulgatis παρὰ τῶν ἀπίστων.
l Ita & MS. Vat. sed legendum ὑπέσχηθηκεν: quod non admonuisse Arnoldum, neque post eum Quesnellum, miramur.
m Ita manifeste MS. Vat. Male in vulgatis, τετυπεσθαι: quamquam in margine adnotatum fuerit, leg. τετύπωται.
n Ita perspicue cod. Vat. In vulg. γράμματος in margine adnotatum fuit, f. πράγματος.
o Ita & MS. Vat. sed legendum forte ἐρᾶσθαι.
p Supplemus κατὰ ex MS. Vat., quæ præpositio male abest a vulgatis.
q Supplendum hic ex veteri textu Latino, & legendum, ἡμετέρων γραμμάτων.
r Veram hic tibi lectionem exhibet MS. Vaticanus. Corrupte in vulgatis τοῦ ἀωτέρου: cujus vocis e regione in margine adnotatum fuit, f. προτέρου.
s In vulg. ἔχη.
t Forte καταξιώση.

* Quæ antea erat 101. nunc 128. eodem tempore quo præcedens.

EPISTOLA CI. *

1 ANATOLII Epiſcopi Conſtantinopolis Ad S. LEONEM Archiepiſcopum Romæ,

Nunc primum ex MS. Vaticano edita.

SYNOPSIS.

I. *Leonis zelus contra hæreticos, quos proſtravit. De actis Calchedone Romam allatis.*
II. *Legati Anatolii cum aliis actis Romam miſſi. De damnatione Dioſcori.*
III. *De epiſtola Leonis recepta ab omnibus, & de definitione fidei edita in Synodo Calchedonenſi.*
IV. *De aliis geſtis Calchedonenſibus poſt definitionem fidei, primum quoad canones, dein quoad particulares cauſſas eccleſiaſticas. Tandem de privilegio Eccleſiæ Conſtantinopolitanæ.*
V. *Contradictio Legatorum Leonis huic privilegio. Confirmatio ejus petitur.*

Sanctiſſimo & beatiſſimo Patri & Commi-niſtro Archiepiſcopo antiquæ Romæ *Leoni*, *Anatolius* in Domino ſalutem.

CAP. I. VEſtræ Sanctitatis zelus erga pietatem, & ſollicitudo rectæ fidei omnium ſalvatori Deo cara & grata, digna facta eſt omnium admiratione. Mos enim vobis eſt, qui ita magni eſtis, in recte factis aſſurgere, & probationem Chriſti Eccleſiarum in veſtris laudibus ponere. Unde non deſpexit veſtra Sanctitas veram fidem profanis ſuffoſſam inſultibus; ſed execrans malos operarios, armis implacabilibus contra pravitatem vehementer illos proſtravit. Quoniam igitur piiſſimi & Chriſto cariſſimi noſtri Imperatores, optimum pietatis zelum præſeferentes, omnem radicem amaram pullulantem reſcindere ſolliciti, ne ab ipſa polluantur (cum ad hoc maxime ad regnum evecti ſint, ut fidei Patrum, cum ſub 2 tyrannide eſt, auxilium ferant) ex omni fere loco, qui ſub Sole eſt, Sacerdotes colligi juſſerunt, ut hi communi ſententia confirmantes beatorum & venerabilium Patrum fidem, & conſonam illis tuæ Sanctitatis epiſtolam, omnem innovationem diſſipent peregrinorum ſophiſmatum, quæ pietatis ſenſum lædit. Et quoniam oportebat omnia 3 neceſſario ad notitiam tuæ Sanctitatis referri, quæ conſecuta ſunt; mittentes hinc electos Dei amantiſſimum fratrem & Coepiſcopum noſtrum *Lucianum*, & religioſiſſimum Diaconum *Baſilium*; ſcribimus etiam 4 rurſus iſta ſignificantes, quod jam quidem Dei amantiſſimus frater & Coepiſco-

A Τῷ ἁγιωτάτῳ, καὶ μακαριωτάτῳ πατρὶ, καὶ συλλειτουργῷ ἀρχιεπισκόπῳ τῆς πρεσβυτέρας Ῥώμης Λέοντι, Ἀνατόλιος ἐν Κυρίῳ χαίρειν.

Τῆς μὲν ὑμετέρας ἁγιωσύνης ὁ περὶ τὴν εὐσέβειαν ζῆλος, καὶ ἡ περὶ τῆς ὀρθῆς πίστεως τῷ πάντων σωτῆρι Θεῷ φίλη τε, καὶ ἀρέσκουσα φροντὶς ἀξία παντὸς γέγονε θαύματος. ἔθος γὰρ a B ὑμῖν τοὺς οὕτω μεγάλους εὐδοκιμεῖν, καὶ δοκίμιον τὰς τοῦ Χριστοῦ ἐκκλησιῶν τὰς αὐτῶν ποιεῖσθαι σπουδάς. ὅθεν οὐ περιεῖδεν ἡ ὑμῶν ὁσιότης τὴν ἀληθῆ πίστιν βεβήλαις ὑπορυσσομένην ὁρμαῖς, ἀλλὰ βδελυξαμένη τοὺς κακοὺς ἐργάτας, τῷ ὅπλῳ τῆς μισοπονηρίας εὐτόνως τούτους b κατέτρωσεν. ἐπεὶ τοίνυν καὶ οἱ εὐσεβέστατοι, καὶ φιλόχριστοι ἡμῶν βασιλεῖς ἄριστοι τῆς εὐσεβείας ὑπάρχοντες ζηλωταὶ, πᾶσαν ῥίζαν πικρίας ἀναφύουσαν φροντίσαντες ἐκτεμεῖν, ἵνα μὴ διὰ αὐτῆς μιανθῶσι (διὰ τοῦτο πλέον εἰς βασιλείαν προαχθέντες, ὅπως τυραννουμένῃ τῇ πίστει τῶν C πατέρων ἀμύνωσιν) ἐκ πάσης σχεδὸν τῆς ὑφ᾽ ἡλίῳ τοὺς Θεῷ ἱερουργοὺς ἐθέσπισαν συναχθῆναι, ἵνα οὗτοι κοινῇ κρίσει βεβαιώσαντες τὴν τῶν μακαρίων, καὶ ἀοιδίμων πατέρων πίστιν, καὶ τὴν σύμφωνον ταύτῃ τῆς σῆς ἁγιότητος ἐπιστολὴν, πᾶσαν καινοτομίαν τῶν ἐπεισάκτων σοφισμάτων τῆς εὐσεβείας τὸ φρόνημα καταβλάπτουσαν ἀποσκεδάσωσι. καὶ ἔδει ἅπαντα εἰς γνῶσιν τῆς σῆς ἁγιότητος ἀνενεχθῆναι τὰ παρακολουθήσαντα ἀναγκαίως· ἀποστέλλοντες αὐτόθι, κατ᾽ ἐπιλογὴν τὸν θεοφιλέστατον ἀδελφὸν, καὶ συνεπίσκοπον ἡμῶν c Λουκιανὸν, τόν τε εὐλαβέστατον D διάκονον βασίλειον γράφομεν καὶ αὖθις, ταῦτα δηλοῦ-

BALLER. NOTÆ. a Forte, τοῖς οὕτω μεγάλοις. b Forte κατέστρωσεν.
c Leg. Λουκίντιον.

1 Hanc epiſtolam nunc primum proferimus ex Vaticano Græco 1455., in quo etiam præcedentes Marciani litteras Græcas invenimus. Cum utræque de eadem re agant, & per eoſdem Legatos Lucianum Epiſcopum ac Baſilium Diaconum fuerint tranſmiſſæ; eodem tempore, quo ſuperior, hæc quoque Epiſtola ab Anatolio ſcripta cognoſcitur. Hinc etiam ſicut antecedenti epiſtolæ Marciani Leo reſpondit epiſt. 104. data die 22. Maji, ita huic Anatolii eodem die reſponſum dedit epiſt. 106.

2 Nimirum uti erat Dioſcoro prædominante, cum Marcianus ad Imperium evectus fuit.

3 Obſerva neceſſitatem referendi ad apoſtolicam Sedem: unde iterum paullo poſt, *quæ debent neceſſario ad veſtram cognitionem venire.*

4 Aliam igitur epiſtolam Anatolius ad Leonem ſcripſerat, cum Lucentius & Bonifacius poſt Concilium remigraverant: quæ tamen eſſe poteſt ipſa epiſt. 98. totius Concilii nomine ad Leonem miſſa, cui quidem Anatolius primo loco ſubſcripſit, ut ex antiqua verſione liquet. At paullo poſt hanc epiſt. 98. uti a Concilio ſcriptam allegat. Hinc porro colligitur eoſdem Lucentium & Bonifacium ante hoc tempus diſceſſiſſe cum actis & relatione ejuſdem Synodi, ac proinde paullo poſt Kalendas Novembris, cum poſtrema Concilii actio habita fuit.

δηλοῦντες, ὡς ἤδη μὲν ὁ θεοφιλέστατος ἀδελφὸς, A καὶ συνεπίσκοπος ἡμῶν Λουκιανὸς· ἅμα τῷ θεοσεβεστάτῳ πρεσβυτέρῳ d ἡμῶν Βονιφατίῳ σὺν Μαρκιανῷ τῷ εὐλαβεστάτῳ διακόνῳ φανεροὺς χάρτας περιέχοντας τὰ ἐν τῇ ἁγίᾳ, καὶ οἰκουμενικῇ συνόδῳ πεπραγμένα λαβὼν ταύτης τῆς βασιλευούσης ἐξεδήμησε πόλεως.

Ἐπειδὴ δὲ μετ᾽ ἐκείνους πρέπον ἦν τοὺς ὑπολελειμμένους καὶ εἰς γνῶσιν ἡμῶν ἀναγκαίως ἐλθεῖν ὀφείλοντας χάρτας, καὶ δι᾽ ἡμετέρων ἀνδρῶν ἀποσταλῆναι· διὰ τὸ ἰδικῶς ἡμῖν πεπρᾶχθαι τινὰ, τούτου χάριν ἐπιλεξάμενοι ἄνδρα εὐσεβείᾳ τε, καὶ συνέσει, καὶ τῇ περὶ τὴν πίστιν ἀκεραιότητι πλουτοῦντα τὸν μνημονευθέντι θεοσεβέστατον ἐπίσκοπον, ἅμα τῷ προειρημένῳ B διακόνῳ εἰς τὴν ὑμετέραν μεγίστην Ῥώμην ἐξαπεστείλαμεν· ἵνα τὰ μὲν διὰ τῶν χαρτῶν, τὰ δὲ δι᾽ ἑαυτῶν σαφῆ ποιήσαντες ἀποκρίσεως προσφόρῳ τε, καὶ ὑμῖν πρεπούσης χαίροντες πρὸς ἡμᾶς ἐπανέλθωσιν, ἀνυμνοῦντες μετὰ πάντων τὴν ἀγάπην, καὶ τὴν φιλοφροσύνην τὴν συνήθη περὶ τὸν τῆς βασιλευούσης ταύτης πόλεως θρόνον, τῇ πατρικῇ κηδεμονίᾳ τῆς ὑμετέρας μακαριότητος· ὅπως μὲν γὰρ ἡ ἁγία, καὶ οἰκουμενικὴ σύνοδος ἐρευνήσασα τὴν γεγενημένην ζάλην κατὰ τῆς κοινῆς εἰρήνης εὗρε τὸν αἴτιον, Διόσκορον φημὶ, τὸν τῶν Ἀλεξανδρέων γεγονότα πρώην ἐπίσκοπον, καὶ ἀπέτεμε τῆς ἱερωσύνης, τὰ παρὰ τῆς ἁγίας, καὶ οἰκουμενικῆς συνόδου λεπτομερέστερον C γραφέντα δηλοῖ. ἔδει γὰρ ἔδει ἐξαρθῆναι τὸν πονηρὸν ἐκ μέσου τὸν καὶ πᾶσαν τὴν οἰκουμένην χειμῶνος, καὶ ζάλης ἐμπλήσαντα. ἀλλ᾽ ἐπὶ μὲν τούτοις καλῶς δόξασι, καὶ τὴν ὑμετέραν ἁγιότητα πεπείσμεθα e τίθεσθαι διὰ τὴν ἔμφυτον μισοπονηρίαν ὑμῶν· ἐπειδὴ δὲ μετὰ τὸν ἐπ᾽ ἐκείνῳ τύπον ἐχρῆν (a), (διὸ μάλιστα σπουδαίως ὁ εὐσεβὴς βασιλεὺς τὴν ἁγίαν σύνοδον ἤθροισεν) ἐπὶ τὸν τῆς ὀρθῆς f ἡμῶν πίστεως λόγον g πάντως συνελθεῖν τὴν διάνοιαν, μετὰ προσευχῆς, καὶ δακρύων συμπαρούσης ἡμῖν τῷ πνεύματι, καὶ συμπραττούσης διὰ τῶν αὐτόθεν ἀποσταλέντων θεοφιλεστάτων ἀνδρῶν τῆς σῆς ὁσιότητος· D ἔχοντες ὑπερασπίζουσαν τὴν ἁγιωτάτην,

A pus noster 5 *Lucentius* ſimul cum piiſſimo Presbytero veſtro *Bonifacio* & *Marciano* religioſiſsimo Diacono, patentibus chartis, quæ continent ea quæ in œcumenica Synodo geſta ſunt, acceptis ex hac urbe diſceſsit.

Quoniam vero poſt ipſos par erat, ut 6 CAP. II.
reliquæ chartæ, quæ debent neceſſario ad veſtram cognitionem venire, etiam per noſtros homines mitterentur, eo quod ſpecialiter quædam a nobis acta ſunt; ea de cauſſa eligentes virum pietate & intelligentia & ſimplicitate in fide abundantiſsima præditum B memoratum religioſiſsimum Epiſcopum cum ſupradicto Diacono ad veſtram magnam Romam legavimus; ut cum alia quidem per litteras, alia vero per ſe ipſos manifeſta fecerint, convenienti vobiſque digno reſponſo, ad nos cum gaudio revertantur, celebrantes cum omnibus dilectionem & benignitatem, qua uti conſuevit paternæ veſtræ ſollicitudo Beatitudinis erga ſedem hujus Urbis regiæ. Quo pacto vero ſancta & univerſalis Synodus ſcrutata diligenter exortam tempeſtatem contra communem pacem invenerit auctorem, Dioſcorum dico, qui Alexandrinorum fuit olim Epiſcopus, & Sacerdotio excidit; ea quæ a ſancto & C œcumenico Concilio diſtincte 7 ſcripta fuerunt, ſignificant. Oportebat enim, oportebat tolli de medio improbum, qui & replevit totum orbem tempeſtatibus & procellis. Verum his quidem optime conſtitutis etiam veſtram Sanctitatem confidimus eſſe 8 aſſenſuram propter innatum veſtrum odium contra pravitatem.

Quoniam vero poſt judicium de illo 9 CAP. III.
opus erat (quem in finem diligentiſsime piius Imperator ſanctam Synodum congregavit) ut in rectæ veſtræ fidei ſenſum omnium conveniret intelligentia; cum oratione & lacrymis, adſtante nobis in ſpiritu & cooperante per iſthinc miſſos Deo cariſ- D ſimos viros tua Sanctitate, habentes protectricem ſanctiſſimam & ſpecioſiſſimam *Euphemiam*

BALLER. NOTÆ.

d Leg. ἡμῶν.
e Leg. συντίθεσθαι.
f Leg. ὑμῶν.
g Leg. πάντων.

(a) Poſt ἐχρῆν hiatum reperiri in græco Vaticano notat P. Cacciari, qui ex eodem codice hanc epiſtolam produxit.

5 In Græco quidem Λουκιανὸς *Lucianus* legitur. At cum ipſi jungatur Presbyter Bonifacius, qui ſimul cum Concilii geſtis diſceſſerat; palam eſt legendum eſſe *Lucentius*, qui una cum Bonifacio apoſtolitæ Sedis legatione functus Romam repetiit. Idem confirmant evidentius ſequentia, ubi *poſt ipſos* hic nominatos, qui chartas Concilii detulerant, aliæ chartæ etiam *per Noſtros* mittendæ dicuntur. Hinc enim colligitur *ipſos* fuiſſe Occidentales diſtinctos a *Noſtris*: *Noſtri* autem intelliguntur Lucianus atque Baſilius Conſtantinopoli Romam directi, qui pariter in antecedenti epiſtola a Marciano memorantur. In *ipſis* ergo Occidentalibus non ſolus Bonifacius intelligendus eſt, ſed etiam Lucentius. Neque moveat, quod Paſchaſinus omittatur, qui tamen primus inter Legatos Romanæ Sedis exſtitit. Nam ſicut S. Leo Paſchaſinum ad Concilium miſit non ex Urbe, ut Bonifacium, ſed ex Sicilia, ut indicatur ep. 89. 91. & præcipue 94. ita Anatolius idcirco fortaſſis memorat ſolummodo Lucentium & Bonifacium, quod hi tantum Romam profecturi eſſent, Paſchaſinus autem in Siciliam reverſurus demigraverit. Quis porro fuerit Marcianus Diaconus, qui cum his legatis Occidentalibus diſceſſit, inopia monumentorum ignoramus.

6 Hæ chartæ *quædam a nobis ſpecialiter acta* continere traduntur. Sub finem vero epiſtolæ ad Leonem miſſa dicitur definitio pro ſede Conſtantinopolitana, quæ cum poſt abſolutam actionem diei 31. Octobris, abſentibus Legatis, lucubrata fuerit; geſta in eamdem rem iiſdem abſentibus *ſpecialiter* acta, ſuæ ſcilicet Sedis favore indicari videntur.

7 Intelligitur relatio Synodi ad Leonem, quam ſuperius dedimus epiſt. 98.

8 Nota aſſenſum Romanorum Pontificum actis Concilii requiſitum, & omnino liberum.

9 Adverte neceſſitatem conveniendi cum fide Romani Pontificis ab Anatolio aſſertam. *Fidei* autem nomine intelligit epiſtolam 28. ad Flavianum, cujus quidem lectio in Concilio præmiſſa fuit definitioni fidei. Cumque nonnulli Epiſcopi minus recte aſſecuti Leonis mentem, aliquot difficultates in ea recipienda propoſuiſſent; hinc in Concilio actum fuit, ut difficultates ejuſmodi diſſolverentur, ſicque *in rectum veſtræ fidei ſenſum omnium conveniret intelligentia*. Adverte præterea hæc geſta fuiſſe *poſt judicium de illo*, ideſt de Dioſcoro.

phemiam Martyrem, salutari 10 huic operi nos ipsos omnes reliquis depositis curis dedimus: & cum tempus postularet ut omnes congregati sanctissimi Episcopi 11 concordem definitionem ederent ad explicationem, & clariorem intelligentiam confessionis in Dominum nostrum JESUM CHRISTUM; Dominus Deus inventus, & non quærentibus apparens, apparens autem etiam non interrogantibus eum, etsi 12 quidam ab initio contentiose obstare conati sunt; ostendit tamen suam veritatem, & disposuit, ut 13 unanime & contradictionis expers ab omnibus publicaretur scriptum, quod tum confirmaret constantium animos, tum invitaret ad viam veritatis omnes, qui a veritate declinabant. Et quidem cum subscripsissemus unanimi consensu hujusmodi libello, qui conveneramus in consessu universalis nostræ Synodi in confessione ejusdem sanctissimæ & victricis Martyris *Euphemiæ*, quumque cum piissimi & Christi amantissimi Imperatoris nostri *Marciani*, & piissimæ perque omnia fidelissimæ Imperatricis & Augustæ filiæ nostræ *Pulcheriæ* oratione & gaudio atque hilaritate scriptam ad confirmandam eam, quæ Patrum nostrorum fuit, fidei definitionem juxta vestram illam sacram epistolam 14 supra sanctum altare posuissemus, ipsam eorum pietati tradidimus, sic eam ut acciperent, cum ipsi rogavissent: qui accipientes, gloriam dederunt nobiscum Christo Domino, qui expulit quidem obscuritatem pravæ opinionis, & illustravit summa consensione verbum veritatis. Et quæ quidem ad ecclesiasticam pacem concordiamque Sacerdotum in fide pura spectant, per gratiam Salvatoris hoc pacto contigerunt.

CAP. IV. Quoniam vero etiam de aliis rebus oportebat nos considerare, ut tanta Synodus

A καὶ καλλίστην Εὐφημίαν τὴν μάρτυρα τῷ σωτηρίῳ τούτῳ ἑαυτοὺς ἅπαντες μετὰ πάσης σχολῆς δεδώκαμεν πράγματι, καὶ ἀπαιτοῦντος τοῦ καιροῦ πάντας τοὺς συνειλεγμένους ἁγιωτάτους ἐπισκόπους σύμφωνον ὅρον ἐξενεγκεῖν· πρὸς σαφήνειαν, καὶ τρανωτάτην κατάληψιν τῆς εἰς τὸν κύριον ἡμῶν Ἰησοῦν Χριστὸν ὁμολογίας ὁ δεσπότης Θεὸς εὑρισκόμενος, καὶ τοῖς μὴ ζητοῦσιν ἐμφανιζόμενος· ἐμφανιζόμενος δὲ καὶ τοῖς μὴ ἐπερωτῶσιν αὐτόν. εἰ καὶ τινες τὴν ἀρχὴν διαφιλονεικεῖν ἐπεχείρησαν, ἀνέδειξεν ὅμως τὴν ἑαυτοῦ ἀλήθειαν, καὶ ᾠκονόμησε σύμφωνον, καὶ h ἀντίλεκτον ἐκφωνηθῆναι παρὰ πάντων ἔγγραφον· στηρίζοντα μὲν τῶν βεβαίων τὰς ψυχάς, προσκαλούμενον B δὲ πάντας εἰς τὴν ὁδὸν τῆς ἀληθείας τοὺς ἀπὸ τῆς ἀληθείας ἐκκλίνοντας· καὶ δὴ ὑποσημειωσάμενος συμφώνως τῷ τοιούτῳ χάρτῃ παραγενόμενοι εἰς τὸ συνέδριον τῆς οἰκουμενικῆς ἡμῶν συνόδου ἐν τῷ μαρτυρίῳ τῆς αὐτῆς ἁγιωτάτης, καὶ καλλινίκου μάρτυρος Εὐφημίας· τοῦ τε εὐσεβεστάτου, καὶ φιλοχρίστου βασιλέως ἡμῶν Μαρκιανοῦ, καὶ τῆς εὐσεβεστάτης κατὰ πάντα πιστοτάτης βασιλίδος, καὶ αὐγούστης τῆς θυγατρὸς ἡμῶν Πουλχερίας μετὰ προσευχῆς, χαρᾶς τε, καὶ εὐφροσύνης, τὸν ἐπὶ τῇ βεβαιώσει τῆς τῶν πατέρων ἡμῶν ἔγγραφον πίστεως ὅρον κατὰ τὴν ὑμετέραν C ἐκείνην ἱερὰν ἐπιστολήν, ἐπιτεθεικότες τῷ ἁγίῳ θυσιαστηρίῳ προσδεδώκαμεν τῇ αὐτῶν εὐσεβείᾳ· οὕτως αὐτὸν δέξασθαι τούτων ἀπαιτησάντων· οἵπερ δεξάμενοι ἐδόξασεν σὺν ἡμῖν τὸν δεσπότην Χριστὸν τὸν ἀπελάσαντα μὲν πάντα ζόφον κακοδοξίας· ξανώσαντα δὲ ὁμογνωμόνως τὸν λόγον τῆς ἀληθείας, καὶ τὸ μὲν περὶ τῆς ἐκκλησιαστικῆς εἰρήνης, καὶ τῆς περὶ τὴν εὐαγῆ πίστιν ὁμονοίας τῶν ἱερέων τῇ χάριτι τοῦ σωτῆρος οὕτω συνέδραμεν. ἐ-D πειδὴ δὲ καὶ περὶ ἑτέρων ὑποθέσεων ἐχρῆν ἡμᾶς διασκοπῆσαι· ἵνα ἡ τοσαύτη σύνοδος πάντα δόξῃ πράτ-

BALLER. NOTÆ.

h Leg. ἀναντίλεκτον.

10 Nimirum disjiciendis difficultatibus & persuadendis Episcopis, qui epistolam ad Flavianum minus intelligentes, ineunte Concilio actione secunda, apud Anatolium convenere, ut tractatu habito omnem dubitationem exuerent, quod feliciter evenit, quemadmodum traditur actione quarta pag. 1382. & 1383. tom. 4. Concil.

11 Post concordiam omnium in recipienda epistola S. Leonis de concordi definitione edenda actum fuit actione quinta.

12 Novæ scilicet definitioni fidei oppositiones exortæ fuerunt, quæ eadem actione quinta indicantur.

13 Vide actionem sextam.

14 Respicitur actio sexta Calchedonensis, in qua tamen non omnes circumstantiæ hic propositæ leguntur. Ex his autem explicatur recteque intelligitur perobscurus locus epistolæ 98. ejusdem Concilii ad Leonem, ubi traditur, Sancta Euphemia *tamquam propriam confessionem fidei definitionem suscipiens a nobis, suo sponso per piissimum Imperatorem & amicam Christi Augustam obtulisse*. Quid autem id fuerit, præsens epistola manifestat. Hinc etiam apertius refelluntur illa commenta, quæ nonnulli posteriores Græci induxerunt, de quibus vide Baronium ad an. 451. num. 118. & 119. Hinc pariter cognoscimus ipsam Pulcheriam Augustam una cum Marciano interfuisse actionisextæ, quod negaverant Baluzius tom. 4. Concil. pag. 1470. not. 11. in eamdem actionem, Pagius ad an. 451. num. 31. & Tillemontius in Leone art. 119. & nota 51. Verum est, Pulcheriæ nomen nec legi in actis Græcis hujus actionis, quæ ad nos pervenerunt, nec in integra eorumdem actorum versione Latina. At non idcirco negandum est, huic actioni adfuisse Pulcheriam, quam Anatolius præsentem tam explorate testatur, quamque item præsentem ipsa Calchedonensis relatio cum Anatolii textu cohærens, recitatis verbis significat. In originalibus quidem Concilii gestis Pulcheriæ nomen fuisse insertum, nihil dubitandum est. Antequam enim integra Concilii gesta latine redderentur (quod serius aliquanto factum credimus, nimirum circa Hormisdæ tempora, uti contra Quesnellum statuetur in observationibus ad notam 3. ejusdem in ep. 86. nobis 113.) latine statim ab initio versa fuere quædam præcipua Concilii capita, quæ eodem loco recensebimus. Hinc in MSS. codd. antiquissimarum collectionum Latinarum pauca capita hujus Concilii leguntur interpretationis omnino diversæ ab interpretatione omnium actorum ejusdem Synodi. Harum collectionum antiquitas, ipsaque interpretationis minus accuratæ ruditas primam horum capitum versionem ipso Leone vivente ex allatis gestis Græcis lucubratam insinuant. In MSS. autem collectionis Quesnellianæ, quam quintam appellare solemus, nec non in antiquissimo cod. Vat. 1322. ubi initium actionis sextæ ex Græco redditum legitur, Pulcheriæ nomen occurrit, nec non in alia perantiqua versione, quæ collectionibus Hispanicæ & Isidorianæ inserta fuit, ut videre est tom. 4. Concil. p. 2051. Ed. Alb. Igitur Græca illa exemplaria, quibus primi ac vetustiores interpretes usi sunt, præferebant Pulcheriæ nomen: ac proinde falsitatis accusari nequit cum Sirmondo Auctor Breviculi Historiæ Eutychianistarum (quem esse Gelasium probabiliter ostendemus in observationibus ad Quesnelli notas in ep. 28.) cum de Synodo Nicææ primum indicta, ac dein Calchedonem translata scripsit: *In qua & ipse* (Imperator,) *& Pulcheria resedit*. Hinc etiam in dubium vocari nequit, num Pulcheriæ sit epistola ad Strategum Consularem Bithyniæ, quæ ante gesta Calchedonensia ipsius nomine in omnibus & Græcis, & Latinis MSS. inscribitur, eo quod se præsentem Concilio futuram spondet. Immo ex hoc quoque testimonio ejus præsentia in Synodo haud incredibilis comprobatur. Difficultas ex indictione Synodi, quæ in ea epistola Pulcheriæ tribuitur, satis solvitur ex adnot. 5. in epist. 95.

A περάττειν ἀπαραλείπτως τὰ δεόμενα διορθώσεως τε, καὶ βεβαιώσεως, ἔν τε κανονικοῖς, καὶ ἐν ἑτέροις ἐκκλησιαστικοῖς κεφαλαίοις, ἐγένετο φροντὶς τοῖς τε κρατοῦσι τῶν ὅλων, καὶ τοῖς μεγαλοπρεπεστάτοις, καὶ ἐνδοξοτάτοις ἄρχουσι, τῇ τε λαμπρᾷ, καὶ ἐν δόξῃ συγκλήτῳ, τῷ τε κλήρῳ παντί, καὶ λαῷ αἴσθησιν λαβεῖν προσθήκης τινὸς εἰς τιμὴν, τὸν κατὰ τὴν βασιλεύουσαν ταύτην Κωνσταντίνου ἁγιώτατον θρόνον, διὰ τῆς συναινέσεως τῆς ἁγίας ταύτης συνόδου τῆς περὶ τὸν κανόνα τῶν ἑκατὸν πεντήκοντα ἁγίων πατέρων οἵπερ ἐτύγχανον συνειλεγμένοι ἐπὶ τοῦ τῆς εὐσεβοῦς μνήμης μεγάλου Θεοδοσίου τοῦ γενομένου βασιλέως ἐν Κωνσταντινουπόλει· ἡγουμένων τότε Νεκταρίου μὲν Κωνσταντινουπόλεως, Τιμοθέου δὲ Ἀλεξανδρείας, καὶ Μελετίου Ἀντιοχείας, Ἑλαδίου Καισαρείας, τῆς Καππαδοκίας, Κυρίλλου Ἱεροσολύμων, καὶ τῶν λοιπῶν. καὶ πρὸς τὴν τοιαύτην πρᾶξιν ὁρμήσαμεν θαρροῦντες εἰκότως τῇ ὑμετέρᾳ μακαριότητι, ὡς οἰκειώσεται τὴν τιμὴν τοῦ Κωνσταντινουπόλεως θρόνου, οἷα δὴ ἄνωθεν τοῦ ἀποστολικοῦ ὑμῶν θρόνου ἔχοντος τὴν περὶ αὐτὸν κηδεμονίαν, καὶ ὁμόνοιαν, κατὰ πάντα τε τῆς οἰκείας, ἐφ᾽ οἷς ἐδεῖτο, ῥοπῆς, αὐτῷ μεταδεδωκότος ἀφθόνως. καὶ γὰρ ἀμφιβολίας οὐκ οὔσης, ὡς ἥδεται πάντως ἡ ὑμετέρα μακαριότης, ἐφ᾽ οἷς ἡ συγκροτουμένη παρ᾽ αὐτῶν ἐκκλησία ἐπιδοξοτέραν ἔσχηκε τὴν τιμὴν, προθύμῳ γνώμῃ ἦλθεν εἰς τὸ βεβαιῶσαι μὲν τὸν αὐτὸν κανόνα τῶν ἑκατὸν πεντήκοντα ἁγίων πατέρων τῶν διατυπούντων τὸν Κωνσταντινουπόλεως ἐπίσκοπον ἔχειν τὴν τιμὴν, καὶ τὰ πρεσβεῖα μετὰ τὸν Ῥώμης ἁγιώτατον θρόνον, διὰ τὸ καὶ τὴν Κωνσταντινούπολιν νέαν εἶναι Ῥώμην· ὥρισέ τε καὶ τὰς χειροτονίας τῶν Μητροπολιτῶν ποιεῖσθαι τῆς ποντικῆς, καὶ τῆς ἀσιανῆς, καὶ τῆς θρακικῆς διοικήσεως, τῶν ἐπισκόπων τῶν ὑπ᾽ αὐτοὺς τελούντων ὑπὸ τῶν ἰδίων μητροπολιτῶν χειροτονουμένων, ὡς ἐν τούτῳ ἀφαιρεῖσθαι μᾶλλον τοῦ θρόνου Κωνσταντινουπόλεως χειροτονίας πλείστων ἐπισκόπων, ὥσπερ ἀπὸ ἑξήκοντα, καὶ ἑβδομήκοντα ἐνιαυτῶν ἐτύγχανεν ἐπιτελῶν. οὕτω τε πάντων καλῶς προβάντων. καὶ εἰς εὐφροσύνην ληξάντων, οἱ εὐσεβέστατοι αὐτόθεν ἐπίσκοποι πασχασῖνος, καὶ λουκίνσιος, καὶ εὐλαβέστατος πρεσβύτερος βονιφάτιος πολλάκις μὲν περὶ τούτου αὐτοῦ παρ᾽ ἡμῶν διδαχθέντες· ἀγνοοῦντες δὲ τὸν σκοπὸν τῆς ὑμετέρας ἁγιωσύνης, ὃν ἔχετε περὶ τὴν Κωνσταντινουπόλεως ἁγιωτάτην ἐκκλη-

A omnia videretur agere ſine ulla omiſſione, quæ correctionis indigent, atque approbationis tum 15 in canonicis, tum in eccleſiaſticis capitibus; cura adhibita eſt & ab iis qui omnia moderantur, & a magnificentiſſimis glorioſiſſimiſque judicibus & illuſtri & glorioſo Senatu & clero univerſo & populo, ut aſſiceretur aliquo honoris additamento ſanctiſsima Sedes hujus regiæ urbis Conſtantinopolis per conſenſum hujus ſanctæ Synodi circa canonem centum quinquaginta ſanctorum Patrum, qui congregati fuerant ſub magno *Theodoſio* piæ recordationis, qui fuit Conſtantinopolis Imperator, præſidente tunc 16 *Nectario* quidem Conſtantinopoli,
B *Timotheo* vero Alexandriæ, & *Meletio* Antiochiæ, *Helladio* Cæſareæ Cappadociæ, *Cyrillo* Hieroſolymis, & reliquis. Et hanc rem aggreſsi ſumus confidentes merito veſtræ Beatitudini fore, ut proprium reputet honorem ſedis Conſtantinopolitanæ, quippe jamdiu apoſtolicus veſter thronus ſollicitudinem erga ipſam & concordiam habet, ipſique per omnia proprium, quibus rebus indigebat, auxilium elargitus eſt abundanter. Etenim cum nullum ſit dubium, quin gaudeat omnino veſtra Beatitudo, quod quæ ab ipſis celebratur congregatio, præſtantiorem habuerit honorem, 17 promto animo progreſſa eſt ad confirmandum quidem ipſum canonem centum quinquaginta ſanctorum Patrum ſtatuentium, ut Conſtantinopolita-
C nus Epiſcopus habeat honorem & primum locum poſt Romanam ſanctiſsimam Sedem, eo quod etiam Conſtantinopolis ſit nova Roma, definivitque etiam, ut ordinationes ipſe faceret Metropolitarum Ponticæ, & Aſianæ, & Thracicæ diœceſis; 18 Epiſcopis, qui ſub ipſorum ditione ſunt, a propriis Metropolitis ordinationem accipientibus, ut in hoc potius auferantur throno Conſtantinopolitano ordinationes complurium Epiſcoporum, quas per ſexaginta & ſeptuaginta annos facere conſueverat.

Ita vero cum omnes res bene eſſent progreſſæ, atque in lætitiam deſiiſſent; piiſsimi protinus Epiſcopi *Paſchaſinus* & *Lucentius* & reverendiſsimus Presbyter *Bonifacius*, ſæpe quidem de hac ipſa re a nobis edocti, & ignorantes intentionem veſtræ Sanctitatis, CAP. V.
D quam habetis erga Conſtantinopolis ſanctiſſimam Eccleſiam, poſtquam ſignavit ſancta Synodus, & ſubſcriptione confirmavit hu-

juſmo-

BALLER. NOTÆ.

15 Animadvertendus eſt hic ordo. Poſt definitionem fidei editam act. 6. primum canones 27. conſtituti fuerunt: dein de cauſſis eccleſiaſticis actum fuit, nimirum de Maximo Antiocheno, & Juvenali Hieroſolymitano, de Theodoreto, de Iba &c. Hinc canones collocandi ſunt actione ſeptima, non autem, ut in editis, act. 15. Plura de hoc diſſeremus tom. 2. adnot. 18. in Diſſert. I. Queſnelli ad annum 451.

16 Hos ſcilicet quinque Epiſcopos veluti præcipuos Conſtantinopolitani Concilii Patres diſtincte nominat. Photius in libro *de Synodis* ejuſdem Concilii præſides vocat Timotheum Alexandrinum, Meletium Antiochenum, Cyrillum Hieroſolymitanum, & Nectarium CP. quem tamen primum locum habuiſſe affirmat. At Meletius ante Nectarii ordinationem obierat: unde huic Concilio una cum Nectario nec intereſſe, nec præeſſe potuit. Cum vero in antiquis catalogis Latinis e Græco provenientibus Epiſcoporum, qui interfuerunt eidem Concilio, nomina deſcribantur, & in his Meletius & Nectarius cum ceteris nominentur; Anatolium & Photium ſimili catalogo Græco uſos credimus, in quo nimirum duorum Conciliorum CP. ejuſdem anni 381. nomina antiquiſſimis temporibus permixta fuerint, in quorum primo Meletius, non autem Nectarius, in ſecundo vero, de quo hic ſermo eſt, Nectarius recens ordinatus, non autem Meletius, qui jam obierat, fuit, atque præſedit. Quod ſi cum Tillemontio in S. Gregorii Nazianzeni Vita credamus, unum Concilium CP. eo anno habitum fuiſſe, quod in aliquot menſes productum fuerit, ita ut initio Meletius, hoc autem mortuo Nectarius ibidem ordinatus præfuerit; proprius ac ſtrictius Anatolii & Photii teſtimonia intelligentur.

17 Perſpicuitatis gratia ſupple nominativum *Synodus Calchedonenſis*.

18 In MS. quidem Græco deeſt τῶν ἐπισκόπων *Epiſcopis*: ſed ex ipſo canone Calchedone edito act. 16. ad quem hæc referuntur, hoc nomen ab amanuenſi perperam omiſſum neceſſario ſupplevimus. Conſtantinopolitano enim Epiſcopo ibidem conceſſæ fuerunt ordinationes Metropolitarum trium diœceſeon Ponti, Aſiæ, & Thraciæ: ordinationes vero Epiſcoporum earumdem diœceſeon, quas CP. Epiſcopi per ſexaginta vel ſeptuaginta annos ſibi vindicaverant, eiſdem ademptæ propriis Metropolitis reſtitutæ fuere.

jusmodi definitionem, rejiciunt Synodum, turbant & confusione implent consessum, pro nihilo hanc sedem habentes, & facientes omnia, quæ injuriam afferunt tum mihi, tum Constantinopolis sanctissimæ Ecclesiæ. Constituta sunt etiam hæc nutu piissimorum nostrorum Imperatorum, adstantibus & magnificentissimis gloriosissimisque Judicibus Concilio, & pronuntiantibus definitionem sanctæ Synodi esse firmam, obnixeque & ipsis contendentibus & cupientibus ea, quæ ad honorem sedis spectant, ut diximus, quorum ex multis pauca vobis nota fecimus, ne videamur 19 ipsos quidem gravare, aures vero vestras obtundere. Nos enim & ante & post ipsorum adventum, quæ ad vestram gloriam & honorem debitum pertinent, curavisse in omnibus, & Deus est testis, & ipsa facta manifestant, quomodo scilicet & ipsos honore, & munerum reverentia dignati simus: & honoris gratia, quo vos prosequimur, ejusmodi etiam decretum ad vestram Sanctitatem sancta Synodus retulit, & nos, 20 ut approbationem a vobis confirmationemque consequamur; obsecramusque, ut hoc etiam per vos, o sanctissimi, efficiatur. Nam sedes Constantinopolis habet patrem thronum apostolicum vestrum, præcipuo atque excellenti modo se ipsam vobiscum conjungens, ut ex vestra de ipsa sollicitudine omnes quidem intelligant, vos jamdiu ipsius commodis sincere consulentes, etiam nunc eamdem curam habere de illa. Et sicut utilia ecclesiastico statui omnia, quæ consecuta sunt, & rite gesta in sanctissima & universali Synodo, rata habere 21 dignabimini; ipsam quoque definitionem supradictam de sede Constantinopolitana curavimus mittendam ad vestram Sanctitatem, ut cognoscere possit, quemadmodum vestris precibus ex divina sapientia omnia fuerunt peracta: vehementerque obtestamur, ut congruam responsionem recipiat unaquæque propositio, docente vos omnia Dei amantissimo Episcopo *Luciano*, qui & ipse præsens sancto Concilio, & summa cum prudentia pro virili parte adlaborans nostro studio erga fidem, electus est a nobis, ut bene ac feliciter nostri obsequii erga vos vices susciperet, cum sit vir perfectus, atque piissimis & Christi amantissimis nostris Imperatoribus jam dudum amicus, quem vestra bonitate gaudentem, lætum ad nos mittere dignemini. Totam fraternitatem cum vestra Beatitudine in Christo & ego, & qui mecum sunt plurimum salutamus. Incolumis in Domino, & pro nobis orans, doneris nobis, Deo carissime & beatissime Pater. (*a*)

A σίαν μετὰ τὸ τυπῶσαι τὴν ἁγίαν σύνοδον, καὶ δι' ὑπογραφῆς βεβαιῶσαι τὸν τοιοῦτον ὅρον, ἀνασοβοῦσι μὲν τὴν σύνοδον, ταράττουσι δὲ. καὶ συγχύσεως πληροῦσι τὸ συνέδριον. τὸν θρόνον τοῦτον ἐξουθενοῦντες, καὶ πάντα ποιοῦντες ὅσα ὕβρεως αἴτια, ἐμοί τε, καὶ τῇ Κωνσαντινουπόλεως ἁγιωτάτῃ ἐκκλησίᾳ· καθίσατο καὶ ταῦτα νεύματι τῶν εὐσεβεστάτων ἡμῶν βασιλέων παραγινομένων, καὶ τῶν μεγαλοπρεπεστάτων, καὶ ἐνδοξοτάτων ἀρχόντων τῷ συνεδρίῳ, καὶ ἀποφηναμένων τὸν παρὰ τῆς ἁγίας συνόδου ὅρον βέβαιον εἶναι, καὶ προσφιλοτιμησαμένων καὶ αὐτῶν τὰ εἰς τιμὴν, καθάπερ εἰρήκαμεν, τοῦ θρόνου συντείνοντα, ἅπερ ἐκ πολλῶν ὀλίγα ὑμῖν ἐγνωρίσαμεν, ἵνα μὴ δόξωμεν αὐτοὺς μὲν βαρεῖν, ταῖς δὲ ἀκοαῖς ταῖς ὑμετέραις παρενοχλεῖν. Ἡμεῖς γὰρ ὅτι καὶ πρὸ τῆς αὐτῶν παρουσίας τὰ εἰς δόξαν ὑμετέραν, καὶ τιμὴν τὴν ὀφειλομένην ἐν πᾶσι διεπραξάμεθα. καὶ μετὰ τὴν B αὐτῶν παρουσίαν, θεός τε μάρτυς, καὶ αὐτὰ πεπραγμένα δηλοῖ. ὅπως γε καὶ αὐτοὺς τιμῆς τε, καὶ δωροφορίας ἠξιώσαμεν αἰδοῖ, καὶ τιμῇ τῇ περὶ ὑμᾶς, καὶ τὸν τοιοῦτον τύπον ἐπὶ τὴν ὑμετέραν ὁσιότητα ἡ ἁγία σύνοδος ἀνήνεγκε καὶ ἡμεῖς, ἐφ' ᾧ τε παρ' ὑμῶν τυχεῖν συναινέσεως, καὶ βεβαιότητος, παρακαλοῦμεν τε, καὶ τοῦτο παρ' ὑμῶν γενέσθαι ἁγιώτατοι· Ὁ γὰρ θρόνος Κωνσαντινουπόλεως ἔχει πατέρα τὸν ἀποσολικὸν θρόνον ὑμῶν κατεξαίρετον ἑαυτὸν συνάψας i ἡμῖν, ἵνα καὶ διὰ τῆς ὑμῶν περὶ αὐτὸν φροντίδος ἅπαντες μὲν πεισθεῖεν, ὅτι γνησίως ἄνωθεν προνοησάμενοι, καὶ νῦν τὴν αὐτὴν ἔχοντες διαμένετε περὶ αὐτὸν φροντίδα, καὶ ὡς λυσιτελοῦντα δὲ τῇ ἐκκλησιαστικῇ καταστάσει k καταξιώσατε ἅπαντα κυρῶσαι τὰ παρακολουθήσαντα ἐγγράφως ἐν τῇ ἁγιωτάτῃ, καὶ οἰκουμενικῇ συνόδῳ, καὶ αὐτὸν δὲ τὸν προειρημένον περὶ τοῦ θρόνου τῆς C Κωνσταντινουπόλεως ὅρον ἐσπουδάσαμεν ἀποστεῖλαι πρὸς τὴν ὑμετέραν ἁγιωσύνην· ἵνα ἔχῃ τε εἰδέναι, ὡς εὐχαῖς ταῖς ὑμετέραις θεοσόφως ἅπαντα ᾠκονόμηται, καὶ παρακαλοῦμεν πρόσφορον ἀπόκρισιν δέξασθαι ἑκάστην ὑπόθεσιν διδάσκοντος ὑμᾶς ἅπαντα τοῦ θεοφιλεστάτου ἐπισκόπου Λουκιανοῦ, ὃς καὶ αὐτὸς παρὼν τῇ ἁγίᾳ συνόδῳ, καὶ ἐμφρόνως τὰ δυνατὰ εἰσενεγκὼν τῷ περὶ τῆς πίστεως ἡμῶν ἀγῶνι ἐπελέγη παρ' ἡμῶν ὑπηρετήσασθαι τῇ πρὸς ὑμᾶς ἐπ' ἀγαθοῖς διακονίᾳ· ἀνὴρ τέλειος ὑπάρχων, τοῖς τε εὐσεβεστάτοις, καὶ φιλοχρίστοις ἡμῶν βασιλεῦσιν ἄνωθεν φίλος· ὅνπερ ἀπολαύσαντα τῆς ὑμετέρας ἀγαθότητος χαίροντα πρὸς ἡμᾶς ἐκπέμψαι καταξιώσατε· πᾶσαν τὴν σὺν τῇ ὑμετέρᾳ μακαριότητι ἐν Χριστῷ ἀδελφότητα ἐγώ τε, καὶ οἱ σὺν ἐμοὶ πλεῖστα προσαγορεύομεν. ἐῤῥώμενος ἐν Κυρίῳ, καὶ ὑπερ D εὐχόμενος ἡμῶν, χαρισθείης ἡμῖν θεοφιλέστατε, καὶ μακαριότατε πάτερ.

EPI-

BALLER. NOTÆ.

i Leg. ὑμῖν. k Leg. καταξιώσετε, vel κατηξιώσατε.

(*a*) Hanc ipsam Epistolam ex eodem Vaticano Cod. quo & Ballerini, eruit deditque P. Cacciari in sua editione Operum S. Leonis Magni To. II. pag. 301. versione alia ab ea quam dederunt Ballerini, a Cl. V. Francisco Mariani in Vaticana Biblioth. olim dum viveret Græcar. Literar. interprete adornata. *Mansi.*

19 Ad Legatos Pontificis hæc referuntur, sicut & sequentia *ipsos honore & munerum reverentia dignati sumus.*

20 Concinunt quæ idem Anatolius ad Leonem deinceps scripsit ep. 132. cap. 4. *Cum & sic gestorum vis omnis & confirmatio auctoritati vestræ Beatitudinis fuerit reservata.*

21 In Græco quidem legitur καταξιώσατε, *dignemini*. At syntaxis & sensus legendum ostendit καταξιώσετε, *dignabimini*: de approbatione enim & confirmatione actorum a Leone præstanda agitur.

* Alias LXXVII. Quæ autem antea 102. erat, nunc 131. 27. Janu. an. 452.

EPISTOLA CII.*

1 Ad Episcopos Galliarum.

De damnatione hæreticorum.

SYNOPSIS.

I. *Se Gallorum Episcoporum epistolam cælesti doctrina plenam accepisse nuntiat.*

II. *De Synodo œcumenica. Humanis de fide ratiociniis locum esse non debere.*

III. *Nestorii & Eutychetis dogmata pariter esse fugienda.*

IV. *Synodum & epistolæ Leonis consensisse, & Dioscorum proscripsisse.*

V. *De his omnibus gratias Deo esse agendas: pro Legatorum reditu orandum: victoriam fidei Hispanis per Gallos esse nuntiandam.*

Leo Romanæ Urbis Episcopus, *Ravennio*, *Rustico*, *Venerio*, 2 *Constantiano*, *Maximo*, 3 *Armentario*, *Floro*, 4 *Sabino*, 5 *Valeriano*, *Constantio*, *Maximo*, *Asclepio*, *Nectario*, *Maximo*, *Urso*, *Ingenuo*, *Justo*, *Valerio*, *Superventori*, *Chrysaphio*, *Fontejo*, *Petronio*, *Ydatio*, *Ætherio*, *Eulalio*, 6 *Eustatio*, *Fraterno*, *Victuro*, *Eugenio*, 7 *Hilaro*, *Vero*, *Amando*, *Gerontio*, *Proculejano*, *Juliano*, *Helladio*, *Armentario*, *Honorato*, 8 *Eparchio*, *Anemio*, *Dynamio*, *Maximino*, *Ynantio* & *Palladio*, Episcopis per Gallias constitutis.

CAP. I.

Optassemus quidem fraternitatis vestræ litteras eo tempore, quo promiseratis, accipere, ut profecturis ad Orientem fratribus nostris, quos ad sanctam Synodum vice nostra pro catholicæ fidei defensione direximus, etiam vestræ sententiæ professio jungeretur. Sed cum multa obstacula inopinatam vobis intulerint tarditatem, quamlibet seras, & diu expectatas epistolas per fratrem & Coepiscopum nostrum *Ingenuum* grataner accepimus, easque cum gaudio recensentes probavimus, sicut confidebamus, eruditione Spiritus sancti cælestem in vobis vigere doctrinam, quam in D Orientalibus Ecclesiis versutia hostis antiqui, per eos, 9 quos sequaces suæ reperit falsitatis,

Ecclesiæ Gallicanæ doctrina cælestis & a Spiritu sancto tradita.

A fatigare conata est: cum catholica fides, quæ nulla sui est parte mutabilis, per ipsas adversantium exercitationes & validior semper efficiatur & clarior, operante hoc gratia Dei, ut si qui forte ad hæc subtilia inimici jacula declinanda minus erant instructi, minusque solliciti, perceptis veritatis armis, fierent contra impiorum mendacia fortiores. Quod ergo, sicut caussa poscebat, fiduciam nostram, quam de vobis habemus in Domino, fideliter atque obedienter auxistis, multa exultatione gaudemus.

Fides immutabilis.

CAP. II.

Et merito nos cognoscimus fratribus & B Coepiscopis nostris Orientalibus intimasse, quod secundum evangelicam apostolicamque traditionem de Incarnatione Domini nostri JESU CHRISTI, una esset omnium nostrum & indiscreta confessio; neque ullis 10 hæreticorum disputationibus obtineri, ut aliter aliquid de summi & salutiferi sacramenti veritate sapiamus, quam ex prædicatione sanctorum Patrum, & ex auctoritate incommutabilis Symboli didicimus ac docemus, damnatis ab universali Ecclesia, & nunc Eutyche, & antea Nestorio. Quorum si quis non ferendis impietatibus inhærere delegerit, ipse se a corpore christianæ unitatis 11 abscindet. Non enim ultra jam cuiquam excusationis refugium 12 C de ignorantiæ inscitia, vel de intelligentiæ difficultate conceditur: cum 13 ob hoc ipsum sexcentorum fere fratrum Coepiscoporumque nostrorum Synodus congregata, nullam artem ratiocinandi, nullum eloquium differendi 14 contra fundatam divinitus fidem spirare permiserit: quoniam annitentibus per auxilium gratiæ Dei fratribus 15 & Vicariis nostris, quorum plenissima extitit in omni actione devotio, non solum Sacerdotibus Christi, sed etiam Principibus & potestatibus christianis, 16 cunctisque cleri, & plebis ordinibus, plene atque evidenter apparuit, hanc esse vere apostolicam 17 & catholicam fidem, ex divinæ pietatis fonte manantem, quam sinceram & ab omni fæce totius erroris alienam, sicut accepimus, prædicamus, & universo jam mundo consentiente defendimus; extinctis toto orbe dogmatibus, quæ vel præcedens hæreticus ausus est inferre, vel subsequens, dissimili quidem 18 mendacio, sed impietate non impari.

Symbolum incommutabile.

Fides ratiocinio non obnoxia.

 Nam

BALLER. NOTÆ.

1 Exstat in MSS. collect. XII. XVIII. XIX. & XXIV. ac in Vat. 541. cui additiones accesserunt ex collect. XXIV. Est responsio epistolæ 99.

2 Ita codex Ratisp. ut in ep. 99. Al. *Constantino*.

3 Idem codex *Armazorio*. 4 Nostri codd. *Savino*.

5 Sic omnes nostri codd. & dein *Valerio*. Vide adnot. 6. in ep. 99. Alias prius *Valerio*, ac dein *Valeriano*.

6 Cod. Ratisp. *Eutychio*. Vat. coll. XII. & XXIV. cum alio Vat. 541. *Euticio*. Nos ex cod. Ratisp. emendavimus *Victurio*, quod concinit cum lectione ep. 99. Vulgati Venturo. *Mansi*.

7 Iidem codd. *Hilario*.

8 MS. Ratisp. *Aparcio*. Vat. coll. XII. *Epartio*. Vat. 541. *Epatrio*.

9 Editi cum MSS. coll. XXIV. *quos sequaces suos reperit, falsitasque fatigare conata est*. Vat. coll. XII. & alius 541. omittunt conjunctionem *que*. Correximus ex Ratisp.

10 Sic melius ex eodem Ratisp. quam in Vulgatis aliisque codicibus *eorum disputationibus detineri*.

11 Ita idem codex. Editi ante Quesnell. cum mss. coll. XII. & XXIV. *abscidit*. Quesnellus *abscindit*. Cod. Grim. coll. XVIII. *ipse a corpore christianæ unitatis abscedet*.

12 Ita Quesnellus. Editi Leonis cum Vat. coll. XII. & 541. *de ignorantia & inscitia*. Vulgati Concil. cum MSS. coll. XXIV. *de ignorantia & inscientia*. Ratisp. *de ignorantiæ inscientia*.

13 Sic cum Griman. noster Ratisp. Sirmondus *hac ipsa*. Editi Leonis *hoc ipsum*. Cod. Victor. & tres nostri *hoc ipso*.

14 Ita ex Ratisp. in quo paullo post legitur quidem *inspirare* pro *spirare*; sed puncta subjecta litteris *in* has delendas indicarunt. Editi antiquiores cum Vat. 541. *contra fundamentum fidei inspirare*. Vat. coll. XII. *respirare*. Quesnellus cum codd. coll. XXIV. *contra fundamentum fidei divinitus inspiratæ permiserit*: qui tamen not. 1. fatetur omnes suos codices, etiam Grim. habere *inspirare*.

15 Conjunctionem & a Quesnello insertam noster etiam Ratisp. approbat.

16 Vulg. & plerique codd. *cunctisque clericis, plebibus, ordinibus*. Lectionem Ratisp. prætulimus.

17 Voces & *catholicam* a Quesnello adjectas in Ratisp. & mss. coll. XXIV. invenimus.

18 Editi *commento*. Quesn. in marg. Al. *mendacio*, quam vocem recepimus auctoritate omnium nostrorum codd. ac præsertim Ratisp. ex quo præterea *non impari* substituimus vulgato *compari*.

CAP. III. *Nestorii error.*

Nam sicut Nestorius non est toleratus, affirmans beatam Mariam hominis tantummodo fuisse genitricem, qui postmodum sit 19 a Verbi Deitate susceptus, duabus scilicet 20 personis distinctis atque divisis, ut non esset filius hominis, qui filius Dei; neque unus Christus in utraque natura, sed alter sempiternus ex Patre, alter temporalis ex matre: cum evangelica auctoritas ita Verbum carnem prædicet factum, ut non duos Christos, nec duos filios, sed in uno Domino JESU CHRISTO & Dei & hominis nobis insinuet veritatem: ut utriusque substantiæ, id est salvantis, atque salvatæ, nec proprietas possit confundi, nec persona geminari. Sicut ergo Nestorius in suo dogmate execrabilis 21 fuit, sic B & Eutyches, damnatum olim sectatus errorem, alia profanitate blasphemans, a catholicæ soliditatis compage resectus est: quia indoctis quibusdam, nimiumque simplicibus persuadere tentavit, quod Verbum Dei ita caro sit factum, ut veram carnem 22 de matre non sumserit: nec nostri illum generis corpus habuisse; sed Divinitatis ejus & carnis unam esse naturam: ut unum Dominum nostrum JESUM CHRISTUM & falsum hominem, & Deum diceret esse passibilem. Quod nec pietas fidei, nec ratio recipit sacramenti; ut C aut in sua natura passibilis fuerit Deitas, aut 23 in susceptione humana mentita sit veritas.

Joan 1. 14. — *Error Eutychis.*

CAP. IV.

Quæ diabolicorum sensuum prodigiosa commenta, sancta nunc Synodus, humilitatis nostræ scriptis, auctoritate Domini mei beatissimi Petri Apostoli & merito roboratis, religiosa unanimitate consentiens 24 abominandum hoc ab Ecclesia Dei amputavit opprobrium: Dioscoro quoque Alexandrino in sua impietate damnato: ne illa Ecclesia, quæ inter ipsa Evangelii principia beatum Marcum beatissimi Petri Apostoli discipulum in omnibus utique 25 doctoris sui magisterio conso- D A nantem habuit fundatorem, quæque postea recentioribus a nostra ætate temporibus *Athanasium*, *Theophilum*, & proxime *Cyrillum* probatissimos Præsules habuit, indignam captivitatem sub hæretici dominatione pateretur. Unde secundum magnam misericordiam Dei universos diaboli conatus, quibus Ecclesiam 26 Dei conturbare molitus est, noveritis esse destructos.

CAP. V.

27 Reddita igitur Deo, fratres carissimi, digna gratiarum actione, oret nobiscum vestra dilectio, ut fratres nostros, quos expectatio nostra desiderat, incolumes quam primum rediisse lætemur, & de omnibus, quæ Domino adjuvante sunt gesta, plenius vos possimus instruere. Nam fratrem *Ingenuum* 28 noluimus hac expectatione tardari; cum ob hoc ipsum properantius remeare 29 deberet, ne diutius vobis esset incognita communium materia gaudiorum: quæ volumus per curam dilectionis vestræ etiam 30 ad fratres nostros Hispaniæ Episcopos pervenire: ut quod Deus operatus est, nulli possit esse incognitum. 31 Data VI. Kalendas Februarii *Herculano* viro clarissimo Consule.

EPISTOLA CIII. *

* Alias LXXXII Quæ aut antea 103. erat, nunc 129. circa Febr. vel Mart. an. 452.

1 Ad Episcopos Galliarum.

SYNOPSIS.

Reversis Legatis a Synodo Calchedonensi, acceptisque gestis, & sententia adversus Eutychen & Dioscorum prolata, bujus exemplar mittit ad Gallicanos Episcopos.

Dile-

BALLER. NOTÆ.

19 Melior hæc Ratisp. lectio, quam ceterorum codd. & editionum *a Verbo Deitatis*.

20 Erat in antiquis edit. cum aliquot MSS. *naturis & personis distinctis, ut neque ipse esset filius* &c. Correctionem Quesnelli ex Grim. noster Ratisp. confirmat. Vide ejus not. 2.

21 Verbum *fuit* addidimus ex codice Ratisp. qui mox delet & ante vocem *Eutyches*; & paullo post pro *resectus est* habet *secatus est*.

22 Sic Quesn. cum Grim. & nostro Ratisp. Al. *de ventre Virginis*.

23 Cod. Ratisp. *in susceptionem humanam*.

24 Ita ex eodem Ratisp. Vulgati *abominando, ab Ecclesia Dei amputavit; Dioscorum quoque Alexandrinum in sua impietate manentem, ne illa Ecclesia* &c. Cum nostra emendatione concinit Quesnellus, qui solum *abominando*, pro *abominandum* retinuit.

25 Idem Ratisp. cum Grim. Quesnelli expungunt vocem *doctrinis*, quam hic inserebant anteriores editiones cum MSS. Vat. coll. XII. & XXIV. ac 541.

26 Sic Ratisp. & duo nostri codd. Al. *Domini*.

27 Vulgati antiquiores *Reddite igitur Deo gratias, fratres carissimi, & dignam gratiarum actionem, & oret*. Quesnellus: *Reddite igitur Deo, fratres carissimi, dignam gratiarum actionem, & oret*. Ratisponensis lectio vi-ia est sincerior.

28 Sic idem Ratisp. & duo alii codd. Alias *nolumus*.

29 Ita idem Ratisp. Al. *debuerit, ne diutius vobis esset incognita omnium materia gaudiorum*.

30 Vide not. 4. Quesnell.

31 Emendatissimi cod. Ratisp. chronicam notationem diei prætulimus. Alii codd. & editi *Data Kal. Februarii*: in quibus nota *VI.* facilius excidit, quam in Ratisp. librarii arbitrio addita fuerit.

JACOBI SIRMONDI S. J. NOTA POSTUMA.

C*Oepiscopum Ingenuum.*) Ebredunensem Alpium maritimarum provinciæ metropolitanum appellat Hilarius Leonis successor epistola VI, 1. Hunc e synodo sua legatum cum literis synodicis miserant episcopi Gallicani. Per eumdem rescribit pontifex, simulque nunciat quid nuper actum sit in synodo Chalcedonensi, atque hæc quæ scribebat, cum Hispanis communicari jubet: ut hinc etiam confirmari videatur quod diximus, Leonis quoque jussu transmissam ad Hispanos fuisse ipsius epistolam ad Flavianum.

1 Edita fuit a Merlino ex MS. cod. coll. XII. cujus duos nos relegimus Vat. 1340. & Venetum 169. Sirmondus duos insigniores codices reperit Corbejensem collect. II. & Pithœanum. Quoad tempus, hac in epistola Legatorum apostolicæ Sedis adventus nuntiatur, qui in antecedentibus litteris datis die 27. Januarii expectari dicuntur cap. 5. Cum vero ex epist. 101. constet, eos Constantinopoli discessisse ante diem 18. Decembris anni præcedentis, & probabilius paullo post Calchedonensem Synodum mense Novembri, uti ibidem animadvertimus adnot. 4. Romam illi pervenere mense Februario vel Martio, & certe aliquanto antequam S. Pontifex scriberet quatuor epistolas subsequentes: hæ enim rescriptæ fuerunt litteris diei 18. Decembris allatis per Lucianum atque Basilium, qui post ipsorum Legatorum discessum Constantinopoli transmissi, circa Aprilem in Urbem venerant, ex qua, exacta jam sua legatione, cum sequentibus epistolis Constantinopolim rediere sub diem 22. Maji.

Dilectissimis fratrbus [2] RUSTICO, RAVENNIO, VENERIO, & ceteris Episcopis per Gallias constitutis, LEO.

IMpletis per misericordiam Dei communibus votis, dignum est fraternitatem vestram sanctorum gaudiorum habere consortium. Nam fratres mei, qui vice mea Orientali Synodo præsederunt, quæ acta [3] retulerint significo, confirmata catholica fide, & glorificato apostolicæ prædicationis triumpho: quod etiam hi, qui ad deviandum vel seducti fuerant, vel impulsi, recepta veritatis luce lætantur. Siquidem omnes Domini Sacerdotes [4] in unicam sententiam, sancto Spiritu docente, consensere: & de sacramento dominicæ Incarnationis, in qua multorum intelligentia caligabat, ita tenebræ erroris ablatæ sunt, ut in uno Domino nostro, vero & Dei & hominis filio, nec de humanitatis ambigatur natura, nec de Deitatis essentia. In impios autem nefandi erroris auctores, qui indignos se Dei gratia judicantes, correctionis uti remediis noluerunt, qualis sit lata sententia, [5] exemplaria quæ misimus edocebunt: ut agnoscat vestra dilectio, fratres carissimi, in sancto examine divinum non defuisse judicium, quo & vindicta retributa est obduratis, & pax impensa correctis. Dominus vos incolumes custodiat, fratres carissimi.

Exemplar [6] Sententiæ.

Paschasinus Episcopus Lilybætanus, [7] *Lucentius* Episcopus Asculanus, & *Bonifacius* Presbyter Ecclesiæ maximæ urbis Romæ, Vicarii sanctissimi ac beatissimi Papæ *Leonis* apostolicæ Sedis Antistitis, pronuntiaverunt. Manifesta sunt quæ Dioscorus Alexandrinæ urbis Antistes contra canonum disciplinam regulasque ecclesiasticas, illicita præsumtione commisit, [8] sicut præterita gestorum, seu præsens declaravit assertio. Is namque, ut plura relinquamus, Eutychen consortem perfidiæ suæ, a proprio Episcopo sanctæ recordationis *Flaviano* jure damnatum, in gratiam communionis, antequam cum his qui congregati fuerant in Ephesina urbe Episcopis resideret, suscepisse cognoscitur. Sed illis quidem Sedes apostolica veniam tribuit, quia contra votum gessisse quæ patrata sunt approbantur: ita ut nunc usque adhæreant & beatissimo Papæ, & universali sanctoque Concilio: qua de re sacrosanctæ communionis consecuti sunt medicinam. Prædictus vero, qui malorum perseverantia ornari se æstimat, cum debeat summissa fronte usque ad terram cum gemitu, ut conve-

---

BALLER. NOTÆ.

2 Rusticus Narbonensis Ravennio Arelatensi hac in epistola præmittitur, cum in antecedenti postponatur. Ratio discriminis facilis est. In antecedenti epistola Leo respondet synodicæ Episcoporum epistolæ 99. in qua cum Ravennius Rustico præcederet, eumdem ordinem sequendum credidit. Rustico autem in ea synodica præcessit Ravennius, eo quod scripta fuerit in Synodo Arelatensi: in Synodis autem Metropolitanus ejusdem provinciæ primum locum obtinere solet, etiamsi alii aliarum provinciarum Metropolitæ antiquiores aut celebriores intersint: unde in subscriptionibus Concilii Aquilejensis ann. 381. præcedit Valerianus Aquilejensis provinciæ Metropolita, tametsi S. Ambrosius Mediolanensis tot nominibus celebris eamdem Synodum rexerit, & in aliis documentis Valeriano præponatur. In præsenti autem epistola Leo non respondet ulli Gallorum synodicæ; ac propterea ætatis ratione habita, Rusticum Ravennio præmittit.

3 Antiquiores vulgati *retulere*. 4 Alias *in una sententia*.

5 Ex voce pluralis numeri *exemplaria* collegit Sirmondus, *missa fuisse aliarum etiam sententiarum exemplaria, ut contra Eutychem & alios, vel pro his, qui post pseudosynodum Ephesinam correcti, pacem Calchedone impetrarunt*. At Leo unius *sententiæ exemplaria* memorat, & in codd. Corb. ac Pithœano, post hanc Leonis epistolam unius tantum sententiæ exemplar subjicitur. Sicut autem Leo *epistolas* plurali numero pro unica Gallorum *epistola* dixit in antecedentibus litteris cap. 1. ita hic *exemplaria* pro unius sententiæ exemplo scribere potuit. (Confer adnot. 7. in epist. 45.) Nisi forte plura ejusdem sententiæ exemplaria misit inter plures dispertienda, quippe qui ad Episcopos non coactos in Synodo, sed suis in sedibus residentes hanc epistolam scripsit.

6 Hæc sententia, quæ in antiquis Leonis editionibus & in MSS. coll. XII. desideratur, post Crabbum vulgata jam fuerat in antiquis Conciliorum editionibus ad calcem actorum Calchedonensium. Primus autem Sirmondus illam subjecit huic Leonis epistolæ, cui eam subjunctam reperit in codd. Corb. & Pithœano, uti sane simul cum eadem epistola eam in Galliam missam idem Leo testatur his verbis: *Qualis sit lata sententia, exemplaria quæ misimus* (*misimus* pro *mittimus* more suo S. Pontifex adhibet) *edocebunt*. Igitur dubium non est, quin hoc exemplar in Gallicanis MSS. huic epistolæ subjectum illud sit, quod a Leone in Gallias transmissum fuit. Hæc eadem sententia a Legatis Pontificiis lata, inserta legitur in actis Concilii Calchedonensis act. tom. 4. Concil. pag. 1303. edit. Albric. Licet vero quæ hic profertur, rebus ipsis conveniat cum textu Græco, & cum antiqua versione ejusdem Concilii; verbis tamen plurimum discrepat. Antiqua illa totius Concilii interpretatio Leone posterior est. Solum statim post Concilium quædam præcipua ejusdem documenta latine reddita fuisse ostendimus adnot. 14. in epist. 101. Num vero hoc Latinum exemplar sententiæ ad Gallos a Leone transmissum versio sit ex Græco textu actis Concilii inserto, qui ab hac Latina sententia verbis multum discrepat; an vero sit ipsum originale Latinum a Legatis latine procul dubio editum, & secum Romam allatum, quod in Synodo sive a Paschasino Græcam linguam callente, sive ab aliis Græce redditum fuit: aliorum judicium sit. Mirum porro est Quesnellum in observationibus ad hanc epistolam affirmasse superfluum ex MSS. codd. hoc documentum eruere, quod jampridem a Crabbo editum fuerat. Immo cum separatim a Leonis litteris in calce actorum Concilii Calchedonensis fuerit evulgatum, ibique *epistola* perperam appelletur; illud ex MSS. proprio loco post Leonis epistolam, & proprio *Sententiæ* titulo recudere necessarium fuit. Verum hoc nomen *sententiæ* Quesnello displicuit. *Fallit*, inquit, *titulus, qui sententiam dicit, quod suffragium tantum est sententiæ prævium*. Perperam: nam ex ipsis Concilii gestis patet, instantibus Patribus Legatos pronuntiasse & promulgasse sententiam, cui alii subinde Episcopi suis interlocutionibus ac subscriptionibus accesserunt. Paschasinus enim non de suffragio, sed de sententia in Dioscorum ferenda interrogavit Synodum, inquiens: *Jubet religiositas vestra, ut ecclesiastica sententia adversus eum utamur. Sancta Synodus dixit: Etiam consentimus*. Et Julianus Episcopus Hypæpensis Legatos alloquens subjecit inter alia: *Petimus vestram Sanctitatem, qui habes, magis autem qui habetis locum sanctissimi Papæ Leonis, promulgare in eum & regulis insitam contra eum proferre sententiam. Omnes enim & tota universalis Synodus concors efficitur vestræ Sanctitatis sententiæ*. Et Maximus Antiochenus: *Quod videtur Sanctitati vestræ, & nos concordes efficimur*. Post hæc autem omnes simul Legati Leonis nomine, qui beati Petri auctoritate præditus est, deposuere & condemnavere Dioscorum iis verbis, quæ sententiam proprie dictam manifestissime præferunt. Hinc etiam Evagrius lib. 2. cap. 4. ubi historiam Concilii Calchedonensis contexit, & cap. 18. ubi ejusdem gesta in compendium redigit, Legatorum apostolicæ Sedis verba non pro mera interlocutione, sed pro vera *sententia* aperte refert. Idem Quesnellus not. 2 in epist. 86. nunc 113. a Leone transmissum fatetur ad Gallos *exemplar sententiæ adversus utramque*, Eutychem scilicet, & Dioscorum, quæ verba hanc Leonis epistolam & hanc sententiam respiciunt.

7 Sirmondus ex suis codicibus *Lucensis*.

8 In versione antiqua hæc ex Græco clarius efferuntur act. 3. Concil. Calchedon. tom. 4. pag. 1303. his verbis: *Tam ex iis, quæ dudum examinata sunt in priori consessu* (idest act. 1.) *quam ex iis, quæ hodie acta sunt*.

convenit, inclinari, quoniam nec beatiſſimi Papæ epiſtolam legi permiſit ad venerandæ memoriæ *Flavianum* Chriſti Antiſtitem ſcriptam: quippe cum ab his qui detulerant petitus ut legi ſineret, ſacramenti ſatisfactione quod promiſerat implere contemſit: quatenus pravi dogmatis augeretur impietas, & occaſio læſionis, vel ſcandali cunctis generaretur Eccleſiis. Patratis tamen his, voluimus his ſceleribus indulgere, & veniam, quam ceteris Epiſcopis præſtitimus, dignanter impendere, cum nec ſimilem judicandi 9 reperiantur habuiſſe fiduciam. 10 Adjecit etiam accuſatorum ſupplicatio variis referta criminibus, & B tertio evocatus per reverentiſſimos fratres & Coepiſcopos noſtros admonitione canonica, venire contemſit conſcientiæ detentus arcano. Epiſcopos etiam a provinciali Synodo, cui ſubdebantur, jure damnatos iniqua uſurpatione ſuſcipiens, ipſe contra ſe damnationis ſententiam provocavit, veterum patrum ſæpius ſtatuta conculcans. Unde ſanctus ac beatiſſimus Papa caput univerſalis Eccleſiæ *Leo*, per nos Vicarios ſuos, ſancta Synodo conſentiente, Petri Apoſtoli præditus dignitate, qui Ec- C A cleſiæ 11 fundamen, & petra fidei, cæleſtis regni janitor nuncupatur, epiſcopali eum dignitate nudavit, & ab omni ſacerdotali opere fecit extorrem. Supereſt uti congregata venerabilis Synodus canonicam contra prædictum Dioſcorum proferat juſtitia ſuadente ſententiam.

NOTA JACOBI SIRMONDI S.J.

1. *Exemplar ſententiæ.*) Depromptum eſt ex codice Corbejenſi, & ex Pithœano, in quibus præcedenti Leonis epiſtolæ ſubjiciebantur. Extat autem, ſed aliis verbis, in actione tertia concilii Chalcedonenſis.

NOTA JACOBI SIRMONDI S.J.

Ex Labbei Append. T. 3.

EXEMPLARIA QUÆ MISIMUS.) Ex his verbis liquet, miſſa fuiſſe aliarum etiam ſententiarum exemplaria, ut contra Eutychen, & alios, vel pro iis qui poſt pſeudoſynodum Epheſinam correcti pacem Chalcedone impetrarant. Sed in codice Corbejenſi, poſt Leonis epiſtolam unum hoc ſequebatur exemplar ſententiæ in Dioſcorum latæ, quod ſubjecimus. Extat autem, quamquam aliis verbis, in actione III. Synodi Chalcedonenſis. Alia nimirum interpretatio fuit. Sed dubium non eſt, quin hæc in Gallias a Leone tranſmiſſa fuit.

* Alias LXXVIII. Quæ autem antea 104. erat, nunc 130. 22. Maji an. 452.

EPISTOLA CIV. *

1 Ad MARCIANUM Auguſtum,

2 *De Ambitu* ANATOLII *Epiſcopi Conſtantinopolitani.*

Per LUCIANUM Epiſcopum & BASILIUM Diaconum.

SYNOPSIS.

I. *De fidei victoria, & errorum utilitate in Eccleſia.*
II. *Multa ex Anatolii ambitu mala exurgere.*
III. *Conſtantinopolitanam ſedem, quæ Regia eſt, non Apoſtolica, aliarum depreſſione attolli non poſſe.*
IV. *Rogat Marcianum ut Anatolii cupiditatem comprimat.*
V. *Ex prioribus exceſſibus Anatolium animos ſumſiſſe.*

3 Leo Epiſcopus MARCIANO Auguſto.

CAP. I.

MAgno munere miſericordiæ Dei totius Eccleſiæ catholicæ multiplicata ſunt gaudia, cum ſancto & glorioſo Clementiæ veſtræ ſtudio pernicioſiſſimus error extinctus eſt: 4 ut labor noſter citius ad deſideratum perveniret effectum, quem Deo ſerviens principatus veſter & fide & poteſtate juviſſet. Quia etſi in virtute Spiritus ſancti,

Τῷ πανενδοξοτάτῳ, καὶ φιλανθρωποτάτῳ υἱῷ Μαρκιανῷ Λέων Ἀρχιεπίσκοπος Ῥώμης.

ΜΕγάλῃ χάριτι a ἐλεημοσυνῃ Θεοῦ πάσης τῆς καθολικῆς ἐκκλησίας ἐπολυπλασιάσθη χαρά. ὁπότε ἁγίας, καὶ ἐνδοξωτάτης τῆς σῆς φιλανθρωπίας σπουδῇ, ὀλεθριωτάτη πλάνη ἐπεσβέσθη, ὥ-

ςε

BALLER. NOTÆ.

a Leg. ἐλεημοσύνης.

9 Sirmondus in textu & Queſnell. in marg. *reperiatur*. At *reperiantur* prætulimus, quia ex Græco hæc referuntur ad ceteros Epiſcopos, quibus venia præſtita fuit, eo quod ipſi non ſimilem Dioſcoro judicii cauſſam habuerint.

10 Ex Græco & verſione antiqua ſenſus poſtulat corrigendum *Acceſſit*; ſed ſine codicibus textum immutare noluimus. Porro ex eodem Græco textu poſt vocem *fiduciam* & ante vocem *adjecit*, ſive *acceſſit*, excidiſſe noſcuntur, quæ ex antiqua verſione hic appendimus: *Sed quoniam ſecundis exceſſibus priorem iniquitatem valde tranſcendit: præſumpſit enim & excommunicationem dictare adverſus ſanctiſſimum & beatiſſimum Archiepiſcopum magnæ Romæ Leonem.* Dein additur adverſus Dioſcorum oblatos fuiſſe accuſatorum libellos, ad quos referuntur ſequentia: *Acceſſit etiam accuſatorum ſupplicatio variis referta criminibus.*

11 Alias *fundamentum*.

1 Eſt in codicibus coll. v. Hiſp. Iſid. XVI. XVIII. & reliquis uſque ad XXIV. ac in exemplari Sichardi. Reſpondet epiſtolæ 100. Græca verſio nunc primum profertur ex cod. Vat. Græco 1455.

2 Hic titulus legitur in MSS. coll. v. cap. 90. In Hiſpanica autem ſic: *Ubi de ejus gratulatur fide, quæ in Calchedonenſi Concilio geſta eſt, & de Anatolio Conſtantinopolitano Epiſcopo, qui in eodem Concilio Alexandrinam & Antiochenam Eccleſias contra conſtituta per ambitum ſibi voluit ſubjugare.*

3 In editionibus Leonis poſt Caniſianam & ante Queſnellum hæc inſcriptio legitur: *Leo Epiſcopus Romanæ & univerſalis Eccleſiæ Marciano Auguſto.* Ex Græca autem verſione ſic: *Per omnia glorioſiſſimo & clementiſſimo filio Marciano Leo Archiepiſcopus Romæ.*

4 Cod. Ratiſp. *& labor . . . pervenit.* Poſt pauca omittit *veſter*, ſicuti etiam omittitur in Vindebon. Hiſp. & in verſione Græca.

στε τὸν ἡμέτερον κάματον τάχιστα εἰς ἔργον ἐκβῆναι, A ᾧτινι τῷ Θεῷ b δουλεύων τῇ βασιλικῇ καὶ πίστει καὶ ἐξουσίᾳ ἐβοήθησας. εἰ γὰρ καὶ ἐν τῇ ἀρετῇ τοῦ ἁγίου πνεύματος μεταξὺ τῶν διχονοιῶν διὰ τοῦ ἀποστολικοῦ θρόνου ἐκδικητέα ἦν ἐλευθερία, τηλαυγεστέρα ὅμως ὤφθη ἡ χάρις τοῦ Θεοῦ, καὶ τῇ ἐκκλησίᾳ ἡ ἰδία ἀποκατέστη καθαρότης. ὁ πόλεμος τοίνυν, ὅνπερ ὁ τῆς ἡμετέρας εἰρήνης ἐχθρὸς διέγειρεν, ἐπὶ τοσοῦτον εὐτυχῶς τῆς δεσποτικῆς δεξιᾶς μαχομένης καθώρθωται, ὥστε c τριαμβεύοντος τοῦ Χριστοῦ, μίαν πάντων τῶν ἱερῶν εἶναι τὴν νίκην· καὶ τοῦ φωτὸς ἐκλάμποντος τῆς ἀληθείας, μόνας τὰς τῆς σκοτείας πλάνας μετὰ τῶν ἰδίων διδασκάλων ἐκβληθῆναι d τῇ ἀναστάσει εἰς βεβαίωσιν τῶν B ἀρχῶν τῆς πίστεως πολλὴ ἀμεριμνία ἐπῆλθε· καὶ γὰρ τινῶν ἀποστόλων περὶ τῆς σωματικῆς τοῦ δεσπότου Χριστοῦ ἀληθείας ἀμφιβαλλόντων, καὶ τῇ ὄψει, καὶ τῇ ἁφῇ τοὺς τύπους τῶν ἥλων, καὶ τῆς λόγχης τὸ τραῦμα διερευνησαμένων, ἡ ἀμφιβολία ἅπασιν, ἐν ᾧ ἀμφέβαλλον, ἀφῃρέθη· οὕτω καὶ νῦν ὁμοίως ἐν τῷ τὴν ἀπιστίαν τινῶν ἐλέγχεσθαι, πάντων τῶν ἀμφιβαλλόντων αἱ καρδίαι ἐθεμελιώθησαν, καὶ ἐχρησιμεύθη ἅπασιν εἰς φωτισμὸν, ὅπερ τισὶν ἐπήνεγκε τύφλωσιν. ἐν ᾧ ἔργῳ ἀξίως, καὶ δικαίως μεγαλαυχεῖ ἡ ὑμετέρα μεγαλειότης, ἥτις πιστῶς, καὶ κυρίως προενόησεν, ὅπως τὰς ἀνατολικὰς ἐκκλησίας ἡ τοῦ διαβόλου ἐπιβουλὴ μὴ βλάψῃ, ἀλλ᾽ εἰς C τὸ ἐξιλεώσασθαι τὸν Θεὸν δεκτὰ πανταχοῦ προσενεχθεῖεν ὁλοκαυτώματα· ὁπότε διὰ τοῦ μεσίτου Θεοῦ, καὶ ἀνθρώπων Ἰησοῦ Χριστοῦ ἡ αὐτὴ ἐξομολόγησις τῶν δήμων, καὶ αὐτὴ τῶν ἱερέων, e ἡ αὐτὴ τῶν βασιλέων, γαληνότατε υἱὲ, καὶ αὐτοκράτωρ αὔγουστε. f Τούτων δὲ ἡ εὐοδία, ἡ τοσαύτη, γεγένηται σύνοδος, καλῷ καὶ εὐκταίῳ τέλει συντεθέντων, θαυμάζω καὶ πάσχω, ὅτιπερ τὴν εἰρήνην τῆς καθολικῆς ἐκκλησίας τὴν θεόθεν τεθεμελιομένην ἀμβιτίονος πάλιν ἐπιχείρησις ταράττοι· εἰ καὶ τὰ μάλιστα γὰρ χρησίμως ἑαυτοῦ ὁ ἀδελφὸς ὁ ἐμὸς Ἀνατόλιος προνενοηκέναι φαίνεται, ὥστε τῶν g αὐτῶν χειροτονησάντων τὴν πλάνην παραλιμπάνων, εἰς τὴν συνέσιν τῆς καθολικῆς ἐκκλησίας σωτηριώδει διορθώσει παρῆλθε, φυλάξαι δὲ ὅμως ὤφειλεν, ἵνα ἐκεῖ- D νο, ὅπερ h ἡμετέρᾳ χάριτι φαίνεται, ἐπιτυχὼν,

A inter quaslibet 5 diſſenſiones per Sedis apoſtolicæ famulatum Evangelii erat defendenda libertas, manifeſtior tamen apparuit gratia Dei, quæ præſtitit mundo, ut in victoria veritatis, auctores tantum violatæ fidei 6 deperirent, & ſua integritas Eccleſiæ redderetur. Bellum igitur, quod pacis noſtræ inimicus 7 excitaverat, adeo feliciter, dextera Domini pugnante, confectum eſt, ut triumphante Chriſto, omnium Sacerdotum eſſet una victoria, & coruſcante lumine veritatis, ſolæ erroris tenebræ cum ſuis aſſertoribus pellerentur. Nam ſicut in ipſa Domini reſurrectione credenda, ad corroboranda initia fidei multum ſecuri- B tatis acceſſit, quod quidam Apoſtoli 8 de corporea Domini noſtri JESU CHRISTI veritate dubitavere, & viſu atque contactu fixuras clavorum 9 & vulnus lanceæ perſcrutando, ambiguitatem cunctis, dum ambigunt, abſtulerunt: ita nunc quoque, dum aliquorum infidelitas confutatur, omnium hæſitantium corda 10 firmata ſunt; & proficit univerſis ad illuminationem, quod quibuſdam intulit cæcitatem. In quo opere digne & juſte 11 exultat veſtra Clementia, quæ fideliter proprieque proſpexit, ut Orientalibus Eccleſiis diabolicæ inſidiæ non nocerent; ſed ad propitiandum Deum efficaciora 12 ubique offerrentur holocauſta: C quando per mediatorem Dei & hominum hominem CHRISTUM JESUM eadem confeſſio plebium, eadem Sacerdotum, eadem eſſet & Regum, 13 glorioſiſſime fili, & clementiſſime Auguſte.

Gratiæ, veritatis, & Eccleſiæ quæ victoria.

Aliquorum dubia, omnium hæſitantium robur.

CAP. II.

His autem, propter quæ tanta facta eſt congregatio Sacerdotum, bono & optabili fine 14 compoſitis, miror & doleo, quod pacem univerſalis Eccleſiæ divinitus reformatam, ambitionis rurſus ſpiritus 15 inquietat. Quamvis enim neceſſarie ſibi frater meus *Anatolius* conſuluiſſe videatur, ut ordinatorum ſuorum errorem deſerens, in aſſenſum catholicæ fidei ſalubri correctione tranſiret; cuſtodire tamen debuit, ut quod 16 veſtro beneficio noſcitur conſecutus, nullius 17 cupiditatis pravitate turbaret. Nos enim veſtræ fidei & interventionis ha- D bentes intuitum, cum ſecundum ſuæ conſecrationis auctores, ejus initia titubarent, beni-

Anatolio ab hæreticis ordinato indulgetur.

BALLER. NOTÆ.

b Locus quidem haud plane corruptus, ſed Leonis textui non reſpondens.
c Leg. θριαμβεύοντος.
d Locus mutilus & male acceptus, quem ſic corrigere poſſis: ὡς γὰρ ἐν τῇ ἀναςάσει τοῦ Κυρίου . . . ἐπῆλθε, ὅτι τινῶν ἀποςόλων, &c.
e Locus hians, quem tu ſupple: αὐτὴ τε ἦν.
f Locus corruptiſſimus, cui ſic medearis: τούτων δὲ, δι᾽ ἃ ἡ τοσαύτη, &c.
g Leg. αὐτόν. h Forte ὑμετέρᾳ.
5 MSS. codd. tres Queſnell. *diſpenſationes*.
6 Ita Ratiſp. & utrique Vindebon. coll. v. & Hiſp. cum aliis noſtris codd. & vulgatis ante Queſnell. apud quem *perirent*.
7 Idem Ratiſp. *exciverant*. Poſtea *confractum eſt* pro *confectum eſt* legitur in utriſque Vindeb. atque in MSS. coll. XXI. 8 Sic omnes noſtri codd. cum Sichardo excepto Vat. 544. coll. XXIV. qui cum editis *de corporis*. 9 Vindeb. Hiſp. *& vulnus perſcrutando*. Vat. Hiſp. & Iſid. *& vulnera perſcrutando*.
10 Vat. & Iſid. *confirmata ſunt*. Mox *proficit* loco *profecit* poſuimus ex Ratiſp. Vindebon. coll. V. & Vat. coll. XI. cum magis cohæreat vocibus *nunc quoque*.
11 Al. *exultet*; & mox loco *proprieque* alias legitur *pieque*.
12 Queſnellus in prima editione cum Rainaudo *uſque offerrentur*. Emendationem ſecundæ editionis alii editi, & noſtri codices approbant.
13 Quinque voces ſequentes delent Vindeb. coll. v. Ratiſp. & MSS. collect. xxiv. atque Sichardus. Grim. & Thuan. codd. habent tantum *Glorioſiſſime Imperator*. Græca verſio: *Clementiſſime fili & Imperator Auguſte*.
14 Al. *completis* in MSS. coll. XI. & XXI. Paullo poſt Ratiſp. delet *divinitus*.
15 Vulg. antiquiores *inquietet*. Mox Vat. Hiſp. & Iſid. delent *ſibi*.
16 Editiones Leonis ante Queſn. cum Vat. Hiſp. & Iſid. *noſtro*. Ceteri noſtri codices cum aliis a Queſnello laudatis not. 2. *veſtro*. Solum Ratiſp. cod. habet *vero beneficio*. Paullo poſt cap. 3. dicitur: *Veſtræ pietatis auxilio & mei favoris aſſenſu Epiſcopatum tantæ urbis obtinuit*.
17 Al. *pravitatis cupiditate* in eiſdem editionibus Leoninis cum MSS. coll. XXIV. atque exemplo Sichardi.

benigniores circa ipsum quam justiores esse A voluimus: quo perturbationes omnes, quæ operante diabolo fuerant excitatæ, adhibitis remediis leniremus: quæ illum modestum magis, quam immoderatum facere debuerunt. Qui etiam si præcipuis meritis, optimoque judicio legitime fuisset ac solemniter ordinatus, contra reverentiam tamen canonum paternorum, contra statuta Spiritus sancti, contra antiquitatis exempla, nullis posset suffragiis adjuvari. Apud christianum, & vere religiosum, vereque orthodoxum Principem loquor, multum *Anatolius* Episcopus proprio detrahit merito, si illicito crescere optat augmento.

Ecclesiarum privilegia quibus nitantur fundamentis.

CAP. III.

Habeat, sicut optamus, Constantinopolitana civitas gloriam suam, ac protegente dextera Dei, diuturno Clementiæ vestræ B fruatur imperio. Alia tamen ratio est rerum sæcularium, alia divinarum: nec præter illam petram, quam Dominus in fundamento 18 posuit, stabilis erit ulla constructio. Propria perdit, qui indebita concupiscit. Satis sit prædicto quod vestræ pietatis auxilio, & mei favoris assensu, Episcopatum tantæ urbis obtinuit. Non dedignetur Regiam civitatem, quam 19 apostolicam non potest facere sedem; nec ullo speret modo, quod per aliorum possit offensiones augeri. 20 Privilegia enim Ecclesiarum, sanctorum Patrum canonibus instituta, & venerabilis Nicænæ Synodi fixa decretis, nulla possunt improbitate convelli, nulla novitate 21 mutari. In quo opere, auxiliante Christo, fideliter exequendo, necesse est me perseverantem exhibere famulatum: quoniam dispensatio mihi credita est, & ad meum tendit reatum, si paternarum regulæ sanctionum, quæ in Synodo Nicæna, ad totius Ecclesiæ regimen, Spiritu Dei instruente, sunt conditæ, me (quod absit) connivente, violentur; & major sit apud me unius fratris voluntas, quam universæ domus Domini communis utilitas.

Matth. 16. 18.

Et ideo sciens gloriosam Clementiam vestram ecclesiasticæ studere concordiæ, & his quæ pacificæ congruunt unitati, piissimum præstare consensum, precor & sedula suggestione vos obsecro, ut ausus improbos unitati christianæ pacique contrarios, ab omni pietatis vestræ abdicetis assensu, & fratris mei *Anatolii*, nocituram ipsi, si perstiterit, cupiditatem salubriter comprimatis: ne ea, quæ vestræ gloriæ atque temporibus inimica sunt, cupiens, major suis velit esse prioribus: liberumque illi sit, quantis po- D tuerit splendere virtutibus; quarum non aliter particeps erit, nisi caritate magis vo-

A μηδεμιᾶς ἐπιθυμίας φαυλότητι ταράξει. Ἡμεῖς γὰρ τῆς ὑμετέρας πίστεως, καὶ τῆς μεσιτείας ἔχοντες τὴν προσοχὴν, ὁπότε i καὶ τὴν αὐθεντίαν τῆς ἰδίας χειροτονίας αἱ ἀρχαὶ αὐτοῦ ἔσκαζον, ἀγαθοί τε περὶ αὐτὸν, ἤπερ δίκαιοι εἶναι ἐβουλήθημεν· ὅπως τὰς ταραχὰς ἁπάσας, αἵτινες ἐργαζομένου τοῦ διαβόλου ἐξηγέρθησαν, προσληφθεισῶν θεραπειῶν, καταπραΰνωμεν, ἅτινα αὐτὸν ἐπιεικῆ μᾶλλον, ἤπερ ἄμετρον ποιῆσαι ὤφειλεν, ὅστις εἰ καὶ ἐξαιρέτοις τισὶ πράξεσι, καὶ καλλίστῃ κρίσει νομίμως ἦν, καὶ εἰωθότως χειροτονηθεὶς, κατὰ κανόνων ὅμως τῶν πατρικῶν, κατὰ τῶν τύπων τοῦ ἁγίου πνεύματος, κατὰ τῶν τῆς ἀρχαιότητος ὑποδειγμάτων, οὐδαμῶς ὤφειλε βοηθεῖσθαι. παρὰ χριστιανῷ, καὶ ἀληθῶς εὐλαβεῖ, καὶ ὀρθοδόξῳ βασιλεῖ φθέγγομαι· πολὺ B Ἀνατόλιος ὁ Ἀρχιεπίσκοπος τῆς ἰδίας ἀφαιρεῖται ἀξίας, εἰ παρανόμῳ αὔξεσθαι προκοπῇ εὔχεται· ἐχέτω, καθῶς εὐχόμεθα, Κωνσταντινούπολις τὴν ἰδίαν δόξαν, καὶ σκεπούσης τῆς τοῦ Θεοῦ δεξιᾶς, πολυχρονιούσης ὑμετέρας k ἀπολαύσει βασιλείας· ἄλλος l γὰρ λόγος τῶν κοσμικῶν ἐστὶ πραγμάτων, καὶ ἄλλος τῶν θείων, καὶ μὴ παρ' ἐκείνην τὴν πέτραν, ἥντινα ὁ δεσπότης ἐν τῷ θεμελίῳ τέθηκεν m, ἔστω ἰσχυρὸν οἷον δή ποτε κατασκεύασμα, τὰ ἴδια ἀπόλλυσιν, τὸ ὁ μὴ κεχρεωστημένων ἐπιθυμῶν. n Ἀρκέσει τῷ προλεχθέντι, ὅτι βοηθείᾳ τῆς σῆς εὐσεβείας, καὶ σπουδῇ τῆς ἐμῆς συναινέσεως τῆς τοσαύτης πόλεως τὴν ἐπισκοπὴν κατέσχε, μὴ ἀπαξιώσῃ ἔχειν βασιλίδα πόλιν, ἥντινα ἀποστολικὸν θρόνον ποιῆσαι οὐ δύναται· o ἀλλ' οὐδέτινι τρόπῳ ἐλπίσει, ὅπερ διὰ C τὸ προσκροῦσαι ἑτέροις, δύναται αὐξηθῆναι. Τὰ γὰρ προοίμια τῶν ἁγίων ἐκκλησιῶν τοῖς τῶν πατέρων κανόσι, καὶ τῆς σεπτῆς συνόδου τῆς ἐν Νικαίᾳ τοῖς δόγμασι τετυπωμένα, ἐξ οὐδεμιᾶς δύναται ἀναιδείας παρασπασθῆναι. οὔτε μὴν οὐδεμιᾷ καινότητι ἐναλλάττεσθαι. ἐν ᾧπερ ἔργῳ ἐπαμύνοντος τοῦ Χριστοῦ πιστῶς ἐκβιβασθησομένῳ, ἀναγκαῖόν ἐστιν ἐπίμονον παρασχεῖν με σπουδήν. ἐπειδήπερ p διοικήσεώς μοι ἐγκεχείρισται, καὶ εἰς ἐμὴν τείνει κατηγορίαν, εἰ τῶν πατρικῶν δογμάτων οἱ κανόνες, οἵτινες ἐν τῇ συνόδῳ τῇ ἐν Νικαίᾳ εἰς διοίκησιν πάσης τῆς ἐκκλησίας, πνεύματος Θεοῦ διδάσκοντος, τετύπωνται, ἐμοῦ, ὅπερ ἀπείη, συνδυάζοντος, παρασαλευθεῖεν. καὶ μείζων εἴη παρ' ἐμοὶ ἑνὸς ἀδελφοῦ γνώμη, ἤπερ ἁπάσης τῆς οἰκίας τοῦ δεσπότου ἡ κοινὴ λυσιτέλεια. καὶ διὰ τοῦτο γινώσκων τὴν ἔνδοξόν σου γαληνότητι D τῇ ἐκκλησιαστικῇ σπουδάζειν ὁμονοίᾳ, καὶ τοῖς τῇ εἰρηνοποιῷ ἑνώσει ἁρμόζουσιν εὐσεβῆ παρασχεῖν q συνά-

BALLER. NOTÆ.

i Leg. κατὰ τὴν, &c. k Forte, ἀπολαύσοι.
l Hæc particula γὰρ nihil hic facit ad rem: Legendum potius, ἄλλος ὅμως ὁ λόγος, &c.
m Leg. ἔσαι. n Forte ἀρκέσῃ. o Leg. οὐδενὶ τε τρόπῳ ἐλπίσῃ, ὅπερ διὰ τοῦ &c. vel, οὐδέ τινι τρόπῳ, &c.
p Leg. διοίκησις. q Leg. συναίνεσιν.

18 Adverbium *mire* inseruit Quesnellus: omnium nostrorum codicum & aliarum etiam editionum auctoritate delevimus. Similiter expunximus adverbium *Sed* a Quesnello præpositum voci *Propria*, cum desideretur non solum in anterioribus editis, verum etiam in præstantioribus codd. Ratisp. utrisque Vindeb. coll. V. & Hisp. in Vat. coll. XXIV. nec non in interpretatione Græca.

19 Vide not. 3. Quesnell.

20 Hunc locum, sed aliquot verbis mutatum, citat Gratianus 25. q. 2. cap. 2. & ante eum Anselmus lib. 4. cap. 2. Atque Deusdedit l. 3. c. 35. ut in MSS. Vat. observavimus. Pro privilegiis quibuscumque, quæ non tam Ecclesiis quam Monasteriis fuerunt concessa, generatim affertur; cum S. Leo de solis privilegiis Ecclesiarum a Nicænis Patribus can. 6. decretis loquatur.

21 Ita omnes nostri codd. & editi excepto Quesn. apud quem *violari*.

συνάισιν, δέομαι, καὶ σπουδαιοτάτῃ ἀιτήσει ὑμᾶς A παρακαλῶ, ὅπως τὰς ἐπιχειρήσεις τὰς ἀναιδεῖς τοὺς ἐναντίας τῇ ἑνώσει, καὶ τῇ εἰρήνῃ τῶν Χριστιανῶν, ἀπὸ πάσης συναινέσεως τῆς ὑμετέρας εὐσεβείας r ἀποκηρύξητε, καὶ τοῦ ἐμοῦ ἀδελφοῦ τοῦ Ανατολίου τὴν ἐπιβλαβῆ ἑαυτῷ, εἰ ἐπιμένοι, ἐπιθυμίαν σωτηριωδῶς ἐπίσχητε, ἵνα μὴ τούτων, ἅπερ τῇ ὑμετέρᾳ δόξῃ καὶ τοῖς χρόνοις ἐχθρὰ τυγχάνει, ἐπιθυμῶν, μείζων θελήσῃ εἶναι τῶν ἤδη ὄντων πρώτων, καὶ ἐπ' ἀδείας ἐκείνῳ εἴη, ὅσαις ἂν ἐθέλοι, ἐκλάμπειν ἀρεταῖς, ὧν οὐχ ἑτέρως κοινωνός s ἐστιν, εἰ μὴ διαθέσει μᾶλλον ἐθέλοι κοσμεῖσθαι, ἤπερ ἀμβιτίονι ἐκτείνεσθαι. Ταύτην δὲ τὴν ἀναιδῆ ἐπιθυμίαν οὐδέποτε μὲν ὤφειλεν ἐν τῇ αὐτοῦ ἔχειν τῇ ψυχῇ, ἀλλ' ὁπηνίκα αὐτῷ οἱ ἀδελφοὶ, καὶ συνεπίσκοποι ἐμοὶ, οἱ ὑπὲρ ἐμοῦ πράττοντες, ἀντέβησαν, ἀπὸ τῆς παρανόμου τόλμης κἂν ἐκ τῆς αὐτῶν ὤφειλεν ἀργῆσαι ἀντιλογίας· καὶ γὰρ καὶ τῆς ὑμετέρας εὐσεβείας αἱ συλλαβαὶ, καὶ τὰ αὐτοῦ γράμματα σημαίνει τοὺς πρεσβευτὰς τῆς ἀποστολικῆς καθέδρας, καθὼς ἐχρῆν, δικαιοτάτῃ ἀντιῤῥήσει ἀντιβεβηκέναι, ὥστε μὴ παραίτησιν ἔχειν τὴν ἐπιχείρησιν, ἥτις ἑαυτὴν οὐδὲ ἐκτυποθεῖσα ἐπέσχεν. Ὅθεν ἐπειδὴ ἁρμόζει τῇ ἡμετέρᾳ πίστει καὶ δόξῃ, ἵνα καθ' ὃν τρόπον αἱ αἱρέσεις δι' ὑμῶν, τοῦ Θεοῦ πράττοντος t, οὕτω καὶ πᾶσα ἀμβιτίων ἐκκοπείη· ὅπερ καὶ τῆς Χριστιανῶν ἐστιν εὐδοκιμήσεως, καὶ τῆς βασιλικῆς. καὶ ὁ προλεχθεὶς ἐπίσκοπος u φειδέσθω τέρων προνοήσει τῆς εἰρήνης, καὶ μὴ ἐξεῖναι ἑαυτῷ πάντη ἀπολαμβανέτω. ἐπειδήπερ τῇ Αντιοχέων ἐκκλησίᾳ ἄνευ τινὸς ὑποδείγματος παρὰ τοὺς κανόνας ἐπίσκοπον C χειροτονῆσαι ἐτόλμησεν· ὅπερ ἡμεῖς ἔρωτι τοῦ ἀνανεωθῆναι τὴν πίστιν, καὶ σπουδῇ τῆς εἰρήνης ἀναψηλαφῆσαι x ἠρτήσαμεν. Απεχέσθω τοίνυν ἀπὸ τῆς τῶν ἐκκλησιαστικῶν κανόνων ὕβρεως, καὶ τὰς παρανόμους ἐκκλινάτω παραβάσεις· ἵνα μὴ ἑαυτὸν ἀπὸ τῆς καθολικῆς ἐκκλησίας, ἕως οὗ ἔχθρα τῇ εἰρήνῃ ἐπιχειρεῖ, ἀποσχίσῃ· ὅντινα εὐχόμεθα μᾶλλον ἀδιαβλήτως πράττοντα φιλεῖν, ἤπερ ταύτῃ προσκαρτερεῖν τῇ τόλμῃ, ἥτις αὐτὸν δύναται ἀπὸ πάντων χωρίσαι. ὁ ἀδελφὸς δὲ ὁ ἐμὸς, καὶ συνεπίσκοπος Λουκιανὸς. ὃς μετὰ τοῦ ἐμοῦ τέκνου Βασιλείου τοῦ διακόνου τῆς ὑμετέρας γαληνότητος γράμματα πρὸς ἐμὲ ἐβάστασε, πάσῃ τῇ καθοσιώσει τὴν ἐνταλθεῖσαν αὐτοῖς πρεσβείαν ἐπλήρωσεν, ὃς οὐκ ἂν λογισθείη ἀπολελεῖφθαι τοῦ πράγματος, ὅντινα μᾶλλον ἡ ὑπόθεσις ἀπολέλοιπεν. ἐδόθη πρὸ ἕνδεκα D Καλανδῶν Ιουνίων ὑπατείας Ερκουλάνου τοῦ λαμπροτάτου.

A luerit ornari, quam ambitione diſtendi. Hanc autem improbi deſiderii conceptionem numquam quidem debuit intra cordis ſui recipere ſecretum: ſed cum illi 22 fratres & Coepiſcopi mei, qui vice mea aderant, obviarent, ab illicito appetitu ex eorum 23 ſaltem ſalubri contradictione ceſſaſſet. Nam & veſtræ Pietatis apices, & ipſius ſcripta declarant, Legatos Sedis apoſtolicæ, ſicut oportuit, contradictione juſtiſſima 24 reſtitiſſe: ut inexcuſabilior eſſet præſumptio, quæ ſe nec increpata 25 cohiberet.

Vicariorum Papæ in Conc. Calch. contradictio.

CAP. V.

Unde quia convènit fidei veſtræ 26 vel gloriæ, ut ſicut hæreſis, Deo per vos agente, deſtructa eſt, ita etiam omnis ambitus retundatur; agite, quod & Chriſtianæ eſt probitatis & Regiæ, ut prædictus Epiſcopus pareat Patribus, conſulat paci, neque ſibi æſtimet licuiſſe, quod Antiochenæ Eccleſiæ C ſine ullo exemplo, contra inſtituta canonum Epiſcopum ordinare præſumſit; quod 27 nos amore reparandæ fidei & pacis ſtudio retractare ceſſavimus. Abſtineat ergo ab eccleſiaſticarum injuria regularum, & illicitos declinet exceſſus: ne ſe ab univerſali Eccleſia, dum inimica paci tentat, 28 abſcidat. Quem opto magis irreprehenſibiliter agentem diligere, quam in hac præſumtione, quæ illum ab omnibus ſeparare poterit, perdurare. Frater autem & Coepiſcopus meus *Lucianus*, qui cum filio meo *Baſilio* Diacono Clementiæ veſtræ ad me ſcripta portavit, omni devotione partes ſuſceptæ legationis implevit: 29 quia non eſt æſtimandus negotio defuiſſe, quem potius cauſſa deſeruit. Data 30 undecimo Kalendas Junii, *Herculano* clariſſimo Conſule.

Antiocheni Epiſc. ordinatio per CP. contra canones, diſſimulata.

BALLER. NOTÆ.

r Leg. ἀποκηρύττητε. s Forte, ἐςαι. t Deeſt hic aliquid puta ἠφανίσθαι, aut quid ſimile.

u Locus plane corruptus, cui ut aliquam ſanitatem afferas, legere debes, φειδέσθω τῶν πατέρων, προνοήσῃ τῆς εἰρήνης. Neque mireris, ſi vertit Interpres φειδέσθω τῶν πατέρων: namque pro *pareat patribus*, quod in textu eſt, legit, ut putamus, *parcat patribus*.

x Forte, ἠργήσαμεν.

22 Vindebon. Hiſp. addit *etiam* Vat. Hiſp. & Iſid. addunt *cariſſimi*.

23 Ratiſp. delet *ſaltem*, & pro *ſalubri* habet *ſalutari*. Utrique codd. Vindeb. delent *ſalubri*. Vat. coll. XI. delet *ſaltem* & *ſalubri*.

24 Vulgati inſerunt *et*: delevimus auctoritate MSS. Ratiſp. Vindebon. coll. V. ac trium aliorum codd. cum Sichardo, nec non interpretationis Græcæ.

25 Duo Vatt. coll. XXI. *coerceret*.

26 Particulam *vel* a Queſnello expunctam, ex omnibus noſtris codicibus atque Sichardo revocavimus. Ex Græco & *gloriæ*.

27 Addidimus *nos* ex iiſdem codicibus & Græco textu. 28 Al. *abſcedat*.

29 Ratiſp. cod. *qui non æſtimandus eſt negotio defuiſſe quem cauſſa deſeruit*. Vat. Hiſp. & Iſid. *quem novimus negotio non defuiſſe, quem potius cauſſa deſeruit*.

30 Solus Vindeb. coll. V. habet *XII. Kal. Junii*.

* Alias. LXXIX. Quæ autem antea 105. erat, nunc 134. 22. Maji. an. 452.

EPISTOLA CV. *

1 Ad PULCHERIAM Augustam *de ambitu* ANATOLII.

SYNOPSIS.

I. *Plenam esse fidei victoriam, in qua superant tam qui ceciderunt, quam qui steterunt.*

II. *Nihil valere posse contra canones Nicænos, qui soli firmandæ paci sufficiunt.*

III. *Anatolio Flavianum exemplo esse debere: & per se ruere quod Nicænæ Synodo contrarium est.*

IV. *Ut ipsa Anatolium a proposito revocet, hortatur.*

LEO Episcopus PULCHERIÆ AUGUSTÆ.

CAP. I. SAnctis & Deo placitis Clementiæ vestræ studiis defensam contra hæreticos catholicam fidem, & 2 universæ Ecclesiæ redditam pacem, ineffabiliter cum vestra pietate gaudemus: gratias agentes 3 misericordi & omnipotenti Deo, quod exceptis his, qui magis dilexerunt tenebras quam lucem, neminem passus est evangelica veritate fraudari: ut abstersa erroris caligine, in omnium cordibus purissimum lumen oriretur, 4 nec de infirmis quorumdam animis tenebrosus ille exultaret inimicus, quem non solum hi, qui illæsi steterunt, sed etiam 5 hi, quos fecerat mutare, superaverunt: ut, errore abolito, per totum mundum fides vera regnaret, *& omnis lingua confiteretur, 6 quoniam Dominus* JESUS CHRISTUS *in gloria est Dei Patris*. Confirmato autem in unitate Evangelii universo orbe terrarum, & 7 in eumdem sensum directis cordibus omnium Sacerdotum, optimum fuerat, supra illa, propter quæ sancta est Synodus congregata, & quæ secundum pietatis vestræ studium probabili sunt fine conclusa, nihil quod tanto bono contrarium esset, inferri, nec per occasionem Episcopalis Concilii, 8 id importune appeti, quod non licuit concupisci.

Joan. 3. 19.

Philip. 2. 11.

CAP. II. Frater enim & Coepiscopus meus *Anatolius* A parum considerans, quanto pietatis vestræ beneficio, & mei favoris assensu, Constantinopolitanæ Ecclesiæ Sacerdotium fuerit consecutus, non tam de adeptis gavisus, quam de immodicis appetendis supra mensuram sui honoris accensus est; credens huic tam intemperanti cupiditati posse prodesse, quod ei quorumdam consensum 9 suum præbuisse dicitur extorta subscriptio: cum tamen destruendis mox conatibus, contradictio fratrum & Coepiscoporum meorum 10 vice mea agentium, fideliter & laudabiliter obviaret. Quoniam contra statuta paternorum canonum, quæ ante longissimæ ætatis annos in urbe Nicæna spiritualibus sunt fundata decretis, nihil cuique 11 audere conceditur: ita ut si quis diversum aliquid decernere velit, se potius minuat, quam illa corrumpat. B Quæ si, ut oportet, a cunctis Pontificibus intemerata serventur, per universas Ecclesias tranquilla erit pax & firma concordia: nullæ 12 de mensura honorum dissensiones, nullæ de ordinationibus lites, nullæ de privilegiis ambiguitates, nulla erunt 13 de alieni usurpatione certamina; 14 sed æquo jure caritatis, rationabilis & morum & officiorum ordo servabitur: & ille vere erit magnus, qui fuerit totius ambitionis alienus, dicente Domino: *Quicumque voluerit inter vos major fieri, sit vester minister: Et quicumque voluerit inter vos primus esse, erit vester servus: Sicut filius hominis non venit ministrari, sed ministrare.* Et tamen hæc illis C tunc insinuabantur, qui de pusillo volebant crescere, & de infimis ad summa transire. Constantinopolitanæ vero 15 Præsul Ecclesiæ, quid amplius, quam assecutus est, concupiscit? aut quid illi satisfaciet, si tantæ urbis magnificentia & claritudo non sufficit? Superbum nimis est & immoderatum ultra proprios terminos tendere, & antiquitate calcata alienum jus velle præripere; 16 atque ut unius crescat dignitas, tot Metropolitanorum impugnare primatus; quietisque provinciis, & olim sanctæ Synodi Nicænæ moderatione dispositis, bellum novæ perturbationis inferre; atque ut venerabilium Patrum decreta solvantur, quorumdam Episcoporum proferre consensum, D cui tot annorum series negavit effectum. Nam sexagesimus fere annus hujus 17 conniventiæ esse

Nicænorum canonum inviolabilis auctoritas.

Canonum observantia, pacis vinculum.

Matth. 10. 2[6]. Marc. 10. 43.

Metropolitani, primates dicti.

BALLER. NOTÆ.

1 Reperitur in MSS. coll. XII. XVIII. XIX. & XXIV. ac in exemplari Sichardi.
2 Cod. Ratisp. *universali*.
3 Editi ante Quesn. cum MSS. coll. XII. & XXIV. *misericordia omnipotentis Dei*.
4 Cod. Venetus coll. XII. *ne de infirmis*. Ratisp. *nec de infirmitatis* (forte *infirmatis*) *quorumdam animis*.
5 Adjecimus *hi* ex MS. Ratisponensi.
6 Idem Ratisp. *quia Dominus Jesus in gloria*.
7 Sic melius ex eodem Ratisp. Quesnellus *in eodem sensu*. Ceteræ editiones *in eodem spiritu sensus*.
8 Ita cum Grimanico nostri codd. Ratisp. & Ven. coll. XII. Alias *id in commune*.
9 Vox *suum* a Quesnello addita, nostris etiam codd. confirmatur. Apud Sichardum *prodesse quorumdam consensum, quem ei præbuisse dicitur*.
10 Sic Ratisp. cum Quesn. ante quem legebatur *vicem meam*. Mox *obviarit* in Ratisp.
11 Vulgati ante Quesn. *addere*.
12 Iidem vulgati cum MSS. coll. XXIV. *de mensuris harum*. Quesnelli lectionem nostri codd. Ratisp. & Ven. approbant.
13 In iisdem vulg. *de aliena*. Omnes nostri codd. & Sichardus Quesnelli emendationem confirmant.
14 Editi ante Quesn. cum Sichardo: *sed ea, quæ jure caritatis rationabilis est, & morum & officiorum servabitur unanimitas*. Cod. Victor. a Quesn. in Notis allegatus, & unus noster Fesulanus eamdem lectionem præferunt, omissa tantum ultima voce *unanimitas*. Idem est in Vat. Reginæ 139. collect. XXIV. qui solum in fine habet *& officiorum mensura servabitur*. Secuti sumus lectionem præstantiorum codd. Grim. coll. XVIII. & Ratisp. coll. XIX. & Vat. ac Venet. coll. XII. quam lectionem satis bonam atque perspicuam haud scimus cur Quesnellus deseruerit, ut hanc aliam ex universis variantibus proprio, ut videtur, marte compactam supponeret: *sed is qui jure caritatis rationabilis est, & morum & officiorum ordo servabitur*.
15 Vulgati ante Quesn. *Præsuli Ecclesiæ* (*quia amplius quam assecutus est concupiscit*) *quid illi &c.* Sichardus: *Præsul Ecclesiæ* (*quoniam amplius* & reliqua, ut in iisdem vulgatis. Nostri codices Quesnelli emendationem approbant.
16 Ratisp. & hic & paullo post *utque*.
17 Vulg. antiquiores cum Sichardo *jactantia*.

Canon CP. hucusque sine effectu.

esse jactatur, qua se prædictus Episcopus æstimat adjuvari, frustra cupiens id sibi prodesse, quod etiam si quisquam ausus est velle, nullus tamen potuit obtinere.

CAP. III.

Agnoscat cui successerit viro, & repulso omni spiritu elationis, 18 *Flaviani* fidem, *Flaviani* modestiam, *Flaviani* humilitatem, quæ illum usque ad Confessoris gloriam provexit, imitetur. Cujus si velit splendere virtutibus, laudabilis erit, & in omni loco plurimum dilectionis acquiret; non ambiendo humana, sed promerendo divina. 19 Hac autem observantia meum quoque illi animum spondeo copulandum, & apostolicæ Sedis dilectionem, quam Constantinopolitanæ Ecclesiæ semper impendit, nulla mutabilitate violandam. Quia si interdum immoderati Præsules aliquas incidunt culpas, Ecclesiarum tamen Christi 20 integritas perseverat. Consensiones vero Episcoporum, sanctorum canonum apud Nicæam conditorum regulis repugnantes, unita nobiscum vestræ fidei pietate in irritum mittimus, & per auctoritatem beati Petri Apostoli, generali prorsus definitione 21 cassamus, in omnibus ecclesiasticis caussis his legibus obsequentes, quas 22 ad pacificam observantiam omnium Sacerdotum, per trecentos decem & octo Antistites Spiritus sanctus instituit: ita ut etiam si multo plures 23 aliud, quam illi statuere, decernant, in nulla reverentia sit habendum, quicquid fuerit a prædictorum constitutione diversum.

Attende auctoritatem summi Pontificis.

Prolixitatem itaque epistolæ meæ, qua necesse habui explicare quid sentiam, rogo ut per fratrem & Coepiscopum meum *Lucianum*, qui (quantum in ipso est) sollicitudinem susceptæ legationis est fideliter executus, & per filium meum *Basilium* Diaconem pietas vestra dignanter accipiat. Et quia moris vestri est pro pace & unitate Ecclesiæ laborare, fratrem meum *Anatolium* Episcopum ex vestra 24 mihi insinuatione dilectum, salubriter in his, quæ ipsi profutura sint, continete: ut gloria Clementiæ vestræ, sicut magnificatur de fide reparata, ita prædicetur de ambitione compressa. Data undecimo Kalendas Junii, *Herculano* viro clarissimo Consule.

Lucianus & Basilius Legati Imperatoris & Anatolii Episc.

* Alias LXXX. Quæ autem antea 106. erat, nunc 135. 22. Maji. an. 452.

EPISTOLA CVI. *

1 Ad ANATOLIUM Episcopum CP. increpans de ambitu.

2 SYNOPSIS.

I. *Anatolii fidem esse laudandam, cupiditatem damnandam.*
II. *Nicæni Concilii prærogativa, quam Anatolii ambitus petit.*
III. *Calchedonensi Synodo in solo negotio fidei convocata eum abuti.*
IV. *Numquam se in præjudicium Nicæni Concilii, illicitis ausibus consensurum.*
V. *Canones Synodi CP. ad Sedem Romanam numquam missos, Anatolio male patrocinari.*
VI. *Satius esse ut cupiditatem deponat, caritatem sectetur.*

Τῷ ἀγαπητῷ ἀδελφῷ Ἀνατολίῳ ἀρχιεπισκόπῳ Κωνσταντινουπόλεως, Λέων ἀρχιεπίσκοπος Ῥώμης.

Φανερωθέντος, ὡς ηὐχόμεθα, διὰ τῆς τοῦ Θεοῦ χάριτος, τοῦ φωτὸς, a καὶ τῆς εὐαγγελικῆς ἀληθείας, καὶ ἀπὸ τῆς καθολικῆς ἐκκλησίας τοῦ σκότους τῆς ὀλεθριωτάτης πλάνης ἐκδιωχθέντος.

3 LEO Episcopus ANATOLIO Episcopo.

CAP. I. Conciliorum opus proprium Evangelium manifestare, & errorem depellere.

MAnifestato, sicut optavimus, per gratiam Dei lu uine 4 evangelicæ veritatis, & ab universali Ecclesia perniciosissimi erroris nocte depulsa, ineffabiliter gaudemus

BALLER. NOTÆ.

2 Hæc conjunctio abundat.
18 Voces *Flaviani fidem* optimus Ratisp. adjiciendas suggessit.
19 Sic cum Quesnello MSS. Grim. Ratisp. & Venet. Antiqui vulg. Leonis cum Sichardo: *Hac autem observantia eum quoque illi animum spondet copulandum, & Apostolicæ Sedis dilectionem, quam Constantinopolitanæ Ecclesiæ semper impendimus, nulla mobilitate violandam.* Idem est in MS. cod. Vat. coll. XXIV. qui solum pro *eum* habet *meum.* Vulg. Concilior. *Hac autem observantia uniuscujusque illi animum spondet* &c. ut in iisdem Leonis editionibus.
20 Edit. *integra gratia.* Ex Ratisponensi optimam lectionem inseruimus.
21 Vide nostras observationes in not. 2. Quesn. Mox in editis ante Quesn. deerat vox *caussis*, quam etiam in nostris MSS. invenimus. In Ratisp. deest *his*.
22 Ita Ratisp. & Grim. Alias *ad pacificationem omnium Sacerdotum*. Cod. Venet. collect. XII. *ad pacem omnium Sacerdotum*.
23 Vulgati ante Quesn. *alii quam illi statuere, decernerent*, vel (ut in MS. Veneto) *decernere voluerint*.
24 Vox *mihi* a Quesnello inserta legitur etiam in Ratisp.
1 Exstat in MSS. coll. V. Hisp. Isid. XI. XII. XVI. & XVIII. usque ad XXIV. nec non in Vallicellano XVIII. tit. 398. ac in exemplari Sichardi. Græcam præterea versionem invenimus in MS. Vat. Græco 1455. ex quo illam nunc primum in lucem proferimus. Leo his litteris respondet Anatolii epist. 101. In memorato MS. Vallicellano hic titulus præfigitur: *Epistola S. Leonis Papæ ad Anatolium, qui S. Flaviano CP. Episcopo in exilium destinato* (addendum fuerat *& in itinere mortuo*) *in loco ejus ordinatus est*.
2 In tabula coll. V. cap. 91. hæc Synopsis legitur: *Ad Anatolium Episcopum CP. de ejus ambitu objurgatio, & de Alexandrinæ & Antiochenæ Sedis antiquitus honore prælato*. In collectione Hispanica sic: *Ubi in primis eumdem Episcopum de fide in Calchedonensi Concilio laudat: deinde arg it quod contra Nicænam Synodum Alexandrinam atque Antiochenam Ecclesias sibi subdere voluisset*.
3 Ex Græco: *Dilectissimo fratri Anatolio Archiepiscopo CP. Leo Archiepiscopus Romæ*.
4 Vindebon. coll. V. & Vallicell. ignorant *evangelicæ*.

demus in Domino, quod creditæ nobis dispensationis labor ad desideratum pervenit effectum, sicut etiam epistolæ tuæ textus eloquitur; *ut*, secundum apostolicam doctrinam, *idipsum dicamus omnes, & non sint in nobis schismata: simus autem perfecti in eodem sensu & in eadem* 5 *scientia*. In cujus operis devotione gratulamur dilectionem tuam esse consortem: ut & corrigendis tua prodesset industria, & 6 ab omni te deviantium participatione purgares. Decessore enim tuo beatæ memoriæ *Flaviano*, propter defensionem catholicæ veritatis ejecto, non immerito credebatur, quod Ordinatores tui, contra sanctorum canonum constituta, viderentur sui similem consecrasse. Sed affuit misericordia Dei, in hoc 7 te dirigens atque confirmans, ut malis principiis bene utereris; & non te judicio hominum, sed Dei provectum benignitate monstrares: quod vere ita accipiendum est, si hanc divini muneris gratiam alia offensione non perdas. Virum enim Catholicum, & præcipue Domini Sacerdotem, sicut nullo errore implicari, ita nulla oportet cupiditate 8 corrumpi. Dicente quippe Scriptura sancta: *Post concupiscentias tuas 9 non eas, & a voluntate tua vetare:* multis mundi hujus illecebris, multis vanitatibus resistendum est, ut veræ continentiæ obtineatur integritas: cujus prima est labes superbia, initium transgressionis, & origo peccati. Quoniam *mens* potentiæ avida nec abstinere novit vetitis, nec gaudere concessis; dum inordinato pravoque progressu, impunitarum transgressionum augentur excessus, & crebrescunt culpæ, quæ toleratæ sunt studio fidei reparandæ & amore concordiæ.

1. Cor. 1. 10.

Dist. 47. *Virum Catholicum* cap 6. Notent Sacerdotes.

Eccl. 18. 30.

CAP. II. Usurpata Antiocheni Episc. consecratio a CP. Episc.

Post illa itaque ordinationis tuæ 10 non inculpata principia, post consecrationem Antiocheni Episcopi, quam tibimet contra canonicam regulam 11 vindicasti, doleo etiam in hoc dilectionem tuam esse prolapsam, ut sacratissimas Nicænorum canonum constitutiones conareris infringere: tamquam opportune se tibi hoc tempus obtulerit, 12 quo secundi honoris privilegium sedes Alexandrina perdiderit, & Antiochena Ecclesia proprietatem tertiæ dignitatis amiserit: ut his locis juri tuo subditis, omnes Metropolitani Episcopi proprio hono-

A ἀφράστως χαίρομεν ἐν τῷ δεσπότῃ, ὅτι τῆς πιστευθείσης ἡμῖν διοικήσεως ὁ κάματος εἰς τὸ πεποθημένον ἔργον ἐξέβη. καθὼς καὶ τῆς σῆς ἐπιστολῆς ὁ τύπος σημαίνει· ὥστε κατὰ τὴν ἀποστολικὴν διδασκαλίαν τὸ αὐτὸ λεχθῆναι παρὰ πάντων, καὶ μὴ εἴη ἐν ὑμῖν σχίσματα, εἴημεν δὲ τέλειοι ἐν τῷ αὐτῷ νῷ, καὶ ἐν τῇ αὐτῇ εἰδήσει. οὗτινος κατορθώματος χαίρομεν τὴν σὴν ἀγάπην εἶναι συνεργόν· ὥστε καὶ τοῖς ὀφείλουσι διορθωθῆναι τὴν σὴν λυσιτελῆσαι σπουδὴν, καὶ ἀπὸ πάσης τῶν πλανωμένων κοινωνίας καθαρισθῆναί σε. τοῦ γὰρ προηγησαμένου σε τοῦ τῆς μακαρίας μνήμης Φλαβιανοῦ διὰ τὴν ἐκδίκησιν τῆς καθολικῆς πίστεως ἐκβληθέντος, οὐκ ἀδίκως ἐπιστεύετο, ὅτιπερ οἱ χειροτονήσαντές σε παρὰ τοὺς κανόνας τοὺς ἁγίους b ὡς ἑαυτὸν ὅμοιον ἐφαίνοντο c σε B χειροτονήσαντες. Ἀλλ᾽ ἔφθασεν ἡ τοῦ Θεοῦ ἐλεημοσύνη, εἰς τοῦτο σε φέρουσα καὶ βεβαιοῦσα, ὡς ἂν ταῖς μὲν κακαῖς ἀρχαῖς καλῶς χρήσασθαι, καὶ μὴ ἀνθρώπων κρίσει, ἀλλὰ Θεοῦ ἀγαθότητι χειροτονηθῆναι ὀφθείης· ὅπερ ἀληθῶς οὕτως ἐστὶ δεκτέον. εἰ ταύτην τῆς θείας δωρεᾶς τὴν χάριν ἑτέρᾳ μὴ ἀπολέσειας προσκρούσει· τὸν γὰρ καθολικὸν ἄνδρα, καὶ μάλιστα τὸν τοῦ δεσπότου ἱερέα, ὥσπερ οὐδεμιᾷ πλάνῃ προσπλέκεσθαι, οὕτως οὔτε τινὶ ἐπιθυμίᾳ φθείρεσθαι χρή. d βοώσης τῆς θείας γραφῆς τὰς ἐπιθυμίας τὰς σὰς ἀπὸ τῆς σῆς προαιρέσεως κώλυε. τοῖς πολλοῖς τούτου τοῦ κόσμου δελεάσμασι, καὶ τῇ πολλῇ ματαιότητι ἀντιβῆναι χρή· ὥστε τῆς ἀληθοῦς ἐγκρατείας τὴν καθαρότητα κατασχεθῆναι, ἧστινος πρῶτός ἐστιν ὄλεθρος ὑπεροψία, ἀρχὴ τῆς C μεταβάσεως, καὶ ἀρχιγονία τῶν ἁμαρτημάτων. ἐπειδὴ e δὲ ἐπιθυμητικὴ τῆς δυναστείας τυγχάνουσα οὔτε ἀποχέσθαι ἔγνω τῶν κεκωλυμένων, οὔτε χαίρειν τοῖς συγκεχωρημένοις, f τῇ ἀκολούθῳ καὶ φαύλῃ προκοπῇ τῶν ἀτιμωρήτων παραβάσεων αὔξονται αἱ ὁδοί, καὶ συγνάζουσιν αἱ ἁμαρτίαι, αἵτινες ἐβαστάχθησαν ἔρωτι τοῦ ἀνανεωχθῆναι τὴν πίστιν, καὶ τὴν ὁμόνοιαν. Μετ᾽ ἐκεῖνα τοίνυν τὰ ἐπὶ τῇ σῇ χειροτονίᾳ ἡμαρτημένα προοίμια, μετὰ τὴν χειροτονίαν τοῦ Ἀντιοχείας ἐπισκόπου, ἥντινα ἑαυτῷ παρὰ τοὺς κανονικοὺς θεσμοὺς ἐξεδίκησας, πάσχω, καὶ εἰς τοῦτο τὴν σὴν ἀγάπην ἐξολισθῆσαι. ὥστε τὰς θείας διατυπώσεις τῶν ἐν Νικαίᾳ κανόνων ἐπιχειρεῖν σε πα- D ραλύειν· καθάπερ ἐπιτηδείου σοι προσενεχθέντος και-

BALLER. NOTÆ.

b Abundat ὡς. deinde lege ἑαυτῶν.
c Hoc pronomen superfluit, proindeque delendum.
d Forte, βοώσης γάρ, aut βοώσης δηλαδή.
e Hanc particulam, utpote redundantem, dele: deinde supple, τι, aut quid hujusmodi.
f Deest hic aliquid, puta, ὅπερ, aut quid simile.

5 Ita cum Quesnell. Vindebon. coll. V. Vallicell. & MSS. coll. XXI. cum Græca versione. Alii codices cum anterioribus editis *sententia*.

6 Sic melius Vindebon. coll. V. Ratisp. & MSS. coll. XI. & XXIV. cum antiquis editis & Sichardo, quibus concinit etiam interpretatio Græca. Quesnellus *ab omnium*. Mox post vocem *participatione* antiquæ editiones & Sichardus addunt *& factione*. Delent quinque codd. Quesnelli & undecim nostri, nec non Græca versio.

7 Vallicell. omittit *te*. Barb. 3386. coll. XVI. & Vat. coll. XI. pro *dirigens* habent *diligens*.

8 Ita ex MSS. Vindebon. coll. V. Ratisp. Vallicell. & Barb. coll. XVI. Alias in vulg. *violari*.

9 Cod. Barb. coll. XVI. & Vat. coll. XXIV. *ne eas*. Mox in MSS. Vindebon. Hisp. Ratisp. Vallicell. & duobus coll. XXI. cum editis ante Quesn. *avertere* pro *vetare*, ab eo inductum ex quatuor suis codd. quibus alii sex nostri cum Sichardo suffragantur.

10 Principia *non inculpata* dicuntur ob ordinatorem Dioscorum, qui S. Flavianum deposuerat, & Eutychem receperat. Vide plura apud Quesnell. not. 1.

11 Anatolius scilicet ordinaverat Maximum in Antiochena sede, quæ cum ad Constantinopolitanum Episcopum non pertineret, ordinatio ejusmodi canonicæ regulæ adversabatur. Regulæ autem canonicæ nomine sive intelligantur canones Nicæni, qui sua quibusvis provinciis privilegia servari jubent, sive alii quicumque canones, aut consuetudo Ecclesiarum, de qua Quesnellius nota 2. parum refert. Paullo post loco *prolapsam* Vindebon. coll. V. & Vallicell. *progressam*. Dein idem Vallicell. *conaris*, forte *coneris*.

12 Vindeb. Hisp. *cum secundum honoris privilegium*. Vat. Hisp. & alius Vat. coll. XI. *quo suum honoris privilegium*. Vat. Isid. *quo suum secundi honoris privilegium*.

καιροῦ, g ὅπως τῆς δευτέρας τιμῆς τὸ προοίμιον ὁ ἀλεξανδρέων θρόνος, καὶ ἡ ἀντιοχέων ἐκκλησία τὴν κυριότητα τῆς τρίτης h ἀπωλέσει ἀξίας· ὥστε τούτων τῶν τόπων τῷ σῷ δικαίῳ ὑπαχθέντων πάντας τοὺς μητροπολίτας ἐπισκόπους τῆς ἰδίας τιμῆς στερηθῆναι. ἅτινα μήτε ἀκουσθέντα, μήτε ἐπιχειρηθέντά ποτε οὕτω προσέλαβες τῇ παραβάσει, ὥστε τὴν ἁγίαν σύνοδον τὴν εἰς τὸ ἀποσβέσαι μόνον τὴν αἵρεσιν, καὶ βεβαιῶσαι τὴν καθολικὴν πίστιν σπουδῇ τοῦ χριστιανικωτάτου βασιλέως συναθροισθεῖσαν εἰς ἀφορμὴν ἀμβιτίονος ἑλκυσθῆναι παρά σου, καὶ εἰς συνδιάσαι σοι ἀναγκασθῆναι, καθάπερ οὐ δυναμένου ἀνατραπῆναι τοῦ παρανόμως δόξαντος πολλοῖς· ἀλλὰ κἀκείνη ἡ τῶν ἐν Νικαίᾳ κανονισθέντων κανόνων διὰ τοῦ ἁγίου ἀληθῶς πνεύματος διατύπωσις ἔν τινι μέρει τισὶν εἴη ἀναλυτέα· μηδαμῶς i ἑαυτῷ ἐκ τοῦ συνηγμένου πλήθους τὸ συνοδικὸν συνέδριον ἀπατήσῃ, μήτε τῶν τριακοσίων δεκαοκτὼ ἐπισκόπων ὅσος δήποτε ἀριθμὸς ἱερέων ἢ συγκρῖναι ἑαυτὸν k τολμήσοι, ἢ προκρῖναι· ὁπότε τοσαύτῃ Θεοῦ χάριτι ἡ ἐν Νικαίᾳ σύνοδος συνηθροίσθη, ὥστε εἴτε δι' ἐλασσόνων, εἴτε διὰ πλειόνων ἐκκλησιαστικὰ συγκροτηθείη δικαστήρια, πάσης στερεῖσθαι αὐθεντίας πᾶν ὅτι ἂν τυπωθείη τῇ ἐκείνων διατυπώσει ἐναντιούμενον. Ἄγαν τοίνυν ἀναιδῆ, ἄγαν φαῦλα τυγχάνει τὰ τοῖς θείοις κανόσιν ἐναντιούμενα· εἰς τάραχον πάσης ἐκκλησίας ἡ παροῦσα τείνει ὑπεροψία, ἥτις οὕτως ἀποχρήσασθαι ἠθέλησε τῇ συνόδῳ, ὥστε τοὺς ἀδελφοὺς τοὺς τῆς πίστεως ἕνεκα μόνης συγκληθέντας, πληρώσαντάς τε ἅπερ τούτου ἕνεκα τοῦ μέρους φροντισθῆναι ὤφειλεν, εἰς τὸ συναινέσαι l ἑαυτῆς τῇ ἀπάτῃ ὑπάγειν, ἢ φόβῳ συνελάσαι. ἐντεῦθεν γὰρ οἱ ἀδελφοὶ οἱ ἡμέτεροι παρὰ τοῦ ἀποστολικοῦ θρόνου ἀποσταλέντες, οἵτινες ἐν τῇ συνόδῳ ἐτοποτήρουν ἐμοί, εὐδοκίμως, καὶ γενναίως τοῖς παρανόμοις τολμήμασι ἀντέστησαν, φανερῶς βοῶντες, μή τις κατὰ τῶν ἐν Νικαίᾳ κανόνων ἐπιχείρησις ἀναιδὴς ἐξαναστείη· ἀλλ' οὐδὲ ἀμφιβάλλεται ἀντιβῆναι αὐτούς, οἵστισι καὶ αὐτὸς ἐν τοῖς ἑαυτοῦ γράμμασι μέμφῃ, ὅτι δὴ ταῖς σαῖς ἐπιχειρήσεσιν ἠθέλησαν ἀντιβῆναι. Καὶ ἐμοὶ μὲν οὖν πάνυ αὐτοὺς ταῦτα γράφων παρατίθῃς· αὐτοῦ δέ, ὅτιπερ αὐτοῖς πειθαρχῆσαι οὐκ ἠνέχου παράνομα ἐπιχειρῶν, κατηγορεῖς, περιττῶς τὰ ἀσυγχώρητα ἁρπάζων, m ἀθέσμως ἐπιθυμῶν ἐκείνων, ἅτινα οὐδεμιᾷ ἀπάτῃ δυνήσονται ἡμετέραν ἔχειν n συνέσιν. ἀπέσω γὰρ τῆς ἡμετέρας συνειδήσεως, ὥστε τὴν οὐ-

A re priventur. Quibus inauditis & numquam ante tentatis ita 13 præveniris excessibus, ut sanctam Synodum, ad extinguendam solum hæresim, & ad confirmationem fidei catholicæ studio Christianissimi Principis congregatam, in occasionem ambitus trahas, & ut conniventiam suam tibi 14 dedat, impellas: tamquam refutari nequeat, quod illicite voluerit multitudo, & illa Nicænorum canonum per Spiritum 15 vere sanctum ordinata conditio in aliqua cuiquam sit parte solubilis. Nulla sibimet de multiplicatione congregationis Synodalia Concilia blandiantur, neque trecentis illis decem atque octo Episcopis quantumlibet copiosior numerus Sacerdotum vel comparare se audeat, vel præferre; cum tanto divini- B tus privilegio Nicæna sit Synodus consecrata, ut sive per pauciores, sive per plures ecclesiastica judicia celebrentur, omni penitus auctoritate sit vacuum, quicquid ab illorum fuerit constitutione diversum.

Nicæni Concilii auctoritas & prærogativa.

CAP. III.

Nimis ergo hæc improba, nimis sunt prava, quæ sacratissimis canonibus inveniuntur esse contraria. In totius Ecclesiæ perturbationem superba hæc tendit elatio, quę ita abuti voluit Concilio Synodali, ut Fra- C tres in fidei tantummodo 16 negotio convocatos, & 17 definitione ejus caussæ, quæ erat curanda, perfunctos, ad consentiendum sibi, aut depravando traduceret, aut terrendo compelleret. Inde enim fratres nostri ab apostolica Sede directi, qui vice mea Synodo præsidebant, probabiliter atque constanter illicitis 18 ausibus obstiterunt, aperte reclamantes, ne contra instituta Nicæni Concilii, præsumptio reprobæ novitatis assurgeret. Nec potest de eorum contradictione dubitari, de quibus in epistola tua etiam ipse conquereris, quod conatibus tuis voluerint obviare. In quo quidem multum illos mihi hæc scribendo commendas; sed temetipsum, quod eis parere nolueris, dum illicita moliris, accusas, superflue non con- D cedenda 19 appetens, & insalubriter tibi contraria concupiscens, quæ nullum umquam poterunt nostrum obtinere consensum. Absit enim a conscientia mea, ut tam prava cupiditas meis studiis adjuvetur; ac non potius, & meo & omnium qui non alta

g Forte, ὥσπερ. h Forte, ἀπολέσαι. i Leg. ἑαυτῷ. k Forte τολμήσῃ.
l Leg. ἑαυτῇ. m Leg. καὶ ἀθέσμως. n Leg. συναίνεσιν.

BALLER. NOTÆ.

13 Ratisp. *prævenires*. MSS. Vat. Hisp. & Isid. Græca versione suffragante *prævenisti*.

14 Editi Leonis & Sichardus cum MSS. coll. V. & XXIV. *det*. Prætulimus lectionem vulgatam Concilior. quæ est in Ratisp. in utrisque Hisp. in Vat. Isid. & in MSS. coll. XI. ac XXI. Paullo ante pro *conniventiam* in Ratisp. & Grim. aliisque nonnullis codd. *conhibentiam*; Vallicell. & apud Facundum *cohibentiam*. Paullo post duo MSS. Vat. coll. XXI. *voluit* pro *voluerit*.

15 Vat. coll. XI. omittit *vere*. Post pauca pro *cuiquam* editi antiqui cum quinque nostris codd. habent *umquam*. At potiores libri utrique Vindeb. Vallicell. Ratisp. Grim. & MSS. coll. XXIV. cum Quesnello & Sichardo *cuiquam*. Dein pro *solubilis* utrique Hisp. Vat. Isid. & Barb. *resolubilis*.

16 Vat. coll. XXIV. & Sichardus *negotium*.

17 Cod. Grim. apud Quesn. not. 3. *definitione ejus caussæ curanda perfunctos*. Apud Pelagium in epistola ad Heliam & alios Istriæ Episcopos, *Definitionis ejus caussa, quæ erat curanda, pertractos*. Omnes nostri decem & septem variarum collectionum codices vulgatam lectionem præferunt, quam etiam Quesnellus in aliis suis codicibus reperit. Hic locus in Sichardi exemplo omittitur. Mox Vindeb. Hisp. delet *sibi*.

18 Ratisp. omittit *ausibus*. Et paullo post idem codex cum MSS. Vindeb. coll. V. & Vallicell. habet *contra statuta Nicana*. MSS. coll. XXIV. cum Sichardo *contra instituta Nicana*. Vindeb. Hisp. *contra instituta Nicane* corrupte pro *Nicana*: quæ forte verior lectio.

19 Cod. Grim. *appetis*, *& insalubre contraria concupiscis*. Sex nostri codd. cum Græco textu similiter omittunt tibi.

alta sapiunt, sed humilibus consentiunt, opere subruatur.

CAP. IV. Nicæni canones irretractabiles.

Sancti illi & venerabiles Patres, qui in urbe Nicæna, sacrilego Arrio cum sua impietate damnato, mansuras usque in finem mundi leges ecclesiasticorum canonum condiderunt, & apud nos, & in toto orbe terrarum in suis constitutionibus vivunt; & si quid 20 usquam aliter quam illi, statuere præsumitur, sine cunctatione cassatur: ut quæ ad perpetuam utilitatem generaliter instituta sunt, nulla commutatione varientur; nec ad privatum trahantur commodum, quę ad bonum sunt commune præfixa: & manentibus terminis, quos constituerunt patres, nemo in jus tendat alienum; sed intra fines proprios atque legitimos, prout quis valuerit, in latitudine se caritatis exerceat: cujus satis uberes fructus Constantinopolitanus potest Antistes acquirere, si magis humilitatis virtute nitatur, quam si spiritu ambitionis 22 infletur.

25. qu. 1. *Quæ ad perpetuam.*

CAP. V. Rom. 11. 20.

Noli, frater, *altum sapere*, *sed time*, & Christianorum Principum piissimas aures improbis petitionibus inquietare desiste, quibus certum habeo modestia te magis, quam elatione, placiturum. 23 Persuasioni enim tuæ in nullo penitus suffragatur quorumdam Episcoporum ante sexaginta (ut 24 jactas) annos facta conscriptio, 25 numquamque a prædecessoribus tuis ad apostolicæ Sedis transmissa notitiam, cui ab initio sui caducæ, dudumque collapsæ sera nunc & inutilia subjicere 26 fulcimenta voluisti, eliciendo a fratribus speciem consensionis, quam tibi in suam injuriam verecundia fatigata præberet. Memento quid Dominus ei, qui unum de pusillis 27 scandalizaverit, comminetur; & sapienter intellige, quale sit Dei judicium subiturus, qui tot Ecclesiis, tot Sacerdotibus scandalum inferre non metuit. Fateor enim, ita me dilectione universæ fraternitatis obstringi, ut nemini prorsus in his, quæ contra se poscit, assentiar; possisque evidenter agnoscere me dilectioni

Concilii CP. canones ad Sedem Romanam non missi.

Matt. 18. 6. Marc. 9. 41.

A τὼς φαύλlω ἐπιθυμίαν ἐμαῖς σπȣδαῖς βοηθηθῆναι, ἢ ȣ̓χὶ μᾶλλον ἢ ἐμȣ̃, ἢ πάντων τῶν o μεγάλα φρονȣ́ντων, ἀλλὰ ταπεινά, σπȣδῆ καταχωσθῆναι. οἱ ἅγιοι ἐκεῖνοι, καὶ σεπτοὶ πατέρες, οἵτινες ἐν τῇ Νικαέων πόλει τοῦ ἱεροσύλȣ ἀρείȣ μετὰ τῆς ἰδίας δυσσεβείας κατακριθέντος νόμȣς διαιωνίζοντας τῶν ἐκκλησιαστικῶν ἔθεντο κανόνων, καὶ παρ᾽ ἡμῖν, ἢ ἐν παντὶ τῷ κόσμῳ ταῖς ἰδίαις διατάξεσι ζῶσι, ἢ εἴ τι ποτὲ ἄλλως, ἤπερ αὐτοὶ ἐτύπωσαν, ἐπιχειρηθείη, ἄνευ ἀμφιβολίας καταργεῖται, p καὶ ὅπως μηδεμιᾷ ἐναλλαγῇ παραβαθείη τὸ εἰς διlωεκῆ q χρησιμώτατα γενικῶς τυπωθέντα· μήτε εἰς ἰδικὸν ἑλκυσθείη δίκαιον, ἅτινα εἰς κοινlὼ λυσιτέλειαν τε-

B τύπωται· μενόντων τε τῶν ὅρων, ȣ̃ς ἐπήξαντο οἱ πατέρες, μηδεὶς κατὰ δικαίȣ ἀλλοτρίȣ ἔλθοι· ἀλλ᾽ ἐντὸς οἰκείων ἢ νομίμων ὅρων, καθῶς ἂν ἕκαστος ἰσχύσῃ, εἰς πλάτος ἀγάπης ἑαυτὸν ἐκγυμνάσει, ἧς τινος εὐθαλεῖς καρπȣ̀ς ὁ Κωνσαντινȣπόλεως ἐπίσκοπος δύναται πορίσασθαι, εἰ μᾶλλον τῆς ταπεινοφροσύνης ἀρετῇ σπȣδάσει, ἤπερ τῷ τῆς ἀμβιτίονος πνεύματι φυσηθείη. Μὴ βȣ́λȣ δὲ ἀδελφὲ ὑπέρογκα φρονεῖν, ἀλλ᾽ εὐλαβȣ̃, ἢ τὰς τῶν χριστιανῶν βασιλέων εὐσεβεῖς ἀκοὰς ἀναιδέσιν αἰτήσεσιν παρενοχλεῖν ἀπόσχȣ· οἷστισιν ὡμολογȣμένως ἐπίσαμαι ἐπιεικείᾳ τε μᾶλλον, ἢ ὑπεροψίᾳ ἀρέσον-

C τα· τῇ γὰρ γνώμῃ τῇ σῇ κατ᾽ ȣ̓δὲν συμβάλλεται ἡ παρὰ τινῶν ἐπισκόπων πρὸ ἑξήκοντα, ὡς φῂς, ἐνιαυτῶν γενομένη συγγραφή, ἢ ȣ̓δέποτε παρὰ τῶν προηγησαμένων σε, εἰς γνῶσιν τȣ̃ ἀποσολικȣ̃ θρόνȣ πεμφθεῖσα, ἥτινι τὴν ἀρχὴν ἀνυποσάτῳ, ἢ ὀλισθηρᾷ τυγχανȣ́σῃ βραδέως νῦν ἢ ἀχρείσως ὑποβαλεῖν ἐβȣλήθης σηρίγματα, παρὰ τῶν ἐμῶν ἀδελφῶν σχῆμα συναινέσεως, ἥντινα σοι εἰς r σlὼ ὕβριν τlὼ s σχυλθεῖσαν αἰδῶ παρεσχηκέναι t γινώσκει. Μνήσθητι τί ὁ Δεσπότης τῷ ἕνα τῶν μικρῶν τȣ́των σκανδαλίζοντι ἀπειλεῖ. καὶ συνετῶς νόησον ὁποῖον εἴη τȣ̃ Θεȣ̃ δικασήριον ὑπεισελευσόμενος ὁ τοσαύταις ἐκκλησίαις, τοσȣ́τοις ἱερεῦσι σκάνδαλον

D ἐμβαλεῖν μὴ φοβηθείς. Ὁμολογῶ γὰρ ἐμαυτὸν ȣ̃τως τῇ ἀγάπῃ πάσης τῆς ἀδελφότητος συνέχεσθαι, ὥστε μηδενὶ πάντη αὐτῶν ἐν τȣ́τοις, ἅπερ καθ᾽

BALLER. NOTÆ.

o Supple ȣ̓. p Hæc conjunctio superfluit, ideoque eliminanda.
q Leg. χρησιμότητα. r Leg. ἦν, vel σφῶν.
s Leg. σκυλθεῖσαν. t Forte γινώσκεται.

20 Alias *umquam*.

21 Vat. coll. XXIV. *Nemo invadat alienum*. Apud Sichardum & Merlinum similiter: solum pro *nemo* habent *non*. Vat. Hisp. *nemo damnet alienum*. In Vat. Isid. utraque lectio jungitur sic: *Nemo in jus tendat, atque damnet alienum*.

22 Vindeb. Hisp. *impletur*. Emendatum in Vat. Hisp. ac Isid. *impleatur*.

23 Vat. Hisp. & Isid. cum MSS. coll. XXIV. *Persuasioni*.

24 Anatolius in epist. 101. cap. 4. *per sexaginta*, inquit, *& septuaginta annos*. Verius Lucentius Apostolicæ Sedis Legatus Act. 16. Concil. Calchedon. octoginta annos recensuit: *Accedit ad cumulum*, inquit, *quod trecentorum decem & octo constitutionibus postpositis, centum quinquaginta, qui in synodicis canonibus non habentur, mentionem tantum fecisse noscuntur, quæ dicunt ante octoginta prope annos constituta fuisse*.

25 Mira in hoc textu codicum varietas. Ratisp. *nec umquam a prædecessoribus tuis ad apostolicæ Sedis missa notitia*. Vindeb. Hisp. *nec umquam quoniam a prædecessoribus tuis ad Apostolica Sede transmissa notitia*. Vat. Hisp. & Isid. *nec umquam jam* (pro *quoniam*) . . . *ad Apostolicam Sedem transmissa notitia*. Cod. Grim. corrupte apud Quesn. not. 4. *cum quam a prædecessoribus* &c. Thuan. unus *cum quando a prædecessoribus tuis audieris ad Apostolicam dudumque Sedem*. Duo alii Thuanei ultima verba sic efferunt *ad Apostolicam Sedem transmissa notitia*. Vindeb. coll. V. *ne cum quando a prædecessoribus* &c. ut in textu. Duo coll. XXI. *cum quadam a prædecessoribus tuis ad Apostolicam Sedem transmissa notitia*. Sequentia tamen contextus verba editam lectionem aliis codicibus, præsertim Vallicellano & Græca versione, approbatam confirmant: *caduca* enim, *dudumque collapsa conscriptio*, Constantinopolitanorum Patrum pro Sede CP. decretum intelligitur, quod quidem Romanæ Sedi ante hoc tempus ignotum fuisse alibi ostendemus.

26 Utrique Hisp. Merlin. & Sichardus cum antiquis Leonis editionibus *fomenta*. Post pauca pro *tibi*, Vat. Hispan. & Isid. cum Ratisp. *sibi*.

27 Vindebon. Hisp. addit *illis*.

καθ' ἑαυτῶν αἰτοῦσι, συντίθεσθαι. Δυνήσῃ δὲ σαφέστερα γνῶναι ἐμὲ τῇ σῇ ἀγάπῃ καλοτελεῖ ψυχῇ ἀντιβαίνειν. ὅπως ἂν ὑγιεῖ λογισμῷ ἀπὸ πάσης τῆς ἐκκλησιαστικῆς ταραχῆς σεαυτὸν ἐπίσχῃς. μὴ παρασπασθείη τῶν ἐπαρχιωτῶν τὰ δίκαια· μήτε τῶν ἀρχῆθεν τετυπωμένων προνομιῶν οἱ μητροπολῖται ἀποστερηθεῖεν ἐπίσκοποι u μηδὲ τοῦ Ἀλεξανδρέων θρόνου τῆς τιμῆς, ἧς τινος διὰ τοῦ ἁγίου Μάρκου τοῦ εὐαγγελιστοῦ τοῦ μαθητοῦ τοῦ ἁγίου Πέτρου ἠξιώθη, παραπόληται· μήτε διὰ Διόσκορον διὰ τὴν ἰταμότητα τῆς ἰδίας δυσσεβείας πεσόντα, τὸ φῶς τῆς τοσαύτης ἐκκλησίας σκότῳ ἀλλοτρίῳ ἀμαυρωθείη, καὶ ἡ Ἀντιοχέων ὁμοίως ἐκκλησία, ἐν ᾗ τὸ πρῶτον διδάσκοντος τοῦ μακαριωτάτου ἀποστόλου Πέτρου τὸ x τοῦ Χριστοῦ ὄνομα ἤρξατο, ἐν τῇ τῶν πατέρων διατυπώσει παραμενέτω, καὶ ἐν τῷ τρίτῳ βαθμῷ ἱδρυνθεῖσα μήποτε y ἑαυτοῖς γένηται ἐλάσσων· z ἄλλο γάρ ἐστι θρόνος, καὶ ἄλλο προκαθεδρία, καὶ μεγάλη ἑκάστου τιμή ἐστιν ἡ ἰδία καθαρότης, ἥτις ὁπότε ἐν οἵοις δήποτε τόποις τὸν ἴδιον τόπον οὐκ ἀπόλλυσι, πόσῳ μᾶλλον ἐν τῇ Κωνσταντινουπολιτῶν πόλει ἐπίδοξος δύναται εἶναι aa ἡ μεγαλειότης· bb ἡ διὰ τῆς σῆς παραφυλακῆς, καὶ ἐκδικήσεως οἵ τε πατρικοὶ κανόνες, καὶ πολλοὶ ἱερεῖς ὑπόδειγμα cc ἔχομεν ἀγαθότητος· ταῦτα σοι γράφω, ἀδελφὲ, ἐν τῷ Δεσπότῃ ἡμῶν προτρεπόμενος, καὶ ὑπομιμνήσκω, ὅπως ἀφέμενος τῆς ἐπιθυμίας τῆς ἀμβιτίονος, πνεύματι μᾶλλον ζέοις διαθέσεως, καὶ ταῖς ἀρεταῖς ταύτης κατὰ τὴν διδασκαλίαν τὴν ἀποστολικὴν λυσιτελῶς κοσμηθείης· ἔστιν ἀνεξίκακος, καὶ καλοθελὴς, καὶ οὐκ ἐριστικὴ, οὐδὲ πράττει μάτην, οὐδὲ ὀγκοῦται, οὐδὲ ἀμβιτιονεύει· οὐδὲ ζητεῖ, ἅπερ ἑαυτῆς ἴδιά ἐστιν. ὅθεν dd ἡ ἀγάπη οὐ ζητεῖ τὰ ἴδια, πόσον ἁμαρτάνει ὁ ἐπιθυμῶν τῶν ἀλλοτρίων; ὧν θέλω πάντη ἵνα ἀπόσχῃ, καὶ ἔχοις κατὰ νοῦν ταύτην τὴν γνώμην, ἥτις προαγορεύει, κάτεχε ὅπερ ἔχεις, μὴ ἄλλος δέξηται τὸν σὸν στέφανον. καὶ γὰρ εἰ ee μὴ τὰ συγκεχωρημένα ζητήσειας, αὐτὸς σεαυτὸν τῷ σῷ ἔργῳ, καὶ τῇ σῇ κρίσει τῆς εἰρήνης πάσης τῆς ἐκκλησίας ἀποστερήσειας. ὁ ἀδελφὸς καὶ συνεπίσκοπος ἡμῶν Λουκιανὸς, καὶ ὁ ἐμὸς υἱὸς ὁ διάκονος Βασίλειος, ὅσον τὸ κατ' αὐτοὺς, σπουδαιότατα τὰ ἐγχειρισθέντα διήνυσαν, ἀλλὰ τῇ πράξει αὐτῶν τὸ ἔργον τὸ δίκαιον ἠρνήσατο. ἐδόθη πρὸ ἕνδεκα Καλανδῶν Ἰουνίων ὑπατείας Ἑρκουλάνου τοῦ λαμπροτάτου.

A tuæ benevolo animo contraire, ut saniore consilio ab universalis te Ecclesiæ perturbatione contineas. Non convellantur provincialium jura 28 primatuum, nec privilegiis antiquitus institutis Metropolitani fraudentur Antistites. Nihil Alexandrinæ sedi ejus, quam per sanctum *Marcum* Evangelistam beati Petri discipulum meruit, pereat dignitatis: nec Dioscoro impietatis suæ pertinacia corruente, splendor tantæ Ecclesiæ tenebris obscuretur alienis. Antiochena quoque Ecclesia, in qua primum prædicante beato Apostolo *Petro*, 29 christianum nomen exortum est, in paternæ constitutionis ordine perseveret, & in gradu tertio colloca- B ta, numquam 30 se fiat inferior. Aliud enim sunt sedes, aliud præsidentes: & magnus unicuique honor est integritas sua. Quæ cum in quibuslibet locis propria ornamenta non perdat, quanto magis in Constantinopolitanæ urbis magnificentia potest esse gloriosa, si per observantiam tuam, 31 & defensionem paterni canones, & exemplum probitatis multi habeant Sacerdotes?

Metropolitarum jura non convellenda.

Ordo Orientalium Patriarcharum.

CAP. VI.

Hæc tibi scribens, frater, in Domino hortor ac moneo, ut deposito ambitionis desiderio, spiritu potius ferveas caritatis, ejusque virtutibus, secundum doctrinam apostolicam, proficienter orneris. Est enim *patiens & benigna, & non æmulatur, non agit perperam, non inflatur, non est ambitiosa, non quærit quæ sua sunt.* Unde si caritas C non quærit propria, quantum peccat, qui concupiscit aliena? A quibus volo ut te prorsus abstineas, memorque sis ejus sententiæ, quæ dicit: *Tene 32 quod habes, ne alius accipiat coronam tuam.* Nam si inconcessa quæsieris, ipse 33 te tuo opere atque judicio universalis Ecclesiæ pace privabis. Frater autem & Coepiscopus noster *Lucianus*, & filius noster *Basilius* Diaconus, quantum in ipsis fuit, studiose his, 34 quæ injunxeras, affuere; sed actioni eorum justitia negavit effectum. Data 35 undecimo Kalendas Junii, *Herculano* viro clarissimo Consule. D

Rom. 12. 10. 1. Cor. 13. 4.

Apoc. 3. 11.

Excommunicatio comminatoria.

EPI-

BALLER. NOTÆ.

u Leg. *μηδέ τι τῶ* &c. x Forte, *τῶν Χριστιανῶν*. y Leg. *ἑαυτῆς*.

z Hæc quidem ab interprete, sed minus bene. Vide Leonis textum.

aa Et hoc perperam: vertere debuerat, *ἐν τῇ Κωνσταντινουπολιτῶν πόλεως μεγαλειότητι ἐπίδοξος δύναμαι εἶναι.*

bb Leg. *ᾗ*. cc For. *ἔχοιεν*.

dd Leg. *εἰ*. ee Lege potius, *τὰ μὴ*.

28 Sic omnes codices excepto Sichardiano, in quo *primatum*.

29 Vindeb. coll. V. & Vallicell. *Christianorum*, forte melius. Respicitur illud Actorum cap. 11. vers. 26. *ut cognominarentur primum Antiochiæ discipuli Christiani*: ubi tamen id non Petro, sed Paullo ac Barnabæ prædicantibus tribuitur. Idem vero S. Pontifex mentem suam satis explicavit Serm. 82. cap. 5. ubi de Petro, qui Antiochenam sedem instituit, *Jam Antiochenam*, inquit, *Ecclesiam, ubi primum Christiani nominis dignitas est orta, fundaveras.*

30 Vat. Hisp. & Isid. delent *se*. Mox Ratisp. *infirmior* pro *inferior*.

31 Cod. Grim. apud Quesn. not. 6. & MSS. coll. XXIV. cum editis Concil. *& defensionem paterni canonis exemplum probitatis habeant Sacerdotes*. Prætulimus aliorum codicum & editorum lectionem, qua significari videtur per Anatolii observantiam fore, ut & paterni canones, idest Nicæni, defensionem, & multi Sacerdotes probitatis exemplum habeant. Græca etiam interpretatio *paterni canones* exhibet.

32 MSS. coll. XXIV. & Sichardus *quod tenes*.

33 Iidem codd. delent *te*. Et dein *privaberis*.

34 Vindeb. Hisp. cum quinque aliis codd. & antiquiores editiones, *quæ eis injunxeras*.

35 Solus cod. Vindeb. coll. V. *XII. Kal.* ut similiter solus eamdem diem signavit in ep. 104.

* Alias. LXXXI. Quæ autem antea 107. erat, nunc 136. 22. Maji an. 452.

EPISTOLA CVII.*

1 Ad JULIANUM Coensem Episcopum.

SYNOPSIS.

I. *Nicæni Concilii auctoritas quanti facienda sit.*
II. *Julianum arguit, quod Anatolio CP. faveat.*
III. *Contra universalis Ecclesiæ statum, sine reatu utriusque ipsorum, nec sibi licere quicquam concedere, nec ei obtinere.*

LEO Papa JULIANO Coensi Episcopo.

Nicæni Concilii auctoritas.

2 CUM frequentibus experimentis probaverit dilectio tua, quam constanti fixoque proposito 3 sanctorum Nicænorum canonum statuta custodiam, dissolvi omnes ecclesiasticas regulas æstimans, si quicquam ex illa sacrosancta Patrum constitutione violetur; miror talia te per fratrem & Coepiscopum nostrum *Lucianum* dirigere scripta potuisse, quibus in tantum pro appetitu novæ 4 transgressionis intervenis: ut tibi putes aliquid speciale præstandum, si his 5 quæ illicite concupiscuntur, annuero. Quantumlibet autem te affectione complectar, nullo tamen modo poteris obtinere, ut me in excidium ecclesiastici status, vel suadendo impellas, vel supplicando traducas. Frater enim & Coepiscopus noster C *Anatolius*, si divina beneficia & mei favoris assensum sapienter intelligit, satis illi 6 sufficit obtinuisse, quod summus Antistes de honore Episcopatus sui gratias Deo referat, & se ab illicitorum cupiditate contineat; & quicumque illum specialiter diligunt, tali eum debent confirmare consilio; ut impossibilia omnino non quærat, & sibi talia concupiscendo non noceat: quia 7 nullis apud me patrociniis ita poterit adjuvari, ut his quæ postulat, calcata Patrum constitutione, consentiam. Rescribens itaque ad epistolas tuas, pro ea qua diligo affectione, te moneo, ut major apud te sit universalis Ecclesiæ status, saluberrima olim & vera ordinatione munitus, D quam 8 ut in cujusquam gratiam ea a me velis postulare, quæ sine reatu utriusque nostrum, nec mihi concedere, nec tibi liceat obtinere. Dat. XI. Kalend. Junias *Herculano* viro clarissimo Consule.

Digna Pontifice constantia.

Nihil se contra ecclesiasticum ordinem sine reatu suo concedere posse Leo dicit.

* Alias LXXXI[...] Quæ au[tem] antea 10[...] erat nunc [...] 22. Junii 452.

EPISTOLA CVIII.*

1 Ad THEODORUM Forojuliensem Episcopum.

2 *SYNOPSIS.*

I. *Unumquemque Episcopum ad Metropolitanum in dubiis recurrere debere.*
II. *Duplex esse peccati remedium: & quis reconciliationis ordo esse debeat.*
III. *Pœnitentem, qui ante reconciliationem decedit, reconciliari post mortem non posse.*
IV. *Nemini in extremis posito & reconciliationem petenti eam esse denegandam.*
V. *Quam periculose in finem pœnitentia reservatur. Nemini per signa poscenti negandam esse, observatis circa apostatas canonicis regulis.*
VI. *Ut cum Metropolitano responsa ad consultationem communicet.*

☞ TITULI VETERES SEU EXCERPTA *ejusdem epistolæ. Ex vetustiss. cod. Luc.* 490.

XXXI. *Leo ad Theodorum episcopum.*

I. *Consulendi sunt metropolitani in caussis.*
II. *In die obitus nec pœnitentia, nec reconciliatio neganda est.*
III. *Si quis pœnitentiam petierit, & postea alienatus fuerit, accipiat.* ☜

3 LEO Episcopus THEODORO Forojuliensi Episcopo.

CAP. I. Metropol[itanus] consulendu[s] Metropoli[tanus] ni Primate[s] dicti. *De pœniten[tia]* dist. 1. *Mul[tiplex]*. cap. [...]

SOllicitudinis quidem tuæ 4 hic ordo esse debuerat, ut cum Metropolitano tuo primitus 5 de eo, quod quærendum esse videbatur, conferres: ac si id, quod ignorabat dilectio tua, 6 etiam ipse nesciret, instrui vos pari-

BALLER. NOTÆ.

1 Gerardus Vossius in calce operum S. Gregorii Thaumaturgi Moguntiæ an. 1604. primus hanc epistolam edidit e MS. libro Cardinalis Sirleti, quem ex aliarum epistolarum exinde editarum complexu colligimus fuisse codicem coll. XXIII. qualis est Vat. Ottob. 297. Quesnellus eamdem invenit in Grimanico: nos præter laudatum Vaticanum etiam in Ratisponensi.

2 Quesnellus hanc integram & veram lectionem ex MS. Grimanico eruit, eamque nos pariter in Ratisp. ac in Vat. Ottob. reperimus. Anteriores vero editiones post Vossium, omissis quatuor primis vocibus, & duabus aliis *non ignorat*, insertis, sic inchoabant. *Dilectio tua non ignorat, quam constanti* &c. Cod. tamen Vossii Ottoboniano similis veram lectionem prætulisse credimus. Sed cum ille legisset *quem* pro *quum*, quatuor primas voces titulo adjecit sic: *Leo Papa Juliano Episcopo, quem frequentibus experimentis probaverat*: & inchoans epistolam a verbis *Dilectio tua*, ut sensum perficeret addidit *non ignorat*. Posteriores autem editores deleverunt tituli verba, *quem frequentibus experimentis probaverat*.

3 Ratispon. *sacrorum*.

4 Editi antiqui ex cod. Sirleti *litterarum gressionis* in textu, & in margine al. *transgressionis*, quam lectionem Quesnellus ex Griman. inseruit, & nos cum Ratispon. retinuimus. Vat. Ottob. lectionem codicis Sirleti præfert, adeo hic ejusdem collectionis fuit.

5 In iisdem editionibus antiquis *qui illicite concupiscunt*. Griman. Ratisp. & Vat. Ottob. ut in textu; & solum duæ voces in cod. Vat. Ottob. simili MS. Card. Sirleti abbreviatæ q̃ & *concupiscunt* errandi occasionem dedisse videntur. 6 Vulg. antiqui *suffecerit*. Vat. Ottob. *sufficeret*.

7 Cod. Sirleti & Vat. Ottob. cum antiquis editis *nullus*.

8 Ratisp omittit *ut* & *a me*: addit autem *ea*, quam vocem inserendam credimus.

1 Est hæc epistola in MSS. coll. V. VIII. Hisp. Isid. & bis in Vat. 3791. coll. XI. item in codd. coll. XII. & XX. usque ad XXIV. Præterea in duobus peculiaribus MSS. Vat. 1343. & Vat. Reg. 612. In MSS. antiquæ coll. VIII. nec non in MS. Ottobon. 297. coll. XXIII. hic titulus legitur: *S. Leonis Papæ de pœnitentia ad Theodorum Episcopum Galliensem de civitate Forojuliensi*.

2 In tabula coll. V. cap. 70. *Constitutio ad Theodorum Episcopum Forojuliensem super pœnitentiæ statu*. In collect. Hisp. *Ut his qui in exitu sunt, pœnitentia & communio non negetur*.

3 In MSS coll. VIII. *Leo Papa Theodoro Episcopo Gallo Forojuliensi*. Vat. 5845. ejusdem collectionis addit *salutem*. In MS. Vindeb. coll. V. *Dilectissimo Fratri Theodoro Episcopo Forojuliensi Leo Episcopus*.

4 Vat. Hisp. & Isid. *iste ordo*. Editi ante Quesn. cum Vat. coll. XI. *is ordo*.

5 Duo MSS. coll. XXI. omittunt *de eo*. Alias *de hoc*.

6 Utrique Hisp. cum Vat. Isid. delent *etiam*. Vallicell. ann. 5. collect. VIII. *etiam ipse diceret se nescire*.

pariter 7 posceretis: quia in caussis, quæ ad generalem observantiam pertinent 8 omnium Domini Sacerdotum, nihil sine Primatibus oportet inquiri. 9 Sed ut quoquomodo instruatur ambiguitas consulentis, quid de pœnitentium statu ecclesiastica habeat regula, non tacebo.

CAP. II. Duplex peccati remedium. Ordo pœnitent. 1. Confessio. 2. Actionis pœnitentiæ seu satisfactionis impositio. 3 Satisfactionis executio. 4. Reconciliatio. 5. Communio.

Multiplex misericordia Dei ità lapsibus subvenit humanis, ut non solum per baptismi gratiam, sed etiam per pœnitentiæ medicinam spes vitæ reparetur æternæ, 10 ut qui regenerationis dona violassent, proprio se judicio condemnantes, ad remissionem criminum pervenirent: sic divinæ 11 bonitatis præsidiis ordinatis, ut indulgentia Dei nisi supplicationibus Sacerdotum nequeat obtineri. Mediator enim Dei & hominum homo CHRISTUS JESUS hanc Præpositis Ecclesiæ tradidit potestatem, ut & confitentibus 12 actionem pœnitentiæ darent; & eosdem salubri satisfactione purgatos, ad communionem sacramentorum per januam reconciliationis admitterent. Cui utique operi 13 incessabiliter ipse Salvator intervenit, nec umquam ab his abest, quæ ministris suis exequenda commisit, dicens: *Ecce ego vobiscum sum omnibus diebus usque ad consummationem sæculi*: ut si quid per servitutem nostram bono ordine & 14 gratulando impletur effectu, non ambigamus per Spiritum sanctum fuisse donatum.

Matth. 28. 20. *De pœnitentia dist. 1. Multiplex*. cap. 49.

CAP. III.

Reconciliationis, gratiam consequi mortuus non potest.

Si autem aliquis eorum, pro quibus Domino supplicamus, quocumque interceptus obstaculo, a munere indulgentiæ præsentis 15 exciderit, & priusquam ad constituta remedia perveniat, temporalem vitam humana conditione finierit; quod manens in corpore 16 non recepit, consequi exutus carne non poterit. Nec necesse est nos eorum qui sic obierint, merita actusque discutere; cum Dominus Deus noster, cujus judicia nequeunt comprehendi, quod 17 sacerdotale ministerium implere non potuit, suæ justitiæ reservaverit: ita potestatem suam timeri volens, ut hic 18 terror omnibus prosit, & quod quibusdam tepidis aut negligentibus accidit, nemo non metuat. Multum enim utile ac necessarium est, ut peccatorum reatus ante ultimum diem sacerdotali supplicatione solvatur.

Sacerdotali supplicatione solvuntur peccata.

CAP. IV. *De pœnitentia dist. 1. Multiplex* c. 49. Et 26. q. 6. *His qui tempore*. c. 10. *Isai*. 30. 15. sec. 70. *Isai*. 43. 26. sec. 70. *Ps*. 129. 7.

His autem qui in tempore necessitatis, & in periculi urgentis instantia, præsidium pœnitentiæ, & mox reconciliationis implorant, nec satisfactio interdicenda est, nec reconciliatio deneganda: quia misericordiæ Dei nec mensuras possumus ponere, nec tempora definire, apud quem nullas patitur veniæ moras 19 vera conversio, dicente Spiritu Dei per Prophetam: *Cum conversus ingemueris, tunc salvus eris*. Et alibi: *Dic tu iniquitates tuas prior, ut justificeris*. Et iterum: *Quia apud Dominum misericordia est, & copiosa apud eum redemptio*. In dispensandis itaque Dei donis non debemus esse difficiles, nec accusantium se lacrymas gemitusque negligere, cum ipsam 20 pœnitendi affectionem ex Dei credamus inspiratione conceptam, dicente Apostolo: *Ne forte det illis Deus pœnitentiam, ut resipiscant a diaboli laqueis, a quo 21 captivi tenentur ad ipsius voluntatem*.

2. Tim. 2. 25.

CAP. V. Sera conversio quam incerta.

Unum oportet unumquemque 22 Christianum conscientiæ suæ habere judicium, ne converti ad Deum de die in diem differat, nec satisfactionis sibi tempus in fine vitæ suæ constituat: 23 quia periculose hac se conditione fragilitas & ignorantia humana concludit, ut ad paucarum horarum se reservet incertum: & cum possit pleniore satisfactione indulgentiam promereri, illius temporis angustias eligat, 24 quo vix inveniat spatium vel confessio pœnitentis, vel reconciliatio Sacerdotis. 25 Verum, ut dixi, etiam talium necessi-

BALLER. NOTÆ.

7 Quesnellus *posceritis*. Ex sex nostris MSS. veterem lectionem, quam contextus exigit, revocavimus.

8 Voces *omnium Domini Sacerdotum* omittunt tres Quesnelli codices, & utrique nostri Hisp. cum aliis quatuor MSS. Paullo post *sine primate suo* in quatuor MSS. coll. VIII. forte melius.

9 Vat. coll. XI. utroque diversæ licet originis exemplo: *Sed quomodo instruatur ambiguitas consulentis, vel quid* &c. *Sed quoquomodo* est in utrisque Hisp. & in Vat. Isid.

10 Vindebon. coll. V. Vat. Hisp. & Vercell. coll. VIII. cum Merlino coll. XII. *& qui*. Mox *donum* in Vat. collect. XI. & in editis ante Quesn.

11 Vat. Hisp. & Isid. cum tribus aliis MSS. *voluntatis*.

12 Iidem quinque codices *pœnitentiæ sanctionem darent*. Id derivare videtur ex arbitraria emendatione lectionis mendosæ Vindeb. Hisp. *agationem* pro *actionem*. Mox *& eadem salubri sanctificatione* in duobus MSS. Vatt. collect. XXI.

13 Vox *incessabiliter* in Vindebon. collect. V. desideratur. Sirmondus in marg. Al. *incessanter*. Post pauca cum in Vindebon. Hisp. desint, *quæ ministris suis exequenda commisit dicens*; in Vat. Hisp. & Isidor. ac tribus aliis inde proficiscentibus, ut sensus perficeretur, scriptum fuit: *nec umquam ab his abest, quibus ait: Ecce vobiscum* &c.

14 Utrique codd. Hisp. Vat. Isid. cum tribus aliis MSS. & Sirmondus in margine *grato impletur affectu*: & mox in iisdem codd. ante verbum *fuisse* additur *nobis*.

15 Alias *excesserit* in iisdem MSS. excepto Vindeb. Hisp. Dein *perveniret* in utrisque Vindebon. & in aliis ex collect. Hispan. profectis.

16 Antiquiores vulg. cum Vat. collect. XI. primo loco *non receperit*.

17 Quinque codd. *Sacerdotum*: & in quatuor ex his *implere ministerium non sinit*: in Vindebon. Hisp. *non sinebit*.

18 Quesnellus cum nostro Vindebon. Hisp. *error*. Veterem lectionem ex novem nostris codd. coll. V. VIII. XI. XXI. ac Vat. Hisp. & Isid. *revocavimus*.

19 Vindebon. Hisp. cum aliis quatuor MSS. ejusdem originis omittit *vera*. Vat. coll. XI. in utroque exemplari, & Quesnellus in margine *vera confessio*.

20 Codd. Vat. & Vallicell. coll. VIII. *pœnitentiæ affectionem*. MS. Vat. coll. XXIV. cum editis ante Quesn. *ipsam pœnitentiam ex Dei* &c. Ceteri nostri & omnes Quesnelli codd. ut in textu.

21 Vindeb. coll. V. & Quesn. in marg. *capti*. Mox Vindeb. Hisp. *in ipsius voluntate*. Vat. Hisp. & Isidor. *in ipsius voluntatem*.

22 Utrique Hisp. & Vat. Isid. delent *Christianum*.

23 Vindebon. Hisp. corrupte: *quem periculose se ignorantia humana concludit, ut ad paucarum horarum spatium se reservet incertum*. Eamdem lectionem receperunt vulgati ante Quesn. omissa tantum primo loco voce *se*. Emendationem a Quesnello inductam nostri codd. coll. V. VIII. & XXIV. ac Vat. coll. XI. secundo loco approbant.

24 Vindebon. coll. V. & Vallicell. coll. VIII. *in quo*.

25 Vindebon. Hisp. *Ita ergo etiam talium necessitati auxiliandum est*. Vat. collect. XI primo loco: *Ita ergo necessitatibus talium auxiliandum est*. Vat. Hispan. & Isid. cum duobus collect. XXI. *Ita ergo necessitati auxiliandum est*.

De pœnitentia dist. 1. Multiplex. c. 49. 26. qu. 5. His qui tempore. c. 10.

cessitati ita auxiliandum est, 26 ut & actio illis pœnitentiæ, & communionis gratia, si eam, etiam amisso vocis officio, per indicia integri sensus postulant, non negetur. At si 27 aliqua vi ægritudinis ita fuerint aggravati, ut quod paullo ante poscebant, sub præsentia Sacerdotis significare non valeant, testimonia eis fidelium circumstantium prodesse debebunt, ut simul & pœnitentiæ, & reconciliationis beneficium consequantur: servata tamen regula canonum paternorum circa eorum personas, 28 qui in Deum a fide discedendo peccarunt.

Hæc autem, 29 frater, quæ ad interrogationem dilectionis tuæ ideo respondi, ne aliquid contrarium sub ignorantiæ excusatione 30 gereretur, in Metropolitani tui notitiam facies pervenire: ut si qui forte sunt fratrum, qui de his antea putaverint ambigendum, per ipsum de omnibus, quæ ad te scripta sunt, instruantur. 31 Data III. Idus Junii, *Herculano* viro clarissimo.

CAP. VI.
* Quæ antea erat 109. nunc 138.
23. Nov. an. 452.

EPISTOLA CIX. *

Ad JULIANUM Episcopum Coensem,

nunc primum edita e MS. Ratisponensi.

SYNOPSIS.

I. *De Palæstinorum Monachorum turbis & violentiis, quibus catholicos exagitabant, ac in Eutychianam hæresim assensum extorquebant, queritur.*

II. *Eos ab Imperatore cohibendos, & pertinaces in exilium pellendos.*

III. *Epistolam S. Athanasii ad Epictetum eisdem opponendam mittit.*

IV. *De Juvenali Episcopo Hierosolymorum ab eisdem pulso, & de alio ei subrogato.*

LEO Papa JULIANO Episcopo.

CAP. I.

GRavia sunt, & non parvo mœrore lugenda, quæ falsorum Monachorum 1 turbas Fraternitas tua perpetrare significat, Eutyche impio per deceptorum furorem bellum evangelicis & apostolicis prædicationibus inferente, retorquendo in ipsius & sociorum ejus exitium; quod ideo differtur per patientiam Dei, ut inimici Crucis Christi quantum diabolo famulentur appareat: dum hæretica pravitas antiquum velamen suæ simulationis excedens, intra limites hypocrisis suæ continere se amplius non potest, totumque, quod diu texerat, virus effudit, non solum 2 stilo in discipulos veritatis, sed etiam 3 manu sæviens, ut consensum aut simplicitatis indoctæ, aut trepidæ fidei violenter extorqueat. Sed non ita debent filii lucis filios metuere tenebrarum, ut sani furentibus acquiescant, aut æstiment hujusmodi hominibus aliquid præstandum esse reverentiæ, qui si perire malunt, quam resipiscere, prospiciendum est ne impunitate sua latius noceant, & in multorum perniciem, dum diu tolerantur, insurgant. *Hæretici non tolerandi.*

Non

BALLER. NOTÆ.

26 Editi ante Quesn. *ut nec actio illis pœnitentiæ, nec communionis gratia denegetur, si eam etiam omisso ab eis vocis officio, per indicium integri sensus quærere comprobentur. Quod si aliqua* &c. Paullo dissimilis est lectio in utrisque Hisp. in Vat. Isid. & in alio coll. XI. primo loco, nec non in MSS. coll. XXI. Postrema verba per *indicium integri sensus quarere comprobentur*, leguntur etiam in exemplo Merlini coll. XII. & in Vat. coll. XXIV. Lectionem textus codd. collect. VIII. & Vat. collect. XI. secundo loco præferunt; iisdemque accedit Vindebon. collect. V.

27 Quesn. cum quibusdam MSS. *aliqua ægritudine*. Melior visa est lectio antiquiorum editionum, quam vetustiores codd. Vindebon. coll. V. Vat. & Vallicell. coll. VIII. cum Vatt. coll. XXIV. exhibent.

28 Vindebon. Hisp. & duo Vat. coll. XXI. *qui in dominica fide*. Paullo ante in utrisque Hispan. omittitur *paternorum*. 29 Vindeb. coll. V. *frater carissime*.

30 Codd. coll. VIII. *generetur*. Dein *innotescant* pro *instruantur* in Vindeb. Hisp.

31 Vindebon. coll. V. & exemplum Merlini collect. XII. chronicam notam prætermittunt. Vat. & Vallicell. coll. VIII. *III. Idus Jan.* ubi *Jan.* pro *Jun.* facile subrepere potuit. Vindebon. Hisp. *III. Jul.* sine notatione Iduum. Hunc defectum, ut videtur, correctum fuit ex arbitrio in Vat. Hisp. & Isid. aliisque codd. inde profectis scribendo *III. Kal. Jul.* Editi cum Vat. 3791. secundo loco, & alio Vat. coll. XXIV. *IV. Idus Junias*. Prætulimus *III.* & *Junias*, cum in his plerique codd. & potiores collectiones conveniant. *Kalendas* autem deseruimus eo quod *Kalendarum* notatio arbitrio antiqui Scriptoris in memoratis codd. ex Hispanica collectione provenientibus suppleta videatur. Post consularem notam in Vat. 3791. secundo loco hæc subjiciuntur. *Tunc enim plures ad pœnitentiam poterunt provocari, si populi auribus non publicetur conscientia confitentis. Dat. II. nonas Martii*: quæ verba ex fine epist. 168. ad Campanos sumpta sunt.

JACOBI SIRMONDI S. J.

Nota Postuma.

THEODORO EPISCOPO.) Consulenti Theodoro de ultima pœnitentia explicatius respondet, quod jam ante Innocent. epist. 11. & Cælest. epist. 1. tradiderant, tribuendam esse iis etiam, qui in mortis periculo petant cum pœnitentia communionem. Primum ergo contra Novatianos docet, non solum per baptismi gratiam, sed etiam per pœnitentiæ medicinam, dari a Deo in ecclesia indulgentiam peccatorum, ministerio sacerdotum. Deinde quia periculosum est in finem vitæ pœnitentiam differre, sibi consulere unumquemque Christianum oportere, ne se in illius temporis angustias conjiciat. Postremo, his tamen qui remedium in morte petunt, etiam cum amisso vocis officio per indicia postulant, cum aliorum testimonio, si ipsi jam non possint, id eos paulo ante quæsiisse comprobatur, tribuendam simul esse cum penitentia reconciliationem. Quod ipsum in Synodo IV. Carthaginiensi constitutum canone LXXVI. legitur his verbis: *is qui pœnitentiam in infirmitate petit, si casu dum ad eum Sacerdos venit, oppressus infirmitate obmutuerit, vel in phrenesim versus fuerit, dent testimonium qui eum audierunt, & accipiat penitentiam, & si continuo creditur moriturus, reconciliatur per manus impositionem, & infundatur ori ejus Eucharistia*. Ceterum ab hac lege apostatas, qui a fide discesserunt, vult excludi: quibus nimirum communionem in infirmitate petere incipientibus juxta canonem ultimum Synodi Arelatensis neganda est communio, nisi revaluerint, & legitima pœnitentia satisfecerint.

1 De Monachis Palæstinis loquitur, qui duce Theodosio statim post Calchedonensem Synodum ad suos reverso Hierosolymis primum, dein in tota Palæstina ingentes turbas excitarunt. Vide Imp. Marciani & Pulcheriæ Augustæ epistolas hac de re scriptas, quæ ejusdem Synodi gestis subjiciuntur, & Evagrium lib. 2. c. 5.

2 Marcianus Imperator in epistola ad Synodum Palæstinam tom. 4. Concil. pag. 1823. edit. Venet. de Theodosio turbarum auctore ait: *Quasdam excogitavit & composuit litteras, quas solus poterat fingere diabolus; ac per eas sanctam, quæ Calchedone habita est, Synodum calumniari non destitit.*

3 Idem Marcianus ad Archimandritas & Monachos Ælienses pag. 1803. ait: *Vos autem . . . . gladiis, aliisque crudelitatibus, & injuriis & tormentis in mulieres honestas & nobiles perpetratis, necessitatem plurimis non dubitastis inferre, ut consentirent perversis doctrinis* &c.

CAP. II. *Veri monachi qui.*

Non ignoro, quid caritatis & gratiæ filiis nostris sanctis & veris Monachis debeatur, qui professionis suæ modestiam non relinquunt, & quod proposito voverunt, moribus exequuntur. Superbi autem & inquieti, qui 4 Sacerdotum contemptu & injuriis gloriantur, non servi Christi, sed antichristi milites sunt habendi; maximeque in suis sunt præpositis humiliandi, qui imperitam multitudinem ad defensionem suæ perversitatis instigant. Unde cum clementissimus Princeps toto religiosi cordis affectu catholicam diligat fidem, & multum, sicut ubique percrebuit, rebellium hæreticorum hac offendatur audacia; agendum est apud ipsius clementiam, ut incentores harum seditionum ab insanis congregationibus separentur; nec tantum Eutyches & Dioscorus, sed etiam quicumque studiosius furiosam adjuvant pravitatem, in his constituantur locis, in quibus nullum cum suis sociis blasphemiarum possint habere commercium: forte enim aliquorum simplicitas hac medendi ratione curabitur, & ad incolumitatem mentium facilius revocabuntur, si liberiores fuerint ab instigationibus pestilentium magistrorum.

Capita hæreticorum in exilium pellenda.

CAP. III.

Ne autem ad confirmandos piorum animos, vel ad hæreticos confutandos necessaria aut deesset, aut lateret instructio, misi 5 epistolam sanctæ memoriæ *Athanasii* Episcopi ad *Epictetum* Episcopum datam, cujus testimoniis sanctæ memoriæ *Cyrillus* usus est in Ephesina Synodo contra Nestorium, quia incarnationem Verbi tam lucide ac diligenter adstruxit, ut Nestorium & Eutychen in illius jam temporis hæreticis debellarit. Audeant hunc tantæ auctoritatis virum Eutychis & Dioscori sectatores aut imperitiæ, aut pravitatis arguere, qui 6 prædicationem nostram a doctrina atque intelligentia Patrum jactitant deviare. Prodesse autem debet confirmandis sensibus omnium Domini Sacerdotum, quod hæretici olim in auctoribus suis præsciti atque damnati, apertius jam cœperunt dogma suæ impietatis adstruere, ne latente intra silentium sensu dubitabile videretur, an vere in ipsis & 7 triplex Apollinaris error, & insana 8 Manichæorum opinio pullularet. Qui cum jam non se occulere studeant, sed contra Christi Ecclesias audacter insurgant; non ne prospiciendum est, quatenus eis vires omnium conatuum subtrahantur, servato, ut dixi, eo districtionis moderamine, ut a quietioribus inconvertibiles dividantur: *Corrumpunt enim mores bonos colloquia mala*; & *Castigato pestilente sapiens astutior erit*: ut quolibet modo dissipata societate reproborum, aliqua diabolo vasa rapiantur? Non enim ita conviciis & vaniloquiis debemus offendi, ut nullam curam ipsorum correctionis habeamus.

Athanasii ep. ad Epictetum.

Act. 1.

1. Cor. 15. 33.

Prov. 21. 11.

CAP. IV.

Episcopus vero *Juvenalis*, cujus injuriæ sunt dolendæ, nimis temere se 9 hæreticorum blasphemiis copularat, & dum Eutychem Dioscorumque * amplectitur, multos imperitos suo in præceps egit exemplo, licet postea se consilio saniore correxerit. Hi tamen, qui avidius impietatis virus hauserunt, facti sunt ejus adversarii, cujus fuerant ante discipuli, ut sua ipse nutrimenta pateretur: qui ut eamdem emendationem, quam ille elegit, imitentur optandum est, si vel ipsa sanctorum locorum, circa quæ habitant, testificatione resipiscant. Qualis autem sit, 10 qui in locum Episcopi viventis obrepsit, ex ipsa qualitate facti non potest dubitari; nec ambigendum est eum esse perversum, quem impugnatores fidei dilexerunt. Interim fraternitas tua curam piæ sollicitudinis continuare dignetur, ut frequentioribus scriptis, quo res proficiant, scire me facias. Data VII. Kal. Decembris *Herculano* Consule.

* leg. *amplectebatur.*

BALLER. NOTÆ.

4 Severianum Episcopum Scythopolitanum hæretici tumultuantes occiderunt; & occidissent etiam Juvenalem Hierosolymorum Antistitem, nisi se fuga subduxisset. Confer eamdem Marciani epistolam.

5 Hujus epistolæ fragmentum a Leone subjectum fuit epistolæ 165. Integra autem hæc epistola ex eadem, qua Leo usus est, antiqua versione, inserta legitur non solum in collectione V. c. 52. verum etiam post Leonis epistolas in MSS. coll. XII. Notandum praterea est, his Athanasii litteris in iisdem collectionibus subjici S. Cyrilli epistolam ad Joannem Antiochenum, in qua de ea Athanasii epistola Cyrillus differit, ejusque emendatum exemplum ad eumdem transmisit. Cum vero Cyrillus hujus suæ epistolæ ad Joannem exemplar cum ceteris gestis pacis cum eodem constitutæ misisset ad Xystum Pontificem; inter hæc forte erat etiam ipsa sincera epistola Athanasii ad Epictetum, & fortassis omnia missa fuerant latine reddita, uti ad Cælestinum prædecessorem ejus latinitate donata jam pridem direxerat alia similia Græce scripta in Nestorii caussa, ut liquet ex epistola Cyrilli 8. inter litteras Cælestini apud Coustantium num. 9. Certe hæc omnia documenta a Cyrillo directa ad Xystum (latine profecto reddita) lecta fuisse in Romana Synodo, colligitur ex ejusdem Xysti epist. 5. Sicut autem documenta ad Cœlestinum missa, & latine, ut vidimus, reddita *apostolica scrinia susceperunt*, ut Leo testatur ep. 69. c. 1. ita idem credendum est de gestis ad Xystum directis; ac propterea ex horum versione in scriniis custodita, ea Leoni cognita fuerunt, indeque in memoratas collectiones transiere.

6 Palæstini scilicet Eutychiano errore impliciti, præter Calchedonensem definitionem Leonis etiam epistolam 28. ad Flavianum repudiabant, quam idem Leo vindicavit ep. 124.

7 Superius epistola 59. ad Constantinopolitanos c. 5. *Tria falsa & vana Apollinaristarum hæreticorum tres partes varias protulerunt*. Has autem tres partes antecedentibus verbis indicavit: *Nec ita hominem* (dicimus Christum) *ut aliquid ei desit, quod ad humanam certum est pertinere naturam, sive Animam, sive Mentem rationalem, sive Carnem, quam non de femina sumpsit, sed factam de Verbo in carnem converso atque mutato*. Hæc tria Apollinaristarum capita, idest *sive animam, sive mentem rationalem, sive carnem*, Augustinus, ex quo Leo videtur sumpsisse, in libro de Hæresibus cap. 55. ita describit. Primo dixerunt Verbum carnem *sine anima* suscepisse; & rationem eorum affert Leo Serm. 4. de Nativitate cap. 5. *quia vicem ejus expleverit ipsa Divinitas*. Secundo priorem sententiam emollientes docuere, non totam animam humanam defuisse Christo, sed partem animæ rationalem, seu *mentem*, ita ut Verbum loco mentis in Christo fuerit. Tertio tandem carnem & Verbum unius esse substantiæ asseruere, & in hoc potissimum conveniebant omnes. Hoc autem tertium Apollinaristarum caput Leo tantummodo Eutychi tribuens ep. 124. cap. 2. & 165. cap. 2. latius proponit ita, ut non tam corpus, quam animam unius cum Verbo naturæ Eutychem cum illis asseruisse tradat: *Tertium*, inquit, *Apollinaris dogma delegit, ut negata humanæ carnis atque animæ veritate, totum Dominum nostrum Jesum Christum unius assereret esse naturæ, tamquam Verbi Deitas ipsa se in carnem animamque converterit, & concipi ac nasci, nutriri & crescere, crucifigi & mori . . . divinæ tantum essentiæ fuerit*.

8 Manichæorum quoque errorem Leo in laudata ep. 124. c. 2 eo sensu Eutychianis attribuit, quatenus, si Apollinaristarum errorem declinantes, negent Christum in Divinitate natum, passum &c. & nihilominus verum hominem fateri recusent; cum Manichæis affirmare cogantur, *Jesum Christum simulatorie omnia egisse, nec humanum in ipso corpus, sed phantasticam corporis speciem oculis apparuisse cernentium*: quem Manichæorum errorem fusius exagitat Serm. 4. de Epiph. cap. 4.

9 Cum scilicet in pseudosynodo Ephesina Dioscoro adhærens Eutychem absolvit &c. quod postea in Calchedonensi Synodo *consilio saniore* emendavit.

10 Is est idem Theodosius, qui Palæstinarum turbarum auctor fuit. Vide Marciani epistolas & Evagrium locis laudatis adnot. 1.

* Alias post epist. LXXXVIII. Quæ antea erat 110 nunc 139. 15. Febr. an. 453.

EPISTOLA CX. *

1 MARCIANI Augusti ad LEONEM Papam.

SYNOPSIS.

Confirmationem Synodi Calchedonensis a Pontifice uti necessariam petit. Ejus constantiam in vindicandis canonibus & reprimenda novitate laudat.

Epistola piissimi Imperatoris MARCIANI ad LEONEM Archiepiscopum Romæ. A

Victores VALENTINIANUS & MARCIANUS gloriosi triumphatores, semper Augusti, sanctissimo & vere venerabili LEONI Archiepiscopo.

Beatitudinem tuam valere syllabis nostræ serenitatis studiosissime precamur, postulantes, ut favorem omnipotentis Dei tuarum nobis impertias precum intercessione: ut misericors & pacifica ipsius magnificentia omnia fausta & optabilia nostro Regno concedere dignetur. B Miramur supra modum, quod post Calchedonensem Synodum, & * litteras venerabilium Episcoporum ad tuam Sanctitatem missas, quibus omnia in ipsa Synodo acta significabant, nullo prorsus pacto a tua clementia ejusmodi epistolæ remissæ sint, quas videlicet 2 in sanctissimis Ecclesiis perlectas, in omnium oportebat notitiam venire. Quod nonnullorum animis, qui Eutychetis etiam nunc pravam opinionem & perversitatem sectantur, ambiguitatem multam injecit, C utrum tua Beatitudo, quæ in sancta Synodo decreta sunt, confirmaverit. Et ob eam rem tua pietas litteras mittere dignabitur, per quas omnibus Ecclesiis & populis manifestum fiat in sancta Synodo peracta, a tua Beatitudine rata haberi. Illud profecto, ut 3 decebat Episcopum apostolicæ Sedis, excellenter tua Sanctitas præstitit, ut Ecclesiasticos canones custodiendo, nihil antiqui moris & ordinis olim constituti, & ad hanc usque diem inviolabiliter observati passa sit innovari. Propter 4 litteras autem tuæ Beatitudinis quæ & quanta ab aliquibus facta D

* epist. 98.

Constantia Leonis laudatur.

Ἐπιστολὴ τοῦ εὐσεβεστάτου βασιλέως Μαρκιανοῦ πρὸς Λέοντα ἀρχιεπίσκοπον Ῥώμης.

Νικηταὶ Οὐαλεντινιανὸς καὶ Μαρκιανὸς ἔνδοξοι, τροπαιοῦχοι, ἀεὶ αὔγουστοι, τῷ ἁγιωτάτῳ πατρὶ καὶ ἀληθινῶς σεπτῷ Λέοντι ἀρχιεπισκόπῳ.

Τὴν μακαριότητα τὴν σὴν ταῖς συλλαβαῖς τῆς ἡμετέρας γαληνότητος σπουδαιότατα ὑγιαίνειν εὐχόμεθα, ἐξαιτοῦντες, a ὅπως ἂν τὴν σπουδὴν τοῦ παντοκράτορος Θεοῦ τῇ τῶν σῶν εὐχῶν ἡμῖν b B παράσχοις μεσιτείᾳ, ὥστε τὴν ἵλεω καὶ εἰρηνοποιὸν αὐτοῦ μεγαλειότητα πάντα τὰ αἴσια καὶ εὐκτὰ τῇ ἡμετέρᾳ βασιλείᾳ παρέχειν c καταξιώσῃ. θαυμάζομεν τὰ μάλιστα, ὅτιπερ μετὰ τὴν ἐν Χαλκηδόνι σύνοδον καὶ τὰ γράμματα τῶν σεβασμίων ἐπισκόπων τὰ πρὸς τὴν σὴν θεοφίλειαν σταλέντα, δι' ὧν ἅπαντα τὰ ἐν τῇ αὐτῇ συνόδῳ ἐμήνυσαν, οὐδαμῶς πάντη παρὰ τῆς σῆς ἁγιωσύνης τὰ τοιαῦτα γράμματα ἐξαπέσταλται, ἅτινα δηλονότι ἐν ταῖς ἁγιωτάταις ἐκκλησίαις ἀναγνωσθέντα εἰς τὴν τῶν ἁπάντων ὤφειλε γνῶσιν ἐλθεῖν· ὅπερ τινῶν τοῖς ψυχαῖς, οἵτι-C νες εὐτυχοῦς ἔτι καὶ νῦν τὴν κακοδοξίαν καὶ τὴν διαστροφὴν μεταδιώκουσιν, ἀμφιβολίαν πολλὴν ἐνέβαλε, πότερον ἡ σὴ μακαριότης τὰ ἐν τῇ ἁγίᾳ συνόδῳ τυπωθέντα ἐβεβαίωσε. καὶ διὰ τοῦτο ἡ σὴ εὐλάβεια γράμματα ἐκπέμψαι καταξιώσει, δι' ὧν πάσαις ταῖς ἐκκλησίαις καὶ d τοῖς δήμοις e φανερὰ γενήσεται τὰ ἐν τῇ ἁγίᾳ συνόδῳ πεπραγμένα παρὰ τῆς σῆς μακαριότητος βεβαιοῦσθαι· ἐκεῖνο δηλαδὴ, ὡς ἔπρεπεν ἐπίσκοπον ἀποστολικοῦ θρόνου, ἐξόχως ἡ σὴ ἁγιωσύνη ἐποίησε, ὅτι τοὺς ἐκκλησιαστικοὺς κανόνας φυλάττουσα. οὐδὲν ἀπὸ τοῦ παλαιοῦ ἔθους D

καὶ τῆς

BALLER. NOTÆ.

a ὅπως ἂν. Ita MS. Vat. Male in Vulg. ὅτι ἂν.
b παράσχοις. MS. Vat. παράσχοι, haud omnino male; refertur enim ad μακαριότητα, quod præcessit.
c καταξιώσῃ. In MS. Vat. καταξιώσει: sed legendum forte καταξιῶσαι, ut & Arnoldus in margine suæ editionis adnotavit.
d τοῖς δήμοις. Addimus articulum e MS. Vat. e Forte, φανερόν.

1 Edita fuit ab Andrea Arnoldo ex codice Bodlejano, & a Quesnello secundæ editioni inserta. Græcum originale contulimus cum MS. cod. Vat. Græco 1455. qui nonnullas emendationes suggessit. Novam interpretationem Latinam ad Græcum textum perinde emendatum exactam, quæ clarior multo efficitur, adjiciemus. His Augusti litteris S. Pontifex respondet ep. 115.

2 Litteræ ergo apostolicæ Sedis, quibus confirmabantur Synodi generales, legendæ erant in Ecclesiis Orientis, hæcque confirmatio in omnium notitiam deducenda erat, ne quis de eadem ambigens, decretis Synodi reluctari posset. Ecce ergo necessariæ confirmationis Pontificiæ manifestissimum testimonium.

3 Leonis constantiam hoc loco commendat, qua ille privilegia Ecclesiarum secundum Nicænos canones sarta tecta servari contendens, canoni Calchedonensi pro Constantinopolitana Sede edito fortiter restitit ep. 104. 105. 106. & 107. scriptis die 22. Maji anni præcedentis: idque (quod maxime observandum est) Imperator commendat, etiamsi pro hoc canone confirmando ad eumdem Leonem efficaces litteras dederit superius descriptas ep. 100. Hanc observationem jamdiu ante fecit Gelasius Papa in epistola ad Dardanos, qualis amplior exstat in præstantissima collectione XIV. Avellana, & legitur tom. 5. Conc. Venet. edit. Albrit. pag. 333. ubi has Marciani litteras laudatus Pontifex innuens, *Audiant*, inquit, *Marcianum ejusdem Principem civitatis, posteaquam pro augumento urbis ipsius Sacerdotis intercessor accedens, contra regulas obtinere nihil potuit, sanctæ memoriæ Papam Leonem summis laudibus prosecutum, quod canonum regulas violari nulla fuerit ratione perpessus.*

4 Intelligit potissimum epistolam 106. ad Anatolium, quæ etsi satis confirmasset fidei decretum latum in Calchedonensi, cum tamen simul contradixisset canoni pro Sede Constantinopolitana, manifestata non fuit, ut Leo tradit epist. 114. 115. 116. & 117. Hinc vero rumore in vulgum sparso, Pontificem Calchedonensi Concilio contra-

καὶ τῆς τάξεως τῆς ποτὲ διατετυπωμένης καὶ ἀσαλεύ- A
του μέχρι καὶ σήμερον f διαμεινάσης ἠνέχετο καινοτομηθῆναι. διὰ τὰ γράμματα δὲ τῆς σῆς ὁσιότητος οἷα καὶ ὁπόσα παρά τινων πέπρακται, δυνήσεται ἐξ ἑτέρων ἡ σὴ ἁγιωσύνη σαφέστατα καταμαθεῖν, οἷς ἀντιβῆναι οὐκ ἂν ἐβουλόμεθα, g διαβεβαιουμένης τῆς σῆς θεοφιλείας. τῇ καθολικῇ πίστει καὶ ἀληθῶς ὀρθοδόξῳ τὴν ἐν Χαλκηδόνι σύνοδον, πάντων τῶν συναινούντων τῶν ἐπισκόπων, ἠκολουθηκέναι· διὰ τοῦτο καὶ ἡ σεβασμιότης ἡ σὴ διαγράμματα τάχιστα ἐκπέμψει, δι' ὧν βεβαιοῦν αὐτὴν ἐν Χαλκηδόνι σύνοδον φανερώτατα ἐπιδείκνυσιν, ἵνα μὴ οἱ ἐπιθυμοῦντες h τῶν ἀνοδιῶν, δυνηθεῖεν τινὰ ἔχειν ὑπόνοιαν περὶ τῆς κρίσεως τῆς σῆς ἁγιω- B
σύνης. ἐδόθη πρὸ δεκαπέντε καλανδῶν μαρτιῶν i ἐν Κωνσταντινουπόλει.

Notas f g h i V. pag. 417.

sint, poterit 5 ab aliis tua Sanctitas clarissime ediscere, quibus adversari noluimus, 6 *nondum* adfirmante tua in Deo caritate, catholicæ fidei & veræ orthodoxæ Calchedonensem Synodum, omnibus consentientibus Episcopis, esse obsecutam. Quam ob rem tua veneranda dignitas decretum quam celerrime emittat quo confirmare ipsam Calchedonensem Synodum manifestissime ostendat, ut ii, qui exoptant invia diverticula, nullam habere possint suspicionem de judicio tuæ Sanctitatis. Data XV. Kalendas Martias Constantinopoli.

* Alias LXXXIV. Quæ autem antea 111. erat, nunc 140. 20. Martii an. 453.

EPISTOLA CXI. *

1 Ad MARCIANUM Augustum,

de Aetio, & Andrea.

SYNOPSIS.

I. *Ordinationis Anatolii suspicionem per fidei ejus professionem esse sublatam.*
II. *Male ab eo Aetium ab Archidiaconi officio* C
esse submotum.
III. *Marcianum rogat, ut Anatolium ab illicitis retrahat, & faveat Juliano.*

LEO Episcopus MARCIANO Augusto.

CAP. I.

QUam excellenti pietate, & quam glorioso clementiæ vestræ studio in integrum nuper fides christiana revocata sit, totus mundus agnoscit, & salutis suæ singulare præsidium per vos a Domino esse reparatum. 2 Ac si quid adversum tanti operis consummationem de contrario spiritu sentitur oboriri, necesse est ut ad vestræ revocetur pietatis auxilium, quod ad custodiam catholicæ veritatis divina providentia præparavit: ut cum potestatis vestræ sit scandala etiam in longinquo nata resecare, multo magis ea quæ sub vestris au-

Imperatoriæ potestatis est scandala contra fidem & disciplinam orta resecare.

dent oculis surgere, non sinatis accrescere. ANATOLII Episcopi ordinationem, sicut scientia Dei testis est, suspectam (quod fatendum est) mihi fecerant consecrationis ejus auctores, nec dissimilem ab eligentibus arbitrabar electum: secutumque est, ut 3 cum communionem apostolicæ Sedis expeteret, diu dandis ad eum pacis epistolis abstinerem. Sed cum illi pietatis vestræ testimonium suffragaretur, 4 & de fide atque unanimitate ejus optanda quæque & placitura promitteret, professionem ejus ita credidi esse sinceram, ut tamen, qua observantia se agere deberet, non desinerem commonere, sedulo ipsi ac diligenter inculcans, ut de persecutoribus beatæ memoriæ FLAVIANI neminem auderet in suo habere consortio, 5 & Eutychis hæretici sectatores tamquam inimicos Christi veraciter perhorreret. Quod adeo obedienter visus est accepisse, ut Andream Diaconum Eutychianæ hæreseos defensorem a se indicaret esse dejectum. Secutumque est ut de his, quæ pro catholica fide in synodali Concilio fuerant definita, talia ad me scripserit, qualia catholicum Sacerdotem scribere congruebat.

Pacis epistolæ.

CAP. II.

Cum ergo ad commendanda ipsius primor- D
dia ista præcesserint, 6 nescio quid caussæ aut occasionis emerserit, ut virum catholicæ fidei, & Ne-

BALLER. NOTÆ.

contraria scripsisse, ita ut hac de caussa ejus litteræ publicatæ non fuerint; Eutychiani tumultus excitarunt, occasionemque sumpserunt dubitationis ingerendæ de ipsa Calchedonensi definitione fidei: illi enim, ut ait idem Pontifex ep. 117. *occasione velandæ perfidiæ suæ, infirma vel dubia videri volunt statuta Concilii, quæ nulla sint consensus mei sententia roborata.*

5 A Juliano quidem Episcopo Coensi hæc Leo didicit, ut liquet ex ep. 115. cap. 2. unde etiam patet, Monachos Palæstinos fuisse illos, qui turbas commoverunt. Quod porro additur, *quibus adversari noluimus*, eo quia scilicet deerat ea Pontificia & publica Calchedonensis definitionis confirmatio, quæ ad omne dubium amovendum requirebatur, intelligendum est de resistentia per vim & potestatem sæcularem: litteris enim ad eosdem Monachos datis Imperatorem studuisse eos *cohibere pariter & docere*, certum est ex eadem ep. 115. cap. 2.

6 Adverbium *nondum* in Latino, sicut & in Græco οὔπω, aut aliquid simile supplere necessarium fuit: ex sequentibus enim petitur aperta & publica confirmatio & responsio ad Synodum, quæ *nondum* missa fuerat.

1 Exstat in codd. coll. XII. XVIII. & XXIV. ac in exemplari Sichardi.

2 Ita Quesnellus cum Sichardo & omnibus nostris codd. Aliæ editiones, forte melius, *At si quid.*

3 Editi ante Quesn. cum Sichardo, *dum communione apostolicæ Sedis exsisteret alienus, diu dandis ad eum epistolis pacis me abstinerem.* Idem legitur in MSS. coll. XXIV. in quibus solum est *pacis meæ abstinerem.* Lectionem a Quesnello jure insertam ex Grimanico, de qua vide ejus not. 1. invenimus etiam in MSS. Vat. 1340. & Veneto 169. coll. XII. solum in his particula *dum* substituitur pro *cum*. De epistolis pacis, confer notam ejusdem 2.

4 Ita melius nostri codd. coll. XII. quam in editis *cum de fide.*

5 Omnes editiones non solum cum MSS. coll. XXIV. ac exemplo Sichardi, verum etiam cum Grim. collect. XVIII. aliquot lineas omittunt, transilientes a voce *Eutychis* ad vocem *Eutychianæ* sic: *consortio & Eutychianæ hæreseos*: quo saltu sententia corrumpitur, & notitia sequentibus probe intelligendis necessaria adimitur. Soli duo laudati codd. collect. XII. hoc insigne supplementum nobis suppeditarunt: quibus ex Coustantio in *Vindiciis veterum Patrum confirmatis* pag. 572. Remigianum exemplar, ut credimus, ejusdem collectionis XII. adjici potest.

6 Editi Leonis omittunt verbum *nescio*, quod ex MSS. coll. XII. supplevimus; at præferunt *emerserit*: solus Quesnellus *emersit*. Editiones autem Concil. pro *nescio* habent *miror*.

& Neſtorianis atque Eutychianis hæreticis 7 A conſtanter etiam adverſum, Archidiaconem ſub honoris ſpecie degradaret, & 8 diſpenſationem totius cauſſæ & curæ eccleſiaſticæ in Andream Eutychianiſtam repente transferret: adeo nimia commotione turbatus, ut conſecrationem, quam pro injuria dabat, 9 ſexta ſabbati, traditionis apoſtolicæ aut neſcius aut oblitus, inferret: quaſi non ad Epiſcopum magis, quam ad Presbyterum ordinationis illius vitium pertineret: qui non inveniens quod argueret in fide, quod improbaret in moribus, dejectionem innocentis per ſpeciem provectionis implevit; addens 10 in ſententia illud injuriæ, ut eum cœmeterio 11 deputando, quodam damnaret exilio. Quem tamen pietati veſtræ commendare præſumo, ne ullis ulterius noxiis ingravari poſſit 12 inſidiis, B quem Dominus, ut comperi, ſub veſtra defenſione conſtituit.

Archidiaconus ſub honoris ſpecie dejectus. Traditio apoſtolica de die ordinationis.

Presbyteri cæmeteriis mancipati.

Adjicio autem etiam hanc obſecrationem, ut prædictum Epiſcopum a profeſſione ſua diſſonum, & 13 nimium teſtimonii veſtri ac favoris oblitum, 14 neceſſarie increpare dignemini. Ceſſet Catholicos inſectari; ceſſet eos, qui ſanctæ memoriæ FLAVIANO placuere, conterere, & eorum ſocietatem, quos improbavit, eligere. Fraternam enim illi caritatem non aliter poterimus impendere, quam ut ſe 15 inimicos catholicæ fidei approbet execrari, 16 ejuſque a ſe conſortium, quem merito abjecit, abſcindat. Qui etiam ſi magna fuiſſet ſatisfactione purgatus, poſt dubium tamen reverſus errorem, catholicis Diaconibus poſtponi debuit, non præponi. Illud quoque clementiæ veſtræ benevolentiam peto, ut vene- C ratorem veſtrum fratrem meum JULIANUM Epiſcopum, in veſtro, ſicut facere dignamini, habeatis affectu: cujus obſequiis præſentiæ meæ vobis imago reddatur. Nam & de fidei ejus ſinceritate confidens, vicem ipſi meam contra temporis noſtri hæreticos delegavi: atque propter Eccleſiarum paciſque cuſtodiam, ut 17 a comitatu veſtro non abeſſet, exegi. Cujus ſuggeſtiones, pro concordia catholicæ unitatis, tamquam meas audire dignemini, placentes Deo, qui vobis præter regiam coronam etiam ſacerdotalem conferat palmam. Data 18 ſexto Idus Martii, OPILIONE viro clariſſimo Conſule. D

CAP. III. Epiſcopus ab Auguſto increpandus.

Epiſcopus in comitatu vice Pontificis Romani reſidens: unde Nuncii Apoſtolici.

EPISTOLA CXII. *

** Alias LXXXV[...] Quæ aute[m] antea 112. erat, nunc 142. 10. Martii an. 453.*

1 Ad PULCHERIAM Auguſtam,

de Aetio, & Andrea.

I. *Andream eccleſiaſticis rebus, amoto Aetio, præpoſitum eſſe conqueritur.*
II. *Omnia in ſtatum priſtinum reſtitui poſtulat.*

LEO Epiſcopus PULCHERIÆ Auguſtæ.

MUltis exſtantibus documentis, quibus 2 in dilectione Eccleſiæ Dei pietatis veſtræ manifeſtatur affectio, merito quoties aliquid naſcitur ſcandalorum, veſtrum deſideratur auxilium: ut fides, quæ annitentibus vobis, contra hæreticorum commenta defenſa eſt, ſecuræ pacis perperem obtineat firmitatem. Nam quid prodeſt foris adverſarios veritatis oppreſſos, ſi eoſdem habeamus intra dominica ſepta redivivos? Quod itaque circa perſonam filii mei Aetii geſtum eſſe cognovi, nimium me anxium facit, & metuere certa ratione compellit, ne pœnitendum mihi ſit, quod de Epiſcopo Conſtantinopolitano, qui ab impugnatoribus fidei fuerat ordinatus, vobis adhortantibus, acquievi meliora ſentire, cum tanto pietatis veſtræ teſtimonio juvaretur, ne illum gravaret ſuæ ordinationis infirmitas, ubi veſtra interventio præſtaretur. Unde gratulari cœperam, quod beati FLAVIANI 3 honorare memoriam, & hæreticorum conatibus obſiſtere diceretur. Sed doleo illum, ſicut prædicti lacrymabilis querela demonſtrat, in deteriora mutatum, & eum nunc conſtituiſſe Archidiaconem, quem ipſe profeſſus eſt a ſe rejectum, qui Eutychianæ hæreſeos ſe 4 apud nos prodiderat defenſorem. Quem quia nunc eccleſiaſticis negotiis præpoſuit, propter hæreticam perverſitatem eidem favorem ſuum præſtare convincitur: qui etiamſi magna ſatisfactione potuiſſet indulgentiam promereri, nequaquam debuit his qui in fide permanſerant, anteferri.

CAP. I. Regium i[n] rebus Eccle[ſiæ] auxiliu[m].

Ordinatio A[natolii] quam ob cauſſam ſuſpecta.

Archidiaconus eccleſiaſticis negotiis præfectus.

CAP. II.

Unde quia non latet clementiam veſtram, quantum periculi aut per pudendam ſocordiam, aut per doloſam nequitiam nutriatur, digna-

BALLER. NOTÆ.

7 Ita cum vulgatis omnes noſtri codd. Queſnellus alia collocatione verborum, & alia etiam interpunctione, quæ ſenſum mutant, habet: *conſtanter adverſum, etiam Archidiaconem*; & in margine pro *etiam* notavit legendum forte *Aetium*, quod emendata lectione neceſſarium non eſt.

8 Vide not. 3. Queſnell.

9 Confer epiſt. 9. cap. 1. & not. 2. Queſnell. in eamdem.

10 Codd. collect. XXIV. cum editis ante Queſn. *ſententiæ*.

11 Cod. Grim. *deputandum*. Mox laudatæ editiones cum iiſdem MSS. *condemnaret* pro *quodam damnaret*: cui lectioni a Queſnello inductæ ex Grimanico accedunt noſtri codd. coll. XII. Vide not. 4. Queſn.

12 Sichardus *aut inſidiis*.

13 Sic noſtri codd. cum antiquis editionibus. Queſnellus *nimis*. Mox pro *veſtri* cod. Venetus habet *noſtri*, ſed perperam: nam Imperator pro Anatolio teſtimonium dederat.

14 Vide not. 5. Queſnelli. Poſt pauca *infeſtare*, pro *inſectari* apud Sichardum.

15 Editi *ab inimicis* paſſiva ſignificatione accepto infinito *execrari*. Melior viſa eſt lectio noſtrorum codd. coll. XII. qua idem infinitum communiori & congruentiori ſignificatione active ſumitur.

16 Editiones antiquiores & exemplum Sichardi habebant: *eorumque a ſe conſortium atque commercium abſcindat*. Queſnellus ex Grimanico emendavit, & recte: nam de Andrea Eutychianiſta, quem jampridem Anatolius *ipſe profeſſus fuerat a ſe eſſe rejectum* ex epiſtola ſequenti, hic ſermo eſt, ut quæ ſubjiciuntur oſtendunt. Eamdem lectionem probant etiam noſtri codd. coll. XII. ac veteres editiones Conciliorum, ex quibus *abſcindat* repoſuimus pro *abſcedat*, ut ille ex Grim. ſcripſit. In MSS. coll. XXIV. *ejuſque conſortium à ſe atque commercium abſcidat*. 17 Vide not. 6. Queſn.

18 In marg. editorum *V. Idus*.

1 Relegimus cum MSS. coll. XII. & XXIV. nec non cum Vat. 541. atque cum exemplo Sichardi, in quibus tantum hanc epiſtolam reperire licuit.

2 Al. *in dilectionem*. 3 Al. *honoraret*.

4 Id Andreas vel abſens per epiſtolam ad Leonem ſcriptam præſtiterat, vel coram verbis, ſi quidem eum Romam acceſſiſſe ex hoc loco colligendum ſit, ut nonnullis videtur.

dignamini Episcoporum ad professionem suæ A fidei auctoritate vestræ clementiæ revocare. 5 Non sibi has maculas superducat, nec existimationem suam, quam vestro acquisivit favore, contemnat: societatem hæretici, quem dudum a se removit, abscidat; 6 & persequi eum, quem gratiorem debuit habere, desistat. Cujus innocentiæ vos ita affuisse gaudeo, ut mœrori ejus digna consolatione vestra pietas subveniret. Circa fratrem meum, venerabilem vestrum JULIANUM Episcopum, quantum debeat crescere vestra dignatio, apostolicæ Sedis æstimate judicio: cum in caussa fidei, cui gloria vestra famulatur, vicem ipsi meam eatenus delegarim, ut ab ea, quæ vobis debetur, observantia non recedens, pieta- B ti me vestræ præsentare non desinat: exequens in custodia fidei, & in ecclesiasticis disciplinis per omnia sollicitudinem 7 meam, & opportunis suggestionibus, quod universali Ecclesiæ prosit, insinuans: ut in ipso nec Catholicis vestrum præsidium, quibus volumus 8 subveniri, nec meum vobis desit obsequium. Data sexto Idus Martii, OPILIONE viro clarissimo Consule.

...uncil Apo-
...lici partes
...munia.

---

* Alias. LXXXVI. ...uæ autem ...tea 113. ...at, nunc ...1. ... Martii ... 427.

EPISTOLA CXIII. *

1 Ad JULIANUM Episcopum Coensem,

de Aetio & Andrea.

SYNOPSIS.

I. *Quod ipsi multa patienti compassus sit, gratias agit, simul de Aetii dejectione expostulans.*
II. *Julianum CP. in speculis esse vult pro caussa fidei. Anatolium ab Imperatore esse increpatum.*
III. *De tumultu monachorum Ægyptiorum & Palæstinorum.*
IV. *De epistola sua & de actis Calchedonensis Synodi in Latinum convertendis.*

LEO Episcopus Romæ JULIANO Episcopo Coensi.

...AP. I. De clade ...ttilæ. Caussa cala-...itatum pec-...ata, finis ...onverso ...eccatoris.

AGnovi in dilectionis tuæ litteris fraternæ caritatis affectum: quod 2 de malis, quæ multa & sæva pertulimus, pio nobiscum dolore compateris. Sed utinam hæc, quæ nos perpeti Dominus aut permisit, aut voluit, ad correctionem proficiant 3 servatorum, & ut desinant adversitates, finiantur offensæ. Quod A utrumque de magna erit misericordia Dei, si & flagella removeat, & ad se suorum corda convertat. Sicut autem fraternitatem tuam ea, quæ apud nos 4 deſæviit, contristavit hostilitas, ita me anxium facit, quod in Constantinopolitana Ecclesia, quantum tuæ indicant litteræ, hæreticorum insidiæ non quiescunt; & 5 exquisitis occasionibus, hi qui catholicæ fidei defensores fuere, vexantur. Nam dum Aetius ab officio Archidiaconatus 6 per speciem provectionis amovetur, & in locum ejus Andreas, qui ob hæreticorum societatem fuerat abjectus, assumitur; dum beatæ memoriæ FLAVIANI accusatoribus honor redditur & piissimi Confessoris participes aut discipuli 7 consternuntur, nimis aperte, quid Episcopo Ecclesiæ ipsius placeat, demonstratur. In quem pro caussæ merito differo commoveri: & quid ipse mecum cum suis epistolis agat, quas missurum eum filius noster Aetius indicavit, expecto: dans locum voluntariæ emendationi, qua dolorem meum cupio mitigari. Clementissimo tamen Principi & piissimæ Augustæ de his, quæ ad custodiam pacis ecclesiasticæ pertinent, scripsi: quos devotione suæ fidei provisuros esse non dubito, ne contra gloriam operis ipsorum, damnata hæresis 8 valeat pullulare.

Ex Archidiacono Presbyterum fieri, dejici tunc erat.

CAP. II. Julianus Ep. Coensis, Romæ nutritus, Nuncius Apostolicus.

Studeat ergo dilectio tua, frater carissime, piam & necessariam curam sollicitudini apo- C stolicæ Sedis impendere, quæ tibi apud se nutrito catholicam contra Nestorianos & Eutychianos hæreticos actionem materno jure commendat, ut divino fultus auxilio, speculari de Constantinopolitanæ urbis opportunitate non desinas; 9 ne prædictorum dogmatum impius usquam turbo consurgat. Et quia tanta est gloriosorum Principum 10 fides, ut confidenter eis possis quæ sunt insinuanda suggerere, pietate ipsorum ad utilitatem Ecclesiæ universalis utaris. 11 Consulente autem dilectione tua de his, in quibus putaveris ambigendum, non deerit relationibus tuis meæ responsionis instructio: 12 ut sequestrata earum actione caussarum, quæ in quibusque Ecclesiis Præsulum suorum debent cognitione firmari, hanc specialem curam vice mea functus assu- D mas, ne hæresis vel Nestoriana, vel Eutychiana in aliqua parte reviresca t: quia in Episcopo Constantinopolitano catholicus vigor non est, nec multum aut pro sacramento salutis humanæ, aut pro sua est æstimatione sollicitus: cum si quid illi inesset spiritualis industriæ, ita & a quibus ordinatus sit, & cui viro successerit cogitare deberet, ut magis beatum FLAVIANUM, quam sui honoris sequeretur auctores. Et ideo cum piissimi Principes 13 se-

Apostolicorum Nunciorum potestas quibus finibus circumscribatur.

BALLER. NOTÆ.

5 Nostri codd. & Sichardus *Ne sibi . . . . ne existimationem.* Vulgati ante Quesn. *Et ne sibi . . . ne existimationem.* 6 Octo sequentes voculas a Quesnello suppletas omittunt editi cum MSS. coll. XII. & exemplar Sichardi.
7 Duo codd. coll. XII. & Vat. 541. cum omnibus vulgatis ante Quesnellum delent *meam*.
8 Al. *subvenire.* 1 Exstat in MSS. coll. XII. XVIII. & XXIV. nec non in exemplari Sichardi.
2 Editi anteriores Quesnello cum MSS. Vat. 1340. ac Venet. 169. coll. XII. & cum Vat. 544. & Vat. Reginæ 139. coll. XXIV. addunt *multis*: & similiter Sichardus. *Mala*, quæ *multa & sæva* hic indicantur, Attilæ irruptionem in Italiam respiciunt. 3 Ita Grim. Al. *multorum.*
4 Sic ex eodem Grim. Al. *fuit.* 5 Antiqui vulgati & Sichardus *quæsitis.*
6 Vide not. 1. Quesn. 7 Sic Quesn. ex Grim. Ceteri editi & codices *conteruntur.*
8 Al. *queat.* 9 Editi ante Quesn. *ut prædictorum dogmatum impius numquam turbo consurgat.*
10 Al. *clementia.* 11 Ita editi ante Quesn. melius, quam apud hunc *Consulenti autem dilectioni tuæ.*
12 Vulgati ante eumdem Quesn. perperam, *ut sequestrata eorum actione, caussæ, quæ in quibuscumque Ecclesiis Præsulum suorum debent cognitione firmari, hac speciali cura vice mea functus utaris, ne hæresis* &c. Quesnelli emendationem ex Grimanico nostri codd. col. XXIV. confirmant, exceptis postremis vocibus, pro quibus habent æque bene, *hac speciali cura vice mea functus utaris.*

13 secundum obsecrationem meam dignati fuerint fratrem ANATOLIUM de his, quæ merito in querelam veniunt, increpare, 14 jungat caritas tua diligentiam suam, ut universa scandala, adhibita plenissima correctione, resecentur, & a filii nostri Aetii cesset injuriis. Nam apud catholicum Episcopum, 15 etiam si erat quod quacumque de caussa succensendum Archidiacono videretur, propter fidei reverentiam debuit prætermitti, potius quam locum Catholici nequissimus hæreticus obtineret. Cum itaque quæ sequantur agnovero, tunc manifestius quid agi oporteat, æstimabo. Nam interim, dolore cohibito, 16 malui indulgere patientiæ, ut locus esset veniæ.

Mu'ta pro caussa fidei toleranda.

CAP. III. Monachi Palæstini tumultuantes.

De Palæstinis vero monachis, qui jampridem in tumultu dissensionis esse dicuntur, quo adhuc animo moveantur, ignoro. Neque cujusquam sermone mihi patefactum est, quas caussas videantur antefatæ præferre discordiæ: utrum scilicet 17 Eutychianæ tali furore famulentur; an implacabiliter doleant Episcopum suum in hanc impietatem 18 potuisse traduci, quod contra ipsorum locorum sanctorum testimonia, quibus totus mundus instruitur, ab Incarnationis dominicæ veritate desciverit; & quod in aliis per indulgentiam curari placuit, in illo putent non esse veniale. Unde cupio me super his plenius edoceri, ut etiam talium correctioni congrue studeatur: quia aliud est contra fidem impie armari, 19 aliud pro fide immoderatius commoveri. Chartas etiam, quas Aetius Presbyter ante indicavit esse directas, & 20 Breviarium fidei, quod te misisse significas, necdum ad me noveris pervenisse. Unde, si 21 expeditoris occasio se præbuerit perlatoris, libenter habeo, ut si qua est, quæ utilis videatur, quam primum ad me mittatur instructio. De 22 Ægyptiis monachis quam quieti, aut cujus sint fidei, scire desidero; & de Alexandrinæ Ecclesiæ pace quid ad vos veris nunciis perferatur: ad cujus 23 Episcopum vel ordinatores ipsius, seu Clericos, qualia scripta direxerim, missis exemplaribus scire te volui. Ad clementissimum quoque Principem, & ad religiosissimam Augustam quis nunc meus sermo sit 24 missus, directa exemplaria perdocebunt.

De Juvenali Jerosolym. Episc.

Breviarium fidei.

De Ægyptiis Monachis.

Utrum autem 25 epistola mea, quam de Incarnationis dominicæ fide incolumi adhuc sanctæ memoriæ FLAVIANO, ad dilectionem tuam per BASILIUM Diaconum miseram, fraternitati tuæ tradita sit, scire desidero: quoniam suspectum habeo, quod de ejus textu nullum umquam indicium reddidisti. Gestorum synodalium, quæ omnibus diebus Concilii in Calchedonensi civitate confecta sunt, 26 parum clara propter linguæ diversitatem apud nos habetur instructio. Et ideo fraternitati tuæ specialiter injungo, ut in unum codicem universa facias congregari, in Latinum scilicet sermonem absolutissima interpretatione translata: ut in nulla parte actionum dubitare possimus, neque ullo modo esse possit ambiguum, quod ad plenam intelligentiam te fuerit studente perductum. Data quinto Idus Martii, OPILIONE viro clarissimo Consule.

EPI-

BALLER. NOTÆ.

13 Al. *secundum obsecrationes meas*. Hæc videntur respicere petitionem a Leone propositam ep. 104. ad Marcianum & 105. ad Pulcheriam, quos cap. 4. rogavit, ut Anatolii cupiditatem pro Constantinopolitanæ Sedis prærogativa comprimerent.

14 Iidem vulgati male: *videat caritas tua diligentia sua*. Nostri quatuor codices & Sichardus: *vigeat caritas tua diligentia sua*. Grimanici codicis lectionem a Quesnello inductam sequimur.

15 Locus hic a Quesnello restitutus ope Grimanici codicis. Ceteri cum editis *etiam si erat utcumque decus sacerdotale, Sacerdoti Archidiaconus propter fidei reverentiam debuit præmitti, potius quam* &c.

16 Exemplum Sichardi *malim*.

17 Ex epistola 109. ad eumdem Julianum, quam ex codice Ratisponensi publicavimus, liquet, Leonem pro Eutychianis habuisse hos Monachos, qui tot turbas in Palæstina excitaverant. Satis etiam quoad cetera instructus jam ab initio cognoscitur. Quid autem supervenerit, ex quo de eorumdem Monachorum mente dubitationem induxerit, plenioremque instructionem desiderarit, ignoramus. Forte Romam fama pertulerat eos Monachos, qui Juvenali ejecto, Theodosio intruso favebant, Eutychem palam anathemate condemnare, ut in ipso libello supplici ad Pulcheriam professi fuerant. Vide tom. 4. Concil. Ven. edit. Albrit. p. 1799. Hinc autem Leoni dubitatio exoriri potuit, utrum hi Monachi Juvenali Episcopo infensi, Eutychiani vere essent, quemadmodum antea putabat; an vero essent Catholici, qui nimio rectæ fidei zelo abrepti, eum Eutychis antea fautorem, licet correctum, Episcopatu indignum arbitrarentur. In hac ergo re ut exactius edoceretur, a Juliano petere potuit.

18 Ita melius apud Quesn. ex MS. Grim. quam in vulgatis aliisque codd. *posse traduci, quæ contra ipsorum* &c. vel in exemplari Sichardi *non posse traduci, quæ* &c. Sermo enim est de Juvenale, qui in pseudosynodo Ephesina Eutychi faverat, postea vero se *saniori consilio* correxerat, uti traditur ep. 109. c. 4.

19 Vulgati ante Quesn. qui ex Grim. emendavit, cum aliis codd. & Sichardo *aliud in errore quempiam detineri*.

20 Vide nostras observationes in not. 2. Quesnelli, ubi quid hoc Breviarium fuerit, detexisse arbitramur.

21 Nostri codd. cum antiquis vulgatis *expeditior occasio*.

22 Magna exstiterat inter Ægyptios dissensio ob ordinationem Proterii, qui in Dioscori depositi locum subrogatus fuerat. Vide Evagrium lib. 2. c. 5. & Liberatum in Breviario cap. 14.

23 Hæ ad Proterium novum Episcopum Alexandrinum litteræ desunt. In his Leo pleniorem & manifestiorem fidei expositionem ab eo petiisse videtur, ut colligere licet ex epistola 127. ubi sibi satisfactum fuisse testatur, nec non ex ep. 129. qua acceptis plenioribus a Proterio litteris respondet. Vide etiam ep. 134. & 131. c. 1.

24 Ita Quesn. ex MS. Griman. Ceteræ editiones & alii codd. *missa exemplaria*.

25 Indicatur epistola 35.

26 Ex hoc loco colligi posse arbitramur, integra quidem Græca gesta Calchedonensis Concilii apud Romanos hoc tempore exstitisse: at *propter Græcæ linguæ diversitatem*, quam isti fere ignorabant, *parum clara* erat eorumdem gestorum apud ipsos *instructio*. Præcipua nimirum ejusdem Concilii capita tantummodo nota erant, latine reddita ante integram omnium actorum versionem: quæ præcipua capita recensebimus in observationibus ad not. 3. Quesnelli in hanc epistolam. Cum vero quæ ex his ante scriptas istas Leonis litteras latinitate donata fuerant, minima pars esset actorum Calchedonensium, ut omnia hæc gesta *absolutissima interpretatione* rederentur latine, Leo a Juliano petiit. Id autem ab eo factum non fuisse ostendemus in citatis observat. ad not. 3. Quesnelli.

EPISTOLA CXIV. *

* Alias LXXXVII. Quæ autem antea 114. erat, nunc 243. 21. Martii an. 453.

1 Ad Episcopos, qui in sancta SYNODO Calchedonensi congregati fuerunt, directa.

2 SYNOPSIS.

I. Se consentire his quæ Calchedone circa fidem constituta sunt.
II. Numquam id a se ratum esse habendum, quod adversus Nicænos Canones ibidem actum est.

Λέων ἀρχιεπίσκοπος Ῥώμης τῇ ἐν Χαλκηδόνι ἁγίᾳ συνόδῳ. A

Πᾶσαν μὲν τὴν ἀδελφότητα ὑμῶν εἰδέναι οὐκ ἀμφιβάλλω τοὺς ὅρους τῆς ἁγίας συνόδου, ἥτις διὰ τὸ βεβαιωθῆναι τὴν πίστιν ἐν τῇ Χαλκηδονίων πόλει γεγένηται, ὅλῃ ψυχῇ με περιπλέκεσθαι· ἐπειδὴ a δὲ οὐδὲ εἰς λόγος συνεχώρει, ἵν' ἐγὼ, ὅστις τὴν ἕνωσιν τῆς καθολικῆς πίστεως παρὰ τῶν αἱρετικῶν τεταραγμένην ἔπαχον μὴ εἰς τὸ ὑγιὲς ἀποκατασθῆναι χαρεῖν· τοῦτο δὲ οὐ μόνον ἐξ αὐτοῦ ἔργου τῆς μακαρίας συναινέσεως, ἀλλὰ γὰρ B καὶ ἐκ τῶν ἐπιστολῶν τῶν ἐμῶν ἃς μετὰ τὴν ἐπάνοδον τῶν διαφερόντων μοι πρὸς τὸν b τῆς Κωνσταντινουπολιτῶν ἐπίσκοπον διεπεμψάμην, δύνασθε καταμαθεῖν· εἴπερ τοῦ ἀποστολικοῦ θρόνου τὴν ἀπόκρισιν φανερῶσαι c ἐβουλήθην. ἵνα τοίνυν μὴ διὰ τῶν κακοθελῶν ἑρμηνευτῶν ἀμφίβολον δόξῃ, πότερον d συνόδῳ τῇ ἐν Χαλκηδόνι διὰ τῆς ὁμοφωνίας ἡμῶν περὶ τῆς πίστεως τετύπωται, ταῦτα πρὸς πάντας τοὺς ἀδελφοὺς ἡμῶν καὶ συνεπισκόπους, οἵτινες ἐν τῇ προλεχθείσῃ συνόδῳ γεγόνασι, γράμματα ἐξαπέσταλκα, ἅτινα ὁ ἐπίδοξος, καὶ φιλανθρωπότατος βασιλεὺς, καθὼς ᾔτησα, εἰς γνῶσιν ὑμετέραν πέμψαι κατὰ τὸν ἔρωτα τῆς καθολικῆς πίστεως κατα- C

A 3 LEO Episcopus, sanctæ SYNODO apud Calchedonem habitæ.

CAP. I. Suspicionem non receptæ a se Synodi removet S. Leo ex pristino unitatis amore, ex consensionis effectu, ex suis epistolis.

OMnem quidem fraternitatem vestram nosse non ambigo, 4 definitionem sanctæ Synodi, quæ ob confirmationem fidei in Calchedonensi civitate celebrata est, toto corde me fuisse complexum: quia nulla sinebat ratio, ut qui unitatem catholicæ fidei dolebam ab hæreticis fuisse turbatam, non exultanter in integrum rediisse gauderem. Hoc autem non solum ex ipso beatissimæ consensionis 5 effectu, sed etiam ex B epistolis meis, quas post reditum meorum ad Constantinopolitanæ urbis Antistitem dedi, potuissetis agnoscere, si vobis responsionem Sedis apostolicæ manifestare voluisset. 6 * Ne ergo per malignos interpretes dubitabile videatur, utrum quæ in Synodo Calchedonensi per unanimitatem vestram de fide statuta sunt, 7 approbem, hæc ad omnes fratres & Coepiscopos nostros, qui prædicto Concilio interfuerunt, scripta direxi, quæ gloriosissimus & clementissimus Princeps, sicut 8 poposci, in notitiam vestram mittere pro catholicæ fidei amore dignabitur: ut & fraterna universitas, & omnium fidelium corda cognoscant, me non C solum per fratres, qui 9 vicem meam executi

* Hæc refert Pelag. II. ep. 2. ad Episcopos Istriæ.

Gesta synodalia de rebus fidei Leoni probata.

BALLER. NOTÆ.

a Hæc particula δὲ huic loco importunissima, ideoque delenda, aut in δὴ commutanda.

b Lege aut τῶν Κωνσταντινουπολιτῶν, aut τῆς Κωνσταντινουπόλεως. c Leg. ἐβουλήθη.

d Locus mutilus & corruptus, quem sic redintegres: *ἅπερ ἐν τῇ συνόδῳ τῇ ἐν Χαλκηδόνι διὰ τῆς ὁμοφωνίας ὑμῶν, περὶ τῆς πίστεως τετύπωται, ἐπικυρῶ, ταῦτα*, &c.

1 Exstat in MSS. coll. V. XI. XII. XVII. XVIII. XIX. XXI. usque ad XXIV. & in Sichardi codice, ac in præstantissimo Vat. 1322. Græcam præterea interpretationem ex cod. Vat. Græco 1455. erutam nunc primum proferimus.

2 In tabula coll. v. cap. 92. hic titulus legitur: *Ad Synodum Calchedonensem, ut ea tantum valeant, quæ de fide contra Eutychen decreta sunt: cetera effætanda.* In integris MSS. coll. Calchedonensis XVII. ex editione Rustici, is hanc inscriptionem præfixit: *Epistola sanctissimi & beatissimi atque apostolici, Dei gratia per omnia pleni Leonis Papæ, omnia gesta sanctæ Calchedonensis Synodi firmans, & sola illa infringens, quæ per ambitionem Constantinopolitanorum gesta sunt contra Nicæni statuta Concilii. Quæ subjecta epistola respondit ad relationem sanctæ Synodi supra scriptam*: quam ille antea præmiserat, nos autem dedimus ep. 98.

3 Ex versione Græca *Leo Archiepiscopus Romæ*. In editionibus Leonis Quesnello anterioribus, & apud Sichardum primus quidem titulus sic præfertur: *Epistola ad Juvenalem & ceteros Episcopos, qui in sancta Synodo Calchedonensi congregati fuerunt, directa*: at inscriptio exhibetur, ut in textu. MSS. coll. XXIV. in priori titulo Juvenalis nomen omittunt. Alii plerique codd. solam inscriptionem exhibent.

4 MSS. coll. Calchedon. Ratisp. & Vat. coll. XI. *definitiones*, sicut etiam in epistola sequenti cap. 1. Mox *sanctæ fidei* in Vat. 1322.

5 Hanc lectionem, de qua Quesnellus not. 2. nostri quoque codices approbant. Solum quædam editiones, forte errore typographorum, *affectu*.

6 In Rustici codicibus additur: *Sed quia in eisdem litteris ea, quæ per occasionem Synodi male sunt attentata, reprehenderam; maluit prædictus Antistes meam gratulationem tacere, quam suum ambitum publicare. Ne ergo* &c. Nos quinque Rustici codices vidimus Chig. 483. tres Vatt. 1323. 4166. & 5405. ac vetustissimum Veron. 57. & in omnibus hanc additionem invenimus. Duos alios codices ejusdem Rustici Corbejensem ac Divionensem cum eodem additamento allegat Baluzius, qui tamen fatetur, *ista verba, quamvis consequenter scripta, divisa tamen ac separata esse a textu epistolæ in antiquis exemplaribus*. Addita ergo videntur a Rustico in marginali notatione, ex qua dein irrepserunt in textum. Sumpsit vero illa ex sequenti epistola 115. quam ejus collectio non præfert. In omnibus autem MSS. diversarum collectionum hæc verba desunt: immo prætermittuntur etiam in Græca versione, quæ ex originali in Orientem misso derivat, nec non in antiquissimo Vat. cod. 1322. qui licet Calchedonensem Synodum ex editione, non tamen integra, Rustici exhibeat; hanc tamen epistolam non recepit ex Rustico: affertur enim hæc in principio codicis, quod alio charactere exaratum, cum editione Rustici nihil commune habet. Vide not. 3. Quesn.

7 Apud Pelagium II. ep. 2. ad Episcopos Istriæ *approbarim*.

8 Ita cum Pelagio II. omnes nostri codd. excepto Vat. 1322. qui cum editis ante Quesn. *poposcit*. Confer notam ejus 4.

9 Codd. coll. XVII. Calch. tum nostri tum Baluzii *vices meas*.

uti sunt, sed etiam per approbationem gestorum synodalium, propriam vobiscum [10] unisse sententiam: in sola videlicet caussa fidei, quod sæpe dicendum est, propter quam generale Concilium, & ex præcepto [11] christianorum Principum, & ex consensu apostolicæ Sedis placuit congregari: [12] ut damnatis hæreticis, qui corrigi noluissent, nulla penitus resideret de vera Domini nostri JESU CHRISTI Incarnatione dubitatio. Unde si quis [13] umquam ausus fuerit vel Nestorii tueri perfidiam, vel Eutychis ac Dioscori impium dogma defendere, a Catholicorum communione resecetur: nec habeat ejus corporis participationem, cujus abnegat veritatem, [14] fratres carissimi.

CAP. II. Disciplina per Nicænos canones stabilita inviolabilis.

De custodiendis quoque sanctorum Patrum statutis, quæ in Synodo Nicæna inviolabilibus sunt fixa decretis, observantiam vestræ sanctitatis admoneo, ut jura Ecclesiarum, sicut ab illis CCCXVIII. Patribus divinitus [15] inspiratis sunt ordinata, permaneant. Nihil alienum [16] improbus ambitus concupiscat, nec per alterius imminutionem suum aliquis quærat augmentum. Quantumlibet enim [17] extortis assentationibus sese instruat vanitatis elatio, & appetitus suos Conciliorum æstimet nomine roborandos, infirmum atque irritum erit quicquid a prædictorum Patrum canonibus [18] discreparit. Quorum regulis * apostolica Sedes quam reverenter utatur, scriptorum meorum, quibus Constantinopolitani Antistitis conatus repuli, poterit sanctitas vestra lectione cognoscere, [19] & me auxiliante Domino catholicæ fidei & paternarum [20] constitutionum esse custodem. Data duodecimo Kalendas Aprilis, OPILIONE viro clarissimo Consule.

Canonum quæ reverentia apud Sedem Apost.

* ep. 106.

A ξιώσει· ὡς ἂν ϗ πάντες οἱ ἀδελφοὶ, ϗ πάντων τῶν πιστῶν αἱ ψυχαὶ μάθοιεν ἐμὲ μὴ μόνον διὰ τῶν διακόνων μου, οἵτινες ἐτοποτήρησαν, ἀλλὰ γὰρ ϗ διὰ τῆς συναινέσεως τῶν συνοδικῶν ὑπομνημάτων τὴν ἰδίαν μου ὑμῖν ἑνῶσαι γνώμην. ἐν μόνῃ δηλαδὴ τῆς πίστεως αἰτίᾳ (ὅπερ πολλάκις λεκτέον ἐστὶ) δι᾽ ἣν τὸ γενικὸν συνέδριον ϗ ἀπὸ προστάγματος Χριστιανῶν βασιλέων, ϗ ἀπὸ συναινέσεως τοῦ ἀποστολικοῦ θρόνου ἤρεσε συναθροισθῆναι· ὡς ἂν κατακριθέντων τῶν αἱρετικῶν, οἵτινες διορθωθῆναι οὐκ ἠνέχοντο μηδεμιὰ περιλιμπάνηται ἀμφιβολία περὶ τῆς
B ἀληθοῦς τοῦ δεσπότου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ σαρκώσεως. Ὅθεν εἴτις ποτὲ τολμήσει τὴν Νεστορίου ἀπιστίαν ἀσφαλίζεσθαι, ἢ Εὐτυχοῦς, ἢ Διοσκόρου, τὸ ἀσεβὲς δόγμα ἐκδικεῖν, ἀπὸ τῆς τῶν καθολικῶν κοινωνίας ἀποκοπείη, μήτε ἐχέτω τούτου τοῦ σώματος κοινωνίαν, οὗτινος ἤρνηται τὴν ἀλήθειαν, ἀδελφοὶ τιμιώτατοι. περὶ τοῦ φυλαχθῆναι ὁμοίως τῶν ἁγίων πατέρων τοὺς κανόνας. οἵτινες ἐν τῇ τῆς Νικαέων συνόδῳ ἀτρέπτοις δόγμασι συντέθεινται, τὴν παρατήρησιν τῆς ἡμετέρας ἁγιωσύνης ὑπομιμνήσκω, ὅπως τὰ δίκαια τῶν ἐκκλησιῶν καθὼς παρ᾽ ἐκείνων
C τῶν τριακοσίων δέκα ϗ ὀκτὼ πατέρων θεόθεν ἐμπνευσθέντων τετύπωται διαμείνοιεν· μηδὲν δὲ ἡ ἀναιδὴς ἀμβιτίων ἐπιθυμήσοι, μήτε δι᾽ ἐλαττώσεως ἑτέρου αὔξησίν τινα e ἑαυτῷ περιποιῆσαι θελήσειε, ἐφ᾽ ὅσον γὰρ δήποτε ἀποσπασθεισῶν συναινέσεων ἑαυτὴν f τῇ τῆς ματαιότητος ὑπεροψίᾳ ὠχύρωσε, ϗ τὰς ἰδίας ἐγχειρήσεις τῷ τῶν συνεδρίων ὀνόματι οἴεται βεβαιοτέρας, ἀνίσχυρον, ϗ ἀβέβαιον ἔσται πᾶν ὁτιοῦν ἀπᾴδει τῶν κανόνων τῶν προλεχθέντων g· ὁ ἀποστολικὸς θρόνος σεπτῶς κέχρηται ταῖς ἐμαῖς γραφαῖς, δι᾽ ὧν τῷ Κωνσταντινουπόλεως ἐπισκόπῳ, τὰς ἐπιχειρήσεις παρωσάμην, δυνήσεται ἡ ὑμετέρα
D ἁγιωσύνη διὰ τῆς ἀναγνώσεως μαθεῖν, ἐμὲ βοηθείᾳ τοῦ Θεοῦ ἡμῶν ϗ τῆς πατρικῆς πίστεως ϗ καθολικῶν κανόνων εἶναι φύλακα.

EPI-

BALLER. NOTÆ.

e Leg. & Lat. ἑαυτῷ τις.

f Hoc mendum evidens: Corrige, ἡ τῆς ματαιότητος ὑπεροψία.

g Quam implexus corruptusque sit hic locus nemo non videt: sic restituere possis: ὧν ὑφηγήσεσιν ὡς σεπτῶς ὁ ἀποστολικὸς θρόνος κέχρηται, τῶν ἐμῶν γραφῶν, δι᾽ ὧν τοῦ Κωνσταντινουπόλεως ἐπισκόπου τὰς ἐπιχειρήσεις παρωσάμην, δυνήσεται, &c. τῶν paullo post pro ἐμὲ lege ϗ ἐμέ.

10 Sic cum MS. Grim. etiam Ratisp. & codd. Rustici. Alias *iniisse*. Pelagius hunc locum similiter legisse traditur a Quesnello nota 5. Sane Romana editio & ceteræ, quæ postea prodierunt ante Labbeum, habent *iniisse*, sicut *iniisse* etiam legitur in ep. 3. ejusdem Pelagii, ubi idem Leonis testimonium inseritur. At Baronius, qui primus hanc Pelagii epistolam ex codice Nicolai Fabri edidit, & Labbeus, qui veterem lectionem revocavit, sic expresserunt hunc locum, ut in eodem codice Fabri, postea Colbertino 4064. Baluzio teste, scribitur *vobiscum munisse*: cui lectioni affinis est illa ipsius epistolæ Leonis expressa in Vat. 1322. *vobis communisse*; ubi postrema syllaba *cum* vocis *vobiscum* perperam mutata in *com* peperit *communisse*: quo errore emendato, ut par est, detegitur vera laudatorum codicum lectio *vobiscum unisse*, quam etiam Græca interpretatio confirmat.

11 Cod. Ratisp. cum Pelagio II. *Christianissimorum*.

12 Editi ante Quesn. deleto *ut* habebant *damnatis hæreticis, qui si corrigi voluissent*. Emendationem Quesnelli ex MS. Grimanico nostri codd. coll. Calched. Ratisp. & Vat. 1322. ac alius Vat. coll. XI. approbant. Vindebon. coll. V. pariter suffragatur: solum enim ante verbum *corrigi* addit *sic*.

13 Cod. Ratisp. *usquam*. Paullo post *secernetur* pro *resecetur* in MSS. coll. Calched. tum nostris tum Baluzii.

14 In antiquioribus vulgatis Leonis, sicut & in MSS. coll. XXIV. deerant voces *fratres carissimi*, quas alii codices & editi præferunt, sicut etiam interpretatio Græca.

15 Iidem vulgati Leonis cum Vindeb. coll. V. & MSS. coll. XI. ac XXIV. *inspirata sunt, ordinata permaneant*. Lectionem Conciliorum a Quesnello receptam ex MS. Grimanico & codd. Calched. atque Facundo, etiam Ratisp. & Græca versio exhibent.

16 Apud Facundum *improbe concupiscat*.

17 Vat. 1322. *exortis assentationibus sic instruat*, quam lectionem vulgati Leonis Quesnello antiquiores secuti cum MSS. coll. XI. & XXIV. solum pro *sic* habent *se se*. Mox *ut appetitus* legitur in Ratisp. Sed in aliis epistolis consensus extortus traditur, ac præsertim ep. 105. cap. 2. *Et quorumdam consensum suum præbuisse dicitur extorta subscriptio*. Quesnellus in margine *Isid. Merc. extortis assensionibus*.

18 MSS. Vatt. 1322. & 3971. *discreparet*.

19 Ratisp. & codd. coll. Calch. concinente Græca versione, transposita conjunctione &, sic præferunt: *me, auxiliante Deo nostro, & catholicæ fidei*. Similiter editiones Leonis ante Quesn. quæ solum retinent *Domino*.

20 Ita Quesn. ex Grim. Barb. & Vict. ac Facundo; & similiter editiones Concil. quibus suffragantur omnes nostri codd. & Græca versio, in qua *canones* appellantur, & adjectiva sic transferuntur *paterna fidei, & catholicorum canonum*. Ceteræ editiones Leonis *paternarum traditionum*.

EPISTOLA CXV. *

* Alias LXXXIX. Quæ autem antea 115.ª erat, nunc 145. 21. Martii an. 453.

1 Ad MARCIANUM Augustum.

SYNOPSIS.

I. De pace Ecclesiæ reddita, compressis hæreticorum reliquiis, & Anatolio increpato gratias agit.
II. De Monachis a Marciano cohibitis, & approbatione Calchedonensis Synodi per se ad Episcopos missa.

Τῷ ἐνδοξοτάτῳ, καὶ φιλανθρωποτάτῳ υἱῷ Μαρκιανῷ A Αὐγούστῳ, Λέων ἀρχιεπίσκοπος Ῥώμης.

ΠΟλλή μοι αἰτία χαρᾶς γίνεται ἐν πᾶσι τοῖς γράμμασι τῆς σῆς ἡμερότητος· καὶ γὰρ ἐκ μεγίστης φιλανθρωπίας τῆς θείας προνοίας τοῖς πράγμασί a τε τοῖς ἀνθρωπίνοις παρεσχημένων εὑρίσκω, ὅτιπερ τῇ ἐκκλησιαστικῇ εἰρήνῃ b, καὶ ἑνώσει κατὰ τὸ εὐαγγελικὸν κήρυγμα φυλάττεσθαι εὐσεβεῖ σπουδῇ βοηθεῖν καταξιοῖς, ὡς ἂν τῆς ὑμετέρας πίστεως ἡ δόξα μὴ μόνον ἐπὶ τῇ τῶν δημοσίων διοικήσει, ἀλλὰ καὶ ἐπὶ ταῖς ἐκκλησιαστικαῖς πρά- B ξεσιν αὐξηνθείη, ἐνδοξότατε, καὶ φιλανθρωπότατε υἱὲ, αὐτοκράτωρ Αὔγουστε. Ὅθεν ἀφράστους τῷ Θεῷ χάριτας ὁμολογῶ, ὅστις ἐν τούτῳ τῷ καιρῷ, ἐν ᾧ τῶν αἱρετικῶν τὰ σκάνδαλα ἐγείρεσθαι προεγίνωσκεν, ὑμᾶς ἐν τῇ βασιλείᾳ καθίδρυσεν, ἐν οἷς εἰς σωτηρίαν τοῦ παντὸς κόσμου, καὶ ἡ βασιλικὴ δύναμις, καὶ ἡ ἱερατικὴ ἀνθεῖ σπουδή. Καὶ γὰρ ὁπότε ἐξαιρέτῳ ὑμῶν ἔργῳ γεγένηται, ὥστε συνόδου κα- C τακεκριμένων τῶν ἐκδικούντων τὸ δυσσεβὲς δόγμα πάσας τὰς δυνάμεις ἡ ἱερόσυλος πλάνη ἀπολέσει, εἰς νίκην τῆς αὐτῆς ἀνῆκε c διαθέσεως, εἰ τὸ κακὸν, ὅπερ ἐν τοῖς ἰδίοις ἡγεμόσιν d εὑρίσκεται, καὶ παρ' οἵοις δήποτε ἑτέροις ἐξαλειφθείη· ὅπερ εὐχερέστερον ἡ σὴ γαληνότης ὑπολαμβάνει e πληροῦν, εἰ ἀνὰ πάσας τὰς ἐκκλησίας τοὺς τύπους τῆς ἁγίας συνόδου τῆς ἐν Χαλκηδόνι τῷ ἀποστολικῷ θρόνῳ ἀρέσαι διδαχθείη· περὶ οὗ οὐδὲ ὑπόνοια ἐγένετο ἀμ- D φιβολίας, ὁπότε τῇ πίστει ταύτῃ πάντων ὑπογρα-

3 LEO Episcopus MARCIANO Augusto.

CAP. I. Est epist. 120.

MUlta mihi in omnibus clementiæ vestræ * litteris caussa 4 gaudendi est, dum ex magna divinæ providentiæ misericordia 5 præstitum humanis rebus experior, quod ecclesiasticam pacem, quæ non nisi unitate prædicationis evangelicæ custoditur piissimo studio juvare dignamini: ut fidei vestræ gloria non solum utilitate reipublicæ, sed etiam religionis profectibus augeatur, 6 gloriosissime Auguste. Unde ineffabiliter Deo gratias ago, 7 qui eo tempore, quo oboritura hæreticorum scandala præsciebat, vos in imperii fastigio collocavit: in quibus ad totius mundi salutem, & 8 regia potentia, & sacerdotalis vigeret industria. Nam cum vestro præcipue opere sit effectum ut per synodale Concilium damnatis impii dogmatis defensoribus, omnes vires sacrilegus error amitteret, ad ejusdem devotionis pertinet palmam, si malum, quod in suis ducibus est oppressum, etiam in quibuscumque reliquiis deleatur. Quod facilius clementia vestra 9 arbitratur implendum, si per universas Ecclesias definitiones sanctæ Synodi Calchedonensis apostolicæ Sedi placuisse doceantur. De quo quidem ratio non fuit ambigendi, cum ei fidei omnium 10 subscribentium consensus accesserit, quæ a me secundum formam apostolicæ doctrinæ ac paternæ traditionis emissa est; & per fratrem meum LUCIANUM Episcopum 11 talia & ad Glo-

De Synodi confirmatione per Sed. Apo. stol.

BALLER. NOTÆ.

a Melius hinc abesset pronomen τὲ.
b Locus corruptus, cui sic mederi possis: ἢ οὐκ ἄλλως εἰ μὴ τῇ ἑνώσει τοῦ εὐαγγελικοῦ κηρύγματος φυλάττεται, &c.
c Al. προθέσεως. d Aut post εὑρίσκεται deest aliquid, puta καταβληθὲν vel quid simile, aut longe aliter, quam nos, interpres legit. e Forte, πληρωθησόμενον.
1 Exstat in MSS. coll. Hisp. Isid. XI. XII. XVIII. XIX. & XXI. usque ad XXIV. ac in exemplari Sichardi. Græcam interpretationem eruimus ex MS. Vat. Græco 1455.
2 In coll. Hisp. hic titulus legitur: *Ubi gratias agit, quod per Calchedonense Concilium pax Ecclesiæ catholicæ reddita sit.*
3 Ex. Græca versione: *Gloriosissimo & clementissimo filio Marciano Augusto Leo Archiepiscopus Romæ.*
4 Ita codd. Grim. & Ratisp. Vindeb. Hisp. *gaudens*, mendose. Hinc prodiit emendatio, quæ in aliis codd. & editis ante Quesn. invenitur *gaudii.*
5 Vulgati Leonis ante Quesn. per errorem nullo nostro codice suffragante *præstitutum*. Mox pro *experior* in Vat. Hisp. Isid. aliisque inde profectis *exstat.*
6 Alias in antiquis editionibus *gloriosissime imperator*. Ex Græca autem versione sic: *Gloriosissime & clementissime fili, & Imperator Auguste.* Cod. Ratisp. hæc omnia omittit.
7 MS. Vindeb. Hisp. *quod eo.* 8 Vide not. 1. Quesn. & in eam observationem nostram.
9 Vulgati antiqui cum Sichardo *arbitretur.*
10 Vindebon. Hisp. cum MS. Vat. coll. XXIV. *subscribendum*, male. Hic error in Vat. Hisp. originis Gallicanæ emendatus fuit minus recte *subscribendo*, quæ lectio ab Isidoro & in aliis codd. exinde proficiscentibus suscepta, in editiones Quesnello anteriores transiit. Veram lectionem suppeditarunt codd. Grim. & noster Ratisp. quibus Græca versio concinit. Dein in vulgatis antiquis *quæ ad me*, perperam; nam de fide a Leone emissa in epistola 28. ad Flavianum, & omnium Episcoporum subscriptionibus recepta sermo est. Emendationem Quesnelli ex Grim. inductam confirmant nostri codices Vindebon. Hisp. Ratisp. & Vat. coll. XXIV. nec non interpretatio Græca. Vide not. 2. Quesn.
11 Ratisp. omittit *talia*, & pro *Episcopum* cum Vindebon. Hisp. habet *Antistitem*. De Luciano autem vide not. 3. Quesn.

Gloriam vestram, & ad Constantinopolitanum Episcopum * scripta direxerim, quæ evidenter ostenderent, me ea quæ de fide catholica in prædicta Synodo definita fuerant, approbare. 12 Sed quia in eisdem litteris ea, quæ per occasionem Synodi male sunt attentata, reprehenderam, maluit prædictus Antistes meam gratulationem tacere, quam suum ambitum publicare. Mihi autem multum fiduciæ, Deo per vos operante, collatum est, quod probasse vos observantiam meam de custodia canonum paternorum, pietatis vestræ affatibus 13 indicastis. Et merito geminatur gaudium meum, cum vobis religiosissime placere cognosco, ut & 14 fides Nicæna suam teneat firmitatem, & privilegia Ecclesiarum illibata permaneant.

* ep. 104. & 106.

Custodia canonum laudata ab Augusto in Episcopo Rom.

CAP. II.

Quamvis autem de præclaro fidei vestræ opere nihil vestra pietas indicarit, mihi tamen per veneratorem 15 una mecum specialiter vestrum, fratrem meum JULIANUM Episcopum innotuisse significo, quam pio dignati fueritis responso imperitorum monachorum animos 16 & cohibere pariter & docere: ut, si illos non penitus deseruit divina 17 miseratio, sentiant se & didicisse quod credant, & agnovisse quod timeant. Quia vero omnibus modis obediendum est 18 pietatis vestræ religiosissimæ voluntati, constitutionibus synodalibus, quæ mihi de confirmatione fidei catholicæ, & 19 de hæreticorum damnatione placuerunt, libens adjeci sententiam meam: quæ ut ad notitiam omnium Sacerdotum Ecclesiarumque perveniat, vestræ clementiæ præceptio ordinare dignabitur. Adfuturam credo & spero gratiam Dei, quæ tam sanctam tanti Principis curam, plenissimum desiderii sui fructum faciat obtinere, ut omnibus dissentiendi occasionibus amputatis, apostolicæ ubique doctrinæ pax regnet & veritas. Fratri

A ψάντων ἡ f σύνεσις g προτέθειται, ἥτις παρ' ἐμοῦ κατὰ τὸν τύπον τῆς ἀποστολικῆς διδασκαλίας, καὶ τῆς πατρικῆς παραδόσεως ἐξεπέμφθη, καὶ διὰ τοῦ ἐμοῦ ἀδελφοῦ Λουκιανοῦ τοῦ ἐπισκόπου τοιαῦτα καὶ πρὸς τὴν σὴν ἐνδοξότητα καὶ πρὸς τὸν τῆς Κωνσταντινουπόλεως ἐπίσκοπον ἐξαπέσταλται γράμματα, δι' ὧν ἐναργέστατα δείκνυται ἐμὲ τῶν περὶ τῆς καθολικῆς πίστεως ἐν τῇ προλεχθείσῃ συνόδῳ τυπωθέντων ἔχεσθαι. Ἀλλ' ἐπείπερ ἐν τοῖς αὐτοῖς γράμμασι τὰ διὰ τὴν τῆς συνόδου ἀφορμὴν κακῶς ἐπιχειρηθέντα h διαβεβλήκει, μᾶλλον ἠθέλησεν ὁ προλεχθεὶς ἐπίσκοπος τὴν ἐμὴν εὐχαριστίαν σιωπῆσαι, ἤπερ τὴν i ἐμὴν ἀμβιτίονα δημοσιεῦσαι· ἐμοὶ δὲ πολλὴ παῤῥησία, τοῦ Θεοῦ δι' ὑμῶν παρέχοντος, συνεισυνέχθη, ὅτιπερ ἀποδέξασθαι ὑμᾶς
B τὴν ἐμὴν ἀσφάλειαν, ἣν τοῖς πατρικοῖς κανόσι φυλάττω, τῆς ὑμετέρας εὐσεβείας τοῖς γράμμασιν ἐμηνύσατε. καὶ δικαίως διπλασιάζεταί μοι ἡ χαρὰ, ὁπότε ὑμῖν, ὦ ἐνδοξότατε βασιλεῦ, ἀρέσκειν γινώσκω, ὡς ἂν καὶ ἡ ἐν Νικαίᾳ πίστις τὴν ἰδίαν κατάσχοι k πίστιν, καὶ τὰ προνόμια τῶν ἐκκλησιῶν ἀσάλευτα διαμείνοιεν· εἰ καὶ τὰ μάλιστα δὲ περὶ τοῦ λαμπροῦ ἔργου τῆς ὑμετέρας πίστεως οὐδέν μοι ἡ σὴ εὐσέβεια ἐμήνυσεν, ὅμως ἐμοὶ διὰ τοῦ σέβοντος ὑ-
C μᾶς ἰδικῶς μετ' ἐμοῦ τοῦ ἐμοῦ καὶ συνεπισκόπου καὶ ἀδελφοῦ Ἰουλιανοῦ δεδηλῶσθαι σημαίνω, ὡς εὐσεβεῖ l κατηξιωσάτο ἀποκρίσει τῶν ἀπείρων Μοναχῶν τὰς ψυχὰς καὶ ἐπισχεῖν ὁμοῦ, καὶ διδάξαι, ὥστε m μὴ πάντη αὐτοὺς ἡ θεία φιλανθρωπία καταλέλοιπεν, αἰσθάνεσθαι, καὶ δεδιδάχθαι αὐτοὺς ὅπερ πιστεύουσιν. καὶ εἰδέναι, ὅπερ εὐλαβεῖσθαι ὀφείλουσιν. ἐπειδὴ δὲ παντὶ σθένει πείθεσθαι δεῖ τῇ τῆς σῆς εὐσεβείας εὐλαβεῖ προαιρέσει, τοῖς τύποις τῆς συνόδου, οἵτινές μοι περὶ τῆς βεβαιώσεως τῆς καθολικῆς πίστεως, καὶ περὶ τῆς τῶν αἱρετικῶν κατακρίσεως ἤρεσαν, ἡδέως τὴν ἐμαυτοῦ n προτέθεικα γνώμην, ἥτις ὡς ἂν εἰς γνῶσιν πάντων τῶν ἱερέων, καὶ τῶν ἐκκλησιῶν ἔλθοι, τῆς σῆς ἡμερότητος o προσ-
D τάξει τυπῶσαι καταξιώσει. χάριν Θεοῦ p ἔσεσθαι ἐλπίζω, καὶ πιστεύω, ἥτις τὴν οὕτως ὁσίαν τοῦ πιστοῦ βασιλέως φροντίδα τῆς ἰδίας ἐπιθυμίας τοῦ καρποῦ παρασκευάσει ἐπιτυχεῖν. q πρὸς τὸ, πάσης διχονοίας ἀποτμηθείσης, τῆς ἀποστολικῆς πανταχοῦ διδασκαλίας, εἰρήνη, καὶ ἀλήθεια κρατήσει. Τῷ ἀδελ-

BALLER. NOTÆ.

f Leg. συναίνεσις. g προστέθειται. h Leg. διεβεβλήκειν. i Leg. ἑαυτοῦ. k Forte, τὴν ἰσχύν. l Leg. κατηξιώσατε. m Leg. εἰ μή. n προστέθεικα. o Leg. πρόσταξις. p Leg. παρέσεσθαι

q Hæc quidem, ut puto, ab interprete, sed male omnino. Vertere debuerat hoc aut simili modo: ὥστε, πάσης διχονοίας ἀποτμηθείσης τῆς ἀποστολικῆς πανταχοῦ διδασκαλίας εἰρήνην καὶ ἀλήθειαν κρατεῖν.

12 Vat. Hisp. & Isid. *Et quia*.

13 Ita omnes nostri codd. & editiones. Solus Quesnellus *indicatis*. Confer adnot. 3. in ep. 110. Post pauca ex versione Græca, *cum vobis gloriosissime Imperator, placere cognosco*.

14 Licet in Marciani epistola 110. cui nunc Leo respondet, nulla sit expressa Nicænæ fidei mentio; non tamen hinc suspicandum est cum nonnullis, aliquid in ea epistola desiderari. Ad Nicænam enim fidem referuntur illa ejusdem ep. 110. quibus Imperator se sollicitum præbuit pro confirmatione catholicæ fidei contra Eutychianos in Calchedonensi Concilio definitæ, quæ eadem ac Nicæna fides (exactius pro necessitate temporis contra novam hæresim declarata) communi locutione dicebatur. Vide ipsam definitionem Calchedonensem Actione 5. Forte etiam S. Pontifex his verbis respicit Marciani litteras ad Monachos Palæstinos, quas a Juliano Coensi transmissas una cum Imperatoris epistola acceperat: in ipsis enim Nicæna fides a Patribus Calchedonensibus confirmata & explicata traditur. Confer tom. 4. Concil. Venetæ editionis pag. 1803.

15 Voces *una mecum* Quesnellus omisit: restituimus ex nostris MSS. ac præsertim ex Vindebon. Hisp. & Græca versione, quibus accedit Ratisp. præferens *mecum*.

16 Particulam *&* ex Ratisp. & Græca versione adjecimus. Indicantur autem Imperiales litteræ contra tumultuantes Palæstinæ Monachos editæ, quæ gestis Calchedonensibus subjiciuntur tom. 4. pag. 1798.

17 Sic Ratisp. & MSS. coll. XI. & XXI. Alias *misericordia*. Codd. Vat. Hisp. & Isid. *miseratio, sciant se & didicisse*.

18 Iidem codd. Vat. Hisp. & Isid. aliique inde profecti cum editis ante Quesn. *Pietati vestra & religiosissimæ voluntati*. Vindebon. Hisp. Grim. & Ratisp. cum Græca versione, ut in textu.

19 Vide not. 4. Quesn.

δελφῷ τῷ ἐμῷ Ἰȣλιανῷ τῷ ἐπισκόπῳ γινωσκέτω με ἡ σὴ γαληνότης τȣ̃το ἰδικῶς προσεπιχέναι, ἵνα εἴτι δηποτȣ̃ν αὐτόθι εἰς παραφυλακὴν τῆς πίστεως ἀνήκειν δοκιμάσει, ἐμῷ ὀνόματι τῇ ὑμετέρᾳ εὐσεβείᾳ θαῤῥῶν [1] ὑποβάλλει· ἐπειδὴ ὁμολογȣμένως ἐπίσαμαι εἰς πάντων τȣ́των διόρθωσιν, καὶ ἐκδίκησιν, τȣ̃ Θεȣ̃ ἐπιζέποντος, ὑμᾶς [s] ἐπαρκεῖν.

A autem meo JULIANO 20 Episcopo noverit vestra clementia hoc me proprie delegasse, ut quicquid illic ad custodiam fidei pertinere probaverit, meo nomine vestræ fiducialiter suggerat pietati: quoniam certus sum, vos ad hæc omnia 21 emendanda vel defendenda, Deo auxiliante, sufficere. Data duodecimo Kalendas Aprilis, OPILIONE viro clarissimo Consule.

Quibus terminis definiatur Juliani delegatio.

* Alias. XC. Quæ autem antea 116. erat, nunc 46. et. Martii an. 453.

EPISTOLA CXVI. *

1 Ad PULCHERIAM Augustæ

SYNOPSIS.

I. *Pro vigore fidei, & sanctionibus contra rebelles Monachos editis gratias agit.*

II. *Se ad Calchedonenses Episcopos litteras dedisse consensus sui testes.*

LEO Episcopus PULCHERIÆ Augustæ.

CAP. I.

QUamvis nullas nunc litteras tuæ pietatis acceperim, scribente tamen gloriosissimo Principe, non aliter dignatione ipsius sum gavisus, quam si mihi etiam tuæ Serenitatis redderentur alloquia. Unde 2 consuetudinem debiti a me officii oportuit custodiri, qua me significarem clementiæ vestræ salute gaudere, & incessabilibus a Deo precibus postulare, ut vos, & Romanæ Reipublicæ, & catholicæ Ecclesiæ in omni prosperitate conservet. De vigore autem fidei vestræ, 3 qua indesinenter Domino sacrificium laudis offertis, quantas Deo gratias agam, enarrare non valeo: quoniam Principibus temporis nostri non solum potentiam regiam, sed etiam sacerdotalem cognoscimus inesse 4 doctrinam. Indicante enim fratre meo JULIANO Episcopo, pervenerunt ad nos in exemplaribus præceptionum vestrarum saluberrimæ sanctiones, quibus insanam imperitiam Monachorum dignati estis parcendo plectere, & docendo punire: ut, si eos ad pœnitentiam miseratio divina converterit, multis lacrymis, & a nefandis cædibus, & ab hæreticorum blasphemiis diluantur.

Gratiæ necessitas ad pœnitentiam.

CAP. II.

Quod vero piissimus Imperator ad omnes Episcopos, qui Calchedonensi Synodo interfuere, voluit me * scripta dirigere, quibus ea quæ illic de fidei regula sunt definita, firmarem, libenter implevi; ne fallax cujusquam simulatio sententiam meam haberi vellet incertam: cum per Constantinopolitanum Episcopum, cui lætitiam meam largiter indicavi, in omnium potuerit notitiam pervenire, quod * scripseram, nisi maluisset meum gaudium tacere, quam repulsam sui ambitus publicare. Fratri & Coepiscopo meo JULIANO, cui sollicitudinem meam in caussa fidei delegavi, rogo ut eam fiduciam præbere dignemini, qua pietati vestræ possit quæ universali Ecclesiæ sint profutura, suggerere. Data duodecimo Kalendas Aprilis, OPILIONE viro clarissimo Consule.

* ep. 114.

Leonis sententia de Synodo Calch. requisita. * ep. 106.

* Alias LXXXVIII. Quæ autem antea 117. erat, nunc 136 21. Martii an. 453.

EPISTOLA CXVII. *

1 Ad JULIANUM Episcopum Coensem.

SYNOPSIS.

I. *Se ut Imperatori satisfaceret & occasionem hæreticis auferret, ad Episcopos Calchedonenses de consensu suo litteras dedisse.*

II. *De Monachis edicto Marciani repressis, & Archimandritis Pulcheriæ responsione increpatis.*

III. *De Eudocia a Leone monita ex secreto Imperatoris mandato.*

IV. *Aetii dejectionem patienter habendam esse, ne aliarum Ecclesiarum regimini se immiscens mensuram propriam videretur excedere.*

V. *Anatolium ab Illyricianis subscriptionem in sui ambitus patrocinium elicere voluisse. De epistola ad Calchedonenses Episcopos scripta.*

LEO JULIANO Episcopo.

CAP. I.

QUam vigilanter, quamque devote pro catholica fide fraternitas tua excubet, litterarum tuarum textus ostendit, quibus 2 instruentibus multum mea sollicitudo relevatur; accedente religiosi Imperatoris religiosissima pietate, quam evidenter apparet ad universalis Ecclesiæ firmamentum a Domino præpara-

---

BALLER. NOTÆ.

r Leg. ὑποβάλλοι, ὑποβάλλῃ.

s Leg. ἐπαρκεῖν.

20 Ratisp. MS. delet *Episcopo*.

21 Codd. Grim. & Thuan. a Quesn. laudati, & unus noster coll. XXI. *emundanda*. Mox Ratisp. omittit *Deo auxiliante*.

1 Hanc epistolam relegimus cum MS. Ratisp. coll. XIX. & cum Veneto S. Marci coll. XII. in quibus collectionibus tantum eam reperire licuit.

2 Vulgati cum MSS. coll. XII. *consuetudinem debitam mei officii oportuit me custodire, per quam significarem clementiæ vestræ, absolute me gaudere*. Locus egregie restitutus ex optimo codice Ratisponensi.

3 Ita idem Ratisp. Al. *quo*.

4 Marcianus scilicet & Pulcheria in litteris adversus Palæstinos Monachos datis, quæ leguntur tom. 4. Concil. edit. Albrit. pag. 1798. & 1819. catholicam fidem optime vindicant. Exemplaria autem earumdem litterarum, quæ hic appellantur, si in commodiorem Leonis intelligentiam latine reddita erant, eam forte præferebant versionem, quam Epiphanius Scholasticus Codici encyclio præmisit.

Nunc est in Append. ad Concil. Calced.

1 Hanc epistolam a Quesnello ex MS. Grim. editam, cum Ratisponensi contulimus.

2 Sic codex Ratisp. Quesnellus ex Grimanico *intervenientibus*.

paratam: ut dum sancto studio pro fide agunt christiani Principes, fidenter pro eorum regno supplicent Domini Sacerdotes. (* Quod ergo necessarium credidit clementissimus Imperator, libenter implevi, ut ad omnes fratres, qui Calchedonensi Synodo interfuerunt, scripta dirigerem, quibus placuisse mihi, quæ a sanctis fratribus nostris de regula fidei confirmata sunt, demonstrarem:) propter eos scilicet, qui ad occasionem velandæ perfidiæ suæ, infirma vel dubia videri volunt statuta Concilii, quæ nulla sunt consensus mei sententia roborata: cum tamen post reversionem fratrum, quos vice mea miseram, ad Constantinopolitanum Episcopum epistolas dederim: ut, si eas publicare voluisset, abunde ex ipsis potuisset agnosci, quanto gaudio ea quæ 3 de fide Synodus sanxerat, approbarem. Sed quia in eisdem continebatur quale responsum accepisset ambitio, ignorari voluit, quod de fraternis constitutionibus sentiebam; ne simul cognosceretur, quod pro inviolabili Nicænorum canonum auctoritate rescripseram. Unde studeat dilectio tua piissimum Principem crebris suggestionibus commonere, ut adjunctis affatibus suis ad singularum provinciarum Sacerdotes deferri apostolicæ Sedis scripta præcipiat; ne ulterius quisquam veritatis inimicus de silentio meo se excusare præsumat.

* Hæc uncis inclusa referuntur in epistola Pelagii PP II. ad Eliam &c. c. 6.

CAP. II.

De edicto autem christianissimi Imperatoris, quo imperita quorumdam Monachorum insania quid mereretur ostendit, & 4 de responsione piissimæ Augustæ, qua Monasteriorum præsules increpavit, multum me gaudere significo; non ignorans hunc ipsis fervorem fidei divina inspiratione conferri, ut 5 omnibus excellentiam ipsorum non solum regii culminis, sed etiam sacerdotalis esse appareat sanctitatis, apud quos ut fraternitati tuæ familiarior esset fiducia, & nunc & antea postulavi, confidens de eorum benevolentia, quod necessariis suggestionibus non difficulter dignabuntur annuere.

CAP. III.

Et quia secretius mihi clementissimus Imperator per filium nostrum Paullum mandare dignatus est, de admonenda filia nostra clementissima Augusta 6 Eudocia; feci quod voluit, ut 7 litteris meis quam fructuosum ipsi foret, si catholicæ fidei faveret, agnosceret, & ut clementissimi 8 Principis filii sui litteris super hoc admoneretur, obtinui: non ambigens ipsam quoque pio studio elaboraturam, ut auctores seditionum propositum suæ professionis agnoscant, & si non intelligunt docentium prædicationem, saltem vindicantium timeant potestatem. Quem itaque profectum hæc nostra cura obtineat, protinus litteris dilectionis tuæ opto cognoscere, & utrum tandem rebellis imperitia conquiescat; quæ si de nostra putat ambigendum esse doctrina, saltem beatæ memoriæ Athanasii, Theophili & Cyrilli Alexandriæ Sacerdotum scripta non renuat: cum quibus ita fidei nostræ forma concordat, ut in nullo a nobis discrepet, qui se illis consentire profitetur.

CAP. IV

Filio nostro Aetio Presbytero in suo mœrore compatimur: & cum in locum officii ejus is fuerit ascitus, qui reprobatione dignus fuerat judicatus, non est dubium hanc commutationem ad Catholicorum injuriam pertinere. Sed patienter interim ista toleranda sunt, ne mensuram 9 moderationis solitæ videamur excedere: cum possit pro tempore satis esse prædicto, quod clementissimorum Principum favore munitur, quibus eum proxime * litteris meis ita commendavi, ut apud religiosissimas mentes gratiam ipsius augendam esse non dubitem.

* ep. 111. 112.

CAP. V. Episcopu[s] ordination[is] nuntius.

Illud etiam nosse te volumus, Anatolium Episcopum post coercitionem nostram in suæ præsumtionis adeo temeritate persistere, ut Illyricianos Episcopos, ut sibi subscriberent, conveniret; quod nobis Episcopus qui a Thessalonicensi 10 ordinationis nuncius missus est, intimavit. 11 Cui ideo scribere noluimus, quamvis ipse hoc peteres debere fieri, quia eum corrigi nolle perspeximus. Duas a pari ad Synodum epistolas feci: unam cui exemplaria epistolæ meæ ad Anatolium Episcopum datæ subdi feci, alteram, quæ exemplaria subdita non haberet; tuo permittens arbitrio, ut quam dandam esse clementissimo Principi duxeris, hanc tradas, altera apud te retenta. Data duodecimo Kalendas Aprilis, Opilione viro clarissimo Consule.

EPISTOLA CXVIII. *

* Alias XCI. Quæ aut[em] antea 118. rat, nunc 1[…] 2. Aprilis 453.

1 Ad eumdem Julianum Coensem Episcopum.

SYNOPSIS.

I. *Nihil se pro caussa fidei & Ecclesiæ omisisse.*
II. *Prædicandi munus solorum Sacerdotum, non Monachorum esse: contra parricidas Alexandrinos Imperatoris zelum accendendum esse.*

Leo

BALLER. NOTÆ.

3 Quesnellus cum Grimanico *de fide sanxerant*. Ratisponensis cod. supplementum & emendationem suggessit.

4 Litteræ Pulcheriæ *responsio* vocantur, quippe quæ libello supplici Monachorum redditæ fuerunt. Vide not. 4. Quesn. Vide adnot. 4. in epistolam præcedentem.

5 MS. Ratisp. *omnem excellentiam*.

6 Ita hoc nomen in Ratisponensi melius scribitur, sicut & in aliis nostris codicibus in titulo epistolæ 123. cujus scribendæ stimulus ex hoc loco cognoscitur. Sermo est de Eudocia Theodosii junioris uxore, quæ in Palæstina degens, Monachis tumultuantibus aliquandiu favit. Quesnellus *Eudoxia*, sicut & in inscriptione epistolæ 123. *Eudoxiæ* ex Grimanico edidit: perperam. Eudoxia enim Valentiniani III. uxor hujus Eudociæ ex Theodosio filia fuit. Quesnellus in postilla marginali. *Nota ex hoc unico monumento, unde Eudoxia* (lege *Eudocia*) *in melius mutata, catholicæ fidei favere cœperit.* Immo ex hoc loco colligitur eam Eutychianis favisse, ita ut hac de causa Imperator ipsam a Leone admonendam duxerit. Enimvero solum resipuit anno 456. post auditam Valentiniani necem, & Eudoxiæ filiæ captivitatem, uti ex Vita S. Euthymii in Analectis Græcis a PP. Benedictinis edita discimus.

7 Hæ ad Eudociam Leonis litteræ desiderantur; neque enim credendæ sunt epistola 123. quæ multo post, idest die 15. Junii scripta fuit.

8 Valentinianum intelligit, cui Eudoxia Eudociæ filia nupserat.

9 Ita Ratisp. MS. Quesnellus ex Grim. perperam *solidationis*.

10 Euxithei Thessalonicensis Episcopi in Anastasii locum subrogati, ad quem Leo dedit ep. 150. ordinatio & ordinationis tempus ex hoc loco dignoscitur.

11 Ad Anatolium hæc referuntur.

1 Invenitur in MSS. coll. XII. XVIII. & XXIV. ac in exemplari Siehardiano.

LEO Episcopus JULIANO Coensi Episcopo.

CAP. I.

Litteras dilectionis tuæ, quas per filium meum virum illustrem 2 ESYCHIUM direxisti, eo tempore accepi, quo recentioribus epistolis tuis * iterata jam occasione responderam. Unde quia etiam in his alloquiis tuis eadem de impiissimis hæreticis justo dolore conquestus es, congruum fuit, quia scribendi opportunitas extitit, non tacere. In caussa itaque fidei, quicquid pro nostro officio 3 agi potuit ac potest, juvante Domino & sollicite & libenter exequimur: ut Evangelio Christi irreprehensibiliter serviamus, ne per desidiam nostram ulla pars Ecclesiæ catholicæ neglecta videatur. Propter quod, sicut omnibus notum est, non destiti laborare, ut manifestata atque defensa Incarnationis dominicæ veritate, omnis fraternitas, quid ubique secundum doctrinam apostolicam, & tenendum & docendum esset, agnosceret, accedente glorisissimorum Principum studio divinitus inspirato, ut in civitate Calchedonensi Synodo congregata, hæretica damnaretur impietas, ne vel quisquam sectator Nestorii, vel ullus discipulus Eutychis liberum possit cum Catholicis habere consortium: cum quod ad sancti Concilii auctoritatem pertinet, nulla usquam remanserit discordia. Si qui autem sua obduratione cæcati, ita in reprobi sensus amentiam transierunt, ut malint furere, quam sanari, ad imperialem pertinet potestatem, ut perturbatores 4 ecclesiasticæ pacis, & reipublicæ, quæ christianis Principibus merito gloriatur, inimici, sollicitius comprimantur.

* ep. 113. & 117.

Leonis PP. indefessa vigilantia.

Regia potestate coercendi, qui turbant Ecclesiam.

CAP. II.

Ut autem imperialis est, ut diximus, potestatis, tumultus publicos ac seditiones sacrilegas severius coercere; ita auctoritatis est sacerdotalis, Monachis prædicandi aliquam contra fidem licentiam non præbere, & omni virtute resistere, ne ea quæ ad Sacerdotes pertinent, sibi audeant vindicare. Unde miramur fratrem 5 THALASSIUM Episcopum, quod GEORGIO nescio cui, qui præsumendo illicita, & propositum Monachi & nomen amisit, scribendi vel prædicandi aliquam permiserit facultatem. Ad quem Episcopum, si dilectioni tuæ visum fuerit, ex hac parte competentia scripta 6 mittemus. Agat itaque fraternitas tua opportunis suggestionibus, ut clementissimus Princeps, quæ Domino sunt placitura, præcipiat, & incentores cruentarum seditionum jubeat competentius coerceri, ut nec 7 illi impuniti sint, quorum manus scelera perpetrarunt, nec illi qui talium utuntur insania. Si autem inquisitio judiciaria & confessio reorum ad eas personas pervenit, quarum vel consilio vel impulsu mala tanta commissa sunt, nullius favoris eis sunt præstanda solatia. Quantum enim meliora de ipsis sunt credita, tanto sunt amplius detestandi, quorum nunc impietas, quæ per hypocrisim fuerat velata, detegitur. Et ideo agat christianissimus, & piissimus Imperator, quod paci ecclesiasticæ intelligit profuturum. Quem superna inspiratione ita instruendum esse confido, ut & disciplina inquietos 8 revocari, & a sanguine eorum jubeat abstineri: quamvis nihil ultionum non mereantur subire, qui ausi sunt & divinis & humanis constitutionibus repugnare. 9 Data quarto Nonas Aprilis, OPILIONE viro clarissimo Consule.

Auctores seditionum gravius plectendi.

Clerici a sanguine abhorrent.

EPISTOLA CXIX. *

* Alias XCII. Quæ autem antea 119. erat, nunc 150. 11. Junii an. 453.

1 Ad MAXIMUM Antiochenum Episcopum.

Per MARIANUM *Presbyterum* & OLYMPIUM *Diaconum*.

SYNOPSIS.

I. *Fidem inter duo extrema mediam esse.*
II. *Maximum in Orientalibus Ecclesiis pro fidei puritate vigilare debere.*
III. *Ecclesiarum privilegia inconcussa esse oportere.*
IV. *Anatolii conatus Nicænis canonibus adversos, irritos fore.*
V. *Si quid Legati in Synodo approbarint præter fidei caussam, esse rescindendum.*
VI. *Nemini præter Episcopos prædicandi munus esse concedendum.*

2 LEO MAXIMO Antiocheno.

CAP. I.

Quantum dilectioni tuæ placeat communis fidei sacratissima unitas, & pacis ecclesiasticæ tranquilla concordia, litterarum tuarum textus ostendit, quas ad me filii nostri 3 MARIANUS Presbyter & OLYMPIUS Diaconus detulerunt, eo nobis gratiores, quod 4 per ipsas alloquia alterna miscemus, & magis magisque 5 innotescit gratia Dei, qua fit, ut per totum mundum de manifestato catholicæ veritatis lumine gaudeatur. Quamvis, quod multum dolemus, quidam adhuc (sicut sermo

BALLER. NOTÆ.

2 Editi ante Quesn. *Isichium*: Sichardus *Isicium*.
3 Alias *oportuit* ex MSS. coll. XXIV. Sichardus *oportuit*, *acrpossumus*.
4 Ita Quesnellus. Alias *Ecclesiæ pacis*, & *Reipublicæ*.
5 Hic Thalassius videtur esse ille Episcopus Cæsareæ Cappadociæ, qui etsi inter pseudoephesinæ Synodi capita exstitit, tamen facti pœnitens in Calchedonensi receptus fuit.
6 Ita probe Quesnellus. Antea perperam *mittamus*.
7 Vox *illi* a Quesnello prætermissa, ex nostris codicibus restituitur.
8 Editiones Quesnello anteriores male *revocare*.
9 Hæc nota chronica a Quesnello addita ex MS. Grimanico coll. XVIII. in MSS. aliarum collectionum desideratur.
1 Exstat in MSS. coll. III. VIII. XII. XVIII. XIX. XXIII. & in Vat. 541. inter epistolas, quæ collectioni XXI. subjiciuntur, ac tandem in exemplari primæ editionis sermonum S. Leonis.
2 In vulgatis post Canisium & ante Quesnellum: *Leo catholicæ Ecclesiæ Episcopus Maximo carissimo fratri Episcopo Antiocheno*. Hanc inscriptionem nulli nostri codices præferunt. Vide not. 1. Quesn.
3 MS. Ratisp. *Martinianus*.
4 Idem Ratisp. & Vallicell. coll. VIII. ac exemplum primæ editionis *per ipsos*. Mox duo postremi libri *eloquia*.
5 Ita cum editis Conciliorum. Vulgati Leonis *innotesceret*. Cod. Ratisp. *ut magis magisque innotesceret*. Post pauca *de manifesto* in editis ante Quesnellum & in primæ editionis exemplo.

mo indicat nunciorum) tenebras suas diligant; & cum ubique diei splendor exortus sit, etiam nunc cæcitatis suæ delectentur obscuro, & perdita fide, solo ac vacuo nomine remanserint Christiani; non habentes intelligentiam, qua errorem ab errore discernant, & blasphemiam Nestorii ab Eutychis impietate distinguant. Nec enim ideo excusabilis videri aliqua eorum falsitas potest, quia ipsi sibi sunt in sua perversitate contrarii. Nam 6 licet Nestorium Eutychis discipuli detestentur, & Eutychen anathematizent Nestorii sectatores; Catholicorum tamen judicio pars utraque damnatur, & ambæ simul hæreses a corpore Ecclesiæ resecantur: quia neutra falsitas nobiscum potest habere concordiam. Nec interest, quo sacrilegio ab Incarnationis dominicæ veritate discordent, cum id quod pravissime sentiunt, 7 nec auctoritas Evangelii, nec ratio suscipiat sacramenti.

Hæretici, solo & vacuo nomine Christiani.

Se invicem anathematizant.

CAP. II.

Et ideo, frater carissime, oportet dilectionem tuam toto corde 8 perspicere, cujus Ecclesiæ gubernaculis te Dominus voluerit præsidere, & eius meminisse doctrinæ, quam præcipuus Apostolorum omnium beatissimus Petrus, per totum quidem mundum uniformi prædicatione, sed speciali 9 magisterio in Antiochena & Romana urbe fundavit: ut illum in suæ glorificationis domicilio præeminentem ea intelligas reposcere instituta, quæ tradidit, sicut ab ipsa, quam confessus est, veritate suscepit. Neque ullo modo sinas 10 in Orientalibus Ecclesiis, maximeque in his, quas Antiochenæ sedi sacratissimorum Patrum Nicæni canones deputaverunt, ab improbis hæreticis Evangelio resultari, & vel Nestorii, vel Eutychis a quoquam dogma defendi. Quoniam, sicut dixi, catholicæ fidei petra, cujus cognomen beatus Apostolus Petrus sumsit a Domino, nullum recipit 11 ab utraque impietate vestigium; sed evidenter atque perspicue & Nestorium anathematizat, qui Verbi carnisque naturam in beatæ Virginis 12 conceptione sejungens, unumque Christum in duos dividens, aliam Deitatis, & aliam humanitatis voluit esse personam; cum omnino unus idemque sit, qui & secundum sempiternam Deitatem de Patre est natus sine tempore, & secundum veram carnem de matre est natus in tempore: & Eutychen similiter execratur, qui in Domino Jesu Christo veritatem humanæ carnis evacuans, ipsum Verbum in carnem 13 asserit transformatum, ut nasci, nutriri, proficere, pati, mori, atque sepeliri, & die tertio suscitari, solius fuerit Deitatis, quæ servilis formæ non veritatem susceperit, sed figuram.

Orientales Ecclesiæ Maximo commendatæ.

Nestorii error.

Eutychis error.

CAP. III.

Summa itaque vigilantia cautum te esse convenit, ne quid sibi hæretica pravitas audeat vindicare: cum te deceat his sacerdotali auctoritate resistere, nosque sæpius de profectu Ecclesiarum tuis relationibus, quid agatur, instruere. Dignum est enim, te apostolicæ Sedis in hac sollicitudine esse consortem, 14 & ad agendi fiduciam privilegia tertiæ Sedis agnoscere, 15 quæ in nullo cujusquam ambitione minuentur: quia tanta apud me est Nicænorum canonum reverentia, ut ea quæ sunt a sanctis Patribus constituta, 16 nec permiserim, nec patiar aliqua novitate violari. Etsi enim diversa nonnunquam sunt merita Præsulum, jura tamen permanent 17 Sedium: quibus etsi possint æmuli perturbationem aliquam fortassis inferre, non tamen possunt minuere dignitatem. Unde cum aliquid pro Antiochenæ Ecclesiæ privilegiis dilectio tua agendum esse crediderit, 18 propriis literis studeat explicare, ut nos consultationi tuæ absolute & congrue respondere possimus.

Jura sedium non minuenda.

CAP. IV.

Præcipua Nicænæ Synodi auctoritas.

Nunc autem ad omnia 19 generaliter pronunciare sufficiat, quod si quid a quoquam contra Nicænorum canonum statuta in quacumque Synodo, vel tentatum est, vel ad tempus videtur extortum, nihil præjudicii potest inviolabilibus inferre decretis: & facilius erit quarumlibet consensionum pacta dissolvi, quam prædictorum canonum regulas ex ulla parte corrumpi. 20 Subripiendi enim occasiones non prætermittit ambitio, & quoties ob occurrentes caussas generalis congregatio facta fuerit Sacerdotum, 21 difficile est ut cupiditas improborum non aliquid supra mensuram moliatur appetere; sicut etiam 22 in Ephesina Synodo, quæ impium Nestorium cum dogmate suo perculit, Juvenalis Episcopus ad obtinendum Palæstinæ provinciæ principatum

Jerosolymitani Episcopi ambitus in Syn. Ephes.

BALLER. NOTÆ.

6 Ita omnes nostri codd. Barb. & Vat. coll. III. quatuor coll. VIII. & Ratisp. coll. XIX. cum prima editione; & sane melius, quam in vulgatis *cum Nestorium*.

7 Prima editio *nec auctoritas Evangelii habeat, nec ratio Sacramenti*. Dein *suscipiat* pro *recipiat* ex Ratisp. cod. prætulimus. 8 Duo codices cum prima editione *præscire*.

9 MS. Barb. coll. III. *ministerio*. Mox ante vocem *Romana* Ratisp. & prima editio repetunt *in*.

10 Eadem prima editio *in Orientis Ecclesiis*. Late hæc sumi, non autem stricte, de solis scilicet Ecclesiis Antiocheno Episcopo subditis, recte probat Quesnellus not. 2. cum qua confer nostras observationes eidem subjiciendas. 11 Cod. Vallicell. & prima editio *ad utramque impietatem*.

12 Vulgati mendosissime *conjunctione*. Quesnelli emendationem ex Grim. & uno Barb. nostri quoque codd. Vat. coll. III. tres coll. VIII. Ratisp. coll. XIX. & exemplum primæ editionis confirmant. De *conceptione* activa, qua Virgo concepit Dei Filium, hunc locum intelligendum recte Quesnellus monuit not. 3. Paullo post additionem vocum *secundum veram carnem* ab eodem Quesnello inductam iidem nostri codices, & prima editio approbant. 13 Ratisp. & Vat. coll. VIII. cum prima editione *asseruit*.

14 Editi ante Quesn. *& ad augendam fiduciam*. Duo codd. coll. VIII. *& ad augendi fiduciam*. Mox Quesnellus *privilegia tertia* induxit pro *privilegia tertiæ Sedis*. Veterem lectionem ex omnibus nostris codicibus & prima editione restituimus.

15 Ita cum Quesn. Ratisp. & codd. coll. III. Editi *ut in nullo cujusquam ambitione minuantur*. Primæ editionis exemplar: *quæ* (scilicet *Sedes*) *in nullo cujusquam ambitione invenitur excessisse*. Idipsum legitur in cod. Vat. 5845. coll. VIII. qui solum omittit *excessisse*.

16 Idem Vat. cum prima editione *nec permisceri patiar, nec aliqua novitate violari*.

17 Prima editio *Ecclesiarum*.

18 Eadem editio *propriis studeat nuntiis explicari*. Hoc loco probabilius respici cessionem trium Palæstinarum in Antiochenæ Sedis præjudicium, ostendemus in observationibus ad Diss. 9. Quesnelli.

19 Cod. Ratisp. addit *me*, & post pauca pro *extortum* tres codd. Vat. Vallicell. & Ratisp. *exortum*.

20 Editi ante Quesn. *Subrependi*.

21 Prima editio *difficile est cupiditatis improborum non aliquid supra mensuram molliri atque appetere*. Ratisp. *supra mensuram suam*.

22 Idem Ratisp. & Hincmarus Opusc. 1. c. 23. *de Ephesina Synodo*. Hunc locum Blondello perperam contra omnium præstantissimorum codicum fidem in suspicionem vocatum Quesnellus optime vindicat not. 4.

tum credidit ſe poſſe 23 proficere, & inſolentes auſus per commentitia ſcripta firmare. Quod ſanctæ memoriæ CYRILLUS Alexandrinus Epiſcopus merito perhorreſcens, ſcriptis ſuis 24 mihi quid prædicti cupiditas auſa eſſet, indicavit; & ſollicita prece multum 25 popoſcit, ut nulla illicitis conatibus præberetur aſſenſio. Nam cujus epiſtolæ ad nos exemplaria direxiſti ſanctæ memoriæ CYRILLI, eam in noſtro ſcrinio requiſitam, nos authenticam noveris reperiſſe. Hoc tamen proprium 26 definitionis meæ eſt, ut quantumlibet amplior numerus Sacerdotum aliquid per quorumdam ſubreptionem decernat, quod illis trecentorum decem & octo Patrum conſtitutionibus inveniatur adverſum, id juſtitiæ conſideratione caſſetur: quoniam univerſæ pacis tranquillitas non aliter poterit cuſtodiri, niſi ſua canonibus reverentia intemerata ſervetur.

[Re]verentia [ca]nonum pa[trum] cuſtodia.

CAP. V.

[Sp]ecialis cauſ. Conc. œ[cu]men. fides.

Si quid ſane ab his fratribus, quos ad ſanctam Synodum vice mea miſi, præter id, quod ad cauſſam fidei pertinebat, geſtum eſſe 27 perhibetur, nullius erit penitus firmitatis: quia ad hoc tantum ab apoſtolica ſunt Sede directi, ut exciſis hæreſibus, catholicæ eſſent fidei defenſores. Quicquid enim præter ſpeciales cauſſas ſynodalium Conciliorum ad examen epiſcopale defertur, poteſt aliquam dijudicandi habere rationem, ſi nihil de eo 28 eſt a ſanctis Patribus apud Nicæam definitum. Nam quod ab illorum regulis & conſtitutione diſcordat, apoſtolicæ Sedis numquam poterit obtinere conſenſum. Quanta vero hoc diligentia cuſtodiatur a nobis, exemplaribus ejus * epiſtolæ, quam ad Conſtantinopolitanum Epiſcopum, refrenantes ipſius cupiditatem, direximus, inſtrueris: quam in omnium fratrum & conſacerdotum noſtrorum facies notitiam pervenire, ut noverint pacem eccleſiaſticam, per concordiam Deo placitam, debere ſervari.

Quam non facile diſpenſat S. Leo contra canones? * ep. 106.

CAP. VI. Concionandi munus ſolis Sacerdotibus proprium.

Illud quoque dilectionem tuam convenit præcavere, ut præter eos, qui ſunt Domini 29 Sacerdotes, nullus ſibi docendi & prædicandi jus audeat vindicare, ſive ille 30 monachus, ſive ſit laicus, qui alicujus ſcientiæ nomine glorietur. Quia etſi optandum eſt ut omnes Eccleſiæ filii quæ recta & ſana ſunt, ſapiant; non tamen permittendum eſt, ut quiſquam 31 ex-

BALLER. NOTÆ.

23 Ita ex omnibus codd. coll. VIII. & Ratiſp. & prima editione. Alias *ſufficere*. Notatio vero, quam Queſnellus in ſecunda editione huic teſtimonio ſubjecit, prætermittenda non eſt. „ Obſervandum (inquit) ad hæc „ eadem verba, Leonem de ſolo Palæſtinæ principatu verba facere; deque eo ſolo tunc temporis obtinendo co„ gitaſſe Juvenalem, ſi Leonis verbis quam merentur fidem adhibeamus. Neque tamen inde calumnioſa cenſen„ da, ut cenſetur a R. P. Lupo, Joannis Antiocheni collegarumque ejus ſuſpicio, qua in conteſtatione ſua pri„ ma e Calchedone adverſus Cyrillum ceteroſque Synodi Epheſinæ Patres emiſſa ſugillant Juvenalem velut utriuſ„ que Phœniciæ & Arabiæ provincias ſibi ſubjicere molientem. *Nos vero olim quidem* (inquiunt) *dum quadam* „ *præſumta ſint a Reverendiſſimo quondam Jeroſolymitanorum Juvenali, quievimus, dum certe quæ deveamus bel*„ *lare pro Regulis videremus. Tunc quaſdam feſtinationes & phantaſias ejus hujuſmodi contra utramque Phœni*„ *ciam & Arabiam minime ignoramus*. Hæc ſunt verba Conteſtationis illius, non ex verſione quæ Actis Ephe„ ſinæ Synodi I. inſerta, ſed quæ in monumentis Epheſinis a Chriſtiano Lupo publicatis & a Baluzio recuſis. „ Quibus inſpectis, luce meridiana clarius eſt diverſam eſſe hanc Juvenalis molitionem a Joanne objectam, ab il„ la qua eidem Leo noſter exprobrat. Nondum enim ſoluta erat Synodus Epheſina, cum Conteſtatio Orienta„ lium emiſſa eſt, & tamen de re jam pridem præſumta a Juvenale diſſerit, ut voculæ iſtæ, *olim* & *tunc* indi„ cant; Leo vero noſter de re Epheſini Concilii tempore attentata verba facit. " Hactenus ille. Num vero Leo hoc loco id ſolum voluerit indicare, quo Juvenalis per hocce tempus erat contentus, (ſolum autem Palæſtinæ principatum ſibi attribui in Calchedonenſi conſenſerat) an vero affirmare voluerit, eumdem etiam in Epheſino Concilio ſoli Paleſtinæ inhiaſſe, & non etiam Arabiæ atque Phœniciæ, affirmari nequit. Has quidem provincias non appetiſſe ſolum, ſed & poſſediſſe tempore Concilii Calchedonenſis, palam fit ex actione ejuſdem Synodi, quam ex vetuſtiſſimo MS. Vat. 1322. a Baluzio editam, ſed non ſatis obſervatam, recudemus & vindicabimus in obſervationibus ad Diſs. 9. Queſnelli. (*a*) In Legatorum enim ſententia, quæ in memorata actione deſcribitur, Juvenalis eas provincias reſtituiſſe indicatur illis verbis: *Phœnicem primam vel ſecundam ſimulque Arabiam, quas* (Antiochena Sedes) *nuper amiſerat, revocari ad jus priſtinum, ſancta ſynodo conſentiente decrevimus.* Mox *per commendatitia ſcripta* in cod. Vallicell. & prima editione.

[T]om. 3. Con[ci]l. Edit. [L]abb. p. 727. apud Lu[p]um c. 32. [p]ag. 83.

24 Prima editio *mihi quoque, quæ prædicti cupiditas auſa ſit*. Concinunt codd. Vat. & Vallicell. coll. VIII. qui ſolum omittunt *quæ*, forte ob concurſum *que* in voce præcedenti *quoque*. Ratiſp. cum editis antiquioribus *mihi quid prædicta cupiditas auſa ſit*. Queſnelli lectionem aliis noſtris codicibus & ab Hincmaro confirmatam immutare noluimus. Cum hæc Cyrillus Leoni indicavit Epheſinæ Synodi tempore, ideſt anno 531. Archidiaconatu Romanæ Eccleſiæ idem Leo potiebatur Cæleſtino Pontifice. Num vero hæc ad Leonem eadem epiſtola ſit, quam in Romanæ Eccleſiæ ſcrinio authenticam ſe reperiſſe poſt pauca noſter Auctor ſubjicit; an vero quæ in Romano ſcrinio inventa traditur, alia intelligenda ſit ejuſdem Cyrilli epiſtola ad Cæleſtinum, definiri nequit. Novum non eſt in graviſſimis cauſſis litteras ad plures Romam miſſas fuiſſe, uti Theodoretus in re ſua non ſolum ad Leonem Papam, ſed etiam ad Romanæ Eccleſiæ Archidiaconum ſcripſit. Particula vero *nam*, quæ præcedentium rationem reddit, de eiſdem litteris ad Leonem ſcriptis, & in Romano ſcrinio inventis ſermonem eſſe ſignificare videtur. Cur autem litteræ ad Leonem tum Archidiaconum in Romano archivo reponerentur, illud in cauſſa fuiſſe Couſtantius probabiliter cenſet tom. I. Epiſt. Rom. Pontif. pag. 1323. num. 15. quia Leoni ſcriptæ fuerant, ut per ipſum Cæleſtino Pontifici communicarentur; ac idcirco quaſi ad Cæleſtinum ſcriptæ, in eodem archivo collocatæ fuerunt. Cum vero formulæ *ad nos*, *decretorum noſtrorum*, & aliæ ſimiles, nonnumquam pro dignitate apoſtolica prædeceſſoribus & ſucceſſoribus communi ita ſumtæ inveniantur, ut indicent vel epiſtolas ad prædeceſſores miſſas, vel prædeceſſorum decreta, ut vidimus in Admonitione ad ep. 1. num. 25. hic quoque pronomen *mihi* de epiſtola ad Cæleſtinum directa fortaſſis accipiendum quiſpiam ſuſpicabitur. Quantum porro S. Cyrillus, licet Juvenalis amicus, ejus ambitum reprobaverit, conſtat ex ipſius epiſtola 48. ex qua ſolius œconomiæ cauſſa ei apertius non reſtitiſſe cognoſcitur.

25 Prima editio *proſpexit, ne ulla*.

26 Queſnellus cum quibuſdam noſtris codd. *defenſionis*. Melior viſa eſt lectio anteriorum editionum, quam ex MSS. Ratiſp. & Vallicell. ac ex Hincmaro revocavimus. Paullo poſt *per quorumdam ſubſcriptionem diſcernat* in MSS. coll. VIII. & prima editione.

27 MS. Ratiſp. *perhibeatur*. Hæc indicant aſſenſum, quo Legati apoſtolicæ Sedis ceſſionem trium Palæſtinarum Juvenali Hieroſolymitano factam in Antiochenæ Sedis præjudicium probarunt.

28 Exemplum primæ editionis *ſit*.

29 Hoc idem tangitur epiſtola antecedenti c. 2. & epiſtola ſequenti c. 6. Confer not. 5. Queſnelli.

30 Hujus decreti occaſio colligitur ex epiſtola ſequenti c. 6. ob Theodoriti ſcilicet querelas, quas Legati e Concilio Calchedonenſi revertentes Pontifici ſignificarunt, de quibuſdam Monachis Orientalibus, qui prædicationis officium ſibi arrogabant. Forte indicatur Barſumas Abbas cum ſuis aſſeclis, qui quantum Eutychi faveret, non tam ex pſeudoſynodo Epheſina liquet, quam ex actione quarta Calchedonenſi, ubi totam Syriam commoviſſe traditur. Quatenus vero Monachi a laicis hic diſtinguantur, vide not. 6. Queſn.

(*a*) Obligatam quidem fidem ſolverunt Ballerini cum tom. II. pag. 1223. tres actiones Calchedonenſis dederunt; ſed cum & ipſæ pariter totidem verbis, & ex eodem Vaticano Cod. a Baluzio olim fuerint productæ atque Ballerinorum de illis diſcurſus prolixior ſit, quam ut præſens inſtitutum referri hic totum patiatur; ideo cum hic neceſſaria ad argumentum non deſint, a cæteris abſtinendum duxi. *Manſi*.

31 extra sacerdotalem ordinem constitutus, A gradum sibi prædicatoris assumat, cum in Ecclesia Dei omnia ordinata esse conveniat, ut in uno Christi corpore & excellentiora membra suum officium impleant, & inferiora superioribus non resultent. Data 32 III. Idus Junii, Opilione viro clarissimo Consule.

---

* Alias XCIII. Quæ autem antea 120. erat, nunc 452. 11. Junii an. 453.

EPISTOLA CXX. *

1 Ad Theodoritum Episcopum Cyri.

De fidei perseverantia.

SYNOPSIS.

I. *Hæreses non sine Ecclesiæ utilitate ortas irretractabili judicio comprimi.*

II. *Christi esse victoriam, quam de hæreticis Ecclesia reportat.*

III. *Dioscori pervicacia etiam adversus Leonem sævientis.*

IV. *Scribentibus de rebus fidei sua verba esse libranda.*

V. *Theodoritum ab omni hæreseos macula mundum esse demonstratum ab invincibili veritate.*

VI. *Vigilandum esse etiam post victoriam. Neminem sive monachum, sive laicum, præter* D *Sacerdotes, prædicandi munus arrogare sibi debere.*

Dilectissimo Fratri Theodorito Episcopo Leo Episcopus.

CAP. I.

Remeantibus ad nos fratribus, & consacerdotibus nostris, quos ad sanctum Concilium Sedes beati Petri direxit, agnovimus dilectionem tuam, superno adjutorio, nobiscum tam Nestorianæ impietatis, quam Eutychianæ vesaniæ, extitisse victricem. Unde B gloriamur in Domino, cum Propheta canentes: *Adjutorium nostrum in nomine Domini, qui fecit cælum & terram*: qui nullum nos in nostris fratribus detrimentum sustinere permisit, sed quæ 2 nostro prius ministerio definierat, universæ fraternitatis irretractabili firmavit assensu: ut vere a se prodiisse ostenderet, quod prius 3 a prima omnium Sede formatum, totius christiani orbis judicium recepisset: ut in hoc quoque 4 capiti membra con- C cordent. In quo 5 amplior nobis accrescit gaudendi materia, dum tanto magis se perculit inimicus, quanto 6 contra Christi ministros sævius insurrexit. Nam ne aliarum sedium ad eam, quam ceteris omnium Dominus 7 statuit præsidere, consensus assentatio videretur, aut alia quælibet subrepere posset adversa suspicio; 8 inventi prius sunt, qui de judiciis D nostris ambigerent. Et dum nonnulli 9 a dissen-

Ps. 123. 8. Judicium Rom. Sedis totus Orbis recipit, ut capiti membra concordent.

BALLER. NOTÆ.

31 Cod. Vallicell. coll. VIII. & prima editio *extra Sacerdotum ordinem*: & mox idem codex cum Vat. ejusdem collect. VIII. *prædicationis assumat*.

32 Ita cum editis ante Quesn. nostri codd. Barb. & Vat. coll. III. Vat. & Vallicell. coll. VIII. Ratisp. coll. XIX. exemplar primæ editionis, & antiquissimus Veron. 55. qui hujus epistolæ postremum caput exhibet. Quesnellus in textu *IV. Idus*: in margine vero *Alias III. Idus*.

1 Exstat in MSS. coll. XI. XII. XVIII. & XXI. usque ad XXIV. ac in exemplari Sichardi. Quesnellus laudat etiam codices Thuan. & Trecopithœanum, qui sunt collectionis V. Sed hæc epistola in his codicibus additamentum est ad hanc collectionem nequaquam pertinens, uti monuimus occasione alterius additamenti adnot. 4. in ep. 85. Hujus epistolæ exempla olim valde rara & non satis vulgata fuisse ex eo cognoscimus, quod ejusdem non meminerunt Facundus Hermianensis & alii, qui in caussa trium Capitulorum Theodoritum vindicarunt; cum tamen hæc præter cetera documenta Theodorito perhonorifica fuisset. Hinc etiam in vetustioribus collectionibus non invenitur. Porro duo peculiaria in hac epistola observamus. Primum stilus secundi ac tertii capitis aliquantulum obscurior, ab usitato Leonis stilo non nihilum discrepat, ut conferenti patebit. Secundum in fine epistolæ formula & *alia manu* earum litterarum propria, quæ diversum characterem in clausula exhibent, in nulla alia Leonis epistola reperitur. Quid ex his colligere liceat, alii judicent.

2 MSS. codd. Thuan. & Trecopith. a Quesnello laudati: *nostrum prius ministerium definierat, universæ fraternitatis irretractabilis firmavit assensus*. Quesnellus hic postillam affixit: *Irretractabili Concilii œcumenici assensu firmantur etiam primæ Sedis judicia*, quibus similia alibi sæpe in postillis inculcat. Sed non eum sensum Leonis verba præferunt, ut judicia Romanæ Sedis, quasi per se non satis firma, Concilii œcumenici assensu & confirmatione indigeant. Verbum enim *firmavit* non afficit ipsa primæ Sedis judicia, sed ad ea refertur, quæ ejusdem Sedis judicio prius fuerant definita, ita ut irretractabilis sit Concilii assensus, cum ea confirmat, quæ prius ab apostolica Sede definita fuerunt. Ceterum alibi jam vidimus, Leonem satis firmam & irretractabilem per sese agnovisse suam definitionem editam in epist. 28. ad Flavianum, quæ hic indicatur, ita ut nullam Concilii necessitatem agnoverit, nec in Concilio de fide voluerit quæstionem moveri, ac si dubia & anceps esset doctrina, quam in eadem epistola definierat. Vide epist. 82. 90. & 93. c. 2. & ep. 94. Quod si sub Theodosio Concilium petiit, illud non ob incertitudinem doctrinæ jam definitæ, quam retractari nolebat, sed ob removenda scandala & ob pacem facilius conciliandam postulasse, fuse ostendemus in observationibus ad Diss. 8. Quesnelli. E contra vero cum ipsi Patres Calchedonenses, ac dein Marcianus Imperator Calchedonensis definitionis confirmationem a Pontifice petierunt, ne dubium haberetur quod in Concilio fuerat definitum (vide inter ceteras ep. 98. & 110.) Concilii judicia ut irretractabilia sint, primæ Sedis confirmatione indigere professi sunt. Post nonnulla *ostenderit* in Vat. coll. XXIV. & apud Sichardum.

3 MSS. quatuor Thuan. *a prima omnium fide & sede*: cui lectioni affinis est cod. Barb. 57. *a prima omnium fideliter sede*. Mox pro *formatum* duo codd. Vatt. alter coll. XI. alter coll. XXI. *firmatum*. Cecropius Episcopus, cum definitionem a Patribus Calchedonensibus Judices quærerent, ea opus non esse insinuans act. 2. pag. 1267. ait: *Emerserunt quæ ad Eutychem pertinebant; & super iis FORMA data est a sanctissimo Archiepiscopo Romanæ urbis, & sequimur eum, & epistolæ* (28. ad Flavianum) *omnes subscripsimus*. Nec solus Cecropius ita sensit, sed universum etiam Concilium, subditur enim: *Reverendissimi Episcopi clamaverunt: Ista omnes dicimus: sufficiunt quæ exposita sunt: alteram expositionem non licet fieri*.

4 In Relatione Concilii Calchedon. ad Leonem, seu ep. 98. cap. 1. *quibus quidem sicut caput membris præeras*.

5 Alias *amplius .... & tanto magis*. Cod. Vat. coll. XXIV. & Sichardus *amplior nobis in hac re fit gaudendi materia, dum tanto magis* &c.

6 MS. Vat. coll. XI. *etiam in Christi ministros*. MSS. coll. XXI. item habent *in Christi ministros*.

7 Tres codd. Vatt. coll. XI. & XXI. *instituit*.

8 Illyriciani scilicet & Palæstini, dum legeretur ep. 28. ad Flavianum actione 2. dubitationem tribus in locis protulerunt, quam statim Aetius & Theodoritus excludere nisi sunt. Vide tom. 4. Concil. Albrit editionis pag. 1238. Illyriciani vero, quibus adhuc nonnihilum ambigentibus ac inducias petentibus quinque dies concessi fuerunt, didicere, quæ ob diversitatem linguæ in Leonis epistolam non recte intellexerant; & similiter Palæstini, uti traditur actione 4. pag. 1382. & 1393.

9 Editi ante Quesn. *dissensionum incitati auctore, ad contradictionis bella prosiliunt*. MSS. codd. tres Quesnelli & totidem nostri ac Surii editio *coacti* pro *incitati*. Apud Sichardum *ad dissensiones incitati ab auctore contradictionis, ad insana bella prosiliunt*.

ſenſionis incitati auctore ad contradictionum bella proſiliunt, ad majus bonum, 10 malo ejus, auctore totius bonitatis diſpenſante, perventum eſt. Dulcius ſiquidem munera gratiæ divinæ proveniunt, quoties non ſine magnis ſudoribus acquiruntur: & minus bonum videri ſolet pax continuata per otium, quam reddita 11 per labores. Ipſa quoque veritas & clarius reniteſcit, & fortius retinetur, dum quæ fides prius 12 docuerat, hæc poſtea examinatio confirmarit. Multum denique ſacerdotalis officii meritum ſplendeſcit, ubi ſic ſummorum ſervatur auctoritas, 13 ut in nullo inferiorum putetur imminuta 14 libertas. Et ad majorem Dei gloriam proficit finis examinis, quando ad hoc ſe accipit exerendi fiducia, ut vincatur adverſitas: ne quod per ſe probatur reprobum, ſilentii præjudicio videatur oppreſſum.

Peccato bene utitur Deus. — *Silentio ſæpe veritas opprimitur.*

CAP. II.

Exulta igitur, cariſſime frater, 15 & in unico Dei filio victor exulta. Vicit per nos & pro nobis ille, cui vicimus. 16 Secunda eſt poſt adventum Domini hæc orbi feſtivitas.

A Redditum ſæculo eſt, prædone proſtrato, Incarnationis divinæ myſterium: quod humani generis inimicus, quia rebus ipſis auferre non poterat, calumniis obſcurabat. Quinimmo ab incredulorum corde perierat immortale myſterium, quia nihil prodeſt tanta ſalus incredu-B lis, ipſa Veritate ſuis dicente diſcipulis: *Qui crediderit, & baptizatus fuerit, ſalvus erit; qui autem non crediderit, condemnabitur.* 17 Solis juſtitiæ jubar, denſis per Orientem Neſtorii & Eutychis nebulis impeditum, pure ab Occidente reſplenduit, 18 ubi culmen ſummum in Apoſtolis & Doctoribus principaliter collocavit. Quamvis nec illic umquam defuiſſe credendus ſit, quo Confeſſores ſibi egregios reſervavit: ita ut dum denuo conaretur hoſtis C antiquus 19 per ſecundi Pharaonis impœnitens cor, fidei Abrahæ ſemen & filios repromiſſionis extinguere, Deo miſerante, langueſcens niſi ſibi nocere nihil poſſet. De quo & illud Omnipotens mirabilius egit, quia & quos D ſibi 20 ſocios ad Iſraelitici populi cædes aſciverat, non cum tyrannidis auctore ſubmerſit,

Marc. 16. 16. — *Eccleſiæ Romanæ prærogativa.*

BALLER. NOTÆ.

10 Sic correximus ex MSS. codd. Vat. coll. XXI. & aliis quatuor a Queſnello allegatis nota 1. inter quos eſt Grimanicus: quæ lectio præferenda fuit vulgatæ ab eodem Queſnello retentæ, *malum ejus*: neque enim impersonale *perventum eſt* paſſivæ ſignificationis hoc nominativum patitur. Recipi poſſet *malum ejus*, ſi legeretur *provectum eſt*: ſed nulli codices huic emendationi ſuffragantur. Sichardus *malum ejus ..... proventum* (forte *provectum*) *convertitur*.

11 Editi ante Queſn. cum MS. Vat. coll. XXIV. *poſt laborem*.

12 Codd. coll. XXI. *docuerit*. Dein erat in editis cum MSS. coll. XXIV. *confirmaret*. Potior viſa eſt lectio MSS. coll. XXI. quibus concinit etiam cod. Vat. coll. XI. in quo eſt *confirmaverit*.

13 In Vulgatis & in ſolo cod. Grim. Queſnellus reperit ſeptem voces ſequentes *ut in nullo inferiorum putetur imminuta libertas*. Nos præterea invenimus in MSS. coll. XII. & XXIV. ac in exemplari Sichardi. Deſiderantur vero in ceteris noſtris codd. coll. XI. & XXI. ſicut etiam in ſeptem a Queſnello memoratis not. 2. In uno Thuan. in Cantabrig. & Trecopith. ſic per ſaltum ſequitur *ut ad majorem Dei gloriam*. Noſtra exemplaria coll. XI. pro *ſummorum* habent *ſummopere*: ſeptem laudati codices Queſnelli *ſummopere*, vel *ſummoperum*; ex quo omnes ex eodem fonte prodire noſcuntur.

14 Indicatur *libertas* examinis a Patribus Calchedonenſibus utiliter adhibita, ut nonnullis Epiſcopis, qui de Leonis definitione ambigebant, difficultates ſuas in Concilio proponentibus, per tractatum ac diſcuſſionem catholici dogmatis ſatisfacerent, eoſdemque catholicum ſenſum, quem minus intelligebant, edocerent, atque confirmarent in fide. Ita fit, ut *ipſa veritas & clarius reniteſcat, & fortius retineatur, dum quæ fides prius docuit* per Pontifices, *hæc poſtea examinatio confirmarit; & ad majorem Dei gloriam proficiat finis examinis, quando ad hoc ſe accipit exerendi* (alias *exercendi*) *fiducia, ut vincatur adverſitas*, eorum nimirum, qui definitis ſeſe opponebant. Cum vero hunc finem tantum ejuſmodi *libertas* & examen ſpectent, ut quæ definierunt ſummi Pontifices, Epiſcopi confirment, & oppugnantes edoceant, ac ab errore removeant; facile intelligitur, quatenus *ſic ſummorum ſervetur auctoritas, ut in nullo inferiorum putetur imminuta libertas*. Falluntur nimium, qui ex his verbis colligunt, Leonem putaſſe, Epiſcopis in Chalchedonenſi Concilio liberum & licitum fuiſſe, ſuam definitionem in epiſtola 28. ad Flavianum expoſitam ita examini ſubjicere, ut poſſent ab ea diſſentire, & judicium ei contrarium pronuntiare. Ad eam definitionem & epiſtolam referuntur illa, *quæ fides prius docuerat*, & illa pariter paullo ante præmiſſa; *quæ* (Deus) *noſtro prius miniſterio definierat*. Num ab iis, quæ *fides docuit*, quæ *Deus definivit*, per quodcumque examen recedere cuiquam licet? Quid quod Concilii Calchedonenſis tempore agebatur non ſolum de definitione primæ & apoſtolicæ Sedis, quam Leo etiam ab initio ita tenendam credidit, ut hæreticos declararit, qui aliter ſaperent, cujuſque proinde ſubſcriptionem uti omnino debitam requiſivit; verum etiam de definitione Epiſcoporum ſubſcriptionibus *ab univerſa Eccleſia* recepta, uti traditur epiſt. 88. c. 1. & 3. ac ep. 91. Quis etiam in liberiori nonnullorum ſyſtemate definitioni ejuſmodi contrarium ſentire, aut contrariam ſententiam ferre licitum opinetur? Leonem quidem non ita ſenſiſſe, teſtes ſunt ejuſdem epiſtolæ 90. & 93. cap. 2. ubi fidem jam in ea epiſtola definitam, in Concilio retractari ac in diſputationem adduci, ac ſi anceps eſſet atque dubia, omninò interdixit. Sicut Concilium cogi, ita & tractatum in eo haberi conſenſit, ut qui decepti fuerant, *ad unitatem pacis ac fidei compreſſa omni diſſenſione revocarentur*. Vide ep. 89. ac plura in obſervationibus ad Diſſert. VIII. Queſnelli. Addemus tandem & aliud. Cum poſt ipſam Calchedonenſem Synodum ad compeſcendas, ſeu revincendas injuſtas Eutychianorum de ejuſdem Synodi definitione querelas, novum examen, Leone Imperatore poſtulante, inſtitutum fuit, editæque Epiſcoporum totius orbis ſententiæ, quæ in Codice encyclio continentur; non alia tributa fuit, nec tribui potuit Epiſcopis novi examinis libertas, niſi ut quæ Concilium definierat, hæc novum examen confirmaret; ac propterea Calchedonenſis Concilii auctoritas nihil exinde detrimenti cepit: & qui ea libertate abuſi, Calchedonenſem definitionem repudiarunt, hæretici habiti fuere. Similis *libertas* hic quoque intelligenda eſt.

15 Conjunctionem & a Queſnello omiſſam auctoritate MSS. coll. XI. & XII. revocavimus. Dein codd. coll. XI. *per ſe* loco *pro ſe*: codd. vero coll. XXI. & XXIV. ac Sichardus utrumque deſiderant. Poſtea pro *vicimus* editi Leonis ante Queſn. perperam *vivimus*.

16 Pleræque editiones ante Queſn. cum MSS. coll. XXI. *per quem ſecunda eſt*.

17 In margine Concil. ex MSS. coll. XXI. *Sol juſtitiæ ſubardens per Orientem*. Hic error ortus eſt ex arbitraria emendatione depravatæ lectionis, quam invenimus in cod. Vat. coll. XI. *Solis juſtitiæ ſubardenſis*: ubi tamen lectio textui inſerta ſatis emicat.

18 Vulgati Leonis antiqui cum MSS. coll. XXIV. & Sichardo *ubi commercium in Apoſtolis*. Binius *ubi culmen ſanctum*. Queſnellus ex cod. Grimanico, & cum editione Romana *ubi culmen ſuum*. Prætulimus lectionem ſex aliorum MSS. Queſnelli, & noſtrorum collect. XI. XII. & XXI. ac editionis Surii. Labbeus *ubi culmen in Apoſtolis*, & *ſummum* in margine. Innuitur *culmen ſummum*, ſeu prærogativa Romanæ Eccleſiæ ſupra ceteras etiam principales ob Apoſtolos Petrum & Paulum. Nam, ut Leo ait ſerm. 82. cap. 1. *Iſti ſunt, qui te ad hanc gloriam provexerunt, ut .... per ſacram Beati Petri ſedem caput orbis effecta, latius præſideres religione divina, quam dominatione terrena*.

19 Codd. coll. XI. & XXI. *per ſequentis Pharaonis*. Indicatur Dioſcorus Ægyptius, qui in latrocinio Epheſino multa in Catholicos per vim molitus eſt, ut Eutychianam hæreſim induceret. Qui autem terrore victi, ei ceſſerunt, remota vi ad ſanam mentem & Eccleſiam rediere.

20 Cod. Var. coll. XXIV. *conſcios*. Dein *cædem ſociaverat* in alio Vat. coll. XI.

ſed cum ſuo populo congregavit: &, ſicut A revera ſe dignum, & ſoli ſibi poſſibile fons miſericordiæ noverat, 21 victos a nobis, nobiſcum fecit eſſe victores. Nam dum ſolus vere ſit humani generis hoſtis ſpiritus falſitatis, omnes de illo jam triumphare non dubium eſt, quos ſibi veritas vindicavit. Nunc prorſus illa Redemtoris noſtri dicta, quam ſint divinæ auctoritatis, apparet, dum contra hoſtes fidei ſic aptantur, ut de ipſis 22 dictum eſſe dubitare

Joan. 8. 44. non liceat: *Vos*, inquit, *ex patre diabolo eſtis, & deſideria patris veſtri vultis implere. Ille homicida fuit ab initio, & in veritate non ſtetit, quia veritas in eo non eſt. Quando loquitur mendacium, 23 ex ſuis loquitur, quia mendax eſt, & pater ejus.*

CAP. III.

Nihil ergo mirandum eſt, quod hi, qui in veritate Dei noſtræ naturæ mendacium crediderunt, patri ſuo & circa iſta concordant; quicquid viſum, quicquid auditum, quicquid denique, teſte Evangelio, tactum eſt atque

Eutychianus error.

palpatum in unico Dei Filio, non ejus cujus probatum eſt, aſſerentes, ſed coæternæ & coeſſentialis Patri fuiſſe ſubſtantiæ: quaſi aut Divinitatis 24 natura crucis ligno transfixa ſit, aut inconvertibilis creſcere per ætates, & in ſapientia proficere ſapientia ſempiterna, vel Spiritu Deus, qui Spiritus eſt, ſubinde repleri potuerit. In hoc quoque ſe acerba veſania, ex quo auctore 25 acceſſerit, prodit, quod quantum in ſe eſt, univerſis nocere molita eſt. Nam qui 26 vos perſequendo afflixit, ceteros

Hæreticorum ingenium.

ad conſenſum ſceleris impellendo depravavit. Sed nec nos, licet in ſingulis fratribus, quia membra noſtra ſunt, vulneraſſet, a ſpeciali dolore fecit exceptos, quibus nova & inaudita 27 prius atque incredibili audacia inferre contra ſuum caput eſt molitus injuriam. Sed utinam vel poſt tot peſſima reſipiſcens, non nos etiam de ſuo æternæ damnationis interitu contriſtaſſet. Quam menſuram ſceleris prætermiſit, cui nec hoc ſufficere potuit, quod nec vivis parcendo, nec mortuis, etiam in ſanguine innocentis & catholici Sacerdotis pollutas 28 jampridem, abdicata veritate atque approbata falſitate, manus intinxit? Et cum ſcriptum ſit: *Qui odit fratrem ſuum, homicida eſt*: ille quod odio jam feciſſe 29 addictus eſt, implevit operibus, quaſi nec hæc audiſſet, nec illud quod Dominus ait: *Diſcite a me, quia mitis ſum & humilis corde, & invenietis requiem animabus veſtris. Jugum enim meum ſuave eſt, & onus meum leve* 30 *eſt.* Dignus diabolici prædicator erroris, Ægyptius vaſtator inventus eſt: qui tamquam ſæviſſimus tyrannus Eccleſiæ, nefandas blaſphemias per violentam ſeditioſorum turbam, & per cruentas manus militum venerandis fratribus imponebat. Et cum voce Redemtoris noſtri firmatum ſit, unum eumdemque homicidii eſſe & B falſitatis auctorem, ille pariter utrumque complevit: quaſi non ut caveantur, ſed ut perpetrentur, ſcripta ſint, ad perditionis ſuæ cumulum trahens, quæ Dei Filius monuit ad ſalutem. Illud quoque ſurda nimis aure præteriens, quod ab eodem Domino dictum eſt: *Ego quod vidi apud Patrem meum, loquor, & vos* 31 *quod vidiſtis apud patrem veſtrum, facitis.*

1. Joan. 3. 1 *Matth. 11. 2*

Scelera Di ſcori.

Joan. 8. 45.

Ibid. v. 38.

CAP. IV.

Igitur dum ſanctæ memoriæ FLAVIANO vitam præſentis ſæculi moliretur auferre, 32 ſe veræ vitæ luce privavit. Dum vos ab Eccleſiis veſtris conaretur expellere, ſe a Chriſtianorum C collegio ſegregavit. Dum 33 trahit plurimos & impellit ad erroris aſſenſum, multiplici animam ſuam vulnere ſauciavit: ſolus ultra omnes, & per omnes, ac pro omnibus reus, qui cauſſa reatus omnibus fuit. Sed licet his tua fraternitas ſolido cibo firmata indigere minime videatur; tamen, ut quod noſtri loci eſt impleamus circa vocem dicentis Apoſtoli: *Præter ea, quæ extrinſecus ſunt, inſtantia mea quotidiana, ſollicitudo omnium Eccleſiarum. Quis infirmatur, & ego non infirmor? Quis ſcandalizatur, & ego non uror?* hoc præcipue præſenti occaſione credimus admonendum, frater cariſſime, ut quotieſcumque divina gratia adminiſtrante, illos, qui foris ſunt, 34 fonte do- D ctrinæ aut ſubmergimus, aut purgamus, in nullo ab illis, quas Spiritus ſancti Divinitas in Calchedonenſi Concilio protulit, fidei regulis recedentes, inter 35 utrumque hoſtem novellæ perfidiæ ſermonem noſtrum cum omni

2. Cor. 11. 28

De fide caut & ad Conc. œcum. regula loquendum.

BALLER. NOTÆ.

21 Queſnellus in margine: Codd. Cantabr. & Barb. *victor nobiſcum nos ſecum fecit eſſe victores.* Antiquiores editiones Leonis pro *victores* habent *victuros.*

22 Sic melius ex Vat. coll. XI. Alias *dicta dubitare.*

23 Idem codex *ex ſuo.* MSS. coll. XII. XXI. & XXIV. cum exemplo Sichardi & editis ante Queſn. *ex ſuis propriis loquitur.* Binius *ex propriis.*

24 Nominativum *natura* a Queſnello omiſſum, ex ceteris editis omnibuſque codicibus reſtituimus. Dein *creſceret per ætatem* in duobus MSS. coll. XXI. Poſtea *ſpiritu Dei* in pleriſque editis ante Queſnellum cum cod. Vat. coll. XXIV.

25 Vulg. ante Queſn. cum eodem codice & Sichardo *proceſſerit.*

26 Editiones Leonis ante Queſn. & Labbeus cum MSS. coll. XI. & XXIV. ac Sichardo *nos.* Retinuimus *vos* aliis MSS. & Binio ſuffragantibus: hic enim Leo Theodoritum alloquitur, quem Dioſcorus perſequendo afflixit.

27 Vocem *prius* a Queſnello reſtitutam præferunt noſtri codices col. XI. & XXI. Innuitur excommunicatio a Dioſcoro lata contra ipſum ſuum *caput* Romanum Pontificem; quem auſum antea inauditum & incredibilem deteſtatur Synodus Calchedonenſis in ep. 98. ad Leonem cap. 2. Vide not. 3. Queſnelli. Dein quidam codices omittunt *utinam.*

28 Quid hic Leo reſpiciat, vide apud Queſn. not. 4. qui mox pro *abdicata* ſcripſit *addicta*, & in margine *Ita MSS. omnes.* Id quidem invenimus in codd. coll. XXI. At in aliis coll. XI. XII. XXIV. ac in exemplo Sichardi cum anterioribus editionibus *abdicata.*

29 Ita omnes Queſnelli, & plerique noſtri codd. atque Sichardus. Alias *dictus*, vel *dictum eſt.* Poſt pauca vulg. ante Queſn. cum MSS. coll. XII. *quaſi nec audiſſet illud, quod Dominus ait*. Idem legitur in cod. Vat. coll. XI. qui ſolum addit *idem* ante vocem *Dominus.* Recepimus lectionem Binii & MSS. coll. XXIV. ad quam accedit Queſnellus cum codd. coll. XXI. præmittentibus *idem* ante *Dominus* non ſatis apte, cum in antecedenti Scripturæ teſtimonio nulla Chriſti Domini mentio occurrat.

30 Codd. coll. XI. delent *eſt.* Poſtea *quia tamquam* legitur in antiquis Leonis vulg. [& apud Labbeum cum codd. coll. XXIV. & Sichardo.

31 Codd. coll. XI. & XXIV. cum Sichardo & Binio addunt *ergo.*

32 Cod. Barb. *ſe veritate & duce.* Vat. coll. XXIV. & Sichardus *ſe ſerenæ vitæ luce.*

33 Vat. coll. XI. & duo coll. XXI. *tradit.* Poſtea idem codex coll. XI. *ſolus ultra omnia ac pro omnibus reus.*

34 Catecheſes indicat, quibus inſtruebantur, qui ad baptiſma accedebant, vel ad unitatem Eccleſiæ revertentes, ab hæreſi vel ſchiſmate purgandi erant.

35 Ideſt inter Eutychianos ac Neſtorianos, qui oppoſitis erroribus catholicam fidem impetentes, maximam loquen-

ni cautela libremus: non jam, quod absit, tamquam de dubiis disceptantes, sed auctoritate 36 summa, quæ bene definita sunt, adstruentes: cum & in apostolicæ Sedis epistola universalis sanctæ Synodi assensu firmata, tanta divinæ auctoritatis testimonia noverimus esse congesta, ut nullus queat ulterius dubitare, nisi qui sibimetipsi errorum tenebras inferre maluerit, 37 & synodalia gesta, vel quibus 38 primum definitio fidei legitur esse formata, vel quibus præfatæ litteræ apostolicæ Sedis, etiam 39 tuæ fraternitatis studio defensæ sunt, & 40 maxime ad piissimos Principes totius Concilii allocutio *, tot sint præcedentium patrum testimoniis roborata, ut cuivis imprudenti ac pertinaci animo, si tamen non jam cum diabolo pro sua impietate damnatus est, valeant suadere.

* 3 part. Conc. Calch. n. 1.

CAP. V.

Unde hoc quoque nos contra hostes Ecclesiæ providere condignum est, ut eis 41 nullam calumniandi occasionem, quod ad nos attinet, penitus relinquamus, nec umquam contra Nestorianos aut Eutychianos agentes, alteri eorum videamur terga vertisse; sed utrosque Christi hostes æqua lance vitemus atque damnemus: ita ut eos, quoties audientium quantalibet poscit utilitas, cum dogmatibus eorum digno anathemate promtissime atque evidentissime feriamus: ne si hoc a nobis aut obscurius fieri videatur, aut tardius, putetur invitum. Quod quamvis prudentiam tuam 42 res ipsa admonere sufficiat, jam tamen & experimenta docuerunt. Sed benedictus Deus noster, cujus invincibilis veritas ab omni hæreseos macula mundum te, secundum 43 Sedis apostolicæ judicium, demonstravit. Cui dignam retribues pro tot laboribus gratiam, si talem te, qualem probavimus ac probamus, pro universalis Ecclesiæ defensione servaveris. Nam quod Deus omnium calumniosorum fallacias solvit, maximam beatissimi Petri curam pro cunctis nobis agnoscimus: qui postquam suæ Sedis judicium in fidei definitione firmavit, nec circa cujusquam vestrum, qui nobiscum pro catholica fide 44 laborastis, personam, quicquam reprobum videri permisit: quia nec poterat, Spiritu sancto judicante, quisquam ex eis non victor exire, quorum jam vicerat fides.

Theodoretus a Sede apost. & ab invincibili veritate Catholicus demonstratus.

CAP. VI.

Quod superest, exhortamur, ut quia illic nonnullas Eutychiani ac Nestoriani erroris reliquias cognovimus remansisse, nunc etiam Sedi apostolicæ collabores. Victoria enim, quam Christus Dominus noster suæ donavit Ecclesiæ, quamdiu in hoc mundo versamur, licet fiduciam majorem tribuat, non tamen in totum sollicitudinem perimit: nec ut dormiamus donata est, sed ut suavius laboremus. Unde in hoc quoque tuæ vigilantiæ sollicitudine volumus adjuvari, ut tua relatione currente, 45 quid apud illas regiones doctrina dominica proficiat, apostolicam Sedem festines instruere: quatenus illius regionis Sacerdotes, in quocumque usus exegerit, adjuvemus. De his vero, quæ 46 in sæpe dicto Concilio illicita contra venerabiles Nicænos canones præsumtione tentata sunt, * ad fratrem & Coepiscopum nostrum Antiochenæ Sedis præsulem scripsimus: adjicientes & illud, quod nobis propter improbitatem Monachorum quorumdam regionis vestræ verbo mandasti per Vicarios nostros, & hoc specialiter statuentes, ut præter Domini Sacerdotes nullus audeat prædicare, seu monachus, sive ille sit laicus, qui cujuslibet scientiæ nomine glorietur. Quas tamen litteras, pro utilitate universalis Ecclesiæ

* ep. 119. 16. q. 1. Adjicimus illud c. 19.

BALLER. NOTÆ.

quendi cautionem exigebant, uti S. Pontifex explicat capite sequenti. Post pauca pro *libremus* quædam editiones cum MS. Vat. coll. XI. & Sichardo *liberemus*.

36 Ita Quesn. ex codd. Trecopith. & Thuan. cum quibus concordant duo nostri coll. XXI. Vulgati antiquiores *sua* cum duobus codd. Quesn. & nostro Vat. coll. XXIV. atque Sichardo. Mox post verba *in apostolicæ Sedis epistola* codices Vat. coll. XI. & XXI. ac sex a Quesnello laudati not. 5. qui partim ad easdem collectiones pertinent, partim e simili fonte dimanant, per saltum aliquot periodos transiliunt usque ad illa capitis sequentis: *Sed benedictus Deus noster*, earumque loco substituunt hæc verba: *& cetera quæ per ordinem supra posuimus, continuo agit. Sed benedictus Deus*. Ipsa formula *& cetera* omissionem indicat. Integrum vero textum exhibent codices coll. XII. XVIII. ac XXIV. & exemplar Sichardi.

37 Vulgati ante Quesn. cum MSS. coll. XII. & XXIV. *cum synodalia*, ac postea *tot sit*. Quesnelli emendationem, forte ex Grimanico MS. contextus exigit.

38 Fidei definitio in Calchedonensi actione quinta formata fuit; litteræ autem Leonis ad Flavianum antecedentibus actionibus secunda & quarta, vindicatæ ac totius Synodi assensu receptæ fuere: ac propterea *primum* de ordine temporis intelligi nequit, vel exactum ordinem Leo secutus non est.

39 Cum actione secunda, Leonis epistola 28. legeretur, cumque adversus quamdam ejusdem epistolæ sententiam ab Illyricianis & Palæstinis difficultates ingererentur, Theodoritus simile S. Cyrilli testimonium afferens, eam propugnavit. Vide tom. 4. Concil. pag. 1238. ed. Albrit.

40 *Maxime*, inquit, quia in Allocutione Concilii plura testimonia Patrum recitata fuere.

41 Hæc admonitio Theodoritum respicit, qui ob defensum antea Nestorium, & ob impugnatum Cyrillum in Nestorianismi suspicionem venerat: unde in Synodo Calchedonensi, ut se catholicum probaret, Nestorio anathema expresse dixit; quod ne exigentibus Patribus invite fecisse videatur, hic eidem Leo insinuat, ut data occasione non tam Eutychem, quam Nestorium cum suis impiis dogmatibus *digno anathemate, promtissime, atque evidentissime feriat*.

42 Ita nostri codices cum Sichardo & editis ante Quesn. apud quem *res ipsæ admonere sufficiant*. Quod additur, *experimenta docuerunt*, innuit quæ Ephesi & Calchedone Theodorico contigerunt.

43 Hujus judicii Sedis apostolicæ testimonium exstat in Calched. act. 1. ubi Judices dixerunt pag. 874. ed. Albrit. *Ingrediatur & reverendissimus Episcopus Theodoretus, ut sit particeps Synodi, quia & restituit ei Episcopatum sanctissimus Archiepiscopus Leo*: & act. 8. pag. 1523. iidem Judices Concilii sententiam pro Theodorito postularunt, *sicut & sanctissimus Leo Archiepiscopus judicavit*. Quibus concinens totum Concilium dixit: *Post Deum Leo judicavit*: & Legati Pontificis pag. 1526. *Theodoretum sanctissimus & beatissimus universæ Ecclesiæ Episcopus urbis Romæ Leo dudum in communione suscepit ita, sicut litteræ ab eo ad nostram humilitatem testantur*. Post pauca *retribuas* in MS. Vat. coll. XI.

44 Sic cum Quesnello & Binio nostri codd. coll. XI. & XXI. Alias *laboratis*. Paullo post *videre* in MS. Vat. coll. XI. Dein pro *exire* quædam editiones *existere*.

45 Veteres editiones cum MSS. collect. XI. XII. & XXIV. ac exemplo Sichardi *quid apud illos religionis doctrina dominica proficiat*: & postea *illius religionis Sacerdotes*. Veram lectionem a Quesnello receptam MSS. coll. XXI. approbant. Deinde *in quoscumque usus necessitas exegerit* unus cod. Vat. coll. XXI.

46 Alias, *in supradicto*. Respicitur canon Calchedonensis pro Constantinopolitanæ sedis prærogativa. Confer epistolam præcedentem ad Maximum, quæ hic indicatur: ubi etiam Monachorum improbitas reprehenditur, de qua vide ibidem adnot. 3.

Sacerdotibus solis prædicare licet.

siæ, per prædictum fratrem & Coepiscopum nostrum MAXIMUM, ad omnium 47 voluimus pervenire notitiam: & ob hoc his noluimus earum exemplar adjicere, quia quæ prædicto fratri & Coepiscopo nostro injunximus, non dubitamus implenda. *Et alia manu.* Deus te incolumem custodiat, frater carissime. Data 48 tertio Idus Junii OPILIONE viro clarissimo Consule.

---

* Alias XCIV. Quæ autem antea 121. erat, nunc 153. 15. Junii an. 453.

EPISTOLA CXXI.*

1 Ad MARCIANUM Augustum.

De Paschate.

SYNOPSIS.

I. *Curam paschalis cycli Alexandrino Episcopo olim esse demandatam.*
II. *Quid difficultatis ex illo ortum sit.*
III. *Ut de hac difficultate jubeat inquiri, postulat.*

2 LEO Episcopus MARCIANO Augusto.

CAP. I.

TAm multis 3 documentis per omnes Christi Ecclesias fides vestræ pietatis innotuit: ut si quid sollicitudinum pro communi religione generatur, merito vestrum quæratur auxilium. Et quia memor dispensationis mihi creditæ, necesse habeo curas meas etiam in ea quæ D A sunt futura præmittere, non improbe cupio clementiæ vestræ studiis adjuvari: ut in ea observantia, quæ certa semper ratione variatur, nihil possit erroris incurri. Paschale etenim festum, quo sacramentum salutis humanæ maxime continetur, quamvis in primo semper mense celebrandum sit, ita tamen est lunaris cursus conditione mutabile, ut plerumque sacratissimæ diei ambigua 4 occurrat B electio, & ex hoc fiat plerumque, quod non licet, ut non simul omnis Ecclesia quod nonnisi unum esse oportet, observet. Studuerunt itaque sancti Patres occasionem hujus erroris auferre, omnem hanc curam Alexandrino 5 Episcopo delegantes (quoniam apud Ægyptios hujus supputationis antiquitus tradita esse videbatur peritia) 6 per quem quotannis dies prædictæ solemnitatis Sedi apostolicæ indicaretur, cujus scriptis ad longinquiores Ecclesias C indicium generale percurreret.

Cura supputationis paschalis Episc. Alexand. delegata.

CAP. II.

Sed sanctæ memoriæ THEOPHILUS 7 Alexandrinæ Ecclesiæ Episcopus, cum hujus observationis annos 8 centum numero collegisset, septuagesimi sexti anni paschale festum longe aliter, quam alii decreverant, tenendum esse constituit. 9 Nam a primo augustæ memoriæ THEODOSII senioris * consulatu 10 succedentem sibi sacræ observantiæ ordinem ponens, ut longioris temporis ratio ejus litteris teneretur adscripta, cujus complexionis 11 septuagesimus & quartus est annus, 12 in quo pridie Idus Aprilis sanctum Pascha celebravimus: sequenti vero anno pridie nonas Aprilis eadem, propitio Deo, 13 agenda erit festivitas, sicut 14 regulariter centenariæ annota-

* An. 380.

an. 453.

BALLER. NOTÆ.

47 Al *volumus*. 48 Vulgati ante Quesn. cum nostris codicibus coll. XI. XII. XXI. & XXIV. ac exemplo Sichardi *IV. Idus*. Solus Quesnellus ex cod. Grim. *III. Idus*. Id autem immutare noluimus, propterea quod hoc eodem die signetur epistola 119. ad Maximum, cum qua hæc simul eadem occasione transmissa, ac ex Leonis more eodem die signata credenda sit. Secus epistola ad Maximum, quæ hic scripta præsumitur, die sequenti exarata fuisset. Facile autem fuit librariis ex *III. Idus*, duabus unitatibus junctis *IV. Idus* scribere.

1 Exstat in MSS. coll. XII. XVIII. XIX. & XXIV. ac in Vat. 541.

2 Cod. Ratisponens. *Leo Papa*.

3 *Etiam multis* in MSS. Laurentiano Florentino & Fesulano. *Jam multis* in Vat. 1340. in quo etiam paullo post *geratur* pro *generatur*. 4 Prima editio Quesn. cum anterioribus editis *currat*. Emendatum fuit in editione secunda, ut in potioribus nostris codd.

5 MS. Ratisp. *Antistiti*. Alluditur Nicænis Patribus, de quibus Cyrillus cum Leone consentiens, in Prologo Paschali tradiderat an. 437. *Sanctorum totius orbis Synodi consensione decretum est, ut quoniam apud Alexandriam talis esset reperta Ecclesia, quæ in hujus scientia clareret, quota Kalendarum, vel Iduum, quota Luna Pascha debeat celebrari, per singulos annos Romanæ Ecclesiæ litteris intimaret; unde apostolica auctoritate universalis Ecclesia per totum orbem definitum Paschæ diem sine ulla disceptatione cognosceret.*

6 Lectionem vetustissimi Ratisponensis MS. præferendam duximus, quæ potior & clarior est, & cum Cyrilli testimonio, antecedenti adnotatione descripto, ex quo forte Leo sententiam sumpsit, maxime congruit. In editis antiquioribus Leoninis corrupte legebatur: *per quam quamvis singulis dies prædictæ solemnitatis eveniret, Sedi apostolicæ indicaretur, ut hujus scripti ad longinquiores Ecclesias judicium generaliter percurreret*. Idem legitur in vulgatis Concil. cum Merlino ex codd coll. XII. hac sola exceptione *qui annis* pro *quamvis*. Hanc postremam lectionem Quesnellus suscipiens, duas emendationes addidit, *cujus scriptis* pro *ut hujus scripti*, & *indicium* pro *judicium*, ut in aliis nostris codicibus reperimus. 7 Ratisp. *Alexandrinæ urbis*.

8 Theophili Laterculum Paschale annorum centum hic indicatur, quod incipiebat ab anno 380. ita ut annus 76. hujus Laterculi incideret in an. 455. de cujus Paschate præsens vertebatur quæstio. Distinguendum est autem hoc Laterculum a Periodo seu circulo paschali ejusdem Theophili annorum 418. quos Cyrillus in Prologo paschali expresse memorat; non vero annorum 437. uti Quesnellus not. 1. in hanc epistolam scripsit. Neque Laterculum, ut idem Quesnellus eadem nota asseruit, annos centum a Periodo memorata decerptos exhibebat. Nam Periodum annorum 418. initium sumsisse ab anno Christi 475. post quinque Cyclos decemnovennales, quos Theophilus in Laterculo ediderat, absolutos anno ejusdem Laterculi 96. optime demonstravit Joannes Vander Haagen in dissertatione de Theophili Cyclo paschali 418. annorum §. 8.

9 Particula *Nam* deest in editis ante Quesnellium, sicut etiam in nostris codicibus excepto Ratisponensi, qui eam exhibet. Vide not. 2. Quesnellii.

10 Ita cum Quesn. idem cod. Ratisp. Alii editi cum ceteris nostris MSS. *succedentes sibi sacræ observantiæ ordines*. 11 Tria Paschata sibi succedentia in Laterculo Theophilano notata indicantur, nimirum Pascha an. 453. quod *in complexione*, seu Laterculo Theophili ad annum 74. assignabatur *prid. Id. Aprilis*: item Pascha anni 454. quod ad an. 75. Laterculi affigebatur *pridie Nonas Aprilis*; & in his nullum erat cum Latinis dissidium: ac tandem Pascha an. 455. quod ad an. 76. Laterculi *VIII. Kal. Maji* signabatur; & in hoc Paschate Latini ab Alexandrinis dissidebant.

12 Sic emendavimus ex MSS. Ratisp. & Vat. coll. XXIV. Editi perperam *in qua*. Mox *sanctum paschale* in eodem Ratisp. 13 Editi & plerique codd. *habenda*. Melior visa est lectio MS. Ratisp.

14 Vox *regulariter* indicat dies paschales annorum 453. & 454. in Theophili Laterculo notatos non discrepasse a regula, seu Cyclo Latinorum annorum LXXXIV. quo Romana Ecclesia tum utebatur. Si Latinorum Cyclus, æque ac Laterculum Theophili anno 454. signabant diem Paschatis *pridie Nonas Aprilis*; sequitur evidenter hoc anno Romanos usos fuisse Cyclo annorum LXXXIV. quo Lunæ saltus decimo quarto Cycli anno admitteba-

[A.] 454. [A.] 455. [P]ascha April. [2]4. incidens.

notationis ordo declarat : sed in anno , qui erit septuagesimus sextus , 15 is Paschæ dies invenitur adscriptus, quem a passione Domini nullius exempli, nullius constitutionis admittit auctoritas. Nam diem octavum Kalendarum Majarum ab eo cognoscimus præfinitum, 16 qui nimie limitem antiquæ constitutionis excedit : cum alii quintum decimum Kalendarum Majarum huic festivitati deputaverint diem. Siquidem 17 ab undecimo Kalendarum Aprilium, usque in undecimum Kalendarum Majarum, legitimum spatium sit præfixum, intra quod omnium varietatum necessitas concludatur : ut Pascha dominicum nec prius possimus habere, nec tardius. Quod enim in decimum, & in nonum Kalendarum Majarum videtur 18 nonnumquam pervenisse festivitas , quadam ratione defenditur. Quia etsi dies resurrectionis ultra terminum videtur exisse, dies tamen passionis limitem positum non invenietur egressus. Ad octavum autem Kalendarum Majarum paschalem observantiam perducere , nimis insolens & aperta transgressio est.

CAP. III.

Quia ergo in illa, ut dixi, centenaria supputatione THEOPHILI, septuagesimus sextus annus diem Paschæ contra morem ecclesiasticum statuisse monstratur , & non leviter delinquitur, si in principio sacramenti veritas & unitas ab universali Ecclesia non tenetur : obsecro clementiam vestram, ut studium vestrum præstare dignemini : quatenus Ægyptii , vel si qui sunt alii, qui certam hujus supputationis videntur habere notitiam , scrupulum 19 hujus sollicitudinis absolvant, ut in eum diem generalis observantia dirigatur, qui nec paternarum constitutionum normam relinquat, nec ultra præfixos terminos evagetur. Quicquid autem pietas vestra de hac consultatione cognoverit, ad meam jubeat mox notitiam pervenire : ut in divinis mysteriis nulla dissonantiæ culpa nascatur. Data 20 decimo septimo Kalendas Julii, OPILIONE viro clarissimo Consule.

P. R. consulit Ægyptios de supputatione Pasch.

EPISTOLA CXXII. *

* Alias XCV. Quæ autem antea 122. erat, nunc 148. 15. Junii an. 453.

1 Ad JULIANUM Episcopum.

SYNOPSIS

Rogat eum, ut de controversia Paschatis anni sequentis diligentius inquirat, rescribatque.

LEO JULIANO Episcopo.

2 DE paschali observantia sanctæ memoriæ THEOPHILUS ad Augustum THEODOSIUM seniorem scribens, per centum annos , a primo prædicti Principis consulatu , digessit ordinem festi , cujus instructionis septuagesimus quartus nunc annus evolvitur ; quo , OPILIONE Consule , pridie Idus Aprilis celebrata est sacra solemnitas : unde sequenti anno, pridie nonas Aprilis, eadem festivitas rationa-

A. CH. 453. Pascha 12. die Aprilis. A. 454. Pascha 4. die Aprilis.

BALLER. NOTÆ.

tebatur : in Cyclo enim annorum LXXXIV., qui recipiebat saltum Lunæ anno Cycli duodecimo Pascha notabatur V. Kal. Aprilis. Hinc autem *regulariter* susceptam fuisse patet emendationem Cycli Latinorum, qua saltus Lunæ ab anno XII. ad annum XIV. prorogatus fuit. Hic porro observatione dignus est alius textus epist. 88. ad Paschasinum cap. 4. ubi cum esset sermo de Paschate anni 455. quod Romani affigebant diei XV. Kal. Maji, S. Pontifex scribit : *In nostris autem paschalibus Cyclis, quod bene nosse dignaris , XV. Kal. Maji ejusdem anni Pascha celebrandum esse sit scriptum.* Cum non unum , sed plures Latinorum Cyclos indicet, & in omnibus Pascha eo die notari affirmet; procul dubio duos saltem Cyclos designat, quorum alter saltum Lunæ admittebat singulis quatuordecim annis : ac proinde vel ex hoc testimonio postremus iste Cyclus jam receptus agnoscitur ; alias unius tantum Cycli saltum Lunæ adstruentis duodecimo quoque anno S. Leo meminisset. Utrosque autem Cyclos pro Paschate anni 455. idcirco indicavit S. Pontifex, quia licet hi diffiderent in statuendo Paschate anni 454. in Paschate tamen anni 455. omnes conveniebant. Vulgati cum aliquot MSS. habebant *centenariæ annorum rationis ordo.* Emendationem Quesnelli confirmat cod. Ratisp.

15 Ex eodem Ratisp. supplevimus vocem *is*. Quidam editi cum uno codice *invenietur*. Indicatur Paschæ dies VIII. Kal. Maji, seu 24. Aprilis: qui in Theophili Laterculo anno tantum 455. notabatur, cum hoc Laterculum inciperet ab anno 380. Quod vero Leo subdit *nullius exempli, nullius constitutionis admittit auctoritas* : de Romanis intelligendum est, non autem de Alexandrinis , qui cum semper decemnovennali Cyclo usi sint , anno pariter 371. eodem die Pascha celebraverant. Id autem forte ignoravit S. Leo, quod solum Theophili Laterculum a posteriori anno 380. incipiens cognosceret.

16 Editi ante Quesn. cum plerisque MSS. perperam legebant *qui anni limitem antiquitus constitutum excedit.* Lectioni a Quesnello restitutæ suffragatur MS. Ratisp. Diem autem VIII. Kal. Maji, seu Aprilis 24. cui Pascha anni 455. ab Alexandrinis deputabatur, limitem ultimum *antiquitus constitutum* (scilicet a Latinis) *nimie* excedere Leo affirmavit, quia limes apud eosdem Latinos ultimus erat XI. Kal. Maji, seu Aprilis 21. unde tribus diebus excedebat, ac proinde *alii*, idest iidem Latini, ex suo Cyclo annorum LXXXIV. Pascha deputaverant XV. Kal. Maji, seu Aprilis 17. In hoc autem octo dierum discrimine Latinorum & Alexandrinorum quæstio vertebatur.

17 Dies XI. Kal. Aprilis, seu Martii 22. erat apud Romanos limes citimus Dominicarum paschalium ; sicut dies XI. Kal. Maji, seu Aprilis 21. erat ultimus limes. Post pauca pro *præfixum* Quesnellus in margine : Alias *præfinitum*. Confer not. 3. Quesnelli.

18 Respicit hoc loco S. Leo Pascha anni 444. quod Paschasini & Cyrilli rationibus adductus celebraverat IX. Kal. Maji : nec non Pascha anni 417. quod ex ejusdem Paschasini epistola nobis 3. celebrandum noverat cum Alexandrinis X. Kal. Maji ultra ultimum Romanorum limitem, quem in XI. Kal. Maji serius productum affirmaverat. Hanc autem objectionem S. Pontifex ea ratione diluit pro Paschate anni 455. quia etsi dies X. & IX. Kal. Maji extra hunc limitem ultimum supradictis annis exierit, dies tamen passionis eumdem limitem non excesserit ; quæ ratio Leoni olim persuasit, ut in die Paschatis anni 444. Paschasino consentiret. Confer adnot. 18. in epist. 3. At cum dies VIII. Kal. Maji hanc rationem & conciliationem non reciperet, eo quod hoc casu non tantum resurrectionis, verum etiam passionis dies eum limitem prætериret ; hinc Alexandrinis se non posse assentiri profitetur. 19 Cod. Ratisp. *ejus sollicitudinis*. Paullo post editi ante Quesn. *ut eum diem generalis observantia dirigat*. Lectionem Quesn. approbat noster Ratisp. qui mox *nec ultra præfixus terminus evagetur.*

20 Ita vetustus & emendatissimus codex Ratisp. ut in duabus sequentibus epistolis eadem occasione transmissis. Editi cum aliis MSS. *Decimo sexto Kal. Julii.*

1 Extat in iisdem collectionibus & codicibus, in quibus præcedens. In vulgatis inscribebatur *ad Eudochiam Augustam*, & deinceps *Eudochiæ Augustæ*. Errorem satis indicat formula *fraternitatem tuam*, pro qua in editis contra manuscriptorum fidem suppositum fuit *serenitatem tuam*. Emendationem a Quesnello inductam ex Grimanico noster Ratisp. approbat. Vide ejusdem not. 1.

2 Hæc verba *De paschali observantia*, quæ tituli loco Quesnellus posuit, ex fide Ratisponensis codicis epistolam inchoant.

tionabiliter 3 consequetur. Sed annus, qui erit A septuagesimus sextus, memorati Episcopi annotationem habere cognoscitur, quæ a totius antiquitatis exemplo, & ab omni Patrum auctoritate discordat. Siquidem in octavum Kalendarum Majarum dominicum Pascha transtulerit, præfinitos 4 antiquitus limites nimis 5 evidenter excedens, cum in die quintodecimo Kalendarum Majarum paschalem solemnitatem, sicut constituerunt 6 alii, potuerit annotare. Unde quia non mediocris mihi sollicitudo generatur, ne apud Ægyptios hæc persuasio 7 roboretur, ad christianissimum & clementissimun Principem scripta direxi, quibus B caussam scrupuli diligenter exposui, & suppliciter postulavi, ut operam suam, quemadmodum consuevit, religionis cultui dignanter impendat: ut 8 eos, qui hujus supputationis perfectam videntur habere notitiam, in unum jubeat convenire, & diligenter inquirere; ne forte hæc definitio teneatur, & hic excessus, qui prioribus videtur repugnare temporibus, nostræ conniventiæ vel negligentiæ deputetur, & fiat in nostris diebus, quod numquam ante præsumtum est. Quia vero oportet 9 fraternitatem tuam curæ istius mecum esse participem, & ne quid tale accidat, præcavere, crebrius 10 religiosissimo & fidelissimo Principi dignare suggerere, ut indissimulanter 11 Ægyptios jubeat admoneri, ne in summæ festivitatis die, aut dissensione aliqua, aut trans- C gressione peccetur. Quicquid autem de hac re 12 diligentior sollicitudo repererit, cito ad notitiam meam gloriosissimus Imperator jubeat pervenire: quia & ad ipsius, & ad omnium salutem pertinet, ut Dei cultus nullo errore lædatur. 13 Data XVII. Kalendas Julii, OPILIONE viro clarissimo Consule.

A.455. Pascha Alexandrinis 24 Aprilis Romanis. 17.

EPISTOLA CXXIII. *

* Alias XCVI. Quæ autem antea 123. erat, nunc 154. 15. Junii an. 453.

1 Ad EUDOCIAM Augustam,

De Monachis Palæstinis.

SYNOPSIS.

I. *Rogat ut curam suam reducendis ad fidem & quietem Monachis Palæstinis impendat.*

II. *Recepta Calchedonensi Synodo tam Eutychen, quam Nestorium exsecrentur, si chatolici videri volunt. Quid autem profecerit exhortatio Eudociæ, ipsius litteris instrui cupit.*

LEO Episcopus EUDOCIÆ Augustæ.

CAP. I.

QUanta mihi catholicæ cura sit fidei, & qua sollicitudine, in quantum Dominus adjuvat, 2 debeam præcavere ne umquam ab imperitis aut impiis veritatis Evangelio resistatur, Pietatem vestram scire non dubito. Et ideo cum salutationis officio, quo semper mihi est vestra 3 honoranda Clementia, obsecro Dominum ut me de tua incolumitate lætificet, & caussam fidei, in qua quorumdam intra provinciam Palæstinam Monachorum fuerant corda turbata, magis magisque per vos faciat adjuvari: ut quantum pietatis tuæ studio fieri potest, hæreticæ perversitati omnis fiducia subtrahatur. Quos enim nec ratio sacramentorum, nec auctoritas 4 Scripturarum, nec ipsa sacratorum locorum testimonia commovebant, quid eis nisi abruptum periculum timeretur? Prosit ergo Ecclesiis, sicut favente Deo 5 prodest, & generi ipsi prosit humano in Verbi Dei Incarnatione suscepto, quod domicilium habitationis vestræ ibi esse voluistis, ubi vobis Dominum nostrum JESUM CHRISTUM sicut verum Deum, ita & verum hominem, in D unitate personæ, & mirabilium indicia, & passionum documenta loquuntur. Locus restitutus.

Si

BALLER. NOTÆ.

3 Tres codd. cum vulg. ante Quesn. *consequitur*. Sed cum hæc scripta sint anno 453. & hoc loco sit sermo de Paschate anni 454. correctio potioribus MSS. fulcitur.

4 Quidam codices *antiquitatis*.

5 Editis cum pluribus MSS. *audenter*. Potior & Sententiæ aliis epistolis expressæ conformior visa est lectio MS. Ratisp. Vide adnot. 16. in epistolam præcedentem.

6 Idest Latini. Confer eamdem adnotationem.

7 Vulgati antiquiores cum plerisque inferioris notæ MSS. *probaretur*. Codd. Grim. & Ratisp. in correctione conveniunt. 8 Alexandrinos præsertim intelligit ex cap. 2. & 3. epistolæ antecedentis, ut indicant etiam sequentia. 9 Cur editiones ante Quesn. hic præferant *serenitatem tuam*, diximus adnot. 1.

10 Ratisp. delet *religiosissimo &*. 11 Sic ex Ratisp. Alias *jubeat Ægyptios admonere*.

12 Editi antiqui cum aliquot codd. *diligentius investigare sollicitudo tua* (al. *vestra*) *potuerit*. Quesnelli lectionem in Grimanico inventam confirmat noster cod. Ratisp.

13 Ita cod. Ratisp. Ceteri codd. & editi *data XVI. Kal. Julii*.

1 Exstat in MSS. coll. XII. XVIII. XIX. & XXIV. ac in exemplo Sichardi. Vulgati Leonis inscribunt *Ad Liciniam Eudochiam*: Quesnellus *ad Liciniam Eudoxiam*, notans legi *Eudoxiam* in MS. Grim. Perperam. Liciniæ Eudoxiæ nomen non uxori Theodosii junioris, ad quam hic Leo scribit, sed Valentiniani uxori hujus filiæ convenit. Ratisp. hic habet *Eudochiam*, at in epist. 117. *Eudociam* præfert, ut in aliis codd. & editis Concil. hoc nomen scribitur. Confer adnot. 6. in epist. 117. ex qua harum litterarum caussam seu impulsum discimus. 2 Vulg. cum MSS. Coll. XII. & XXIV. atque Sichardo *debeat præcaveri*. Emendationem Quesn. ex Grimanico noster Ratisp. confirmat. Mox *& impiis* in codd. coll. XII. & antiquis editis: apud Sichardum *& inimicis veritatis*.

3 Iidem vulg. cum iisdem codd. atque Sichardo corrupte, *oranda clementia, obsecro Dominum, ut me tuam incolumitatem in caussa fidei . . . . magis magisque faciat adjuvare, ut tantum quod pietatis tuæ* &c. Ratisp. & Grim. in emendatione semper consentiunt.

4 Ita melius Ratisp. quam in vulgatis & aliis etiam Quesnelli codicibus *Scriptorum*. Mox *commonebant* in Ratisp. & MSS. collect. XII.

5 Editi *& prodest, & prosit generi humano*. Ratisponensis codicis lectio melior. Cum Leo ad hanc Augustam alias litteras scripserit, quibus eam ab Eutychianorum patrocinio revocare, & ad favendum Catholicis permovere studuit, ut vidimus adn. 7. in ep. 117. has litteras effectum obtinuisse præsumit, ut sic facilius ex præsumpta de ea fiducia eamdem impelleret. Dici etiam potest verbum *prodest* indicare alia ejusdem Augustæ pia opera, quibus aliquot in Palæstina Ecclesias, hospitalia, & monasteria ædificavit, largiterque ditavit, ut narrant Evagrius lib. 2. cap. 21. & 22. & auctor Vitæ S. Euthymii. Idem præterea codex Ratisponensis sequentium emendationem a Quesnello inductam approbat, cum in anterioribus vulg. sicut & in aliarum collectionum MSS. legatur; *in verbis Dei vestram ibi esse voluntatem, ubi Domini nostri Jesu Christi vobis sicut verum Deum* &c.

CAP. II.

Si ergo prædicti nomen catholicum venerantur & diligunt, & 6 inter Domini corporis volunt membra numerari, pravos errores, quos temere admiserant, detestentur, & agant pœnitentiam impiarum blasphemiarum, cruentorumque factorum. Succumbant pro salute animarum suarum synodalibus, quæ in civitate Calchedonensi sunt confirmata, decretis. Et quia ad intelligendum sacramentum salutis humanæ, nisi fides vera & humilitas quieta non pervenit, credant quod legunt in Evangelio, quod confitentur in Symbolo, nec impiis dogmatibus misceantur. Fides enim catholica sicut damnat Nestorium, qui in uno Domino nostro Jesu Christo duas ausus est prædicare personas, ita damnat etiam Eutychen cum Dioscoro, qui ab unigenito Deo Verbo 7 negant in utero Virginis matris veritatem carnis humanæ susceptam. Si quid autem erga prædictorum conversionem exhortatio vestra profecerit, quod gloriam vobis præstabit æternam, peto hoc mihi Clementiæ vestræ litteris indicetis: 8 ut & vos boni operis fructum cepisse, & illos gaudeam misericordia Domini non periisse. Data 9 decimo septimo Kalendas Julii, Opilione viro clarissimo Consule.

[Nestorii dog[ma] & Euty[chis d]etestatur.]

EPISTOLA CXXIV. *

* Alias XCVII. Quæ autem [an]tea 124. [er]at, nunc [12]5. sub idem [te]mpus quo [pr]æcedens.

1 Ad Monachos Palæstinos.

2 SYNOPSIS.

I. *Ex perversa epistolæ S. Leonis ad Flavianum interpretatione impositum esse Palæstinis.*

II. *Tam Eutychen, qui naturas confundit in Christo, quam Nestorium, qui personas geminat, esse detestandos.*

III. *Christi non esse participem, qui nostram in eo naturam non confitetur.*

IV. *Illos solum Christi sanguine mundari, in quorum corpore oblatus, passus, & mortuus triumphavit.*

V. *Utriusque ejus naturæ proprietates ex operum qualitate declarari.*

VI. *Utramque inconfuse in una persona convenire.*

VII. *Nihil Filio Dei accessisse de novo nisi in forma servi.*

VIII. *Cum iisdem Monachis de scandalis ipsorum furore ortis expostulat.*

IX. *Ut resipiscant & fidem communem amplectantur, exhortatur.*

Leo Episcopus universis 3 Monachis per Palæstinam constitutis.

CAP. I.

Sollicitudini meæ, quam universali Ecclesiæ omnibusque ejus filiis debeo, multorum relatione patefactum est, dilectionis vestræ animis quiddam offensionis illatum, dum aut imperiti, ut apparet, interpretes, aut maligni, quædam vos aliter intelligere, quam a me sunt 4 prædicata, fecerunt, non valentes in Græcum eloquium apte & proprie Latina transferre, cum in rebus subtilibus, & difficilibus explicandis, vix sibi etiam in sua lingua disputator quisque sufficiat. Quod tamen apud me eo 5 profecit, ut dum ea, quæ catholica fides respuit, improbatis, intelligamus vos veris amicitiores esse, quam falsis; & id merito refutare, quod ex antiquæ institutione doctrinæ etiam ipse detestor. Quamvis enim epistola mea ad sanctæ memoriæ Flavianum Episcopum data, satis sibi ad manifestationem sui ipsa sufficiat, neque in aliquo aut purgationis, aut expositionis indigeat; 6 & alia tamen cum eadem mea scripta concordant, in quibus similiter prædicationis meæ sensus in aperto est. Necessitatem enim habens contra hæreticos, qui multos Christi populos conturbaverant, differendi, & clementissimis Principibus, & sancto Concilio synodali, & Constantinopolitanæ Ecclesiæ, quid de Incarnatione Verbi, secundum evangelicam apostolicamque doctrinam, deberemus sapere ac sentire, patefeci, & in nullo a sanctorum Patrum confessione discessi: quia una est, vera, singularis, 7 catholica fides, cui nihil addi, nec minui potest:

[Quantæ ex linguarum imperitia turbæ.]

[Fidei nihil addi, nihil minui potest.]

BALLER. NOTÆ.

6 Antiquæ editiones cum MSS. coll. XII. & XXIV. *inter Domini corpus se volunt membra nominari.* Quesnellus ex Grimanico: *intra Domini corpus volunt membra numerari.* Lectio Ratisp. præferenda fuit.

7 Vulgati *negat.* Ex cunctis nostris codd. atque Sichardo & Binio emendavimus.

8 Ita cum Grim. noster Ratisp. Alii codices cum vulg. ante Quesn. *ut & in vobis boni operis fructum, & in illis gaudeam misericordiam Domini non periisse.*

9 Omnes editi *septimo Kal.* Correximus ex optimo codice Ratisp. sic enim hæc epistola eodem die, quo duæ præcedentes signantur, idque ex Leonis more, cum omnes eadem occasione simul transmissæ videantur.

1 Invenitur hæc epistola in MSS. coll. V. XI. XII. XIII. & XX. usque ad XXIV. & in exemplo Sichardi. Licet autem hæc epistola chronica nota careat, certe tamen scripta hoc anno, & probabiliter una cum antecedenti in Palæstinam missa fuit. Leo enim Monachorum Palæstinorum tumultus primum audivit ante diem 25. Novembris anni 452. ex ep. 109. sed quo animo moverentur, ignorabat: unde pleniorem instructionem petiit epist. 113. cap. 3. Paullo post hanc instructionem accepit, cum Julianus ad eum transmisit Marciani & Pulcheriæ scripta ad eosdem Monachos, in quibus eorum ausus ac turbæ describuntur, ut patet ex epist. 115. 116. & 117. datis die 21. Martii anni 453. Sicuti vero hac de caussa ad Eudociam in Palæstina degentem, eorumque Monachorum patronam antecedentes litteras dedit; ita etiam hanc epistolam ad ipsos Monachos eum scripsisse probabilissimum est. Cum vero horum Monachorum tumultus jam sopitos Leo acceperit ante diem 9. Januarii anni sequentis ex ep. 126. & 127. hæ procul dubio litteræ ad Palæstinos in annum sequentem differri non possunt.

2 In tabula coll. V. hic titulus legitur cap. 81. *Ad Palæstinos super mobilitate fidei ipsorum in Eutychianam hæresim devolutos correctio.*

3 Vulgati ante Quesn. cum MSS. coll. XIII. & XXI. perperam *Episcopis*: cum ex contextu ad Monachos in Palæstina tumultuantes hæc epistola scripta fuerit. Hinc jure Quesnellus Binium secutus *Monachis* pro *Episcopis* substituit. Confer notam ejus 1. Ceterum MSS. coll. V. XI. & XII. inscriptione carent, & solum titulum præferunt *Epistola Leonis Papæ ad Palæstinos*, vel ad *Palæstinum*. Codices vero collect. XXIV. hanc inscriptionem exhibent *Leo Episcopus Palæstinis.*

4 Vulg. Leonis antiqui cum Vat. coll. XX. IV. & Sichardo *prædicta.*

5 Vat. coll XI. *proficit*: in margine Concil. *profuit*. Dein in editorum margine notatum fuit ex MSS. coll. XXIV. & Sichardo *etiam ipse Eutyches detestatur.*

6 Particulam & sumptam pro *etiam*, quam delevit Quesnellus, revocavimus ex Vindebon. coll. V. Vat. coll. XI. ac XXIV. atque exemplo Sichardi.

7 Editiones ante Quesnell. cum Sichardo addunt *perfecta, inviolabilis*: desunt in MSS. undecim Quesnelli, & in nostris coll. V. XI. XXI. & XXIV. Postea *nihil minui* in codd. coll. XI. XXI. & XXIV.

test: quam Nestorius prius, & nunc Eutyches, diversa quidem assertione, sed simili impietate impugnare conati sunt, & Ecclesiæ Dei duas hæreses sibimet contrarias inferre tentarunt, ut uterque a discipulis veritatis merito damnaretur; quia insanum nimis & sacrilegum fuit, quod varia falsitate ambo sensérunt.

CAP. II.
Nestorii error.
* *Ab hoc c. 2. usque ad c. 8. eadem leguntur in Epist. 265. al. 97. ad Leonem Augustum a c. 2. ad mediam partem noni capitis.*

* Anathematizetur ergo Nestorius, qui beatam virginem Mariam hominis tantummodo credidit genitricem, ut aliam personam carnis, aliam faceret Deitatis, [8] nec unum Christum in Verbo Dei & carne sentiret, sed separatim atque sejunctim, alium filium Dei, alium hominis prædicaret: cum, manente illa incommutabilis Verbi essentia, quæ ei cum Patre & Spiritu sancto intemporalis atque coæterna est, ita intra virginea viscera Verbum caro sit factum, ut uno conceptu unoque partu eadem virgo, secundum unionem utriusque substantiæ, & ancilla Domini esset & mater. Quod etiam [9] Elizabet, sicut Lucas Evangelista declarat, intellexit & dixit: *Unde hoc mihi, ut veniat mater Domini mei ad me?* Eutyches quoque eodem percellatur anathemate, qui per impios veterum hæreticorum volutatus errores, tertium Apollinaris dogma delegit: ut negata humanæ carnis atque animæ veritate, totum Dominum nostrum JESUM CHRISTUM unius asserat esse naturæ, tamquam Verbi Deitas ipsa se in carnem animamque converterit; & concipi, & nasci, nutriri & crescere, crucifigi ac mori, sepeliri ac resurgere, & ascendere in cœlum, & in Patris dextera, unde ad judicandos vivos & mortuos veniet, consedere, [10] ejus tantum essentiæ fuerit, quæ nihil horum in se sine carnis recipit veritate: quoniam natura Unigeniti, natura est Spiritus sancti, simulque impassibilis, simul est incommutabilis, sempiternæ Trinitatis indivisa unitas & consubstantialis æqualitas. Unde si ab Apollinaris perversitate hæreticus iste descìscit, ne convincatur Deitatem passibilem sentire atque mortalem; & tamen Verbi incarnati, id est, Verbi & carnis unam audet pronuntiare naturam, non dubie in Manichæi & Marcionis transit insaniam, & mediatorem Dei & hominum, hominem JESUM CHRISTUM simulatorie omnia credit egisse, nec humanum in ipso corpus, sed phantasticam corporis speciem oculis apparuisse cernentium.

Luc. 1. 43.
Eutychis & Apollinaris error.

Manichæi & Marcionis error.

CAP. III.

Quæ impietatis mendacia quoniam olim fides catholica detestatur, & talium sacrilegia concordibus per totum mundum beatorum Patrum sunt damnata sententiis, quicumque illi sunt ita obcæcati & a lumine veritatis alieni, ut Verbo Dei a tempore Incarnationis humanam, id est nostram, negent inesse naturam, ostendant in quo sibi christianum nomen usurpent, & cum Evangelio veritatis qua ratione concordent, [11] si per beatæ virginis partum, aut caro sine Deitate, aut Deitas est orta sine carne. Sicut enim negari non potest, quod *Verbum caro factum est, & habitavit in nobis*; ita negari non potest, quod *Deus erat in Christo, mundum reconcilians sibi*. Quæ autem reconciliatio esse potest, qua humano generi propitiaretur Deus, nisi [12] omnium caussam mediator Dei hominumque susciperet? Qua vero ratione veritatem mediatoris impleret, nisi qui in forma Dei æqualis erat Patri, in forma servi particeps esset & nostri: ut per unum novum hominem fieret renovatio vetustatis; & mortis vinculum unius prævaricatione contractum, unius morte, qui solus morti nihil debuit, solveretur? * Effusio enim pro injustis sanguinis justi tam potens fuit ad privilegium, tam dives ad pretium, ut si universitas captivorum in redemtorem suum crederet, nullum tyrannica vincula retinerent: quoniam sicut Apostolus ait, *ubi abundavit peccatum, superabundavit & gratia*. Et cum sub peccati præjudicio nati potestatem acceperint ad justitiam renascendi, validius factum est donum libertatis, quam debitum servitutis.

Hæreti[ci] Christian[um] nomen [...] usurpant.
Joan. 1.
2. Cor. [...]
Solus C[hri]stus morti nihil debui[t].
* *Haben[tur] hæc & seq[uen]tia ser. 6[...] c. 3. & [...] 165. cap.* [...]
Rom. 5. [...]

Quam itaque sibi in hujus sacramenti præsidio spem relinquunt, qui in Salvatoris nostri corpore negant humanæ substantiæ veritatem? Dicant quo sacrificio reconciliati, dicant quo sanguine sint redemti? Quis est *qui tradidit semetipsum pro nobis oblationem & hostiam Deo in odorem suavitatis?* aut quod umquam sacrificium sacratius fuit, quam quod verus Pontifex altari Crucis per immolationem suæ carnis imposuit? Quamvis enim multorum sanctorum in conspectu Domini pretiosa mors fuerit, nullius tamen insontis occisio, propitiatio fuit mundi. Acceperunt justi, non dederunt coronas; & de fortitudine fidelium exempla nata sunt patientiæ, non dona justitiæ. Singulares quippe in singulis mortes fuerunt, nec alterius quisquam debitum suo fine persolvit: cum inter filios hominum unus solus Dominus noster JESUS CHRISTUS extiterit, in quo omnes crucifixi, omnes mortui, omnes sepulti, omnes sunt etiam suscitati. De quibus ipse dicebat: *Cum exaltatus fuero [13] a terra, omnia traham ad me*. Fides etenim vera justificans impios, & creans justos, ad humanitatis suæ tracta participem in illo acquirit salutem, in quo solo homo se invenit innocentem; liberum habens per gratiam Dei de ejus potentia gloriari, qui contra hostem superbum in carnis nostræ humilitate congressus, his victoriam suam tribuit, in quorum corpore triumphavit.

CAP. I[V.]
Ephes. 5. [...]
Ps. 115. [...]
Mors & alia myst[eria] Christi u[ni]versalia f[...]
Joan. 12. [...]

Quam-

BALLER. NOTÆ.

8 Duo codd. Vatt. coll. XXI. *ne unum*. Mox *ex Verbo Dei* in Vat. coll. XI. Dein in iisdem codd. coll. XXI. *separatum atque sejunctum*. Postea *incommutabili* legitur in ep. 165. cap. 2.

9 Codd. coll. XXI. *Elizabet Lucas Evangelista declarat intellexisse, cum dicit*.

10 Vulgati addunt *divinæ*, & habent *considere*. Secuti sumus codd. Vindebon. coll. V. Vat. coll. XI. XXI. & XXIV. atque Sichardum. Idem Quesnellus licet vocem *divinæ* retinuerit, monuit tamen in margine hanc vocem in quatuor suis MSS. desiderari.

11 Vindebon. collect. V. & Vat. collect. XI. *si beatæ Virginis partus*. Melius in duobus Vatt. collect. XXI. *si beatæ Verginis partu*, & similiter in epist. 165. cap 4.

12 Ita anteriores editiones cum nostris codd. Vindebon. coll. V. Vat. coll. XXIV. atque Sichardo melius, quam apud Quesnellum cum MSS. coll. XXI. *hominum*; nam in epistola 165. c. 4. *omnium* pariter legitur.

13 Vindeb. coll. V. & Vat. coll. XXIV. cum Sichardo delent *a terra*.

CAP. V.

Quid utrique Chriſti naturæ proprium, quid commune in ejus actionibus.

Quamvis ergo in uno Domino noſtro JESU CHRISTO, vero Dei atque hominis filio, Verbi & carnis una perſona ſit, & utraque eſſentia communes habeat actiones; intelligendæ tamen ſunt ipſorum operum qualitates, & ſinceræ fidei contemplatione cernendum eſt, ad quæ provehatur humilitas infirmitatis, & ad quæ inclinetur altitudo virtutis: quid ſit quod caro ſine Verbo non agit, & quid ſit quod Verbum ſine carne non efficit. Sine Verbi enim potentia nec conciperet virgo, nec pareret: & ſine veritate carnis obvoluta pannis infantia non jaceret. Sine Verbi potentia non adorarent Magi puerum novo ſidere declaratum: & ſine veritate carnis non juberetur transferri in Ægyptum puer, & ab Herodis perſecutione ſubduci. Sine Verbi potentia non diceret vox Patris miſſa de cœlo: *Hic eſt filius meus dilectus, in quo mihi* 14 *complacui*: & ſine veritate carnis non proteſtaretur Joannes: *Ecce Agnus Dei, ecce qui tollit peccata mundi*. Sine Verbi potentia non fieret redintegratio debilium, & vivificatio mortuorum: & ſine veritate carnis, nec cibus jejuno, nec ſomnus eſſet neceſſarius fatigato. Poſtremo, ſine Verbi potentia, non ſe Dominus Patri profiteretur æqualem, & ſine veritate carnis non idem diceret Patrem 15 ſe eſſe majorem: cum catholica fides utrumque ſuſcipiat, utrumque defendat, quæ ſecundum proprietatem divinæ humanæque ſubſtantiæ unum Dei filium, & hominem credit, & Verbum.

Luc. 1. 31. Luc. 2. 7.

Matth. 2. 11. Matth. 3. 17. Joan. 1. 29.

CAP. VI.

Joan. 1. 14.

* *Habentur hæc Ser. 6. 4.*

* Quamvis ergo ab illo initio, quo in utero virginis *Verbum caro factum eſt*, nihil umquam inter divinam humanamque ſubſtantiam diviſionis extiterit, & per omnia incrementa corporea, unius perſonæ fuerint totius temporis actiones; ea ipſa tamen, quæ inſeparabiliter facta ſunt, nulla permixtione confundimus; ſed quid cujus formæ ſit, ex operum qualitate ſentimus. Nec divina enim humanis præjudicant, nec humana divinis, cum ita in idipſum utraque concurrant, ut in eis nec proprietas abſumatur, nec perſona geminetur. * Dicant igitur iſti phantaſmatici Chriſtiani, quæ ſubſtantia Salvatoris affixa ſit ligno, quæ jacuerit in ſepulcro, & revoluto monumenti lapide, quæ tertio die caro ſurrexerit; vel quale corpus JESUS diſcipulorum viſui, clauſis ad eos oſtiis ingreſſus intulerit: cum ad abigendam cernentium diffidentiam, inſpici oculis digitiſque tractari patentes adhuc fixuras clavorum, & recens compuncti lateris vulnus 16 exigeret. At ſi in tanta luce veritatis tenebras ſuas hæretica obduratio non relinquit, oſtendant unde ſibi ſpem vitæ polliceantur æternæ, ad quam niſi per mediatorem Dei & hominum, hominem JESUM CHRISTUM, non poteſt perveniri. *Non enim eſt aliud nomen datum hominibus ſub cœlo, in quo oporteat ſalvos fieri:* nec eſt

* *Hæc habentur eodem Ser. 65. c. 4.*

Jo. 20. 26.

Nulli ſalus niſi per Chriſtum.

Act. 4. 12.

A redemptio captivitatis humanæ, niſi in ſanguine ejus, *qui dedit ſemetipſum redemtionem pro omnibus*. 17 Qui, ſicut prædicat beatus Apoſtolus, *cum in forma Dei eſſet, non rapinam arbitratus eſt, eſſe ſe æqualem Deo; ſed ſemetipſum exinanivit, formam ſervi accipiens, in ſimilitudinem hominum factus, & habitu inventus ut homo. Humiliavit ſemetipſum, factus obediens uſque ad mortem, mortem autem crucis. Propter quod & Deus illum exaltavit, & donavit illi nomen, quod eſt ſuper omne nomen: ut in nomine* JESU *omne genuflectatur, cœleſtium, terreſtrium, & infernorum, & omnis lingua confiteatur, quia Dominus* JESUS CHRISTUS *in gloria eſt Dei Patris.*

1. Tim. 2. 6. Philip. 2. 6.

CAP. VII.

Quamvis ergo unus ſit Dominus JESUS CHRISTUS; & veræ Deitatis, veræque humanitatis in ipſo una prorſus eademque perſona ſit, neque hujus 18 unitionis ſoliditas ulla poſſit diviſione ſejungi: exaltationem ta-B men, qua illum exaltavit Deus, & donavit illi nomen, quod ſuper omne nomen excellit, ad eam intelligimus pertinere formam, quæ ditanda erat tantæ glorificationis augmento. In forma quippe Dei, æqualis erat Filius Patri, & inter Genitorem atque Unigenitum nulla erat in eſſentia diſcretio, nulla in majeſtate diverſitas; nec per Incarnationis myſterium, aliquid deceſſerat Verbo, quod 19 ei Patris munere redderetur. Forma autem ſervi, per quam impaſſibilis Deitas ſacramentum magnæ pietatis implevit, humana humilitas eſt, quæ in gloriam divinæ poteſtatis evecta eſt, in tantam unitatem ab ipſo conceptu virginis Deitate & humanitate connexa, ut nec ſine homine divina, nec ſine Deo agerentur humana. Propter quod ſi-C cut Dominus majeſtatis dicitur crucifixus, ita qui ex ſempiternitate æqualis eſt 20 Deo, dicitur exaltatus. Nec intereſt, ex qua Chriſtus ſubſtantia nominetur: cum inſeparabiliter, manente unitate perſonæ, idem ſit & totus hominis filius propter carnem, & totus Dei filius propter unam cum Patre Deitatem. Quicquid ergo in tempore accepit Chriſtus, ſecundum hominem accepit, cui 21 quæ non habuit conferuntur. Nam ſecundum potentiam Verbi, indifferenter omnia quæ habet Pater, etiam Filius habet, & quæ in forma ſervi a Patre accepit, eadem in forma Patris etiam ipſe donavit. 22 Eſt idem ipſe & dives & pauper. Dives, quia *in principio erat Verbum, & Verbum erat apud Deum, &* D *Deus erat Verbum. Hoc erat in principio apud Deum. Omnia per ipſum facta ſunt, & ſine ipſo factum eſt nihil.* Pauper vero, quia *Verbum caro factum eſt, & habitavit in nobis*. Quæ autem eſt ejus exinanitio, quæve paupertas, niſi formæ ſervilis acceptio; per quam, Verbi majeſtate velata, diſpenſatio humanæ redemtionis impleta eſt? Nam quia captivitatis noſtræ reſolvi originalia vincula non poterant

Quantus Divinitatis & humanitatis nexus in Chriſto.

2. Cor. 8. 9. Joan. 1. 1.

Joan. 1. 14.

BALLER. NOTÆ.

14 Codd. collect. XXI addunt *bene*.
15 Pronomen *ſe* deeſt in Vindebon. coll. V. in Vat. coll. XXIV. atque Sichardo.
16 Unus Vat. coll. XXI. *exegerit*: alius *ab ipſis diſcipulis exegerit*. Mox *ac ſi* in Vindeb. collect. V. ac Vat. coll. XXIV. atque Sichardo. 17 Codd. coll. XXI. *& qui*.
18 Queſnellus in marg. Alias *unionis*. 19 *Dei Patris* in MSS. coll. XXI.
20 Iidem codices *Deo Patri*.
21 Exemplar Sichardi *quod non habuit confertur*. In epiſt. 165. cap. 8. aliquot codices habent *conferrentur*; alii tamen *conferuntur*. 22 Vindeb. coll. V. *Et idem ipſe eſt & dives*: cui lectioni affinis eſt Sichardus, qui ſolum omittit *eſt*. Concinit epiſt. 165. cap. 8.

terant 23, nisi existeret homo nostri generis nostræque naturæ, quem veteris debiti præjudicia non tenerent, & qui immaculato sanguine suo chirographum letale dilueret, sicut ab initio erat divinitus præordinatum 24; ita est in plenitudine præfiniti temporis factum, ut multis modis significata promissio, in diu expectatum veniret effectum; nec posset esse ambiguum, quod continuis 25 testificationibus semper fuerat nuntiatum.

Col. 2. 14.

CAP. VIII. Destructis itaque tot hæresibus, quæ per sanctam devotionem præsidentium Patrum, a corpore sunt catholicæ unitatis abscissæ, quæque ideo extorres a Christo esse meruerunt, quia Verbi Incarnationem, quæ singularis est recte credentium salus, fecerunt sibi lapidem offensionis & petram scandali: miror dilectionem vestram in discernendo veritatis lumine laborare. Et cum multis manifestationibus declaratum sit, quam recte & Nestorium & Eutychen cum Dioscoro fides christiana damnaverit, nec Christianus possit vocari, qui vel illius, vel horum impietati præbet assensum: doleo vos evangelicæ & apostolicæ doctrinæ, ut audio, resultare, exagitando seditionibus civitates, conturbando Ecclesias, nec solum injurias, sed etiam cædes Presbyteris atque Episcopis inferendo: ut præ furore & sævitia, 26 propositi vestri & professionis sitis immemores. Ubi est regula mansuetudinis & quietis? ubi longanimitas patientiæ? ubi tranquillitas pacis? ubi firmamentum dilectionis, & tolerantiæ fortitudo? Quæ vos ab Evangelio Christi aut persuasio abduxit, aut persecutio separavit? Vel quæ tanta extitit decipientis astutia, ut obliti Prophetarum & Apostolorum, obliti Symboli salutaris & confessionis, quam pronuntiantes coram multis testibus, sacramentum baptismi suscepistis, diabolicis vos illusionibus subderetis? Quid apud vos acturæ fuerant ungulæ, quid sæva tormenta, si ad expugnandam fidei vestræ integritatem tantum vana hæreticorum commenta valuerunt? Pro fide vos agere creditis, & fidei contraitis. Ecclesiæ nomine armamini, & contra Ecclesiam dimicatis. Hoccine a Prophetis, hoc ab Evangelistis, hoc ab Apostolis didicistis? ut negantes veram Christi carnem, & ipsam Verbi essentiam passioni mortique subdentes, alienam faciatis nostram a suo reparatore naturam, totumque quod crux intulit, quod lancea vulneravit, quod sepulcri lapis 27 suscepit & reddidit, solum fuisse opus divinæ potentiæ, non etiam humilitatis humanæ? Propter quam Apostolus dicit: *Non enim erubesco Evangelium:* quoniam noverat, quale Christianis ab inimicis objiceretur opprobrium. Et ideo etiam Dominus protestabatur, dicens: *Qui me confessus fuerit coram hominibus, & ego confitebor illum coram Patre meo.* Hi enim non erunt digni confessione Filii, & Patris, quibus nunc caro Christi verecundiam facit: probabuntque se nullam de signo crucis sumsisse virtutem, qui quod præferendum frontibus acceperunt, promere labiis erubescunt.

1. Petr. 2. 8.

Christianus vocari nequit qui deviat a fide.

Parricidæ Monachi.

Symboli recitatio in Baptismo.

Rom. 1. 16.

Matth. 10. 32.

Signum crucis frontibus præferendum.

CAP. IX. Declinate, filii, ab his diabolicis persuasionibus declinate. Veritatem Dei nulla res violat, sed Veritas nos nisi in nostra carne non salvat. *Veritas* quippe, sicut Propheta ait, *de terra orta est*; & sic Verbum Maria virgo concepit, ut uniendam ipsi carnem de sua substantia ministraret, nec cum adjectione personæ, nec cum evacuatione naturæ: quoniam qui erat in forma Dei, ita accepit formam servi, ut unus atque idem in forma utraque sit Christus; inclinante se Deo usque ad infima hominis, & proficiente homine usque ad summa Deitatis, dicente Apostolo: *Quorum patres, & ex quibus Christus secundum carnem, qui est super omnia Deus benedictus in sæcula. Amen.*

Ps. 84. 12.

Rom. 9. 5.

EPISTOLA CXXV. *

* Alias XCVIII. Quæ autem antea 125. erat, nunc 156. 25. Junii an. 453.

1 Ad JULIANUM Coensem Episcopum.

Per comitem Rodanum.

De silentio Juliani amice expostulat: de omnibus vult instrui.

LEO Episcopus JULIANO Episcopo.

2 SÆpissime dilectionem tuam ad hanc curam & diligentiam meis sum litteris cohortatus, ut de his, quæ circa fidem aguntur, sollicitudinem meam indesinenter instrueres. Et cum omnibus occasionibus scribere non quiescam, quibusdam tamen * scriptis meis, 3 id est, per filium nostrum subadjuvam RODANUM, domesticum filii nostri, viri illustrissimi ASPARACII datis, nullum responsum tuæ fraternitatis accepi: tamquam ratio temporis non habuerit, ut quid post mea scripta sit gestum, potueris indicare. Et ideo per filium meum 4 comitem RODANUM his litteris te saluto: 5 & ut nullam opportunita-

* ep. 117. vel 118.

BALLER. NOTÆ.

23 Vulgati antiqui cum exemplo Sichardi addunt *& ab hostis imperio relaxari*. Desunt tum in nostris, tum in Quesnelli codd. nec non in epist. 165. cap. 9.

24 Iidem vulgati & Sichardus, non vero codices, addunt *& Prophetarum oraculis prænuntiatum*.

25 Unus Vat. coll. XXI. cum iisdem vulgatis *significationibus*.

26 Hæc indicant sermonem esse cum Monachis. Quesnellus not. 1. Carosum & Dorotheum duces Monachorum intelligit. At hi Constantinopolitani, non vero Palæstini fuerunt. Respicit S. Leo Palæstinos Monachos, qui duce Theodosio totam Palæstinam bello & cædibus perturbarunt, ut pluribus narrant Marcianus in epistola Calchedonensibus gestis subjecta, & Evagrius lib. 2 c. 5. Confer adnot. 1. in ep. 109.

27 Duo Vatt. coll. XXI. *suscepit, creditis solum fuisse opus*.

1 Exstat in MSS. coll. XII. XVIII. XXIV. ac in exemplo Sichardi.

2 Vulgati ante Quesnell. *Frequentissime*, & in margine *Sæpissime*.

3 Sichardi exemplum delet *idest*. Dein vox *subadjuvam* ex MS. Grimanico a Quesnello addita est: quæ, ut idem in postilla notavit, significat *Satellitem ex eorum ordine, qui adjutores adjuvant, Synesius epist. 144. Vide & Panciroli Commentarium ad Notitiam Imperii c. 16.*

4 Vulgati cum MSS. coll. XII. & XXIV. atque Sichardo desiderant *comitem*. Quesnellus ex codice Grimanico adjecit. Vide Pancirolum de Comitis officio.

5 Editi cum iisdem MSS. *& ut opportunitatem scribendi non negligas, in quo quæstus sollicitudinis meæ relevatur, admoneo.* Quesnellus ex eodem MS. Grim. emendavit.

nitatem ſcribendi negligas, quo æſtus ſollicitudinis meæ relevetur, admoneo. Cum enim in te quamdam mei Conſtantinopolitani habeant portionem; dignum eſt & pro communi amicitia, & pro totius Eccleſiæ dilectione, inceſſabili te vigore proſpicere, ne quid poſſit de ſtatu fidei me latere. Quæ ergo 6 per prædictos, vel ad glorioſiſſimum Principem, vel ad tuam dilectionem ſcripſi, ut celerrime tradantur effectui, opportunis ſuggeſtionibus elabora. Et quicquid fuerit, Deo auxiliante, diſpoſitum, ſcire me facito: ut perductis in effectum his, quæ rationabiliter ordinata ſunt, pax fi ei, canonumque cuſtodia & ſecurior ubique habeatur & fortior. Data ſeptimo Kalendas Julii, OPILIONE viro clariſſimo Conſule.

Pax fidei & canonum cuſtodia.

... ſti Eccleſias concors multiplicatur oratio: ut ſi qua adhuc apud Ægyptum caligo 7 reſidet, quæ nondum recepit radios veritatis, totius mundi precibus remedia illuminationis accipiat, & execrabilis Dioſcori ultra contagiis non gravetur: nec in illo dominicæ oves 8 imprudenti affectu perſonam diligant paſtoralem, quem experti ſunt ſæviſſimum fuiſſe morum & fidei vaſtatorem. Et ideo in ſancto & mirabili ſtudio ſuo perſeveret veſtra Clementia, ut ſi quid uſquam aut ægrum invenitur aut turbidum, & ſanitati reddatur & paci: quia dignum eſt ita vos præſidere rebus humanis, ut gaudeatis ſacramentis ſervire divinis. Data quinto Idus Januarii, AETIO & STUDIO viris clariſſimis Conſulibus.

Dioſcorus fidei & morum vaſtator.

EPISTOLA CXXVI. *

* Alias XCIX. Quæ autem antea erat 126 nunc 157. Januar. an. 454.

1 Ad MARCIANUM Auguſtum.

SYNOPSIS.

Gratias agit pro ſedatis Palæſtinæ tumultibus, & reſtituto in ſuam ſedem Juvenali Jeroſolymitano; Dioſcorum etiam ejuſque ſequaces Ægyptios perſtringens.

LEO MARCIANO Auguſto.

GEminis Clementiæ veſtræ lætificatus alloquiis, cum debita gratiarum actione 2 reſcribo, gaudens de miſericordia Dei, qui in virtutibus providentiæ veſtræ, & ad utilitatem Romanæ Reipublicæ, 3 & ad catholicæ Eccleſiæ pacem, glorioſiſſimum præſidium collocavit. Unde confido utramque 4 hanc Pietatis veſtræ ſaluberrimam curam ita divinitus adjuvandam, ut plena tranquillitas & chriſtianæ religioni & veſtro 5 tribuatur imperio. Quod ergo in provinciis Palæſtinis plebes Dei ad unitatem ſunt fidei revocatæ, & compreſſis errantium motibus ad evangelicam apoſtolicamque doctrinam omnium, ut indicare dignamini, corda directa ſunt, quodque fratri & Coepiſcopo meo JUVENALI ad Sacerdotii 6 ſui ſedem tandem licuit, non jam reſultante populo, ſed deſiderante, remeare; veſtræ fidei opus, veſtræ pietatis eſt fructus. Pro cujus augmento per omnes Chri-

EPISTOLA CXXVII. *

* Alias C. Quæ autem antea 127. erat, nunc 158. 9. Januar. an. 454.

1 Ad JULIANUM Epiſcopum Coenſem.

SYNOPSIS.

I. *De reſtituto Jeroſolym. Epiſcopo, converſis Palæſtinis Monachis, & receptis Proterii litteris.*

II. *De Paſchate anni* 455. *diligentius inquiri cupit.*

III. *De epiſtola ſua ad Calched. Epiſcopos lecta CP. Aetii diſcuſſione, & variis epiſtolis ultro citroque ſcriptis.*

LEO urbis Romæ Epiſcopus JULIANO Epiſcopo.

CAP. I.

CHriſtianiſſimi Principis fidem ſæpe evidentiſſimis probavimus documentis; ac Deo noſtro gratias ago, qui talem dignatus eſt rebus humanis concedere pro ſua pietate rectorem: qui & fidei cauſſas & Reipublicæ 2 ſumma vigilantia tueretur, hæreticorum auſibus ſemper obſiſtens, & nihil eorum inſaniæ adverſum catholicam fidem licere permittens: cujus poſt Deum beneficiis hoc debetur, quod & Jeroſolymitanus Epiſcopus eſt receptus, & Monachos, quos perfidia hæreticæ falſitatis invaſerat, ad ſanitatem 3 auguſta auctoritate revocavit. Mox itaque ut accepi epiſtolas tuas, talia continentes, non ſolum eadem die, ſed prope eadem hora reſponſum red-

Juvenalis ſedi ſuæ reſtituitur Marciani auctoritate.

BALLER. NOTÆ.

6 Si epiſtolæ *antea* ſcriptæ hic indicantur, ut videtur; *per prædictum*, ideſt per ſubadjuvam Rodanum, legendum eſt. Nondum enim comes Rodanus cum litteris abierat, & quæ nunc per eumdem ad Julianum ſcribuntur, nihil peculiare continent, quod effectui tradendum eſſet. Probabilius itaque innuuntur epiſtolæ 115. ad Marcianum, & 117. ad Julianum, in quibus gravia propoſita fuerant, quæ ad pacem fidei canonumque cuſtodiam pertinebant: neque enim intelligi poſſunt epiſtolæ 121. ad Marcianum & 122. ad Julianum, cum nihil exhibeant, quod ad fidem canoneſque referatur. Alias litteræ, quæ interciderint, ſignificarentur.

1 Hanc Queſnellus edidit ex MS. Grimanico coll. XVIII. Contulimus cum Ratiſponenſi coll. XIX.

2 Sic Ratiſp. Queſnellus ex Grim. *ſcribo*. Geminæ Marciani litteræ, quibus nunc Leo reſpondet, deſiderantur.

3 Conjunctionem & ex eodem Ratiſp. ſupplevimus.

4 Ita melius ex noſtro codice, quam apud Queſnellum ex Grimanico *nunc Pietatis*.

5 Verbum *tribuatur*, quod in Grimanico deerat, ſuppeditavit noſter cod. Ratiſp. Defectum Queſnellus perſenſit, unde in margine notavit: *Supple danda ſit, vel quid ſimile.*

6 Ex eodem Ratiſp. addidimus *ſui*. Hieroſolymitanam ſcilicet ſedem, quam paullo poſt Synodum Calchedonenſem Juvenalis ob Palæſtinorum Monachorum turbas deſerere coactus fuerat, iiſdem turbis ab Imperatore ſopitis, ac Theodoſio Monachorum duce, qui in eam ſedem fuerat intruſus, per fugam ſubducto, repetere eidem Epiſcopo licuit. 7 Ita noſter codex. Queſnellus *reſedit*.

8 Queſnellus ex Grimanico *imprudentiæ defectu*. Melius noſter Ratiſp. Innuitur affectus, quo Ægyptii Dioſcorum, quantumvis in Calchedonenſi depoſitum, atque in exilium pulſum, proſequebantur, adeo ut ad novi Epiſcopi electionem difficile adducti fuerint, & contra Proterium tandem electum non pauci ejuſdem Dioſcori amore diſſenſiones excitaverint. Vide Liberatum cap. 14. & Evagrium lib. 2. c. 5. & ſeqq.

1 Exſtat in MSS. coll. XII. XVIII. XIX. XXIV. atque in exemplo Sichardi.

2 Editi ante Queſn. cum pleriſque poſterioris ævi codd. *ſummæ vigilantiæ ſtudio tueretur*. Lectioni Queſnellianæ Ratiſponenſis codex ſuffragatur.

3 Editi ante Queſnell. minus recte *auguſta auctoritas*.

reddere maturavi: ut certior de omnibus, quæ scripseras, reddereris. Fratrem PROTERIUM Alexandrinæ urbis Episcopum gratulor plenas satisfactionis de fide sua ad nos litteras direxisse, & 4 manifestius, quid teneat, indicasse; cui me dignam gratiam necesse est pro fidei ipsius sinceritate præstare, ut honorem in nullo suæ perdat Ecclesiæ, 5 sed sedis suæ privilegia, paternæ antiquitatis exemplo, juxta canonum illibata 6 jura, possideat.

Privilegia Ecclesiarum canonibus innixa.

CAP. II.

De præsentis anni Pascha 7 nulla dubitatio esse nobis potuit, sed de futuro quæsivimus, quod THEOPHILUS Alexandrinæ urbis Episcopus, 8 octavo Kalendarum Majarum diei, quod numquam ita a tempore dominicæ resurrectionis celebratum est, credidit adscribendum. Unde sollicitius congruit hoc requiri, ut omnis occasio tollatur erroris. Nam in nostris annalibus 9 quintus decimus Kalendarum Majarum dies apertissime a patribus nostris & constitutus legitur & celebratus. Ac ne vel apud nos, vel apud Orientales nascatur ex hac parte diversitas, hoc instantius nostro nomine cum christianissimo Principe agere tua dignetur dilectio: quamvis & ipse clementissimus Princeps se inquisitione sollicitissima curam hanc Ægyptiis delegasse, suis epistolis dignatus sit indicare.

CAP. III.

Epistola S. Leonis de approbatione & confirm. Syn. Calch. tantum pro rebus fidei lecta.

Epistolam sane 10 meam ad Calchedonensem Synodum datam præsentibus Episcopis & Clericis lectam fuisse, tuis epistolis retulisti; sed usque ad illud capitulum, quo ea, quæ de fide acta sunt, meus videtur firmasse consensus. Unde miratus sum, quod reliqua, quæ secuta fuerunt, non pariter in notitiam eorum, quibus sunt lecta, prolata sint: cum maxime omnibus innotescere debuisset, 11 improbum a nobis ambitum notatum fuisse, & novis usurpationibus obviatum: ut vetustas, quæ est canonibus constituta, inviolata, ut semper scripsimus, servaretur. AETIUM 12 vero Presbyterum, quem asseris fuisse discussum, gratulamur, cognitione habita, in omnibus fuisse purgatum. * Epistolam quoque ad Christianissimum Principem noveris me misisse, in qua illi gratias egi, quia curam mihi suam, tam pro fidei caussa, quam pro securitate Reipublicæ dignatus est indicare. Aliam quoque ad nos epistolam dedit, interveniens pro ANATOLIO Episcopo, ut nostri illi animi gratia præbeatur, quoniam correctionem ejus promittit, & in omnibus se satisfacturum esse, quæ ad fidei observantiam pertinent, pollicetur. Data quinto Idus Januarii, AETIO & STUDIO viris clarissimis Consulibus.

* Ep. 116.

EPI-

BALLER. NOTÆ.

4 Ita ex Griman. Quesnellus, & similiter noster Ratisponensis. Alias *manifeste*. *Manifestius* autem inquit, quia Proterius ad Alexandrinam sedem evectus, litteras quidem de fide sua ad Leonem dederat, quibus is respondit, sicut etiam ad ordinatores ejus & Clerum, uti colligitur ex ep. 113. cap. 3. At cum pleniorem fidei expositionem desiderarit S. Pontifex; litteras plenam ejusmodi expositionem continentes se jam accepisse hoc loco significat, quibus sane responsum dedit epist. 129.

5 Cod. Vat. coll. XII. *& sedis*. In Vat. 541. qui additiones exhibet ex collect. XXIV. tum *sed*, tum *&* ommittuntur.

6 In cod. Ratisp. deest *jura*. Aliquid autem hic desiderari sensus ostendit: quod cum posteriorum codicum exscriptores deprehendissent, post vocem *illibata* inseruerunt *jura*; cum tamen vox *illibata* proprius referenda videatur, non ad *jura*, sed ad *privilegia*, quæ *juxta canonum* forte *sanctiones*, vel *regulas* in Nicæno constitutas, Alexandrinæ Ecclesiæ *illibata* servanda Leo contendit adversus eam prærogativam, quæ cum Alexandrinæ sedis præjudicio in Synodo Calchedonensi Constantinopolitano Episcopo tributa fuerat.

7 Loquitur de Paschate anni 454. quod tum in Laterculo Theophili apud Alexandrinos, tum in Cyclo Romanorum notabatur pridie Nonas Aprilis. Vide adnot. 14. in ep. 121.

8 Sermo est de Paschate anni 455. de quo erat inter Romanos & Alexandrinos quæstio. Vulgati Leonini ante Quesnell. perperam habebant *nono*. Vide ejus not. 1. & confer adnot. 15. in epist. 121. sicut & alias in eam adnotationes, quibus sequentia intelligentur. Ex MS. Ratisp. *diei* pro *die* emendavimus.

9 Erat in editis ante Quesn. ac in inferioris notæ codicibus *Calendarum Majarum die aptissime a Patribus* &c. Raynaudus pro *die* emendavit *dies*: Labbeus vero in margine & Quesnellus in texto suppleverunt *quintodecimo*, retento *die*. Veram lectionem suppeditavit Ratisp. Quod porro ad nomen *annalium* pertinet, in quibus paschales dies signabantur, animadvertendum est, etiam apud Constantinopolitanam Ecclesiam hujusmodi *annales* exstitisse. Nam cum Hormisda ob dubium diem Paschatis anni 520. interrogasset Joannem Episcopum Constantinopolitanum, num Orientales in eo cum Occidentalibus concordarent; is respondit tom. 5. Concil. pag. 654. *Instantis autem dominicæ passionis numerum, qui vestris continetur litteris, ex repositis apud nos diei paschalis annalibus recte habere significamus*. Idem S. Leo epist. 137. cap. 1. loquens de Paschate anni 455. plures ejusmodi annales apud Romanos commemorat scribens: *Cum a passione Domini in omnibus nostris annalibus decimus quintus kalendarum Majarum dies legatur adscriptus*. Cum de Paschate anni 455 quæstio inter Alexandrinos & Romanos in eo sita esset, quod illi die VIII. *Kal.* isti vero die *XV. Kal. Maji* Pascha celebrandum contenderent; Leo in omnibus Latinorum annalibus reperiri quidem tradit Pascha adscriptum diei *XV.* non vero *VIII.* Kal. Maji. *Annalium* autem nomine intelligit tum Cyclos Paschales annorum LXXXIV. in quibus Pascha XV. Kal. Maji assignatum fuerat annis ejusdem Cycli primo, undecimo, vigesimo secundo &c. & ita quidem celebratum fuerat annis 382. 393. 404. &c. qui memoratis Cycli annis respondent; tum alia Ecclesiastica Latina monumenta, in quibus paschales item dies quovis anno celebrati notari solebant: nullibi autem descriptus reperiebatur dies VIII. Kal. Maji. *Annalium* scilicet nomen latius pro quibusvis publicis actis sumtum liquet ex Synodo Romana Bonifacii II. anni 531. in qua post lectum supplicem libellum Stephani Larissæ Episcopi Pontifex dixit: *Quæ lecta sunt, ecclesiasticis indantur annalibus*; & ex L. 65. *de Appellat.* Cod. Theod. L. II. tit. 30. *Appellatio litigantium . . . . nectatur annalibus*. Porro vox *constitutus* convenire videtur Cyclis annorum LXXXIV. in quibus jamdiu ante adscribi solebat paschalis dies quovis Cycli anno celebranda, ut videre est in veteri *Cyclo LXXXIV. annorum* apud Muratorium tom. 3. Anecdot. Latinorum: & hos quidem Cyclos S. Leo commemorans ep. 88. ad Paschasinum cap. 4. ait: *In nostris autem paschalibus Cyclis XV. kalend. Majas ejus anni* (455.) *Pascha CELEBRANDUM esse sit scriptum*. Vox autem *celebratus* ecclesiastica gesta videtur respicere, quibus Pascha ita sane celebratum notabatur, ut in laudatis Cyclis præstitutum fuerat.

10 Est epistola 114. & ex ea solum lectum fuit capitulum primum, quo decretis Synodi in negotio fidei pontificius assensus accedebat: non verum capitulum alterum, quo adversus Constantinopolitani Episcopi prærogativam in Calchedonensi constitutam S. Leo, Nicænorum observantiam inculcans, restitit. Integra tamen Græce reddita fuit, & aliquando vulgata: unde illius interpretationem ex Vat. codice Græco edidimus.

11 Ita Ratisp. cum Grimanico concinens Quesnellianæ emendationi suffragatur: cum in editis erronee legeretur: *innotescere debuisset, improbum a vobis ambitum notatum fuisse, ne novis usurpationibus constituta, inviolata* (*ut semper scripsimus*) *servarentur*.

12 Particulam *vero* ex Ratisp. adjecimus.

* Alias CI. Quæ antea erat 128. nunc 163. 9. Mart. an. 454.

EPISTOLA CXXVII.*

[1] Ad MARCIANUM Augustum.

SYNOPSIS.

Laudata Principis fide ac religione testatur se libenter Anatolium in gratiam suam recepturum, modo satisfaciat canonibus, & Sacerdotum jura non convellat.

LEO MARCIANO Augusto.

SI quantum vestra clementia pro evangelicæ fidei integritate sollicita est, tantum Constantinopolitanæ urbis Episcopus in custodiendis ecclesiasticis regulis vellet esse devotus; omnia compressis dissensionum scandalis ad statum proprium jam rediissent; nec quicquam sibi, vobis in imperio constitutis, qui omnia justa defenditis, & erroribus obviatis, eorum C adhuc pravitas vindicaret, qui curationem sibi non patiuntur adhiberi. Sed vestræ mansuetudini hæc palma servatur, ut vobis omnium, qui ad Christum Dominum nostrum per catholicam fidem revocantur aut redeunt, sanitas debeatur. Sicut itaque gloriamur in vobis, ita contristamur in eos, quibus carnali æmulatione præoccupatis vos pro statu Ecclesiarum & pace omnium Sacerdotum, spiritu tam christiano, quam regio, in tantum videmus esse D sollicitos, ut interventionum vestrarum pro his quos deviare cognoscitis, commodetis [2]; adhortando me vestris [3] epistolis, ut Coepiscopo meo ANATOLIO animi mei gratiam fraterna caritate restituam, quam illi & amabiliter, ut meministis, impendi, & præbere semper opto; si tamen, ut hortatus ante sum, ab ea, quæ illum gravavit, ambitione desisceret; & [4] eos, qui ipsum obfuscabant, in suo consortio non haberet. Sed ad epistolas meas pia affectione transmissas hactenus respondere nihil voluit; & cum de persona AETII, & ANDREÆ, qui illi fuerat substitutus, ea secuta B sint quæ debeant improbari, non otiosum est, quod de his, quæ maxime fuerant curanda, reticetur. Præceptioni itaque pietatis vestræ parere volueram, & litteras dare ad Episcopum supradictum, si priores, quas ad illum direxi, vel effectu rerum, vel scriptis ipsius proficere aliquid probavissem. At cum nihil de ambitionis pœnitudine voluerit profiteri, nihilque ad hæc respondere, quæ a me sunt scripta, curaverit; colloquia quidem mea ab illo suspendi, sed animum, quo illum corrigi & meliorem esse desidero, non mutavi. Proinde, si placet vestræ Clementiæ, immo, quia id vobis placere cognosco, satisfaciat canonibus, & omnium gratiam Sacerdotum pacifica humilitate servaturum se esse rescribat, ambitumque culpabilem se abjecisse significet; ego me illum in eam gratiam spondeo recepturum, ut in omnibus, quæ sunt Domino placitura, consortium ejus amplectar: quoniam illa pax vera, illa caritas erit firma, in qua simul studebimus & catholicam fidem, & Nicænorum canonum decreta servare. Data septimo Idus Martii AETIO & STUDIO viris clarissimis Consulibus.

☞ ADMONITIO

in tres Epistolas sequentes.

I. CUr in edendis tribus sequentibus epistolis alium a Quesnelliano ordinem secuti simus, paucis dicendum est. Quesnellus primum ediderat epistolam hac in editione 131. ad Julianum cum data *VII. Idus Martii*; tum epist. 129. ad Proterium cum data *VI. Idus*; ac tandem post insertam Proterii epistolam 133. ad Leonem, subjecit epist. 130. ad Marcianum cum data *V. Idus* ejusdem mensis, rejecto in marginem *VI. Idus*. Hæ datæ diversæ hunc ordinem exigebant. At cum in epist. 131. ad Julianum cap. 1. S. Pontifex testetur, se ad ipsum mittere exempla litterarum, quas *ad clementissimum Imperatorem, vel ad ipsum Alexandrinæ urbis Episcopum* (idest Proterium) *direxerat*, quibus duas ad Marcianum, & Proterium traditas epistolas respicit: hæ jam scriptæ noscuntur, antequam ad Julianum litteras exararet; ac proinde chronicarum notationum, quas Quesnellus prætulit, manifestus error agnoscitur, quo ad eum ordinem statuendum adductus fuit. Melius igitur ex nostro Ratisponensi notas chronicas emendavimus, ex quibus colligitur omnes has epistolas eodem die *VI. Idus Martias* signatas fuisse.

2 Quoad ordinem vero, cum ex laudato testimonio epistolæ 131. liquet, S. Pontificem scripsisse litteras ad Marcianum, & Proterium, antequam ad Julianum scriberet; tum vero ex initio cap. 2. epistolæ 130. ad Marcianum, ubi Leo se Proterio rescripsisse testatur, palam fit litteras ad Proterium epistolæ ad Marcianum præcessisse. Itaque licet omnes hæ epistolæ eodem die notentur; ex ipsarum tamen contextu Leo scripsit primum ad Proterium, dein ad Marcianum, ac tandem ad Julianum, & hunc ordinem in editione servabimus.

EPI-

BALLER. NOTÆ.

1 In solo codice Grimanico coll. XVIII. hactenus inventa, & a Quesnello edita fuit.
2 Quesnellus in margine: *Supple* favorem, *vel quid simile*.
3 Has Marciani litteras Leo jam acceperat V. Idus Januarii, ut patet ex epistola præcedenti cap. 3.
4 Confer epist. III. cap. 3.

* Alias CIII. Quæ autem antea 129. erat, nunc 159. 10. Martii an. 454.

EPISTOLA CXXIX. *

1 Ad PROTERIUM Episcopum Alexandrinum.

SYNOPSIS.

I. *Episcoporum esse vigilare, ne fidei unitas violetur, quod vel litterulæ immutatione fieri potest.*
II. *Ex traditione SS. PP. & suam epistolam catholicam, & docendos esse populos, asserit.*
III. *Fidem, disciplinam, & privilegia Ecclesiarum ex norma vetustatis esse servanda.*

CAP. I.

LEO PROTERIO Episcopo Alexandrino.

LÆtificaverunt me 2 litteræ dilectionis tuæ, quas frater & Coepiscopus noster 3 NESTORIUS pio adportavit officio. Oportebat enim ut ab Alexandrinæ Ecclesiæ præsule talia scripta ad Sedem apostolicam mitterentur, quæ ostenderent magisterio beatissimi Petri Apostoli hoc ab initio per beatum Marcum ejus discipulum didicisse Ægyptios, quod constat credidisse Romanos *: quoniam præter Dominum JESUM CHRISTUM *non est aliud nomen datum hominibus sub cœlo, in quo oporteat* 4 *nos salvos fieri*. Sed quia non omnium est fides, & insidiosus ille tentator nullis magis corda hominum gaudet sauciare vulneribus, quam ut incautas mentes his inficiat erroribus, qui sint evangelicæ veritatis inimici; magna sancti Spiritus eruditione nitendum est, ut diabolicis falsitatibus nequeat intelligentia christiana violari. Contra quod periculum præcipue convenit vigilare Ecclesiarum rectores, & quadam verisimilitudine colorata 5 mendacia ab animis simplicis plebis avertere. *Angusta enim & ardua via est quæ ducit ad vitam*. Nec tantum laqueorum in actionum observantia, quantum inter discrimina sensuum latet, dum vis sententiarum brevissima adjectione aut commutatione corrumpitur; & confessio, quæ operabatur salutem, subtili nonnumquam transitu vergit in mortem. Cum autem dicat Apostolus: *Oportet hæreses esse, ut probati manifesti fiant in vobis*: ad totius Ecclesiæ tendit profectum, quoties contrariorum sensuum se prodit impietas, ne quæ sunt noxia, sint occulta; & aliorum lædant incolumitatem, quæ revocari non poterunt ad salutem. Unde sibi imputent ruinas & obcæcationes suas, qui imprudenti pertinacia jacere in reatu suo, quam oblatum remedium sumere, maluerunt. Quorum merito fraternitati tuæ displicet obduratio; & laudabiliter eam doctrinam, quæ a beatis Apostolis & sanctis Patribus in nos manavit, amplecteris.

* Initium hujus Epistolæ ad hæc usque verba refert Beda l. de rat. temp. cap. 42.

Act. 4. 12.

Matth. 7. 14.

Sæpe sub apice latet hæresis.

1. Cor. 11. 19.

CAP. II. Epistola ad Flaviani relationem scripta, & traditioni consentanea.

Non enim novæ prædicationis est epistola mea, qua ad relationem sanctæ memoriæ FLAVIANI contra Eutychen de Domini nostri JESU CHRISTI Incarnatione respondi, in nullo discedens ab ejus fidei regula, quæ evidenter a nostris vestrisque est defensa majoribus. Quos si Dioscorus sequi imitarique voluisset, in Christi corpore permaneret, habens & in beatæ memoriæ ATHANASII opusculis unde instrueretur, & in sanctæ recordationis THEOPHILI & CYRILLI sermonibus, unde damnato olim dogmati laudabiliter contrairet, potius quam consortium eutychianæ impietatis eligeret. Hoc igitur, frater carissime, pro sollicitudine fidei communis admoneo, ut quia * inimici crucis Christi omnibus & verbis nostris insidiantur & syllabis, nullam illis vel tenuem occasionem demus, qua nestoriano nos sensui congruere mentiantur. Plebem autem & Clerum, omnemque fraternitatem ita debet diligentia tua ad profectum fidei cohortari, ut nihil te novum docere demonstres, sed ea omnium insinuare pectoribus quæ venerandæ memoriæ Patres consona prædicatione docuerunt, cum quibus nostra in omnibus concordat epistola. Hoc autem non solum tuis verbis, sed & ipsa præcedentium 6 expositionum recitatione monstrandum est: ut plebs Dei noverit ea sibi præsenti doctrina insinuari, quæ Patres & acceperunt a præcedentibus suis, & posteris tradiderunt. Unde 7 lectis primitus prædictorum Sacerdotum assertionibus, tunc demum mea quoque scripta recitentur: ut aures fidelium probent, non aliud nos, quam quod a majoribus 8 accepimus, prædicare. Et quia ad hæc discernenda minus exercitatos habent sensus, ex Patrum saltem litteris discant, quam antiquum hoc malum sit, quod nunc 9 a nobis tam in Nestorio, quam in Eutyche, qui erubuerunt Evangelium Christi secundum ipsius Domini doctrinam prædicare, damnatur.

* Hæc usque ad seq. periodum habes S. Thom. 2. 2. q. 11. art. 2. ad 2. V. Nor.

De traditione plebs docenda.

CAP. III. Antiquitas & fidei & disciplinæ servanda.

Per omnia igitur & in fidei regula, & in observantia disciplinæ, vetustatis norma servetur; & dilectio tua constantiam providi rectoris exerceat: ut profit Alexandrinæ Ecclesiæ, quod improbæ quorumdam ambitioni, servato 10 veterum privilegiorum jure, sollicitus

BALLER. NOTÆ.

1 Hanc epistolam ex cod. Grimanico a Quesnello editam in Ratisponensi invenimus, ac ex eo emendavimus.

2 Hujus epistolæ fragmentum Beda inseruit cap. 42. *de Ratione temporum*, at erravit existimans Leonem hac epistola respondisse Proterii litteris de Paschate, quas Leo posterius accepit, ut patebit ex epist. 137. Vide Quesnelli not. 1. Hæc autem reddita fuit aliis anterioribus Proterii litteris, quæ desiderantur. Primum is ad Pontificem scripserat de sua fide, cum ad Alexandrinam cathedram evectus fuit; & huic epistolæ ille rescripsit, nec non ad ordinatores ejus & plebem, ut indicatur ep. 113. cap. 3. Pleniorem vero fidei declarationem ab eodem Leo desideravit, uti significatur ep. 127. cap. 1. Huic autem pleniori declarationi nunc respondet.

3 Apud Bedam *Nectarius*, male. Nestorius etiam vocatur in codice Ratisp. & fuit unus ex illis quatuor Ægyptiis, qui Dioscorum deseruere, & Proterii ordinationi interfuerunt. Vide Liberatum cap. 14.

4 Addidimus *nos* ex MS. Ratisponensi.

5 Eutychianorum dolum perstringit, quo *omnibus & verbis insidiantes & syllabis* epistolæ 28. ad Flavianum, eam *Nestoriano sensui congruere mentiebantur*, uti traditur cap. 2. & apertius epistola sequenti cap. 3. *Quorumdam hæreticorum versuta nequitia ad conturbanda nostrorum simplicitatem, epistolam meam . . . falsasse perhibetur, ut commutatis quibusdam verbis vel syllabis receptorem me Nestoriani erroris assererent*. Hinc paullo post sententiarum vim neque adjectione, neque commutatione corrumpendam monet.

6 Quesnellus *expositione & recitatione*. Ratisponensis lectionem prætulimus. *Præcedentes expositiones*, Patrum paullo ante memoratorum, qui Alexandrinam sedem obtinuerunt, testimonia significant, quæ quidem aliquanto post in Ecclesia legi jubet: quod item repetit epistola sequenti c. 3.

7 Vide not. Quesnelli. 8 Sic MS. Ratisp. Quesnellus *accipimus*.

9 Ratisp. delet *a nobis*, sed postea habet *damnavimus*.

10 Quesnellus *verorum*. Ex Ratisp. emendavimus.

A

citus obviavi, & 11 Metropolitanis omnibus illæsam manere volui dignitatem, ficut 12 ex epiftolarum mearum, quas ad fanctam Synodum, vel ad chriftianiffimum Principem, five ad Conftantinopolitanum Epifcopum mifi, tenore cognofces; manifefteque perfpicies hoc fpeciale effe follicitudinis meæ, ut neque a fidei regula in Ecclefiis Domini devietur, neque in privilegiis aliquid cujufquam improbitate minuatur. Quæ cum ita fint, teneat fraternitas tua fuorum confuetudinem decefforum, & comprovinciales fuos Epifcopos, qui Alexandrinæ fedi 13 ex antiqua conftitutione fubjecti funt, congrua fibi auctoritate contineat: ut mori ecclefiaftico non refultent; fed vel ftatutis temporibus, vel cum ratio cauffæ alicujus exegerit, ad caritatem tuam 14 convenire non differant; & fi quid, quod Ecclefiæ fit utilitatibus profuturum, ex communi collatione tractandum eft, collecta in unum fraternitate unanimiter ordinetur. Non enim ulla cauffa eft quæ illos ab hac obedientia debeat revocare, cum talis nobis & fide & moribus innotuerit fraternitas tua, ut tibi de auctoritate præcedentium decefforum tuorum nihil patiamur imminui, aut te impune contemni. Data fexto Idus Martii, AETIO & STUDIO viris clariffimis Coff.

Specialis cura Pont. Rom.

B

C

EPISTOLA CXXX. *

* Alias CIV. Quæ autem antea 130. erat, nunc 160. 10. Martii an. 454.

1 Ad MARCIANUM Auguftum.

2 *SYNOPSIS.*

I. *De fide Proterii Alexandrini Epifcopi gratulatur.*

II. *Alexandrinos ex fuæ Ecclefiæ traditione ab illo effe edocendos.*

III. *Ut epiftola Leonis ad Flavianum ab hæreticis falfata in Græcum transferatur de novo, & Alexandrinis publice recitetur.*

LEO Epifcopus MARCIANO Augufto.

CAP. I.

PUritatem fidei chriftianæ, qua Clementia veftra præfulget, etiam his litteris, quas frater & Coepifcopus meus 3 NESTORIUS detulit, demonftraftis, juftiffimum fratri meo PROTERIO Alexandrinæ urbis Antiftiti impendentes favorem, quo mihi per omnia effet acceptior. Nam cui veftra pietas teftimonium 4 perhibere dignatur, indubitanter effet probandus, etiamfi taceret. Sed accedit ad gratiam, quod proprio quoque fermone 5 cognofcitur, & quam fincerus fit catholici dogmatis prædicator, ipfius profeffione clarefcit. Unde pleniffimo affectu dilectionem orthodoxi fratris amplector; & Deo gratias ago, quod 6 amoto eo, qui Evangelio Chrifti voluit contraire, & a fanctorum Patrum intelligentia diffidere, 7 talem profpexit Alexandrinæ Ecclefiæ Sacerdotem, qui præcedentibus rectoribus & fide concordaret & vita. Nam cum amplecti fe epiftolam meam, quam ad beatæ memoriæ FLAVIANUM contra Eutychen 8 impium mifi, toto corde profitetur, quid aliud quam Apoftolorum fe oftendit 9 effe difcipulum? Quoniam doctrina veritatis in lumine fuo permanet, & non poteft effe diverfum, quod unum eft 10 atque individuum.

Litteræ ordinationis indices.

Refcripfi itaque prædicto fratri, quod debui, atque 11 in fancto ftudio ut perfeveraret, admonui. Qui fine dubio conftantior erit, fi etiam Clementiæ veftræ cohortationibus adjuvetur. Nec in aliquo eum terreat quorumdam imperita diffenfio, quos paucorum hæreticorum inftigationibus ignorantia 12 facit obnoxios. Quod ergo fua 13 diligentia affequi nequeunt, opportune eorum infinuetur auditui. Et ne memoratus nova inferre, & propria videatur adftruere, venerabilium Patrum qui eidem Ecclefiæ præfuerunt, fcripta 14 relegantur: & quid B. ATHANASIUS, quid THEOPHILUS, quid CYRILLUS, quid etiam 15 alii Orien-

CAP. II. Vide Epiftolam præcedentem ad Proterium.

Inftituendi funt qui errant, ex SS. Patrum traditione.

D

BALLER. NOTÆ.

11 Metropolitanorum nomine ipfum Alexandrinæ Ecclefiæ Epifcopum comprehendit: & videtur refpicere Nicænum canonem fextum, in quo fola Metropolitanorum nuncupatio legitur. Hinc etiam totius Ægypti Epifcopos paullo poft *comprovinciales* vocat, eo quod pro una provincia tota Ægyptus haberetur.

12 Quefnellus & *epiftolarum*. Correctionem fuppeditavit codex Ratifp. qui mox omittit *mearum*. Dein vero habet *fed & Conftantinopolitanum*, ac poftea *follicitudini meæ, ut neque a fide in Ecclefiis Domini &c.*

13 Propofitionem *ex* idem codex Ratifp. fuggeffit.

14 Ita ex eodem codice. Alias *venire*.

1 Exftat in MSS. coll. Hifp. Ifid. XI. XII. XVIII. XIX. & XXI. ufque ad XXIV. ac in exemplo Sichardi.

2 In Hifp. hic titulus legitur I. *De Proterio Alexandrino epifcopo, ut priorum fuorum decreta confervet*. II. *Ubi poftulat Imperatorem, ut epiftolam, quam ad Flavianum Conftantinopolitanum miferat, in Græco tranflatam Alexandrinæ Ecclefiæ deftinet*.

3 Vulg. antiqui cum MSS. coll. XXIV. & Sichardo perperam *Neftorianus*. Confer adnot. 3. in ep. præcedentem.

4 MS. Ratifp. *præbere*. Mox *probatus* in MSS. Vatt. coll. Hifp. & Ifid. XI. & XXI.

5 Editi anteriores Quefn. cum MSS. coll. XI. & XXI. *cognofcatur*, & dein *clarefcat*. Poftea *Inde* pro *Unde* in Ratifp. 6 Cod. Grim. *damnato*. Dein *diffentire* pro *diffidere* in antiquis Vulg. cum mss. coll. XXIV. & Sichardo.

7 Codd. Vat. Hifp. Ifid. & coll. XI. & XXI. *alterum profpexit*; & dein *amplexus effet epiftolam meam*.

8 Iidem codices *quæ eum impium in toto corde profitetur, mifi, quid aliud* &c.

9 Verbum *effe* ignorant veteres editiones, & codd. Ratifp. Vat. coll. XXIV. atque Sichardus.

10 Vulg. ante Quefn. cum Vindeb. Hifp. Ratifp. & MSS. coll. XXIV. ac Sichardo *atque divinum*. Emendationem Quefnelli ex Grim. & Barber. coll. XI. inductam confirmant ceteri noftri codices.

11 MSS. Vat. Hifp. & Ifid. *ut in fancto ftudio perfeveret*. Ratifp. *utque in fancto ftudio perfeveraret*.

12 Al. *fecit* in MSS. collect. XXI.

13 Vulgati antiqui cum MSS. Vat. Hifp. Ifid. & aliis inde proficifcentibus *negligentia*. MSS. vero Griman. Ratifp. Vindeb. Hifp. & Vat. coll. XXIV. cum Sichardo *diligentia*.

14 Vat. Hifp. Ifid. & alius coll. XI. *legantur*. Ex hoc Leonis teftimonio profeciffe videtur Imperator Marcianus, cum in epiftola ad Monachos Alexandrinos edita tom. 4. Concilior. Albrit. editionis pag. 1794. nec non in Lege ad Palladium Præfectum Prætorio pro Ægyptiis præcipue data anno 455. pag. 1832. Athanafii, Theophili, ac Cyrilli doctrinæ Calchedonenfem fidem cohærentem pronuntiavit.

15 Adjecimus *alii* ex Ratifp. utrifque Hifp. Vat. Ifid. & alio coll. XI. Quefnellus in poftilla explicat *ideft antiftites Antiocheni Orientalis diœcefis Primates, vel Epifcopi ex eadem diœcefi, qualis Theodoretus*. Sed *Orientalium* nomen hic late, non autem ftricte fumi de folis Epifcopis Antiochenis, vel Antiocheno fubjectis colligi poteft ex epift. 119. cap. 2. in quam vide adnot. 10. Enimvero inter teftimonia Patrum fubjecta epiftolæ 165. ad Leonem Auguftum præter tres laudatos Alexandrinos Antiftites ex Orientalibus laudat tantum Joannem Chryfoftomum, Bafilium, & Gregorium Nazianzenum, quorum nemo ad Antiochenam diœcefim pertinet.

Orientales magistri de Incarnatione Domini A senserint, recognoscant; 16 nec repullulantibus decipiantur erroribus, qui olim evangelici sermonis sunt virtute prostrati: quoniam omnes fere hæreses, quæ diversis temporibus exstiterunt, dum sacramentum corporeæ nativitatis & passionis ac resurrectionis Christi non intelligunt, ab Evangelio deviarunt. Et 17 possemus minus laborare in hæreticis repellendis, si rudes animos 18 ea non turbarent mendacia, quæ peremit antiquitas. Sed nunc, ut dixi, hic docendi optimus modus est, ut paternorum sensuum 19 lineæ Alexandrinæ plebis & Cleri auribus innotescant: ac si qui sunt, qui nostra scripta despiciant, illis saltem, qui nobiscum apostolicis sensibus congruunt, B acquiescant. In quo opere multum Consacerdotis 20 mei devotione gaudebo, & semper ipsius unanimitate lætabor: quia fraterna pax non nisi 21 in una fidei confessione servatur.

Quis optimus docendi modus.

CAP. III. Epistola S. Leonis falsata.

Epist. S. Leonis in Græcum transferenda.

Quia vero quorumdam hæreticorum versuta nequitia, ad conturbandam 22 nostrorum simplicitatem, epistolam meam, quam ad beatæ memoriæ FLAVIANUM dedi, falsasse perhibetur, ut commutatis quibusdam 23 verbis vel syllabis, receptorem me Nestoriani erroris assereret: obsecro venerabilem Clementiam vestram, ut eamdem epistolam per fratrem meum JULIANUM Episcopum, vel eos, quos idoneos ad hoc opus pietas vestra delegerit, in Græcum sermonem jubeatis integre dili- C genterque translatam, per idoneum 24 perlatorem sub vestri signaculi impressione deferri, tradendam judicibus Alexandrinis, qui eam Clero & plebi ipsius civitatis cum prædictorum Episcoporum prædicationibus, 25 quibus & mea scripta consentiunt, faciant recitari, ut agnoscant se fallacium hominum fraude ulterius decipi non debere; 26 & probentur apostolicæ Sedis sinceri esse discipuli, apud quam nec Eutyches, nec Nestorius ullum obtinent locum, quia sicut alios hæreticos, ita & istos Ecclesia universalis damnavit. Data 27 sexto Idus Martii; AETIO & STUDIO viris clarissimis Consulibus.

EPISTOLA CXXXI. *

1 Ad JULIANUM Episcopum Coensem.

* Alias CII. Quæ aut antea erat 231. nunc 161. 10. Ma an. 454.

SYNOPSIS.

I. *Julianum de receptis Proterii Alex. litteris monet; suam ad Flavianum epistolam ex Latino in Græcum ab eodem transferri cupit ac mandat, quam sub signaculo Augusti missam Alexandrinæ plebi in Ecclesia recitari vult.*

II. *De Paschate sequentis anni ut rescribatur.*

LEO JULIANO Episcopo.

CAP. I.

SUmtis fratris & Coepiscopi nostri PROTERII Alexandrini Antistitis litteris indubitanter agnovi, catholicæ eum studere doctrinæ, & recto corde hæreticis obviare: ut merito sperare possimus eum Ecclesiæ, cui præsidet, & exemplo morum, & insinuatione fidei profuturum. Sed quia non parum ipsi laboris Eutychianorum factionibus excitatur, qui epistolam meam ad beatæ memoriæ FLAVIANUM datam, fallaci interpretatione corruptam simplicibus quibusque aut indoctis ita dicuntur ingerere, ut quædam loca Nestoriano congruere videantur errori: ut hæc malignitas non possit de conturbatione fidelium gloriari, hoc fraternitati tuæ laboris injungo, ut eamdem epistolam meam, quam in omnibus apostolicæ concordare doctrinæ consonantia majorum exempla testantur, diligenti interpretatione ex Latino in Græcum transferre digneris, quam gloriosissimus & fidelissimus Princeps ad Alexandrinos judices, sicut * poposci, sub signaculi sui impressione transmittat, christianæ plebi in Ecclesia recitandam, cum prædicationibus sanctorum virorum, qui ipsi Ecclesiæ præfuerunt: quo facilius hi, qui 2 ignoranter fluctuare dicuntur, veritate comperta, pravis persuasionibus in errorem ulterius non trahantur. Ne autem fraternitatem tuam aliquid præteri- D ret, qualia ad clementissimum Imperatorem, vel ad ipsum Alexandrinæ urbis Episcopum scripta direxerim, subdita huic epistolæ exempla monstrabunt.

Epistolæ Leonis sensum Nestorianum affingunt hæretici.

* ep. 130.

De

BALLER. NOTÆ.

16 Vat. Hisp. Isid. & alius coll. XI. *ne repullulantibus*.

17 Iidem codices *possent*. MSS. Vatt. coll. XXIV. cum Sichardo & Merlino *possumus*. Duo Vatt. coll. XXI. *possunt*. 18 Ita utrique Hisp. cum Isid. Ratisp. & Vat. coll. XI. alias *ipsa*. Paullo post *nunc* deest in Vat. Hisp. Isid. & alio Vat. coll. XI.

19 Vulg. *linea . . . innotescat*. Prætulimus lectionem MS. Ratisp. Mox pro *Cleri* utrique codd. Hisp. cum Isidor. & MS. coll. XI. & XXI. habent *Clericorum*.

20 Vat. Hisp. Isid. & MSS. coll. XI. ac XXI. *nostri*. 21 Particulam *in* ex Ratisponensi addidimus.

22 Sic ex optimo Ratisp. Accedit Vindeb. Hisp. in quo *nostra*. Hunc errorem emendavit studiosus librarius collectionis Hispanicæ originis Gallicanæ, qui substituit ex arbitrio *Sanctorum*, ut legitur in Vat. Hispan. in Isid. ac in MSS. coll. XI. & XXI. Vulgati ex MSS. coll. XII. & XXIV. cum Sichardo *aliorum*. Leo *nostrorum* nomine Catholicos intelligit. Quod porro de falsata suæ ad Flavianum epistolæ 28. Græca versione hoc loco indicat, confer cum iis quæ dicentur adnot. 6. in ep. 152. ac præsertim observationem tertiam in Differt. I. Quesnelli ad annum 454.

23 Editi cum Vat. coll. XXIV. *litteris vel syllabis*. Prætulimus veteres libros Ratisp. utrumque Hisp. & codd. coll. XI. XII. ac XXI. cum Binio. Mox *Nestorianæ hæresis asserant* in MSS. Vat. Hisp. Isid. & collect. XI. ac XXI. Ratisp. & Vat. coll. XXIV. *assererent*. 24 Alias *latorem*.

25 Vulgati antiqui cum MSS. coll. XXIV. *qui & meo scripto consentiunt*. Quesnelli lectionem ex Grimanico ceteri nostri codices approbant. Solum ex Ratisp. addidimus & a Quesnello omissum.

26 Hanc veterum editionum lectionem confirmant nostri codices Ratisp. Vat. coll. XII. & XXIV. atque exemplum Sichardi. Huc accedit Vindeb. Hisp. in quo pro *sinceri esse* erronee scriptum est *sinceritate*: qui error emendatus fuit in Vat. Hisp. Isidor. & ceteris ejusdem originis *sine errore*. Quesnellus ex solo Grim. *& probetur apostolicæ Sedis sinceritas, apud quam* &c. Quod autem notavit in postilla, vulgatam lectionem *sensui repugnare*, verum est si hæc sententia regi credatur particula *ut*; non vero si conjungatur cum antecedenti sententia *faciant recitari . . . . & probentur apostolicæ Sedis sinceri esse discipuli*, dum ejusdem Sedis fidem sequentur. Hanc peculiarem Alexandrinæ Ecclesiæ prærogativam Leo fusius exponit ep. 9. in exordio.

27 Ita omnes nostri codd. & Sichardus ac Binius. Quesnellus cum aliis vulgatis *V. Idus* & in margine Alias *VI*.

1 Ex Grimanico codice editam cum Ratisponensi relegimus. 2 Ratisp. omittit *ignoranter*.

CAP. II.

De futuro Paschate, ut sæpe jam scripsi, esto sollicitus, & clementissimo Principi meo nomine opportunius intimato, ut quid sibi rescriptum sit, faciat certiorem, quoniam imminent dies, ut nosse possimus quem diem Formatis adscribere debeamus, & omnium ex hac parte suspicio evidentius possit absolvi. 3 Data VI. Idus Martii, AETIO & STUDIO viris clarissimis Consulibus.

[F]ormatæ lit[te]ræ diei pa[sc]halis indi[ce]s.

* Alias post epist. CV. Quæ autem [an]tea erat 32. nunc 62. circa [A]pril. an. 454.

EPISTOLA CXXXII. *

1 ANATOLII Episcopi Constantinopolitani Ad LEONEM Papam.

SYNOPSIS.

I. *De intermisso litterarum commercio amice conqueritur. Debitam Pontifici obedientiam ostendit.*
II. *Aetium restitutum esse, Andream vero depositum scribit.*
III. *Litteris sancti Pontificis recreari peroptat.*
IV. *Ambitionis culpam a se amolitur, eamque in Cleri sui Episcoporumque Orientalium studium refundit. Gestorum Calchedonensium confirmatio pontificiæ auctoritati reservata traditur.*

Sanctissimo ac beatissimo Coepiscopo Papæ LEONI ANATOLIUS in Domino salutem.

CAP. I.

OMne quidem solatium prorsus atque auxilium, quod vitæ laboriosæ curisque vallatæ ratio flagitaret, in vestra positum sperans esse Beatitudine, totius sarcinam mihi sollicitudinis inde merito leviorem fore credideram: nunc vero cunctis aliis acrior me pressit anxietas, quam 2 diutina peperit vestræ non solita Sanctitatis intermissio litterarum; maxime cum mihi, quæ scriptæ essent a vobis aliis, ostenderentur epistolæ, quæ 3 majus facerent doloris augmentum, qui frequentius cuperem potiri vestris affatibus: ut illa vobis obediendo complerem, quæ vestris omnifariam perfectissimis sensibus placita videbantur. Nam penitus absit, ut eis ego quæcumque mihi fuissent mandata per litteras, adversarer. Quia tamen piissimus & christianissimus Princeps, qui consultissimæ suæ providentiæ bono tam res universas regit humanas, quam philosophia divinarum pollet ubique virtutum, cum quibus æmula 4 pietatis zelare non cessat, cum sic moderatur genus humanum, ut id studio religionis in Deum reddat attentius, vestræ Beatitudinis litteras mihi sublegit; ea statim quæ continebantur eis, ut placita 5 vobis implevi, quod me facere vel communis pacis utilitas, vel quod decuerat, hortabatur.

Anatolius [C]P. Episc. [P]apæ obediens.

CAP. II.

Et reverentissimus quidem sacrosanctæ Ecclesiæ nostræ Presbyter AETIUS in priore loco atque honore ecclesiastico * nobis est restitutus: omne quod * Episcopi nostri est modeste faciens 6 ipse responsum. ANDREAS autem, qui non provectus a nobis, sed gradu faciente Archidiaconi dignitate fuerat honoratus, 7 ab Ecclesia separatus est, cum his qui contra sanctæ memoriæ patrem nostrum atque Episcopum fuerant FLAVIANUM; qui etiam partis antea perfidissimi fuerant Eutychetis: quamvis excusationibus plurimis & subscriptionibus propriis, quas epistolæ Sanctitatis vestræ subdiderant, jam viderentur satisfecisse præteritis; eo usque quamdiu quod vobis placitum 8 super istis fuerit ordinatum.

* leg. a nobis.
* forte Episcopi.

CAP. III.

Considerans ergo Beatitudo vestra, quam nostræ conjunctio caritatis ipsi Domino Christo, qui pax nostra consistit, grata futura sit; & quantum fidelissimi Principis animus exultabit; & quam pariter universa plebs Dei & Ecclesiæ Christi procul ab omnia discordia liberæ permanebunt; litteris suis nos lætificare dignetur, quibus illo perfici valeamus affectu, quem prudentissimis vestris insitum copiose jam novimus vigere præcordiis: ut perceptis alacriter vestræ Sanctitatis epistolis, & gratias agamus Domino Deo nostro Christo, qui totius difficultatis jam vincula disrupit, eidemque vota solemnia pro vestra Beatitudine persolvamus.

CAP. IV.

De his autem quæ Constantinopolitanæ gratia Sedis sancita sunt in Calchedonensi nuper universali Synodo, pro certo Beatitudo vestra

[B]ALLER. [N]OTÆ.

3 Ita ex eodem Ratisp. ut in duabus epistolis præcedentibus. Quesnellus ex Grimanico *VII. Idus*.

1 Est in una collectione XVI. Thessalonicensi. Contulimus cum cod. Barber. 3336. ex quo illam Holstenius edidit. Ante eum vero eamdem ediderat Allatius in *Concordia Ecclesiæ Occident.* ex codice Vaticano, quem frustra quæsivimus. Quoad tempus, dum Leo die 8. Martii anni præsentis 454. scripsit epistolam 128. nondum has, quas expectabat, ab Anatolio litteras acceperat; ibidemque idcirco ab Imperatore petiit, efficeret, ut idem Episcopus ea rescriberet, quæ his litteris continentur. Id Marcianus præstitit, ut liquet ex cap. 1. epistolæ præsentis. Leo autem ep. 136. data die 29. Maji cap. 1. se hanc Anatolii epistolam *nunc* accepisse testatur una cum ejusdem Imperatoris litteris; unde utrisque statim respondit ep. 135. & 136. Ut autem congruum tempus detur transmissioni litterarum ac responsioni; hanc epistolam Anatolii post Martium & ante Majum exaratam, seu circa Aprilem collocamus. Cum porro in fine dicatur; *Et subscriptio litteris Græcis*; hic procul dubio indicatur autographa ipsius Anatolii subscriptio, qui cum Latinam scripturam ignoraret, Græcis litteris usus est. Hinc etiam significatur, exemplum hujus epistolæ ad Leonem transmissum, fuisse scriptum Latine, & solam Anatolii subscriptionem Græcam fuisse. Anatolium quidem Græce lucubrasse hanc epistolam, sicut Græce scripsit epistolam 101. quam nunc primum edidimus, nihil dubitandum videtur. At sicuti S. Cyrillus ut promptiorem & faciliorem Cælestino Papæ redderet lectionem quorumdam documentorum, quæ Græce erant scripta, ea antea Latine interpretanda curavit, ac Latine reddita ad eumdem Pontificem misit, quemadmodum liquet ex epistola ejusdem octava inter epistolas Cælestini apud P. Coustantium num. 9. ita etiam Anatolius hanc epistolam abs se quidem Græce scriptam, at Latine per alios redditam, & abs se litteris Græcis signatam ad Leonem misisse videtur: unde hic Latinus textus pro ipso originali Anatolii manu subscripto haberi debet.

2 Allatius *diuturna*. 3 Ita melius Allatius, quam alias *magis*.

4 Allatius *pietatis Ecclesia non cesset*. Cod. Barb. *pietatis zelo non cessat*. In depravato loco vulgatam lectionem mutare noluimus. 5 Cod. Barb. cum Allatio *nobis implevit*. Holstenii emendationem sensus postulat.

6 Quid hoc loco corrupto & valde obscuro indicetur, colligi potest ex illis ep. 127. cap. 3. Aetium *Presbyterum, quem asseris fuisse discussum, gratulamur cognitione habita in omnibus fuisse purgatum*. Archidiaconus fuerat; & forte circa administrationem bonorum accusationem aliquam incurrerat.

7 Ita editi & codex, non vero, ut legendum credit Tillemontius art. 62. in Leone *ab Ecclesiasticis separatus est*. Leo quidem ep. 135. cap. 2. & 136. cap. 3. Andream ab Archidiaconi ministerio submotum tantummodo indicat. Cum autem hæc epistola apud Græcos Latine reddita fuerit, ut adnot. 1. vidimus; forte interpres minus peritus non satis apte *ab Ecclesia separatum* reddidit, ut significaret Andream fuisse omni gradu & officio ecclesiastico privatum, quoad Leo rescriberet, quid de ipso agendum judicaret. 8 Allatius *superstitibus*.

vestra hoc habeat, nullam esse culpam in me, homine qui semper otium & quietem, in humilitate me continens, ab ineunte mea ætate dilexerim; sed Constantinopolitanæ Ecclesiæ reverentissimus 9 Clerus est, qui hoc habuit studium, & istarum partium religiosissimi Sacerdotes qui in hoc fuere concordes & sibi pariter adjutores. Cum & sic gestorum vis omnis & confirmatio auctoritati vestræ Beatitudinis fuerit reservata. Hoc igitur bene compertum Sanctitas vestra cognoscat, nihil ex me istius caussa factum esse negotii; qui semper omnem jactantiæ levitatem & aliena appetendi cupiditatem mihi vitandam crediderim. Omnem fraternitatem in Christo, quæ cum vestra est Sanctitate, tam ego ipse, quam mei plurimum salutamus. *Et subscriptio litteris Græcis.*

Auctoritas Pontificia.

---

* Alias post ep. CIII. Quæ antea erat 133. nunc 164. paullo post 4. April. an. 454.

EPISTOLA CXXXIII. *

1 Sancti PROTERII Alexandrini Episcopi

Ad beatissimum Papam LEONEM Romæ urbis Episcopum,

De Ratione Paschali.

Domino meo dilectissimo fratri & Consacerdoti LEONI PROTERIUS in Domino salutem.

CAP. I.

Piissimus & fidelissimus Imperator noster MARCIANUS litteris 2 ad nos nuper venerabilibus usus est, quibus asseruit æstimare quosdam non diligenter adscriptam diem festi paschalis, quæ per octavam Indictionem futuram, Deo præstante, celebranda est. Verumtamen non velut a se commotus hoc indicavit, sed quia * scripta tuæ 3 Sanctitatis acceperit: & præcipiebat oportere nos caussam diligenter inquirere adhibita nimis tenuissima scrutatione; quæ multum sollicitudinis ac studii contineret. Quapropter negligendum non fuit, quominus statim negotium ventilarem; quando ex illo jam tempore, quo 4 commonitorium tuæ venerationis accepi, plurimam curam rei hujus habuerim, nunc 5 legales libros inspiciens, nunc antiquorum 6 doctorum instituta contingens, ex quibus possibile est hujusmodi computum investigare solertius. Sumens etiam & centenalem cursum Paschæ descriptum a beatissimo patre & 7 Episcopo nostro THEOPHILO, omnemque percurrens, ita reperi diligenter integreque compositum, ut quicumque ille sit, auctoritatem scripturæ hujus quolibet modo reprehendere 8 ac vituperare non possit. Erat enim inconsequens, virum ita vigilantem Deoque carissimum, divinarum etiam ditatum scientia Scripturarum, in negotio tam magno ac necessario, prætermisso diligentiæ labore potuisse delinquere. Sed forte, sicut tua Sanctitas 9 scribit, mendosi codicis 10 aut librarii error est, & propterea nos 11 oportet diem sanctæ illius festivitatis transferre, 12 quod absit. 13 Celebretur autem ita potius, ut centenarius annorum cursus ejusdem beatissimi patris nostri & 14 Episcopi THEOPHILI continet, qui antiquorum paginis omnino concordat, id est XXIX. dies mensis Pharmuthi juxta Ægyptios, qui est VIII. Kalend. Majas. Et nos enim, & tota Ægyptia regio, atque Oriens universus, 15 sic ipsum diem celebraturi sumus; Deo præstante.

* V. Ep. 121. c. 2. ep. 127. c. 2. & 131. c. 1.

Centenalis Theophili laterculus.

CAP. II.

Ut autem non 16 arbitremur absolute quæ nobis videntur scribere, seu velle firmare, inserui-

---

BALLER. NOTÆ.

9 Hoc testimonium laudat Gelasius in epistola ad Dardanos, uti auctior edita est ex præstantissima collectione XIV. Avellana, & legitur tom. 5. Concilior. Albrit. editionis pag. 333. *Audiant*, inquit, *Anatolium ejusdem sedis Antistitem, Clerum potius Constantinopolitanum, quam se tentasse talia confitentem, atque in Apostolici Præsulis totum dicentem positum potestate.*

1 Duplex hujus epistolæ a Proterio Græce scriptæ Latina versio exstitit. Alia vetustior Leonis tempore translata ab interprete Latini sermonis minus perito, cujus fragmentum recitatur ab Hadriano I. in epistola 97. ad Episcopos Hispaniæ, & a Quesnello in Observationibus exhibetur; altera est hæc, quam esse Dionysii Exigui, cujus meminit Sigebertus in catalogo Scriptorum Ecclesiasticorum cap. 27. immo ipse Dionysius in Præfatione ad Cyclum Paschalem, ubi eam a se translatam eidem operi subjecisse testatur, illud evidenter evincit, quod ei quidem Cyclo subjecta in codicibus inventa est. Istam ex Sirmondiano MS. ediderunt Petavius in Append. operis de Doctr. Temp. 2. Ægidius Bucherius in Comment. ad Victorii Canonem Paschalem pag. 82. & accuratius P. Labbeus in Conciliis. Quesnellus ad Oxoniensem codicem eamdem relegit. Tandem Joannes Guillelmus Janus in Historia Cycli Dionysiani edit. Vittemberg. ann. 1718. pag. 95. emendatiorem recusit ex tribus Dionisii codd. Bodlejano, Cottoniano, & Digbæano, e quibus multum profecimus. Agitur in hac epistola de die Paschatis anni 455. & scripta fuit post Pascha anni 454. Indictione septima; nam cap. 3. Pascha, de quo quærebatur, *solemnitas futura*, & cap. 1. octava indictio ejusdem Paschatis *indictio futura* vocatur. Igitur post diem 4. Aprilis septimæ indictionis, in quem inciderat Pascha anni 454., scripta fuit; cumque illam jam recepisset die 29. Maji ex epist. 136. cap. 1. palam fit inter diem 4. Aprilis, & 29. Maji an. 454. fuisse exaratam; &, ut congruum tempus detur transmissioni ejusdem Romam ex Ægypto, paullo post diem 4. Aprilis.

2 Janus *nuper ad nos*: & post pauca *Domino præstante*.

3 MS. Oxon. *fraternitatis*: & postea *teneret* pro *contineret*.

4 Hoc Leonis commonitorium ad Proterium de Paschate ann. 455. desideratur.

5 *Legalium librorum* nomine videtur intelligere libros legis Moysis, in quibus primum Pascha præceptum fuit, & adscriptum primo mensi, qui & *Novorum* vocatur, Luna XIV.

6 MS. Cotton. *dicta instituta*. Melius cod. Oxon. *docta instituta*. Intelligere videtur Cyclos & monumenta paschalia antiquiora centenario Theophili Laterculo seu cursu, de quo sane paullo post testatur. *Qui antiquorum paginis omnino concordat.*

7 Janus *Coepiscopo nostro Theophilo, omnemque decurrens*.

8 In MSS. Oxon. voces *ac vituperare* omittuntur.

9 MSS. Cotton. & Digb. *scripsit*.

10 Erat in editis *aut scriptoris librarii*. Quesnellus notavit hæc omnia deesse in MS. Oxon. Solam vocem *scriptoris*, quæ abundat, auctoritate trium codicum Jani delevimus.

11 Codd. Cotton. & Digb. *oportet*. In Theophili Laterculo ac Alexandrinorum computatione Pascha anni 455. statuebatur VIII. Kal. Maji; ex Leonis autem sententia, qui errorem in eo Laterculo irrepsisse putabat, transferendum erat Pascha in diem XV. kal. ejusdem mensis, ut Latinis videbatur.

12 Editi ex Sirmondianis schedis *quod abiit*. Quesnellus ex MS. Oxon. & Janus ex tribus suis codd. emendarunt.

13 Ita legendum cum Jano ex MS. Cotton. pro *celebratur*, quod erat in aliis editis.

14 Editio Jani *Coepiscopi*.

15 Cod. Digb. *sic ipsius diei celebraturi auctoritatem sumus*.

16 *Arbitremur* passive hic sumitur pro *existimemur*, uti passive pariter sumitur a Cœlio apud Priscianum lib. 8. & ab Ulpiano D. II. 7. 12.

ſeruimus 17 etiam cauſſas huic epiſtolæ, quibus tua Sanctitas forte æſtimet non ſe debere reprehendere Ægyptiorum Eccleſiæ veritatem, quæ mater hujuſcemodi laboris extitit, diligenterque conſcripſit. Olim quidem Dominus per Moyſem tempus paſchale ſignificavit dicens: *Cuſtodi menſem novorum:* primum hunc eſſe pronuntians, ſicut iterum dicit: *Menſis iſte vobis initium menſium, primus erit in menſibus anni:* &: *Facies Paſcha Domino Deo tuo XIV. die menſis primi*. Sed qui hæc per Moyſem locutus eſt Dominus, plenitudo legis exiſtens, quando dignatus eſt homo fieri, 18 quinta Sabbatorum xiv. Luna menſis primi in cœnaculo cum diſcipulis Paſcha manducans, paullo poſt a Juda traditur, & 19 ſequenti die xv. Luna crucifigitur, id eſt vi. feria, & ad inferos deſcendens, ac diſpenſationes ſalutis noſtræ perficiens, veſpere ſabbati luceſcente 20 dominico reſurrexit a mortuis. In quo die Lunam xvii. primi menſis juxta Hebræos extitiſſe manifeſtum eſt. Nos ergo Chriſtiani non ſolum xiv. Lunam in Paſcha requirimus (hoc enim Judæi facientes ſine feſtivitate ſunt) ſed etiam reſurrectionis diem Redemtoris noſtri, qui eſt xvii. Luna præfati primi menſis novorum, ſollicitius obſervamus. Quod ſi eodem modo plenilunium 21 ſemper occurreret quinta ſabbatorum, quando Salvator Paſcha cum diſcipulis manducavit, omne tolleretur ambiguum. Quia vero Lunæ circulus ad Solis curſum inæqualis eſt, & xiv. Luna paſchalis in die dominico

ut. 16. 1.
xod. 12. 2.
vit. 23. 5.
um. 28. 16.

A ſæpe contingit, non eſt autem poſſibile tunc feſtum celebrare, ſed nec pridie, ſabbato, luna xiii. 22 jejunium ſolvere, in ſeptimanam ſequentem differendum eſt. 23 Maxime cum habeamus intra eam xv. Lunam, quando, ſicut ſcripſit Apoſtolus, *Paſcha noſtrum immolatus eſt Chriſtus*: xiv. namque Luna primi menſis juxta Hebræos, ut ſuperius dictum eſt, Jesus Paſcha typicum manducavit; ſequenti 24 vero ſexta feria xv. Luna, ut ovis occiſionis, B cruci pro nobis affixus eſt, & veſpere ſabbati luceſcente 25 dominico xvii. Luna reſurrexit a mortuis.

1. Cor. 5. 7.

CAP. III.

Quia ergo in ſolemnitate futura paſchali per octavam indictionem, xxii. die 26 Pharmuthi menſis novorum, qui eſt xv. Kalendas Majas, 27 occurrit xiv. Luna die dominico, in ſeptimanam differre convenit ſubſequentem. Habentes enim intra eam triduanum myſterium; hoc eſt xv. Lunam, quando crucifixus eſt Chriſtus, quartæ decimæ cohærentem, necnon & C ſextam decimam, & ſequentem decimam ſeptimam; viceſimo quidem octavo die menſis Pharmuthi, qui eſt ix. Kalendas Majas, jejunia ſolvemus veſpere ſabbatorum, ſequenti vero luceſcente dominico, xxix. die menſis ipſius Pharmuthi, qui eſt viii. Kalendas Majas, feſtivitatem ſinceriſſime celebrabimus.

CAP. IV.

Nam & priſcis temporibus, ſi quando die dominico xiv. Luna reperta eſt, in ſequentem ſeptimanam eſt dilata feſtivitas, ſicut in 28 D octogeſimo nono, & nonageſimo tertio anno a Dio-

BALLER. NOTÆ.

17 Particula *etiam* ex Jani editione & MSS. inſerta eſt. Mox *forte* deeſt in MS. Oxon. & *ſpernere* pro *reprehendere*. 18 Ita ex MS. Oxon. & tribus codd. Jani pro *quinta feria*, ut erat in editis.

19 Voces *ſequenti die* abſunt a MS. Oxon.

20 Apud Labbeum *Dominus* pro *Dominico:* perperam. Reſpiciuntur illa Evangelii: *Veſpere autem Sabbati, quæ luceſcit in prima Sabbati*, ideſt Dominica, qua Chriſtus reſurrexit.

21 Ita Bucherius, & MS. Oxon., ac Janus ex cod. Digb. rectius, quam in aliis editis *ſuper occurrerit*, & paullo poſt *tolletur*, quæ ſenſum plane perturbant.

22 Duas Proterius rationes affert, quibus eo caſu, quo Luna XIV. incidit in Dominicam, Paſcha celebrari nequeat ipſa die Dominica Luna XIV., ſed differendum ſit in Dominicam ſequentem. I. quia *tunc* paſchale feſtum celebrari nequit. II. quia pridie, Sabbato, Luna XIII. jejunium ſolvere non licet. Has eaſdem rationes, quas Proterius iterum urget c. 5. eodem ſcopo in ſimili controverſia jamdiu ante protulerant etiam Ambroſius in epiſtola ad Epiſcopos per Æmiliam conſtitutos, ac Theophilus Alexandrinus in Prologo Paſchali agentes de Paſchate an. 387. Ex horum autem teſtimoniis colligitur, totam earum rationum vim ad jejunium revocari, itaut ſenſus ſit, paſchale feſtum non poſſe die dominica Luna XIV. celebrari, eo quod nec jejunare liceat ea die Luna XIV. nec liceat antipaſchale jejunium ſolvere ſeu terminare Luna XIII. Si nimirum celebrandum eſſet paſchale feſtum Luna XIV. cum incidit in Dominicam, hac eadem Luna jejunium eſſet ſervandum, & ſolvendum ſolum in veſpere, ut Lex præcipiebat; ſicque jejunandum eſſet die Dominico, quod tamen omnino faciendum non eſt, ne cum Manichæis Dominica jejunantibus conſentiamus. Si vero ob evitandam hanc cum Manichæis ſimilitudinem non jejunemus ipſo dominico die Luna XIV. quo Paſcha celebrandum putemus, jejunium antepaſchale cogemur ſolvere, ſeu terminare die Sabbati præcedentis Luna XIII., quod tamen ex veteris Legis præceptione ante decimam quartam Lunam, qua agnus paſchalis comedendus erat, ſolvi ſeu terminari nequit. Vide c. 5. hujus epiſtolæ. Igitur ut declinetur utrumque, paſchale feſtum in Dominicam ſequentem protrahendum eſt.

23 MS. Oxon. *Maxime quod;* & paullo poſt perperam *XIV. Lunam* pro *XV.* Indicatur autem *intra eam ſeptimanam ſequentem* haberi Lunam XV. qua Chriſtus paſſus eſt, quæque in hypotheſi Lunæ XIV. concurrentis cum die dominico, in feriam ſecundam incidit; & ſimiliter intra eam ſeptimanam haberi Lunam XVII. qua Chriſtus reſurrexit, quæque in feriam quartam eadem in hypotheſi incurrit. Hoc autem argumento, quo pariter uſi fuerant S. Ambroſius ac Theophilus, Proterius inſinuare nititur, Paſchatis dilationem in Dominicam ſequentem eſſe licitam, quia in eadem ſeptimana per ejuſmodi dilationem lunares dies paſſionis & reſurrectionis Chriſti comprehenduntur, quos utroſque ſubſequi ſane poteſt dies Paſchatis, præcedere autem non poteſt. Hæc probe ſtatuebantur in ſupputatione Alexandrinorum, in qua dies XV. Kal. Maji anni 455. concurrebat cum Luna XIV. die dominico, non vero in Latinorum ſupputatione, quibus alio cyclo utentibus dies XV. Kal. Maji eo anno incidebat in Lunam XVII. ut adnot. 27. explicabimus. Quare totum hoc Proterii argumentum pro Alexandrinis quidem congruum, Romanos movere non poterat.

24 Particulam *vero* adjecimus & per eam planiorem ſenſum reddidimus ope MSS. Cotton. & Digb.

25 Vox *dominico* abeſt a MSS. Oxon. Vide adnot. 20.

26 Editi ante Janum hic inſerunt vocem *dominico*, quæ in codd. Cotton. & Digb. abeſt, & abundat.

27 Ita ex Jano repoſuimus pro *occurrerit*, uti etiam contextus poſtulat. Indictione autem VIII. an. 455. Luna XIV. occurrebat quidem XV. Kal. Maji ex Alexandrinorum ſupputatione, non vero apud Romanos, qui eo die habebant Lunam XVII. Tantum vero diſcrimen inter Alexandrinos & Romanos ex diverſo cyclo, & ex Lunæ ſaltibus diverſimode conſtitutis oriebatur. Cum enim illi ex ſuo cyclo decemnovennali decimo nono quoque anno ſaltum Lunæ admitterent; iſti vero ex cyclo annorum LXXXIV. olim quidem duodecimo quoque anno, poſtremum vero anno quolibet decimo quarto eumdem ſaltum receperint; ſucceſſu temporis evenit, ut ætas Lunæ an. 455. triduo diſcreparet, & Romanis XV. Kal. Maji eſſet Luna XVII. quæ Alexandrinis erat XIV. Hinc Romanis ea dies apta erat Paſchati, quæ ſi apud ipſos fuiſſet Luna XIV. uti erat apud Alexandrinos, non ſolum ex Alexandrinorum, verum etiam ex Romanorum regulis paſchalis eſſe non potuiſſet. Mirum vero accidit, Proterium non advertiſſe hanc Lunæ ætatem apud Romanos diverſam, quam ſatis indicaverat S. Cyrillus in Prologo Paſchali; quamque ſi ille pariter obſervaſſet, deprehendiſſet ſuum argumentum ſoli Lunæ XIV. innixum exinde nutare, niſi in alia Lunæ ætate ſtatuenda Romanos errare docuiſſet.

28 Alexandrini æra Diocletianea utebantur, quæ incipit anno æræ vulgaris 284. unde annus æræ Diocletiani 89. fuit annus æræ vulgaris 373. & annus æræ Diocletianeæ 93. fuit annus æræ vulgaris 377. Hæc autem duo exem-

a Diocletiani probatur imperio. Sic enim & A tunc beatissimi patres nostri fecisse declarantur. In octogesimo quidem nono anno ab imperio Diocletiani, superstite beatæ memoriæ patre nostro & Episcopo 29 ATHANASIO, cum XIV. Luna paschalis XXVIII. die mensis 30 Phamenoth, id est nono Kalendarum Aprilium die provenisset, die dominico, 31 in subsequentem translatum est hebdomadem, ita ut quinta die mensis Pharmuthi, hoc est pridie Kalendarum Aprilium celebraretur Pascha dominicum. In nonagesimo autem tertio anno ab B imperio ejusdem Diocletiani, cum XIV. Luna paschalis XIV. die mensis Pharmuthi, qui est V. Idus Aprilis, die dominico contigisset, in sequentem item septimanam dilatio facta est, ita ut dominicum Pascha XXI. die mensis Pharmuthi, qui est XVI. Kalend. Majar. solemniter ageretur. In centesimo quoque tertio anno ab imperio præfati Diocletiani, cum Luna paschalis XIV. Pharmuthi XXIII. die, qui est XIV. Kalend. Majar. esset die dominico superventura, C iterum septimana quæsita est, & dominicum Pascha XXX. die mensis ipsius Pharmuthi, qui est VII. Kalend. Majar. constat esse celebratum 32 propter angustiam temporis imminentem. Item cum in centesimo sexagesimo anno a Diocletiani imperio XIV. Luna paschalis Pharmuthi XXIII. die, qui est XIV. Kalend. Majar. 33 occurrerit tertia feria septimanæ, & dominicum Pascha XXVIII. die mensis ipsius Pharmuthi, qui est IX. Kalend. Majar. 34 nos celebrasse D meminimus.

CAP. V.

Necesse est igitur & 35 in CLXXI. anno a Diocletiani imperio, in futuro paschali festo Indictionis octavæ, XXII. die Pharmuthi, qui est XV. Kalend. Majar. Luna XIV. occurrente die dominico, in proximam septimanam juxta præcedentem formam convenienter extendi, ut XXIX. die mensis Pharmuthi, qui est VIII. Kalend. Majar. dominicum celebremus Pascha propter apprehendentem rursus angustiam, sicut patres nostri fecerunt, decimas quartas Lunas occurrentes die dominico, differentes. Nam si XXII. die mensis Pharmuthi, qui est XV. Kalend. Majar. Luna XIV. sicut dixi sæpius, occurrente die dominico Pascha celebremus, inveniemur pridie, id est sabbato XXI. die mensis ejusdem, qui est XVI. Kalend. Majar. XIII. Luna tunc existente, non rite jejunia solvere. Nec enim in XIII. Luna comeditur Pascha. Unde quia XXII. die mensis Pharmuthi, qui est XV. Kalend. Majar. dominico die XIV. Luna contingit, non autem convenit die dominico jejunare, quia hoc Manichæorum est proprium; consequens est in proximam tendere septimanam, intra quam, ut diximus, habemus & XV. Lunam, quando crucifixus est 36 Dominus, & XVI. Lunam, simul & XVII. quando resurrexit a mortuis; ita ut XXVIII. die mensis Pharmuthi, qui est IX. Kalend. Majar. vespere sabbati jejunia pro more solvamus, & sequenti dominico XXIX. die mensis ipsius, qui est VIII. Kalend. Majar. festum paschale celebremus.

CAP. VI.

Illud etiam necessario vobis innotescimus, quod & in futuro 37 centesimo nonagesimo octavo anno ab imperio Diocletiani XIV. Luna rursus occurrente XXIII. die mensis Pharmuthi, qui est XIV. Kalend. Majar. dominicum Pascha 38 XXX. die mensis ipsius, qui est VII. Kalend. Majar. Deo præstante celebrabitur.

CAP. VII.

Sed nonnulli subtilitatem paschalis computi forsitan ignorantes 39 Judaicis seducti fabulis, æstimabunt nos 40 in secundum mensem recedere, si festivitatem eatenus exigamus. Nescio pror-

BALLER. NOTÆ.

exempla S. Ambrosius in eumdem finem attulerat pro statuendo die Paschatis an. 387. qui fuit annus æræ Diocletiani 103. Licet enim is Latinus esset, & Latinæ Mediolanensis Ecclesiæ Episcopus; non tamen Romanorum, sed Alexandrinorum cyclo, mensibus, æraque utebatur, ut ex epistola ad Æmiliæ Episcopos liquet.

29 Editi *Anastasio*. Quesnellus emendavit ex codice Oxon. Janus vero ex MSS. Bodl. & Digb. Confer illius notam, ubi Athanasium in Paschate anni 373. adhuc superstitem ex hoc testimonio ad fidem unius codicis emendato, cui nunc duo alii codices accedunt, optime colligit; idque nos confirmavimus lib. 1. Observationum in Hist. Pelagianam Card. Norisii c. 2. n. 3. auctoritate anonymi Athanasiani, qui postea ex antiquissimo MS. 57. Capituli Veronensis a Marchione Scipione Maffejo editus fuit in Append. Hist. Theolog. pag. 269.

30 Pro *Phamenoth* editi *Phaminoth*. MS. Oxon. *Parmothi*.

31 Idem MS. *in subsequentem Dominicam translatum est Pascha, ita ut pridie Kal. Aprilium* &c. Et paullo post *in sequentem item Dominicam* pro *in sequentem item septimanam*. Quesn.

32 Hæc verba *propter angustiam temporis imminentem*, & cap. sequenti *propter apprehendentem angustiam* (quibus concinunt illa Theophili in Prologo Paschali *propter intercurrentem necessitatem*) indicant, quod si Luna XIV. tam sero concurrat cum XIV. vel XV. Kal. Maji die dominico, cum Pascha ea Lunæ ætate celebrari nequeat, & differendum sit in Dominicam sequentem; propter ejusmodi angustias atque necessitatem ultimus paschalis Latinorum limes, qui figebatur die 21. Aprilis, servari non possit, & Pascha in diem 24. vel 25. Aprilis transferendum sit.

33 MSS. Bodl. & Digb. *occurrit*. Sermo est de Paschate anni 444. quod priori controversiæ sub Pontificatu ipsius Leonis occasionem dedit.

34 *Nos* pro *tunc* ex Jano prætulimus. Ceterum etiam S. Leo Paschasini litteris acquiescens, eadem die Pascha celebravit, ut ex integro Chronico Prosperi didicimus.

35 Editi ex Sirmondi apographo & cod. Cotton. *in CCLV. anno*. MS. Oxon. & Bodl. *in CLXV. anno*: Digb. *in CCLXV. anno*. Hæc varietas MSS. errorem innuit; qui evidens fit ex quæstione Paschatis an. 455. de qua hic sermo est. Annus enim 455. æræ vulgaris est annus æræ Diocletiani CLXXI. unde textum sine ulla dubitatione correximus, ut sane corrigendum eruditi omnes cognoverunt.

36 Ex editione & MSS. Jani supplevimus vocem *Dominus*.

37 Editi ex Sirmondo *CCLXV. anno*. MSS. Oxon. & Bodl. *CCLXVII. anno*. Alius codex S. Augendi, quem in emendationibus citat Bucherius, *CCLVIII. anno*. Correximus eadem ratione, quam indicavimus adnot. 35. cum Auctor loquatur de Paschate anni 482. qui convenit cum anno æræ Diocletiani *CXCVIII*. Janus forte ex suis codd. omisit particulam & ante verba *in futuro*.

38 Editi & MSS. *XXVIII. die Pharmuti*, perperam: nam hic dies respondet diei IX. Kal. Majarum, ut ipse Proterius cap. antecedenti testatur: ac proinde correctio tutissima est, quam alii margini adscribendam scrupulosius censuere.

39 Ex his & sequentibus, quæ de Judæis traduntur, colligendum videtur, Judæorum supputationem Romanis favisse; quos tamen æque errasse Auctor pronuntiat.

40 Hæc eadem objectio facta Alexandrinis fuit a Romanis etiam an. 387. cum illi similiter diem Paschatis integra hebdomada post Latinos statuebant, ut ex Ambrosii Epistola ad Episcopos Æmiliæ, ac ex Theophili Prologo Paschali manifestum est; ejusdemque objectionis meminit etiam Cyrillus in Prologo. Quo autem sensu Latini contenderent, Alexandrinos celebrare Pascha mense secundo, cum istud in hebdomadem protenderent, Proterius indicat capite sequenti, in quod vide adnot. 46.

prorſus unde hoc 41 aſſerentes. Nam xiv. Luna ipſius menſis occurrente xxii. die menſis Pharmuthi, qui eſt xv. Kal. Majar. quomodo querelam ſuſtinebimus, 42 quod in ſecundo menſe Paſcha celebremus? Judæi namque ignorantes Dominum, tempus quoque Paſchæ ignorant. Unde ſæpius a primo menſe recedunt, & in duodecimo menſe Paſcha 43 celebrare aliquatenus arbitrantur. Sed beatiſſimi patres noſtri cyclum decemnovennalem 44 certius affigentes, quem violari impoſſibile eſt velut crepidinem ac fundamentum & regulam, hunc eumdem decemnovennalem computum ſtatuerunt, non juxta Judæorum nunc indoctas atque ineptas 45 actiones, neque ſecundum exterorum putativam fictamque prudentiam; ſed ſecundum gratiam Spiritus ſancti inſtituti, in revolutione ſæpe memorati decemnovennalis circuli 46 decimas quartas paſchales Lunas diligentius annotarunt.

CAP. VIII. His itaque confectis, illud etiam oportet attendere, quod 47 errent nimium, qui primi menſis initium lunaris curſus a xxv. die menſis Phamenoth, qui eſt xii. Kal. Aprilium, omnino eſſe conſtituunt, eo quod tunc initium verni temporis ab his qui hoc invenire 48 valuerunt, cum omni diligentia præfixum eſſe videatur. Et manifeſte quidem ſecundum cur-

A ſum Solis xxv. die menſis Phamenoth, qui eſt xii. Kalendar. Aprilium, æquinoctium eſſe cognoſcitur; ſed non oportet ab hoc æquinoctio primi menſis exordium juxta curſum Lunæ prorſus affigere. Alioquin per omnia Solis circulo Lunæ diſcurſus concordare debuerat. Verum quia cunctis habentibus intellectum certum eſt, quod velociſſimum Lunæ motum curſus Solis minime conſequatur, age jam nunc breB viter, Deo præſtante, dubios inſtruamus, quod in ſecundum menſem nullo modo poſſimus excedere. Si enim in æquinoctio, id eſt xxv. die menſis Phamenoth, qui eſt xii. Kal. Aprilium juxta curſum Lunæ menſis conſtitueretur initium, rationis eſſet opinari nonnullos in ſecundum menſem nos poſſe recedere. Nunc autem, quia xiv. Luna primi menſis per viii. indictionem quæ ventura eſt, xxii. die menſis C Pharmuthi, qui eſt xv. Kal. Majar. invenitur, certum eſt quod initium ejuſdem menſis primi juxta Lunæ curſum nono die Pharmuthi, qui eſt pridie Non. April. occurrat. Cum ergo xiv. Luna xxii. die menſis Pharmuthi inveniatur, qui eſt xv. Kal. Majar. dominicum Paſcha xxix. die menſis ipſius Pharmuthi qui eſt viii. Kal. Majar. celebrantes, in ſecundum menſem minime recedimus, cum Lunam tunc D xxi. 49 indubitanter habeamus. Quomodo igitur

BALLER. NOTÆ.

41 Forte *aſſerant*, vel aliquid deſideratur. Mox voces *menſis Pharmuthi* perperam deſunt in MS. Oxon.

42 Ita ex editione Jani: al. *quia*. In ſequentibus objectionem in Latinos retorquet, quaſi ipſi non tam ſecundo, quam duodecimo menſe Paſcha celebrent, cum Judæorum more Paſcha celebrant eo menſe, qui Alexandrinis emboliſmalis eſt, ut adnot. ſequenti explicabimus.

43 Pronomen *ſe* hic additum in pleriſque MSS. & omnibus editis, excepto Petavio, delevimus auctoritate MS. Cotton. ſenſu quoque exigente: nam verbum *arbitrantur* non active ſumitur, ſed paſſive pro *exiſtimantur*, ut ſupra cap. 2. Vide adnot. 16. Neque enim Judæi umquam arbitrati ſunt ſe celebrare Paſcha menſe XII. ſed ita celebrare ab aliis aliquatenus credebantur. Id autem accidit, cum Judæi annum faciebant communem, qui Alexandrinis erat emboliſmalis. Tunc nimirum Judæi celebrabant Paſcha menſe quidem ipſis primo, ſed Alexandrinis, qui rectius emboliſmum admittebant, ultimo, ac proinde ex iſtorum ſententia recedebant a menſe primo in Lege conſtituto. Menſis autem emboliſmalis antecedens menſem primum, licet additus in fine anni præcedentis menſium duodecim, decimus tertius menſis reipſa fuerit, accenſebatur tamen a Judæis menſi duodecimo, eodemque nomine Hebraice appellatus cum XII. menſe, quaſi *alter menſis XII.* pro duodecimo menſe *aliquatenus* habebatur.

44 Voces *certius affigentes* innuunt Chriſtianos Patres cyclum decemnovennalem melius ordinaſſe, quam Judæi: ac proinde Judæis tribuere videntur eumdem cyclum, in quo Emboliſmos ac decimas quartas paſchales Lunas aliter & indiligentius adnotaverant, indoctis ducti rationibus, & decepti ficta & falſa prudentia exterorum, hoc eſt, Græcorum Ethnicorum, qui etiam decemnovennalem cyclum adhibebant. Mox verba *violari impoſſibile eſt* deſunt in MS. Oxon. Et poſt pauca Janus omittit vocem *eumdem*.

45 Forte *rationes*, inquit Bucherius. Dein *ſed gratia Spiritus ſancti* in MS. Bodl.

46 Lunæ tantum XIV. paſchalis diem in decemnovennali Alexandrinorum cyclo quovis anno notatum indicat. Et licet ex Luna paſchali XIV. facile eſſet Dominicas paſchales colligere; non tamen hæ in eo cyclo deſignabantur, eo quod in revolutione annorum XIX. ipſius cycli non ita redirent ad caput Paſchales Dominicæ, ſicut redibant Lunæ decimæ quartæ. Id in cyclo Romanorum ann. LXXXIV. accidebat, qui proinde cyclus erat Dominicarum paſchalium, ubi ille erat cyclus Lunarum paſchalium XIV.

47 Proterius hic reſpondere nititur objectioni antecedenti capite propoſitæ, qua Romani opponebant, Alexandrinos ex ſuo cyclo Paſcha anni 455. rejicere in menſem ſecundum, eo quod iſtud feſtum celebrarent poſt diem 21. Aprilis, qui Romanis extremus limes erat Dominicarum paſchalium; ac ſi extremus Dominicarum paſchalium limes eſſet dies ultimus menſis primi Infert vero eos hac ratione primum menſem inchoare a XII. Kal. Aprilis, ideſt, a die 21. Martii, in quem incidit æquinoctium vernum. Id autem ex eo probat erroneum, quia initium primi menſis, qui Lunaris eſt, & juxta Lunæ curſum computari debet, non eſt ſumendus a die certo æquinoctii verni, ſed a curſu Lunæ, quæ cum ſuum curſum tum annuum, tum menſtruum citius, quam Sol, abſolvat, initium primi menſis non poteſt certo diei curſus ſolaris affigi, ſed per ſingulos annos cycli decemnovennalis variet neceſſe eſt. Cum porro Luna XIV. primi menſis hoc anno ex Alexandrinorum ſupputatione incideret in diem XV. Kal. Majarum, ſequebatur Neomeniam paſchalem, ac proinde initium primi menſis occurrere pridie Non. Aprilis. Hinc dies VIII. Kal. Maji, cui iidem Paſcha adſignabant, erat Luna XXI. ſeu dies XXI. primi menſis, ut ne hoc feſtum in ſecundum menſem rejicere dici poſſent. Lunam autem XIV. in eumdem diem XV. Kal. Majarum cadere Proterius nullibi probat, ut ſuperius adnot. 27. monuimus, ſed ex ſolo cyclo decemnovennali certum præſumit. Monendum præterea eſt Victorium Aquitanum in Prologo Paſchali aliter ex Latinorum ſententia primi menſis initium ſtatuere. *Latini namque*, inquit, *a III. Non. Martii uſque ad III. Nonas Aprilis, diebus ſcilicet XXIX. obſervandum maxime conſueverunt, ut quocumque eorum die Luna fuerit nata, efficiat primi menſis initium.* Igitur primi menſis initium non ab æquinoctio verno, ut illis Proterius tribuit, ſumebant; ſed Proterius id cum Alexandrinis ex Latinorum objectionibus & ratiociniis collegit. Enimvero haud intelligi poteſt, Alexandrinos rejicientes Paſcha anni 455. a die XV. Kal. Maji, ut Romani volebant, in diem VIII. Kal. ſeu a die 17. Aprilis in diem 24. ex Romanorum ſententia tranſire in ſecundum menſem, ſi Leonis tempore primum menſem incepiſſent, ut Victorius poſtea expoſuit, a Neomenia paſchali. Cum enim hæc incidiſſet apud Romanos in diem primam Aprilis, dies vigeſima quarta ejuſdem menſis, in quem Alexandrini Paſcha prorogabant, excedebat quidem limitem Dominicarum paſchalium Romanorum; at cum eſſet dies Lunæ apud Latinos XXIV. primi menſis limites non præteribat, ita ut in ſecundum menſem a Neomenia ſequenti inchoandum tranſiret. Igitur hoc tempore Romani non a Neomenia Lunæ paſchalis, ſed poſt ultimum Dominicarum paſchalium terminum ſecundum menſem inchoaſſe videntur, ac proinde eoſdem menſem primum ab æquinoctio verno exorſos Proterius non male argumentatus credi poteſt. In MS. quidem auctiore Chronici Proſperi, quod Bucherius allegat pag. 89. ad annum 455. hæc leguntur, quæ in editione Labbei deſunt: *In quo* (Paſchate ſcilicet cum Latinis celebrando die 17. Aprilis) *nec in ratione Plenilunii, nec in primi menſis limite fuiſſet erratum:* ubi primi menſis limitem pro limite Dominicarum paſchalium Auctor videtur accipere.

48 Ita cum Jano. Alias *voluerunt*.

49 Jani editio *indubitate*.

tur excurremus in mensem secundum, quandoquidem initium primi mensis juxta Lunæ cursum, sicut paullo ante dictum est, IX. die mensis Pharmuthi, qui est pridie Non. April. existat, & XIV. Luna XXII. die mensis ipsius, id est XV. Kal. Majar. 50 die proveniat? Hoc autem ita declarato, certum est quod in secundum mensem nullatenus excurramus, XXIX. die mensis Pharmuthi, qui est VIII. Kal. Majar. dominicum Pascha celebrantes. A

CAP. IX. Cognoscant itaque per tuam Sanctitatem, qui in illis partibus ambigunt, quod legitime per octavam indictionem Pascha 51 peragemus. B Propterea enim scripsi, patrum & in hoc ecclesiasticas formulas subsequens, & exinde occasiones rei hujus assumens. Sic namque & 52 præcessores nostri, si quando dubietas orta est, prædicere festinabant, ut ubique consonanter ageretur 53 sacra festivitas. Quod etiam nunc juxta priscam consuetudinem 54 credimus in Domino prædicari in Ecclesiis & unam fidem, unum baptisma, unam solemnitatem sacratissimam paschalem ab omnibus Christianis ubique celebrari in CHRISTO JESU Domino C nostro, quia *in ipso vivimus, movemur, & sumus*. (Act. 17. 28.)

Transferre vero hanc epistolam in Latinæ vocis eloquium non satis certum esse putavimus, ne forte græcizantes potius 55 apud nos, nec jam valentes hæc diligenter exprimere, læderent veritatem propter informem sermonem atque incongruum: & qui forte non ita possit ardenter scienterque transferri, sicut caussa poscebat. Saluta eam quæ tecum est fraternitatem. Te quæ nobiscum est, salutat in Domino. D *Et alia manu*. Valere te, & nostri meminisse, Domine, precor, dilectissime & desideratissime 56 frater.

EPISTOLA CXXXIV. *

(* Alias CV. Quæ au[...] antea 134[...] rat, nunc [...] 25. Aprili[...] an. 454.)

1 Ad MARCIANUM Augustum.

2 SYNOPSIS.

I. *Laudato Marciano, promittit Anatolio gratiam suam, si resipiscat.*
II. *Rogat, ut Eutychem virus suum in exilio spargentem ad secretiora loca releget.*
III. *De paschalis diei inquisitione gratias agit, & ut Catholicis faveat precatur.*

LEO Episcopus MARCIANO Augusto.

CAP. I. QUod sæpissime multa jam experimenta docuerunt, sanctum pietatis vestræ studium circa religionem christianam gloriosis persevekrat & crescit augmentis: & hæc fides Clementiæ vestræ non solum me, sed & omnes Domini Sacerdotes consolatur & roborat; dum in christianissimo Principe sacerdotalem 3 experimur affectum. Quem si orientalium partium Sacerdotes studeant imitari, 4 nihil scandalorum neque pax neque fides christiana patietur. (Sacerdota[...] in Augusto [...]fectus.) Unde cum Constantinopolitanus 5 Episcopus ad omnem pietatis profectum præsenti Clementiæ vestræ doceatur exemplo, si fideliter vestris acquiescat hortatibus, 6 habet in me sinceræ gratiæ animum: tantum ut quod verbis spondet, 7 perficiat. Si vero, quæ Deo & pietati vestræ displicent, pertinaci intentione delegerit, salva mansuetudinis vestræ reverentia, utar cum omnibus, & pro omnibus, vobis quoque annitentibus, adversum superbientem liberiore 8 constantia, quem (quod sæpe dicendum est) mallem pro sanctis actibus fraterna caritate complecti, gloriosissime Imperator.

CAP. II. Quia vero suggestiones meas pro tranquillitate catholicæ fidei libenter accipitis, significatum

BALLER. NOTÆ.

50 Eadem Jani editio omittit *die*.

51 Ita correximus ex MS. Digb. Al. *peragimus*. Mox idem codex habet *scripta* pro *scripsi*.

52 Ita Janus cum MSS. Bodl. & Digb. quibus concinit Oxonien. *prædecessores*. Ceteri editi *præcursores*. Cod. Bodl. pro *nostri* habet *mei*.

53 Janus *sancta*.

54 Ita Janus ex suis, ut credimus, MSS. cui concinunt alii antiquiores editi, qui solum omittunt conjunctionem & ante voces *unam solemnitatem*. Apud Quesn. *debemus in Domino prædicare in Ecclesiis, sicut unam fidem, unum baptisma, ita unam solemnitatem sacratissimam paschalem ab omnibus Christianis ubique celebrari*: in quibus *celebrari* cum verbo *debemus* non satis cohæret.

55 Magis placuit hæc lectio Jani, cui ejus codd. suffragantur, nec non editio Petavii, quam lectio Bucheriana & Quesnelliana *apud vos*: agitur enim de his græcizantibus apud Proterium, quos, cum timeret ne valerent exacte exprimere sermone Latino, noluit hanc epistolam Latine reddere. Mox apud Labbeum & Quesnellum intra parenthesim (*nec enim jam valemus hæc diligenter exprimere*:) alii vero editi *nec enim jam valentes &c.* quæ sensum turbant. Janum sequi maluimus.

56 Ultimam hanc vocem, quæ additur a Quesn. & Jano ex suis codd. Petavius, Bucherius, & Labbeus omiserunt.

1 Extat in MSS. collect. Hispanicæ, Isidorianæ, XI. XII. XVIII. & XXI. usque ad XXIV. nec non in exemplo Sichardi.

2 Hispanica hunc titulum præfert. *Item Leonis ad Marcianum Augustum, ubi scribit de exilio Eutychetis, ut ad secretiora loca eum transferret, quia ubi positus erat, adhuc prava docebat*.

3 MSS. coll. XXI. *exprimit affectum*.

4 Ita omnes editi cum MSS. coll. XII. XVIII. & XXIV. quibus concinit cod. Vindebon. Hisp. in quo erronee legitur *nihil scandalum*. Hic error ex arbitrio correctus fuit in Vat. Hisp. & Isid. aliisque inde proficiscentibus: *nullum scandalum*.

5 MSS. Vindebon. Hisp. & Vat. coll. XXIV. *antistes*. Mox in plerisque codd. inferioris ætatis *provectum præsentis* pro *profectum præsenti*.

6 Ita cum Merlino, Sichardo, & Quesnello MS. Vat. coll. XXIV. Cum in MS. Vindebon. Hisp. *habet* desideretur; in Vat. Hisp. Isid. & ceteris suppletum fuit *habebit*, ut etiam legitur in Vulgatis ante Quesn.

7 Auctoritate plurium nostrorum codicum delevimus *corde*, quam vocem editi ex Merlino cum Sichardo ac MSS. coll. XXIV. præmittunt ante verbum *perficiat*.

8 Monuit Quesnellus in suis MSS. legi *liberiore conscientia, quia (quod sæpe dicendum est) male pullulantia fraterna caritate oportet resecari, gloriosissime Imperator*. Idipsum etiam exhibent nostri codd. Vat. Hisp. Isid. cum MSS. collect. XI. & XXI. Prætulimus tamen lectionem editorum ex Merlino, quam in Vindebon. Hisp. & Vat. coll. XXIV. ac Sichardo reperimus. Restituimus tantum *mallem* pro *malim*, quod apud Quesnellum dumtaxat legebatur. Illa autem Leonis, *quod sæpe dicendum est*, ea videntur respicere, quæ in anterioribus ad Marcianum litteris 78. similiter ac in textu hujus epistolæ de Anatolio scripserat c. 5. *Quem opto magis irreprehensibiliter agentem diligere, quam in hac præsumtione . . . perdurare*.

tum 9 mihi eſſe fratris & Coepiſcopi mei JULIANI ſermone cognoſcite, Eutychen impium pro ſuis quidem meritis exulare; ſed in ipſo ſuæ damnationis loco multa adverſus integritatem catholicam blaſphemiarum deſperatius venena profundere: & quod in illo totus mundus 10 exhorruit atque damnavit, impudentia majore, ut innocentes decipere poſſit, evomere. Plenum itaque rationis exiſtimo, ut veſtra Clementia 11 ad longinquiora eum jubeat & ſecretiora transferri. 12 Monaſterio vero ejus Conſtantinopoli conſtituto, in quo habitatores Monachi evangelica apoſtolicaque doctrina crebrius ſunt & plenius roborandi, ſalubriter (ut arbitror) fiet, ſi is, qui ipſi monaſterio præpoſitus eſſe dicitur, a ſocietate veneratoris veſtri JULIANI Epiſcopi, quem in ſpeculis propter fidem illic eſſe conſtitui, non recedat: cujus aſſidua viſitatione profectus ſervorum Dei illic habitantium poſſit augeri.

Eutyches exulat.

Ad longinquiora transfertur Euth.

Julianus juſſu Leonis CP. in ſpeculis propter fidem.

CAP. III.

Petitionem 13 autem meam de feſtivitate paſchali gaudeo ita a veſtra pietate ſuſceptam, ut confeſtim 14 Agentem in rebus Alexandriam mitteretis de errore admonendo, quem ſanctæ memoriæ THEOPHILI conſtitutio videtur inferre. De qua re, ſicut ſcribere dignamini, quicquid ad Pietatis veſtræ notitiam perlatum fuerit, jubete me noſſe: ut de obſervantia, quam non licet eſſe diverſam, quid potiſſimum ſit tenendum, Eccleſia univerſalis agnoſcat. Precor autem, quod veſtræ novi Clementiæ convenire, ut eos maxime tueamini contra omnes inſidias, quos mihi & veſtræ Manſuetudini propter amorem fidei placere cognoſcitis, ut eos Conſtantinopolitanus Epiſcopus lædendi non habeat facultatem. Data 15 decimo ſeptimo Kalendas Maji, AETIO & STUDIO viris clariſſimis Conſulibus.

EPISTOLA CXXXV. *

** Alias CVI. Quæ autem antea 135. erat, nunc 166. 29. Maji an. 454.*

1 Ad ANATOLIUM Epiſcopum.

2 *Per Nectarium agentem in rebus.*

3 SYNOPSIS.

I. *Intermiſſi litterarum commercii rationem reddit.*
II. *De deſtituto Andrea Archidiacono & aliis in Eccleſia CP. reſtitutis laudat.*
III. *Majorem in agnoſcenda culpa ſinceritatem deſiderat.*

LEO Epiſcopus ANATOLIO Epiſcopo.

CAP. I.

SI firmo incommutabilique propoſito dilectio tua curam gratiæ communis habuiſſet, nihil profecto, quod ullam anxietatem tibi ingereret, exſtitiſſet. Non enim ſinebat ratio ut ejus caritatem ſpernerem, quem amore pacis, & ſtudio reparandæ catholicæ fidei inter ipſa Epiſcopatus rudimenta juviſſem, optans in eccleſiaſticis curis talem habere conſortem: ut mihi de ſanctis 4 præceſſoribus tuis, nec JOANNIS ſpiritualem copioſamque doctrinam, nec auctoritatem ATTICI, nec induſtriam PROCLI, nec fidem beati FLAVIANI deeſſe ſentirem: & ita ſtudiis tuis uterer, ut nullus auderet vel fidei catholicæ reſultare, vel Nicænis venerabilium Patrum regulis contraire. Sed cum in injuriam canonum, ut agnoſcis, illa 5 tentata ſint, quæ omnibus Eccleſiis ſcandalum maximum generarent; quid aptius ac modeſtius facerem, quam ut te primum, ut ab hac intentione recederes, fraterno animo miſſis * litteris admonerem? Ad quas cum non reſcriberes, ipſe te a colloquii mei conſortio ſeparaſti. Denique inde jam tacui, ſed clementiſſimo Principi, cuſtodi fidei, frequenti litterarum petitione ſuggeſſi, ut pro pace Eccleſiarum, quam tibi maxime prodeſſe cognoſcis, hæc quæ nunc a tua dilectione facta ſunt, implerentur. Cui ineffabiles gratias ago, quod ſecundum eru-

Epiſcoporum CP. elogium.

** ep. 106.*

Marcianus cuſtos fidei: ita & in Concil. Calched.

BALLER. NOTÆ.

9 Codices Vat. Hiſp. Iſid. & coll. XI. ac XXI. *ſignificatum mihi fratris, quem excepiſtis piiſſime, Juliani ſermone cognoſcite*. Lectionem a Queſnello inductam retinuimus, cum a noſtris codd. Vindebon. Hiſp. ac collect. XXIV. ac exemplis Merlini & Sichardi confirmetur. Solum in noſtris codicibus & Sichardo verbum *eſſe* deſideratur. Vulgati ante Queſnellum utramque lectionem ſimul præferunt.

10 Ita Vindebon. Hiſp. ac Vat. coll. XI. cum editis Concilior. Alias *horruit*.

11 Sic Merlinus, Sichardus, & Queſnellus cum MSS. Vindebon. Hiſp. ac Vat. coll. XXIV. Antiquiores editi *ad longinquiora loca*. Monet Queſnellus in pleriſque ſuis codd. haberi *ad tutiora*, quod nos invenimus in Vat. Hiſp. ac in MSS. coll. XI. & XXI. & ſolus cod. Vat. Iſid. præfert *ad tutiora loca eum*.

12 Queſnellus addit præpoſitionem *de*, quam non tam anteriorum editionum, quam plurium noſtrorum codicum auctoritate delevimus. Dein duo MSS. *ſalubriter id fiet, ut arbitror, ſi &c.*

13 Ita ex Merlino editi, & noſtri codd. Vindebon. Hiſp. ac Vat. coll. XXIV. cum Sichardo, qui ſolum omittunt *meam*. MSS. Vat. Hiſp. & Iſid. cum ceteris inde profectis: *Petitionem autem de feſtivitate paſchalis gaudii ita novi a veſtra pietate ſuſceptam*.

14 Vulgati ante Queſn. cum uno MS. coll. XXI. addunt *Nectarium*, quod ignorant alii codd. & Queſnellus jure expunxit. Nectarius enim Agens in rebus cum Marciani & Anatolii litteris Romam miſſus fuerat, ut ex titulo ſequentis epiſtolæ palam fiet. Mox in Vindebon. Hiſp. *mittere*, & *de errore movendo*. Hos errores correxit antiquus librarius, prout legitur in Vat. Hiſp. Iſid. & aliis MSS. ejuſdem originis cum editionibus antiquioribus, *mitteret* pro *mitteretis* & *de errore removendo*. Etiam apud Sichardum & in codd. coll. XXIV. qui ab Hiſpanica Gallicana non derivant, legitur *removendo*. Retinuimus tamen lectionem a Queſnello inductam ex cod. Grim. *admonendo*, eo quod ſequentia non abſolutam correctionem erroris, ſed monitionem de errore, qui in Laterculo Theophili ineſſe videbatur, factam indicent, ita ut quidquid hac de re Alexandrini reſponſuri ſint, Leo ſibi ſignificandum petat.

15 Cod. Griman. Queſnello adnotante *VII. Kal. Maji*. Tres noſtri codd. coll. XI. ac XXI. *decimo ſext. Kal. Maji*. MS. Vat. coll. XXIV. & in margine editorum *XVII. Kal. Martii*.

1 Exſtat in MSS. coll. V. XI, XII. XIII. XVI. XVIII. & XXI. uſque ad XXIV.

2 Hæc invenimus in MSS. coll. V. & XII.

3 In tabula collect. V. cap. 86. hic titulus legitur: *Ad Anatolium Epiſcopum de receptione Andreæ Archidiaconi & Euphratæ, & de appetiti honoris Conſtantinopolitanæ Sedis abjectione reſcriptum*.

4 Codd. Vatt. coll. XI. & XXIV. nec non apud Hincmarum Opuſcul. I. cap. 23. edit. Pariſ. ann. 1615. *præcurſoribus*. Vide not. 1. 2. & 3. Queſn.

5 Ita noſtri codd. collect. V. XI. & XXIV. atque exemplum Hincmari. Vulg. *tentata ſunt*. Vide not. 4. Queſn. & in eam obſervationes noſtras.

eruditionem Spiritus ſancti, cujus eſt virtute pleniſſimus, ſacerdotali 6 dignatur ſtudere concordiæ, ſciens ſibi orationes ſupplicantium copioſius profuturas, ſi famuli unius Domini in nullo ſint a veræ pacis unitate diviſi. A

CAP. II. Quod ergo in Conſtantinopolitana Eccleſia quædam in officiis Clericorum correcta ſignificas, ut & 7 AETIUM Presbyterum in gratiam tuam affectionemque revocaveris, & ANDREAM ab Archidiaconi actione ſubmoveris, nobis placuiſſe reſcribo: quia exiſtimationem tuam, ut optabam, plurimum erigit atque commendat. Et merito poſt correctionem in oblivionem perducitur, quod reprehenſioni obnoxium videbatur, cum hæreticorum provectione, & diſcipulorum ſanctæ memoriæ FLAVIANI injuria gravareris, quæ nunc ſimul ab omni offenſione, cum tui, ut volui, laude ceſſarunt: quia in ordinem ſuum, quæ fuerant turbata, redierunt. ANDREAM ſane, qui rationabiliter Archidiaconi eſt privatus officio, & EUFRATAM, qui ſanctæ memoriæ FLAVIANI, ut comperi, improbus exſtitit accuſator, ſi profeſſionibus pleniſſime ſcriptis non minus eutychianam 8 hæreſim, quam neſtorianum execrabile dogma condemnant, quoniam venia eſt præſtanda correctis, Presbyteros conſecrabis: ut ſibi remedium catholicæ fidei ſentiant profuiſſe, electo primitus & probato, qui Archidiaconi officium poſſit implere, id eſt, quem nulla umquam prædictarum impietatum fama reſperſerit. Ceteri vero, quos par reatus involverat, ſi veniam ſimili profeſſione cum ſatisfactione depoſcunt, ſuis ordinibus reformentur: his tantum ad officiorum primatum admiſſis, quos ab omni errore liberos fuiſſe conſtiterit. B C

Andreas ab Archidiaconatu dejectus.

CAP. III. Illam autem culpam, quam de augenda poteſtate, aliena (ut aſſeris) adhortatione contraxeras, efficacius atque ſincerius tua caritas diluiſſet, ſi quod tentari ſine tua voluntate non potuit, non ad ſola Clericorum conſilia tranſtuliſſes. Quia ſicut in mala ſuaſione delinquitur, ita & in mala 9 conſenſione peccatur. Sed gratum mihi, frater cariſſime, eſt, quod dilectio tua id profitetur ſibi diſplicere, quod tunc etiam placere non debuit. Sufficit in gratiæ communis regreſſum profeſſio dilectionis tuæ, & atteſtatio Principis Chriſtiani. Nec videtur tarda correctio, cui tam venerabilis aſſertor acceſſit. Abjiciatur penitus inconceſſi juris, qui diſſenſionem fecerat, appetitus. Sufficiant limites, quos ſanctorum Patrum providentiſſima decreta poſuerunt: ut quieta ſit ſuis meritis & antiquis privilegiis dignitas omnium Sacerdotum. Renovetur, & maneat in te dominicæ caritatis affectio, ad quam dilectionem tuam ſæpius cohortatus ſum, cum fratre & Coepiſcopo noſtro JULIANO, qui communem gratiam ſemper optavit: cujus induſtria & ſollicitudines tuæ relevabuntur, & fides catholica munietur. Super omnia autem fraterna caritate hortor & moneo, ut ea quæ ad gloriam vel ad munimen pertinent ſacerdotalis officii, Nicænorum canonum univerſalis Eccleſiæ pacem ſervantia decreta cuſtodias. Sic enim inter Domini Sacerdotes inviolata caritas permanebit, ſi paribus ſtudiis, quæ ſunt a ſanctis Patribus conſtituta, ſervetur. Data 10 IV. Kalendas Junii, AETIO & STUDIO viris clariſſimis Conſulibus. D

EPISTOLA CXXXVI. *

* Alias CVII. Quæ autem antea 136. erat, nunc 168. 29. Maji anno 454.

1 Ad MARCIANUM Auguſtum,

De correctione Anatolii.

S Y N O P S I S.

I. *Cur Anatolio ſcribere intermiſerit.*
II. *Quibus conditionibus illi reconcilietur.*
III. *De Andrea ab Archidiaconatu dejecto, & Juliano commendato.*
IV. *Ut Caroſus Monachus compeſcatur.*

LEO Epiſcopus MARCIANO Auguſto.

CAP. I. LItterarum Clementiæ veſtræ multiplex gratia debita a me veneratione ſuſcepta eſt, & gratulanter agnovi, quam piam curam chriſtianæ religionis, ut conſueviſtis, habeatis; cum inter Domini Sacerdotes eam vultis firmare concordiam, quæ & univerſali Eccleſiæ, & divino apta ſit cultui. Illa enim probabilis pax & caritas vera eſt, quam pleniſſime beatus Apoſtolus prædicat dicens: *Caritas de corde puro, & conſcientia bona, & fide non ficta.* 1. Tim. 1. 5. Obſequens itaque & libenter aſſentiens ſanctis veſtræ pietatis hortatibus, fratris & Coepiſcopi mei ANATOLII ſcriptis reciproco, ut debui, ſermone reſpondi, qui ceſſationem alloquii mei ſuo ſilentio 2 debuit imputare: cum ad litteras meas, quibus eum fraterna caritate monueram, ut a reprehenſibili ambitione diſcederet, ulterius reſpondere neglexit. Ego vero, qui apud illum tacui, Clementiæ veſtræ pro pace univerſalis Eccleſiæ quæ eſſent profutura ſuggerere pro mea cura non deſtiti. Nam & veſtra manſuetudo inſinuationem meam 3 tam libenter accepit, ut & ſemper reſcribere dignaretur, & hæc ageret, ut quæ nunc correcta ſunt, veſtræ gloriæ debeantur: 4 quod tales nunc miſit epiſtolas, quibus notabilem ambitus culpam aliis potius quam ſibi aſſereret deputandam.

CAP. II. Agnoſcat ergo, Auguſte venerabilis, prædictus Antiſtes quanto amplius humilitate, quam elatio-

---

BALLER. NOTÆ.

6 Al. *dignetur*. 7 Vide not. 5. Queſn.

8 Vocem *hæreſim* a Queſnello omiſſam ex anterioribus editis, & noſtris codd. revocavimus.

9 Queſnellus ex Grimanico *confeſſione*, & in margine lectioni vulgatæ *conſenſione*, quam ex noſtris codd. & ex Hincmaro reſtituimus, affixit notam *male*: cum tamen melior & verior ſit; ſignificat enim Clericorum conſiliis conſenſiſſe Anatolium, de quo Leo dixit paullo ante: *Quod tentari ſine tua voluntate non potuit.*

10 Cod. Barb. coll. XI. notante Queſnello in margine. *IV. Nonas Julii*; male quippe Vat. 3791. ejuſdem collect. XI. cum ceteris aliarum collectionum MSS. habent *IV. Kal. Junii* eademque dies ſignatur in epiſtola ſequenti, quæ ſimul ſcripta & tranſmiſſa fuit.

1 Hanc epiſtolam primus edidit Lucas Holſtenius ex MS. Barb. 3336. coll. XVI. Eamdem emendavit Queſnellus ex Grim. coll. XVIII. Nos invenimus in Ratiſponenſi coll. XIX. ex quo non pauca reſtituimus.

2 Codd. Barb. & Ratiſp. cum Holſtenio *potuit*.

3 Ex cod. Barb. & Holſtenio additur particula *tam*, quam ſequens *ut* videtur exigere. Similiter & ante *ſemper* ex iiſdem adjecimus.

4 Ita Holſtenius & cod. Ratiſp. Apud Queſnellum *qui tales*; male: neque enim Imperatoris, de quo contextus loquitur, ſed Anatolii epiſtola 132. indicatur.

elatione crefcatur, & memor limitum paternorum falubritatem canonum ad pacem univerfalis Ecclefiæ conditorum ea qua debet in pofterum obfervatione cuftodiat; defenfioni quoque catholicæ fidei indefinenter invigilet, pro cuftodia dominici gregis diligentes prætendat excubias, utatur in omnibus devotiffimo veftræ pietatis auxilio, & fi quid ufquam fub catholico nomine hoftilium fraudum latet, id prodendum Gloriæ veftræ inftanter 5 indaget. Qui enim facrilegum errorem a longinquioribus quoque provinciis expuliftis, & ad veritatis lucem contenebrata Palæftinorum corda revocaftis, quomodo eum fub veftræ fidei radiis 6 fpirare patiemini? cum etiam per Ægyptum, Deo vos in omnibus adjuvante, celerius credamus omnes parvi dogmatis extinguendas effe reliquias. Benigne enim his confulitis, quibus licentiam execrabilis erroris aufertis.

Canonum obfervantia ubique a Leone commendata.

Palæftini tumultus & Ægyptii.

CAP. III.

Gaudeo itaque, Gloriofe, quæ perturbata fuerant effe compofita: cum & memoria beati FLAVIANI 7 in confolationem difcipulorum ejus excolitur, cum ANDREAS ab Archidiaconi minifterio fubmovetur, cum poftremo a fanctorum Patrum injuria temperatur, & a violandis canonibus abftinetur: ut regnum veftrum Chrifto regnante, tranquillum, 8 Chrifto defendente fit validum. Unde cum per omnia me Clementiæ veftræ parere delectet, fratris mei ANATOLII caritatem toto corde fufcipio. Amabilem fidumque fe præbeat, & ab ea quam illi fpondeo caritate, nulla fe deinceps varietate diffociet, eos fibi fincera affectione conjungens, quos catholicæ fidei probavimus defenfores. Habet in omnibus veftræ pietatis, quod fequatur, exemplum; maxime cum benignitatis veftræ adjuvetur auxilio. Suggeftiones autem fratris & Coepifcopi mei JULIANI, quem pietati veftræ commendo, quæfo ut benignius, ficut facitis, audiatis. Hoc etiam fratri meo ANATOLIO proderit, fi eum, quem pro catholico dogmate illic effe volui, dignanter habeatis.

CAP. IV.

Carofus Monachus petulans.

Illud etiam, quod Conftantinopolitanæ Ecclefiæ eft faluberrimum, rogo, ut CAROSUS monachus nimis imperitus, nimifque perverfus, qui, ut comperi, multorum corda fubvertit, fua venena, pietatis veftræ beneficio, ultra non exerat: ne ubi fancto manfuetudinis veftræ ftudio omnis pene hæreticorum eft conatus extinctus, ibi per vilem ac reprobum damnatæ perfidiæ defenforem & fidei veftræ glo-

A ria, & fynodalis violetur auctoritas. Datum quarto Kalendas Junii, AETIO & STUDIO viris clariffimis Confulibus.

EPISTOLA CXXXVII. *

* Alias CVIII. Quæ autem antea 137. erat, nunc 169. 29. Maji an. 454.

1 Ad eumdem MARCIANUM.

SYNOPSIS.

I. *Gratias agit pro perfecta inquifitione de die pafchali, de qua Proterii litteras fe accepifse fignificat.*

II. *Oeconomorum Ecclefiæ rationes, non judicum, fed Sacerdotum examine difcutiendas efse.*

B

LEO MARCIANO Augufto.

CAP. I.

SOllicitudinem meam, quam de pafchali obfervantia habui, fancto Clementiæ veftræ ftudio, pro mea petitione gratulor abfolutam; qui diligentius in Alexandrina Ecclefia juffiftis inquiri, utrum recte poffit octavo Kalendarum Majarum fecundum definitionem THEOPHILI Epifcopi contra veterem obfervantiam futura pafchalis feftivitas celebrari; cum a paffione Domini in omnibus noftris annalibus, decimus quintus Kalendarum Majarum dies legatur adfcriptus. Sed cum Ægyptiis alia ratio placeat, confenfum meum, ne qua difcrepantia per provincias de obfervantia tam venerabilis fefti fieret, commodavi: ut refurrectionis dominicæ maximum facramentum nufquam die alia celebretur; & inter Domini Sacerdotes nihil in tanta folemnitate fit varium; fed per univerfas Ecclefias Deo noftro pro veftræ pietatis profperitate vel regno pariter fupplicetur. Litteras autem fratris & Coepifcopi mei PROTERII Alexandrinæ civitatis Epifcopi me accepiffe fignifico, quibus apud Pietatem veftram 2 de mea confenfione refpondi: non quia hoc ratio manifefta docuerit; fed quia unitatis, quam maxime cuftodimus, cura perfuaferit.

Romanus & Orientalis computi diverfi.

Annales pafchales.

C

Litteræ Proterii ad Leonem.

CAP. II.

Illud etiam rationabiliter huic epiftolæ credidi copulandum, ut de eo, quod Pietatem D veftram prioribus petii litteris, deprecarer, 3 ut Oeconomos Conftantinopolitanæ Ecclefiæ novo exemplo, & præcipue Pietatis veftræ temporibus, a publicis judicibus non finatis audiri; & hanc quoque injuriam facris removeatis ordinibus: fed rationes Ecclefiæ fecundum tra-

Res Ecclefiæ ad judices publicos non pertinent.

ditum

BALLER. NOTÆ.

5 Ita cum Quefn. nofter Ratifp. Cod. Barb. *indiget*: Holftenius ex ingenio correxit *indicet*.

6 Holftenius cum MS. Barb. *fperare*, & in margine forte *fpirare*. Id Quefnellus recepit ex Grimanico, cui nofter cod. Ratifp. adftipulatur. Mox Barb. *patiamini*. Quefn. *patimini*. Ratifp. *patemini*, pro quo melius Holft. *patiemini*.

7 Ita Ratifp. Quefn. *in confolatione*.

8 Ratifp. hoc loco delet *Chrifto*.

1 Hanc epiftolam ex cod. Grimanico a Quefnello editam, nullibi reperire licuit.

2 Hinc colligitur folo pacis bono, non autem Alexandrinorum rationibus, quæ non omnino perfuaferant (ut in Admonitione ad ep. 88. indicavimus) Leonem confenfiffe, ut Pafcha VIII. Kal. Maji celebraretur. Huc autem potiffimum alludere videtur Profper in Chronico integro Labbeano ad an. 455. ubi Leonis ad Marcianum epiftolam memorat. *Eodem anno*, inquit, *Pafcha Dominicum die VIII. Kal. Maji celebratum eft pertinaci intentione Alexandrini Epifcopi, cui omnes Orientales confentiendum putaverunt; quamvis S. Papa Leo XV. Kal. Maji potius obfervandum proteftaretur. Exftant ejufdem Papæ epiftolæ ad clementiffimum Principem Marcianum datæ, quibus ratio veritatis follicitata evidenter patefacta eft, ex quibus Ecclefia catholica inftrui poteft, quod hæc perfuafio ftudio unitatis & pacis tolerata fit potius, quam probata, non deinceps imitanda, ut quæ exitialem attulit offenfionem, omnem in perpetuum perdat auctoritatem*. Confer epift. 142. c. 1. Licet vero Latini in pofterioribus annis fuum cyclum annorum LXXXIV. aliquandiu retinuerint, inducta biennio poft nova emendatione Victorii, qui faltum Lunæ ab anno XIV. ad decimum fextum protraxit; fæculo tamen fequenti illum deferuere, poftquam Dionyfius Exiguus Alexandrinum cyclum & regulas fuo cyclo annorum CXV. accommodatas, & rationibus ac documentis munitas Latinis propofuit.

3 Hæc videntur refpicere Aetii cauffam, quem *cognitione habita in omnibus fuiffe purgatum* Leo a Juliano fe accepiffe teftatur epift. 127. c. 3. Forte enim hic Conftantinopolitanæ Ecclefiæ Archidiaconus de adminiftratione bonorum culpatus, ut diligenti examine difcuteretur, apud publicos feu laicos judices conventus fuerat. Id omnino novum cum S. Pontifici difplicuiffet, dedit ad Marcianum litteras hic indicatas, atque deperditas, ac probabiliter fub idem tempus, quo judicium de Aetio refcivit, nimirum paullo poft fcriptam epift. 127.

ditum morem sacerdotali examine jubeatis inquiri. Datum quarto Kalendas Junii, AETIO & STUDIO viris clarissimis Consulibus.

* Alias CIX. Quæ autem antea 138 erat, nunc 170. 28 Julii an. 454.

EPISTOLA CXXXVIII. *

1 Ad Episcopos Galliarum & Hispaniarum.

De Paschate.

SYNOPSIS.

Hanc formatam paschalis diei indicem ad Gallicanos Episcopos mittit, per eosdem ad Hispaniarum Ecclesias transmittendam: ubi & controversiæ status exponitur.

Dilectissimis fratribus universis Episcopis catholicis per Gallias & Hispanias constitutis, LEO Romæ Episcopus.

CUM in omnibus divinorum præceptorum regulis exequendis sacerdotalem observantiam oporteat esse concordem, maxime 2 nobis & principaliter providendum est, ne in paschalis festi die, vel ignorantia, 3 vel præsumtio peccatum diversitatis incurrat: Unde quia tempus sacratissimæ solemnitatis ita dispositos-

A habet limites suos, ut salutare sacramentum nunc citius, nunc tardius oporteat celebrari, non desinit apostolicæ Sedis sollicitudo prospicere, ne devotio ecclesiastica aliquo turbetur incerto. Cum autem in quibusdam 4 adscriptionibus patrum futurum proxime Pascha Domini ab aliis in diem XV. Kalendarum Majarum, ab aliis in diem octavum Kalendarum earumdem inveniretur adscriptum: tantum me diversitas ista permovit, ut clementissimo Principi

B MARCIANO curam de hac re animi mei panderem, ut præcipiente ipso ab his, qui habent hujus supputationis peritiam, diligentius illic discussa ratione quæreretur, quo die posset veneranda solemnitas rectius celebrari. Quo 5 rescribente, octavo Kalendas Majas definitus est dies. Quia ergo studio unitatis & pacis malui Orientalium definitioni acquiescere, quam in tantæ festivitatis observantia dissidere: noverit fraternitas vestra die octavo Kalendas Majas ab omnibus resurrectionem dominicam celebran-

Orientalium definitioni acquiescit Leo

C dam, & hoc ipsum per vos aliis esse fratribus intimandum: ut divinæ pacis consortio, sicut una fide jungimur, ita una solemnitate feriemur. 6 Deus vos incolumes custodiat, fratres carissimi. Data post Consulatum OPILIONIS, quinto Kalendas Augustas.

VALENTINIANO VIII. & ANTHEMIO Coss.

D Pascha VIII. Kalendas Majas.

* Alias CX. Quæ autem antea 139 erat, nunc 171. 4. Septemb. an. 454.

EPISTOLA CXXXIX. *

1 Ad JUVENALEM Hierosolymitanum Episcopum.

SYNOPSIS.

I. *Ipsum in sedem suam receptum esse gaudet, non dissimulata priori ejus tergiversatione.*
II. *Eumdem ipsis mysteriorum locis edoceri.*
III. *Ex veritate crucifixionis veritatem nostræ in Christo carnis defendi.*
IV. *Errantes circa Incarnationem Domini ex utriusque testamenti paginis instrui.*

EPI-

BALLER. NOTÆ.

1 Hanc epistolam a Quesnello exactam ad cod. Grimanicum, invenimus in MSS. collect. XII. ad quam pertinet Venetus cod. 169. cum quo illam contulimus.

2 MS. Venet. *id nobis principaliter*. 3 Idem codex *vel præsumptione*.

4 *Adscriptiones Patrum* vocat ex parte Latinorum cyclum annorum LXXXIV. quo Pascha anni 455. ab illis notatus fuerat XV. Kal. Majas, & ex parte Alexandrinorum Laterculum Theophili, qui idem Pascha signaverat VIII. Kal. Majas. Mox in MS. Ven. deest *proxime*.

5 Hic innuitur illa Marciani epistola, cui S. Leo superioribus litteris respondit. Hinc autem colligitur, sicut etiam ex textu Prosperi adnot. 2. in antecedentem epistolam recitato, Marcianum Leoni significasse non tam Alexandrinorum, quam omnium Orientalium consensum in statuendo Paschate anni futuri VIII. Kal. Majas.

6 Sequentia usque ad finem se addidisse ex cod. Grim. testatur Quesnellus. In editione tamen Conciliorum P. Labbei pariter leguntur, excepta indictione Paschatis post finem epistolæ subjecta, quæ Leonis non est, nec esse potuit, cum V. Kal. Augustas anni 453. dum epistolam scripsit, futuri anni Consules (præsertim Orientalem) rescire nequiverit, ipso vero an. 455. in duabus epistolis, quæ supersunt, non alium, nisi Valentinianum VIII. consulem nominaverit. Hæc tamen indictio reperitur in MS. Veneto, ex quo illam emendatius edidimus, quam apud Quesnellum, in quo sic habetur: *Pascha Valentiniano III. & Anthemio Coss. VIII. Kal. Majas.*

1 Est in MSS. collect. II. III. V. VIII. XI. XII. XVIII. XIX. & XXI. usque ad XXIV. in exemplo Sichardi, ac in peculiari cod. Vat. Reginæ 293. Cum porro in hoc postremo codice, & in alio simili Quesnelli insignes variantes aliquot in locis inveniantur, quæ librariorum lapsui aut arbitrio non videntur tribuendæ, quæque Leoninum stilum & morem redolent; suf icio suboritur, epistolam his MSS. contentam fuisse primum ejusdem exemplum, quod dein reformatum alicubi fuerit; ita ut epistola plenior, quæ ex aliis codicibus edita est, sit verum exemplum, quod ad Juvenalem transmissum fuit: unde hujus Græca versio invenitur. Hanc autem versionem Græcam, quæ nunc primum in lucem prodit, nacti sumus in cod Vat. Græco 1455. Ex nonnullis autem locis minus recte redditis, quæ Eutychianum sensum præferunt, patebit, quam facile fuerit in interpretatione Græca *commutatis quibusdam verbis vel syllabis* hæreticum sensum inducere, uti Leo conquestus est epist. 130. c. 3. loquens de suis litteris ad Flavianum, unde exactam earumdem interpretationem a Juliano petiit epist. 131.

A

Τῷ ἀγαπητῷ ἀδελφῷ Ἰουβεναλίῳ Λέων ἀρχιεπίσκοπος Ῥώμης.

ΔΕξάμενος τῆς σῆς διαθέσεως γράμματα, ἅπερ τὰ τέκνα ἡμῶν Ἀνδρέας ὁ πρεσβύτερος, καὶ ὁ διάκονος Πέτρος ἐκόμισαν, ἥσθημεν, ὅτιπερ ἐπὶ τὸν θρόνον τῆς σῆς ἐπισκοπῆς ἐξόν σοι γέγονεν ἐπιστρέψαι· τῶν δὲ περιστάσεων τῶν σῶν ἁπασῶν συῤῥευσῶν εἰς τὴν ἀνάμνησιν τὴν ἐμὴν, αἵτινές σε κατά τινας παρεξόδους καμεῖν πεποιήκασιν, ἤλγουν, ὡς ἂν σοῦ σαυτῷ γεγονότος τῶν τοσούτων ἀτυχημάτων αἰτίου, καὶ τὴν ἔνστασιν τὴν περὶ B τὸ ἀνθίστασθαι τοῖς αἱρετικοῖς ἀπολέσαντος τοῖς νομίζουσιν a οὐκ ἔτι μετὰ παῤῥησίας τολμᾷς ἐλέγχειν αὐτοὺς, οὓς ὡμολόγησας ἐπὶ τῆς πλάνης αὐτῶν τῆς ἰδίας ἀρέσκειν σοι. Τὸ κατακεῖναι γὰρ τὸν τῆς ὁσίας μνήμης Φλαυιανὸν, καὶ τὸ δέξασθαι τὸν δυσσεβέστατον Εὐτυχῆ, τί ἦν, εἰ μὴ τοῦ κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ ἡ κατὰ σάρκα ἀπάρνησις; ἣν αὐτὸς διὰ τῶν μεγάλων αὐτοῦ οἰκτιρμῶν ἀναλυθῆναι πεποίηκεν, ὁπότε τὴν ἀπευκταῖον ἐκείνην κρίσιν τῆς ἐν Ἐφέσῳ συνόδου, οὕτως διὰ τῆς αὐθεντίας τῆς ἁγίας ἐν Χαλκηδόνι συνόδου κατέλυσεν, ὥστε μηδένα τῶν C πρὸς τὸ φαυλότερον ἐκτραπέντων ἀπεῖρξαι τῆς κατὰ τὴν ἴασιν διορθώσεως. ὅθεν ἐπειδὴ κατὰ τὸν καιρὸν τῆς συγχωρήσεως τὸ ἀνανῆψαι μᾶλλον b ὑπὲρ τὸ ἐμμένειν ἠγάπησας, ἥδομαι τὴν ἄνωθεν ἰατρείαν αἰτοῦντός σου, ἵνα τὴν πίστιν τὴν ὑπὸ τῶν αἱρετικῶν πολεμουμένην, ὀψὲ γοῦν δυνηθῇς φανῆναι διεκδικῶν· εἰ καὶ τὰ μάλιστα γὰρ οὐδενὶ τῶν ἐπισκόπων ἔξεστιν ἀγνοεῖν ὃ κηρύσσει, πολλῷ μᾶλλον c ἐκεῖνος οὐκ ἔχει παραίτησιν ὑπὲρ πάντας τοὺς ἀμαθεῖς, d ὁ οἷος δήποτε τυγχάνων Χριστιανὸς, καὶ ἱεροσόλυμα κατοικῶν, ὅστις πρὸς τὸ γινώσκειν τὴν D δύναμιν τῶν εὐαγγελίων οὐ μόνον ἐκ τῶν ἐγγεγραμμένων αὐτοῖς λογίων, ἀλλὰ καὶ διὰ τῆς τῶν τόπων ἐκπαιδεύεται μαρτυρίας καὶ ὅπερ e ἐστὶν ἀλλαχοῦ μὴ πιστεύειν, ἐκεῖ οὐ δύναται μὴ ὁρᾶσθαι. Τί κάμνει γὰρ ἡ διάνοια, ὅπου πάρεστιν ἡ θέα διδάσκαλος; καὶ τί τὰ ἐκ τῆς ἀναγνώσεως, καὶ τῆς ἀκοῆς ἀμφιβάλλεται, ὅπου ὄψει, καὶ τῇ ἁφῇ ὅλα τὰ τῆς σωτηρίας τῆς τῶν ἀνθρώπων ἐναργῶς ἑαυτὰ παρίστησι τὰ μυστήρια; ὡσανεὶ πρὸς ἅπαντας τοὺς ἐνδοιάζοντας ἔτι τοῦ κυρίου τῇ κατὰ σάρκα φωνῇ κεχρημένου, καὶ λέ-

LEO 2 urbis Romæ Episcopus JUVENALI Jerosolymitano Episcopo.

CAP. I.

ACceptis dilectionis tuæ litteris, quas ad me 3 filii nostri ANDREAS Presbyter & PETRUS Diaconus detulerunt, gavisus quidem sum, quod tibi ad Episcopatus tui sedem redire licuisset; sed confluentibus in recordationem omnibus caussis, quæ te per quosdam excessus laborare fecerunt, dolui adversitatum tuarum temetipsum tibi fuisse materiam, & resistendi hæreticis constantiam perdidisse: quia æstimant, non esse tibi liberum, ut eos audeas redarguere, quos tibi professus sis in suo errore placuisse. Beatæ enim memoriæ FLAVIANI condemnatio, & impiissimi Eutychis receptio, 4 quid nisi Domini nostri JESU CHRISTI secundum carnem negatio fuit? quam ipse grandi misericordia sua fecit resolvi, cum detestandum illud Ephesinæ Synodi judicium, ita 5 sancti Calchedonensis Concilii auctoritate destruxit, ut nullum depravatorum a remedio correctionis arceret. Unde quia in tempore indulgentiæ resipiscentiam magis quam pertinaciam delegisti, 6 gaudeo te cælestem expetisse medicinam, ut fidei ab hæreticis impugnatæ tandem possis esse defensor. Quamvis enim nulli Sacerdotum liceat nescire, 7 quod prædicat; inexcusabilior tamen est omnibus imperitis quilibet 8 Jerosolymis habitans Christianus, qui ad cognoscendam virtutem Evangelii, non solum paginarum eloquiis, sed ipsorum locorum 9 testimoniis eruditur. Et quod alibi non licet non credi, ibi non potest non videri. Quid laborat intellectus, ubi est magister aspectus? Et cur lecta vel audita sunt dubia, ubi se & visui, & tactui 10 tota humanæ salutis ingerunt sacramenta? Quasi ad singulos quosque cunctantes Dominus adhuc 11 voce corporea utatur, & dicat: *Quid turbati estis, & quare cogitationes 12 ascendunt in corda vestra? Videte manus meas & pedes meos, quia ipse ego sum. Palpate & videte, quia spiritus ossa & carnem non habet, sicut me videtis habere.*

Juvenalis defectio a fide.

Ephes. latrocinium destructum.

Ignorantia sacerdotibus illicita.

Luc 24. 38.

Ute-

BALLER. NOTÆ.

a Leg. ὡς οὐκ, vel ὅτι οὐκ.
b Forte ἤπερ.
c Hæc vox ἐκεῖνος abundare videtur.
d Legendum videtur, ὁ οἷος δήποτε χριστιανὸς ἱεροσόλυμα κατοικῶν.
e supple οὐκ ἐξόν ἐστιν.

2 Voces *urbis Romæ* a Quesnello additæ sunt ex MS. Barb. coll. III. & aliis. Concinunt etiam aliquot nostri. In Græca versione: *Dilecto fratri Juvenali Leo Archiepiscopus Romæ.*

3 Cod. Vat. 1342. coll. III. alius coll. VIII. & alius coll. XXI. *filii mei.*

4 Tres codd. Quesn. & noster Vat. Reginæ 293. habent: *Quid nisi carnis Domini nostri Jesu Christi negatio fuit?*

5 In Ratispon. coll. XIX. & in Vindebon. coll. V. *sancta.* Mox Vat. coll. III. & alius coll. VIII. *auctoritas.*

6 Vulg. inserunt *ita:* delevimus non tam auctoritate duorum codd. Barb. & S. Teodorici, quos Quesnellus in margine allegat, quam trium nostrorum Vindebon. coll. v. Ratisp. & Vat. Reginæ. Mox duo laudati codd. Quesn. *excepisse* pro *experisse*, & cum Vat. Reginæ pro *possis* habent *inciperes:* Ratisp. vero *posses*.

7 Iidem duo codices Quesnelli & Vat. Reginæ *quid prædicet*. Post hæc verba in editis ante Quesn. cum MSS. Vat. coll. XII. XXI. & XXIV. additur, *quoniam qui ignorat, ignorabitur*. Desunt in ceteris nostris, & in quinque Quesnelli codicibus, ac sumta sunt ex 1. Cor. 14.

8 Noster Vat. Reginæ *Jerosolymitanus Antistes*. Postea *veritatem* pro *virtutem* in eodem Vat. Reginæ & in Vat. coll. XI. ac in Corbejensi coll. II.

9 Vat. 5845. coll. VIII. *testimonio*. Mox Ratisp. *docetur* pro *eruditur*.

10 Vocem *tactui* supplevimus ex MSS. Vindebon. coll. V. Ratisp. & duobus Vatt. coll. XXI. ac ex antiqua Græca versione.

11 MS. Barb. *vel specie, vel voce utatur*. Vat. coll. XI. *corpore utatur*.

12 Idem Vat. coll. XI. *ascenderunt*. Mox *pertractate* pro *palpate* in Vat. Reginæ. Dein voces & *videte* desunt in MSS. Vindeb. coll. V. ac Vat. coll. XI. & XXIV.

CAP. II. Utere igitur, frater cariſſime, invictiſſimis catholicæ fidei documentis, & Evangeliſtarum prædicationem ſanctorum locorum,
Luc. 2. 4. in quibus degis, teſtificatione defende. Apud te eſt Bethleem, in qua ſalutifer davidicæ virginis partus illuxit, quem involutum pannis inter anguſtias 13 diverſorii, præſepe ſuſcepit. Apud te eſt declarata ab Angelis, adorata a Magis, & per multorum infantium mortes ab Herode quæſita Salvatoris infantia. Apud te eſt, ubi pueritia ejus adolevit, ubi adoleſcentia maturavit, & 14 per incrementa corporea in virum perfectum veri hominis natura profecit, non ſine cibo 15 eſuritionis, non ſine ſomno quietis, non ſine fletu miſerationis, nec ſine pavore formidinis: unus enim atque idem eſt, qui & in Dei forma operatus eſt miracula magna virtutis, & in forma ſervi ſubiit 16 ſævitiam paſſionis. Hoc tibi ipſa Crux indeſinenter loquitur; hoc lapis clamat ſepulcri, in quo Dominus humana conditione jacuit, & de quo divina potentia reſurrexit. Et cum ad montem Oliveti, locum aſcenſionis veneraturus, accedis, nonne illa vox angelica in tuo reſultat auditu, qua elevationem Domini ſtupentibus dicitur: *Viri Galilæi, quid ſtatis aſpicientes in cœlum? Hic Jeſus qui aſſumtus eſt a vobis 17 in cœlum, ſic veniet, quemadmodum vidiſtis eum euntem in cœlum.*

Chriſtus in diverſorio natus. *v. 7. v. 10. 4. Matth. 2. 2. Luc. 2. 52. Matth. 4. 2. Marc. 4. 38. Joan. 11. 35. Marc. 14. 33.*

Loca ſacra veneratur Eccleſia antiqua. *Act. 1. 11.*

CAP. III. Veram igitur Chriſti generationem crux vera confirmat: quoniam ipſe in noſtra carne naſcitur, qui 18 in noſtra carne crucifigitur: quæ, nullo interveniente peccato, niſi fuiſſet noſtri generis, 19 non potuiſſet eſſe mortalis. Ut autem repararet omnium vitam, recepit omnium cauſſam; ac vim veteris chirographi, quod ſolus inter omnes non debuit, pro omnibus ſolvendo vacuavit: ut ſicut per unius reatum omnes facti fue-

Homo ex peccato mortalis. *Coloſſ. 2. 14.*

A καὶ λέγοντος· τί τεταραγμένοι ἐστέ, καὶ διὰ τί διαλογισμοὶ ἀναβαίνουσιν εἰς τὰς καρδίας ὑμῶν; θεωρήσατε τὰς χεῖρας μου, καὶ τοὺς πόδας μου, ὅτι ἐγὼ αὐτός εἰμι, ψηλαφήσατέ με, καὶ ἴδετε ὅτι πνεῦμα σάρκα καὶ ὀστέα οὐκ ἔχει καθὼς ἐμὲ θεωρεῖτε ἔχοντα. *Λουκ. 24. 3*
Τοῖς ἀηττήτοις τοίνυν f προσφιλῶς κέχρησο τῆς καθολικῆς ἐκκλησίας διδάγμασι, καὶ τὸ κήρυγμα τὸ τῶν εὐαγγελιστῶν τῇ μαρτυρίᾳ τῶν τόπων ἐν οἷς διάγοις ἐκδίκησιν· παρὰ σοί ἐστιν ἡ Βηθλεέμ, ἐν ᾗ τῆς παρθένου τῆς δαυιτικῆς ὁ σωτήριος τόκος ἐπέφανεν, ὃν ἐλιασσόμενον ἐν σπαργάνοις διὰ τὴν τοῦ καταγωγίου στενότητα ὑπεδέξατο φάτνη· παρὰ *Λουκ. 2. 4.*
B σοὶ ἐσημάνθη μὲν ὑπὸ ἀγγέλου· προσεκυνήθη δὲ ὑπὸ μάγων, καὶ g ἡ διὰ τοῦ θανάτου τῶν πλείστων βρεφῶν παρ' Ἡρώδου τοῦ σωτῆρος ἡμῶν ἐπιζητουμένη νηπιότης παρὰ σοὶ καθέστηκεν· ἔνθα τὰ παιδικὰ αὐτοῦ ηὔξηνται· ἔνθα ἤκμασεν ἡ νεότης, καὶ h κατὰ πρόφασιν σώματος εἰς ἄνδρα τέλειον ἡ ἀληθῶς αὐτοῦ φύσις προέκοψεν οὐ δίχα τροφῆς τῆς i ἐκ πείνης, οὐ δίχα ὕπνου τῆς ἀναπαύσεως, οὐ δίχα τοῦ κατὰ τὸν ἔλεον θρήνου, ἀλλ' οὐδὲ δίχα δέους τοῦ κατὰ τὴν ἀγωνίαν. ὁ αὐτὸς γάρ ἐστι καὶ ὁ εἷς, ὃς καὶ ἐν μορφῇ θεοῦ ὑπάρχει, καὶ τὰ μεγάλα θαύματα εἴργασται τῆς δυνάμεως, καὶ ἐν τῇ μορφῇ τοῦ δούλου τὸ χαλεπὸν τῶν παθημάτων ὑπέμεινε. τοῦ- *Ματθ. 2. 2 / Ματθ. 4. 2 / Μαρ. 4. 38 / Ἰωάν. 11. 35*
C το ἀπαύστως αὐτὸς ὁ σταυρός σοι λαλεῖ. τοῦτο ὁ λίθος ὁ τοῦ μνήματος κέκραγεν, ἐν ᾧ ὁ κύριος τὸ κατ' ἄνθρωπον ἔκειτο, καὶ ὅθεν κατὰ τὴν θείαν δύναμιν ἐξανέστη· καὶ k ὅτι εἰς τὸ ὄρος ἀνέρχῃ τῶν ἐλαιῶν προσκυνεῖν μέλλων τὸν τόπον τῆς ἀναβάσεως, ἆρ' οὐκ ἐκείνη σοι δοκεῖ τῶν ἀγγέλων ἐνηχεῖν ἡ φωνὴ ταῖς σαῖς ἀκοαῖς ἡ λέγουσα πρὸς τοὺς θαυμάζοντας τοῦ κυρίου τὴν ὕψωσιν. ἄνδρες γαλιλαῖοι τί ἑστήκατε βλέποντες εἰς τὸν οὐρανόν; οὗτος ὁ Ἰησοῦς ὁ ἀναληφθεὶς ἀφ' ὑμῶν, οὕτως ἐλεύσεται πάλιν, καθάπερ αὐτὸν ἐθεωρήσατε ἀνιόντα εἰς τὸν οὐρανόν. *Μαρκ. 24. / Πραξ. 1. 11*
Τὴν γέννησιν τοιγαροῦν τὴν ἀληθῆ τοῦ Χριστοῦ ὁ ἀ-
D ληθὴς σταυρὸς βεβαιοῖ, ἐπειδὴ ὁ αὐτὸς ἐν τῷ ἡμετέρῳ τίκτεται σώματι ὁ ἐν τῇ σαρκὶ τῇ ἡμετέρᾳ σταυρούμενος, ἥτις, οὐ κατ' οὐδένα τρόπον ἁμαρτήματος ὑπάρχοντος ἐν αὐτῇ, εἰ μὴ ὅτε ἐκ τοῦ γένους ἦν τοῦ ἡμῶν, οὐκ ἂν θνητὴ τυγχάνειν ἠδύνατο· ἵνα δὲ καὶ τὴν ἁπάντων l κινήσει ζωήν, τὸ κοινὸν ἁπάντων ἐδέξατο m τραῦμα, καὶ τὴν δύναμιν *Κολοσ. 2.*
τοῦ

BALLER. NOTÆ.

f Leg. κέχρησο, προσφιλέστατε ἀδελφέ, τῆς &c.

g Haud ſatis feliciter hæc periodus verſa eſt: melius ſententia procedet, ſi vertas, καὶ διὰ τοῦ θανάτου τῶν πλείστων βρεφῶν παρ' Ἡρώδου τοῦ σωτῆρος ἡμῶν ἐπεζητήθη ἡ νηπιότης: παρά σοὶ καθέστηκεν, ἔνθα &c.

h Vehemens hic nobis ſuſpicio ſuboritur, ab Eutychiano aliquo locum hunc fuiſſe interpolatum. Quid enim ſibi volunt illa verba, κατὰ πρόφασιν σώματος? & illa ἡ ἀληθῶς αὐτοῦ φύσις? quæ veritatem humanitatis reticent, e contra vero ſpeciem corporis tantum & fictionem eloquuntur. Quidquid ſit, ut mentem Leonis exprimas ſic reſtitue: καὶ κατ' αὐξήσεις τοῦ σώματος εἰς ἄνδρα τέλειον ἡ ἀληθὴς ἀνθρώπου φύσις προέκοψεν.

i Hæc particula ἐκ abundare videtur.

k Lege ὅτε.

l Lege καινίσῃ, aut ἀνακαινίσῃ.

m Lege πρᾶγμα.

13 Vide not. 1. Queſnelli. In Vat. Reginæ hic locus brevior effertur. *Apud te eſt Davidicæ virginis conceptus & partus. Apud te eſt declarata* &c. Codd. Vindebon. coll. V. & Vat. coll. XXIV. cum editis ante Queſn. *obvolutum* pro *involutum*.

14 Vindebon. coll. v. duo Vatt. coll. xxi. atque Sichardus *per omnia incrementa*. Mox *corporis* pro *corporea* in Vat. coll. xi.

15 MS. Vindebon. coll. v. *& eſuritione*. Mox Ratiſp. omittit *non ſine ſomno quietis*. Dein poſt vocem *formidinis* cod. Vat. Reginæ ſic proſequitur: *In multis miraculis manifeſtavit potentiam virtutis, & in ſubjectione humilitatis ſubiit ſævitiam paſſionis. Veram Chriſti generationem* &c. ut cap. 3.

16 Ratiſp. *ſententiam*.

17 Voces *in cælum* deſunt in Vat. coll. xi. & xxiv. in Ratiſp. ac in exemplo Sichardi.

18 Vat. Reg. *in natura noſtra naſcitur*. Mox *in noſtra crucifigitur*, omiſſa voce *carne* præferunt duo codd. coll. xi. & xxiv. cum Sichardo. At cum lectione textui inſerta hoc Leonis teſtimonium recitat Joannes II. in epiſt. 3. ad Senatores tom. 5. Concil. Ven. Albrit. edit. pag. 898.

19 Vide not. 2. Queſn.

τοῦ παλαιοῦ χειρογράφου, ὅπερ μόνος ἐν ἅπασιν οὐκ ἐπώφλησεν, ὑπὲρ ἁπάντων ἐκτίσας, ματαίαν ἀπειργάσατο, ἵνα καθάπερ δι' ἑνὸς ὑπευθύνου γεγονότος ἁμαρτωλοὶ πάντες ἐγένοντο, οὕτως δι' ἑνὸς ἀνευθύνου τυγχάνοντος πάντες ἀνεύθυνοι γένωνται, n ἐκεῖ φοιτησάσης τῆς περὶ τοὺς ἀνθρώπους δικαιοσύνης, ἔνθα τὰ τῆς ἀνθρωπίνης φύσεως o ἀνεδείχθη. οὐδενὶ γὰρ λόγῳ ἐκτός ἐστιν οὗτος τῆς τοῦ ἡμετέρου σώματος ἀληθείας, περὶ οὗ ὁ εὐαγγελιστὴς ἀρχόμενος τοῦ κηρύγματος εἶπε· βίβλος γενέσεως Ἰησοῦ Χριστοῦ τοῦ υἱοῦ Δαυὶδ υἱοῦ Ἀβραάμ· συνᾳδούσης τῆς τοῦ μακαρίου Παύλου τοῦ ἀποστόλου τῆς διδασκαλίας τοῦ λέγοντος· ὧν οἱ πατέρες, καὶ ἐξ ὧν ὁ Χριστὸς τὸ κατὰ σάρκα, ὅς ἐστιν ἐπὶ πάντων Θεὸς εὐλογητὸς εἰς τοὺς αἰῶνας. ὡσαύτως δὲ καὶ πρὸς Τιμόθεον· Μέμνησο, φησὶ, Ἰησοῦν Χριστὸν ἐγηγερμένον ἐκ νεκρῶν ἐκ σπέρματος Δαυίδ. αὕτη δὲ ἡ ἀλήθεια πόσαις τῆς τε παλαιᾶς καὶ τῆς καινῆς διαθήκης αὐθεντίας διασημαίνεται, κατὰ τὸ πρόσφορον τῇ τῆς σῆς ἐπισκοπῆς ἀρχαιότητι σαφῶς ἐπιγινώσκεις, ὁπότε ἡ πίστις ἡ τῶν πατέρων, καὶ τὰ γράμματα τὰ ἐμὰ τὰ πρὸς τὸν τῆς ὁσίας μνήμης Φλαυιανὸν, ὧν αὐτὸς ἐμνημόνευσας, p εἰς τὴν τῆς οἰκουμενικῆς συνόδου προστεθέντα βεβαίωσιν ἐξαρκεῖ· ὅθεν προνοεῖσθαι τὴν σὴν διάθεσιν χρὴ, ὥστε μηδένα κατὰ τοῦ ἀρρήτου μυστηρίου τῆς ἡμετέρας λυτρώσεως καὶ ἐλπίδος, ὑπογογγύζειν· ἀλλ' οἵτινες εἰσὶν οἱ ἔτι τὴν τῆς ἀγνοίας ἀχλὺν ὑφιστάμενοι, ἢ διχονοοῦντες διὰ φαυλότητα, διδαχθῶσιν ἐκ τῆς εἰσηγήσεως τῶν ἐν ταῖς ἐκκλησίαις τοῦ Θεοῦ τὴν ἀποστολικὴν καὶ σαφῆ ποιουμένων διδασκαλίαν, πρὸς τὸ γινώσκειν αὐτοὺς, ὡς περὶ τῆς σαρκώσεως τοῦ Θεοῦ λόγου τοῦτο πιστεύομεν, ἢ ἐκεῖνοι ἐπίστευσαν, καὶ μὴ διὰ τὴν σκληρότητα τὴν οἰκίαν ἐκτὸς ἑαυτοὺς ποιήσωσι τοῦ σώματος τοῦ Χριστοῦ. ᾧτινι συναπεθάνομεν καὶ συνανέστημεν· ἐπειδὴ οὔτε ἡ εὐσέβεια ἡ τῆς πίστεως, οὔτε ὁ τοῦ μυστηρίου λόγος ἀνέχεται, ἢ ἐν τῇ ἰδίᾳ οὐσίᾳ εἶναι τὴν θεότητα παθητὴν, ἢ διεψεῦσθαι ἐν τῇ ληφθείσῃ φύσει τῇ ἡμῶν τὴν ἀλήθειαν.

fuerant peccatores, ita per unius innocentiam omnes fierent innocentes; inde in homines manante justitia, ubi humana est suscepta natura. Nulla enim ratione 20 extra nostri est corporis veritatem, de quo Evangelista prædicationem inchoans dicit: *Liber generationis* JESU CHRISTI *filii David, filii Abraham* 21: beati Pauli Apostoli consonante doctrina, cum dicit: *Quorum patres, & ex quibus* CHRISTUS *secundum carnem, qui est super omnia Deus benedictus in sæcula*. Itemque ad Timotheum: *Memento*, inquit, JESUM CHRISTUM *resurrexisse a mortuis, ex semine David* 22.

Rom. 5. 18. Matth. 1. 1. Rom. 5. 9. 2. Tim. 2. 8.

CAP. IV.

Hæc autem veritas quantis & novi & veteris testamenti auctoritatibus 23 declaretur, pro antiquitate Sacerdotii tui evidenter agnoscis, cum fides patrum & scripta mea ad sanctæ memoriæ FLAVIANUM data, quorum mentionem ipse fecisti, adjecta universalis Synodi 24 confirmatione, sufficiant. Unde prospicere oportet dilectionem tuam, 25 ut contra redemtionis ac spei nostræ ineffabile sacramentum, nullus obmurmuret. 26 Sed si qui sunt, qui adhuc aut ignorantia caligant, aut perversitate discordant; eorum quorum in Ecclesia Dei apostolica fuit & 27 clara doctrina, auctoritatibus instruantur, ut de Incarnatione Verbi Dei hæc nos credere, quod illi credidere, cognoscant; neque se extra corpus Christi, in quo commortui, & consuscitati sumus, sua obduratione constituant: quia nec pietas fidei, nec ratio 28 recipit sacramenti, ut aut in sua essentia passibilis fuerit Deitas, aut in nostræ susceptione naturæ mentita sit veritas 29. Data pridie Nonas Septembris, AETIO & STUDIO viris clarissimis Consulibus.

EPI-

BALLER. NOTÆ.

n Forte ἔνθα. o ἀνεδείχθη Eutychianismum sapit. Lege ἀνεδέχθη.

p Aliter hic quam quod exhibet hodie textus Latinus, legisse videtur interpres, scilicet, adjecta (scripta Leonis ad Flavianum) *in universalis Synodi confirmationem*. Si vero hodiernam lectionem retineas, ita corrige aut simili modo, τῆς τῆς οἰκουμενικῆς συνόδου προστεθείσης βεβαιώσεως.

20 Vat. coll. XI. *extra humani est corporis veritatem*.

21 Editi ante Quesn. & MSS. aliquot ejusdem cum nostris Vat. coll. XXI. & XXIV. nec non Merlino & Sichardo addunt, *& qui Samaritanæ mulieri protestatur, quoniam salus ex Judæis est*. Hanc additionem præfert etiam cod. Vat. Reginæ, in quo præterea *de se* inseritur ante vocem *Samaritanæ*. In pluribus & potioribus tum Quesnelli, tum nostris desiderantur, nec non in interpretatione Græca.

22 Iidem editi cum MSS. Vindebon. coll. V. & Vat. coll. XI. & XXI. ac Sichardo addunt *secundum carnem*. Apud Apostolum legitur *secundum Evangelium meum*.

23 MSS. Vat. Reginæ, Corbej. S. Theodorici, & I. Thuan. *declaratu longum est explicare, cum traditio Patrum, & scripta mea* &c. *Antiquitas Sacerdotii* Juvenalis respicit Episcopatum, ad quem evectus fuerat circa an. 424.

24 Ratisp. *confirmationem*. Ex Græca versione *in universalis Synodi confirmationem*. Mox idem Ratisp. *Unde & prospicere*.

25 Vindebon. coll. V. & duo Vatt. coll. XXI. *ne contra . . . . ullus obmurmuret*.

26 Vat. Reg. insigni varietate: *Sed si qui sunt qui adhuc dissentiunt, a consentientibus instruantur, quia inter tot & evangelica & apostolica præconia caligantes nec sperni convenit, nec timeri: quia nec pietas* &c. Eamdem lectionem Quesnellus reperit in MS. S. Theodorici, ubi solum pro *apostolica* erronee legitur *localia*.

27 Editi inserunt *est*. Delevimus cum Vindeb. coll. V. Ratisp. & Vat. coll. XI. ac XXIV. Mox *& de incarnatione* in eodem Vindebon. 28 Al. *suscipit*.

29 Antiquiores editiones cum tribus MSS. Quesn. & nostro Vat. Reg. aliisque omnibus coll. XII. XXI. & XXIV. ac exemplo Sichardi addunt: *Particulam dominicæ crucis cum eulogiis tuæ dilectionis veneranter accepi*. Carent hac additione præstantiores codd. coll. III. V. VIII. XI. Grim. & Ratisp. ac præsertim Græca versio; quod indicio est, hanc sententiam, si forte fuit in primo Leonis exemplo, de quo diximus adnot. 1. omissam fuisse in illo, quod in Palæstinam ad Juvenalem missum fuit. Vat. Reginæ datam desiderat. Confer not. 3. Quesnelli.

A

* Alias CXI. Quæ autem antea erat 140. nunc 172. 6. Decemb. an. 454.

EPISTOLA CXL. *

1 Ad JULIANUM Episcopum Coensem.

SYNOPSIS.

Faciliorem fore deinceps errantium correctionem Dioscoro sublato, cujus mortem Julianus Leoni nuntiaverat. Eumdem monet, ut de statu Alexandrinæ Ecclesiæ scribat.

LEO JULIANO Episcopo.

Litteras dilectionis tuæ per filium GERONTIUM me accepisse rescribo, mihique fuisse pergratum, quia non omiseris opportunitatem familiaris alloquii, quod omni occasione inter nos convenit frequentari: ut de his, quæ ad curam nostram pro Ecclesiæ statu pertinent, nihil incognitum, nihil habeamus incertum. In hac autem sollicitudine constitutis numquam desunt divina præsidia, quæ 2 hypocritarum simulationes nihil posse permittunt, occultamque eorum nequitiam manifesta destructione confundunt. Quamvis enim jampridem omnia hæreticorum machinamenta confracta sint, & universas ejus vires dextera veritatis abstulerit; nunc tamen intereunte, ut scripsistis, DIOSCORO, in profundiora ciderunt; & perfidiæ incentore sublato, instabiles quædam & insipientes animæ habent quod paveant, non habent quod sequantur. Unde auxiliante misericordia Dei facilius est errantium speranda correctio, & efficacior erit prædicatio Evangelii, extincto defensore mendacii: cooperante ad hoc remedium christianissimi Principis pietate, cujus devotio pro omnibus catholicæ fidei provectibus sanctas semper prætendit excubias. Et ideo fraternitatem tuam hortor & moneo, ut dignatione & caritate regia sapienter utaris, & de omnibus quæ profutura credideris, opportunas suggestiones non moreris offerre: quia multis experimentis probavimus, eam esse gloriosissimi Augusti fidem, ut tunc maxime se arbitretur regno suo consulere, cum præcipue studuerit pro integritate Ecclesiæ laborare. Si quid sane de Alexandrinæ plebis provectibus cognoveris, scire nos facito: ut sicut de Orientalium populorum pace lætamur, ita de provectibus etiam hujus populi gaudeamus. Datum octavo Idus Decembris, *Aetio & Studio* viris clarissimis Consulibus.

Dioscori obitus. *Vide dissertationem 1. ad ann.* CCCCLIV.

* Alias CXIII. Quæ autem erat 141. nunc 173. 11. Martii an. 455.

EPISTOLA CXLI. *

1 Ad eumdem JULIANUM.

SYNOPSIS.

I. *De Carosi monachi correctione, & Joannis Decurionis in Ægyptum legatione.*

II. *De Maximo Antiocheno Episcopo criminis alicujus accusato, quid evenerit, ut rescribat.*

LEO JULIANO Episcopo Coensi.

B PER filium meum *Gerontium* litteras tuæ fraternitatis accepi, quibus devotione consueta, quæ ad curam nostram pro caussa fidei merito æstimas pertinere, significas: 2 *Carosum* scilicet in fidei confessione correctum; sed ita contra fratrem *Anatolium* in simultate nescio qua permanere, ut propter ipsius discordiam etiam nunc a communione desciscat. 3 *Joannem* vero spectabilem virum & in fidei sinceritate laudabilem ad Ægyptum caussa fidei fuisse directum, qui quantum paci emendationique profuerit, cum primum redierit, scire me facias, quod te etiam sine meo monitu facturum esse non dubito. CAP. I.

De Antiocheni autem 4 Episcopi statu multo animi dolore contristor, si, quod absit, vera adversus eum ab accusatoribus proferuntur. Sed præter sacerdotalem diligentiam, quam curam utilitatis habituram esse non ambigo, maxima mihi de justitia & benevolentia gloriosissimi Principis fiducia datur, qua certus sum in quantum potest fieri providendum, ne in ullam partem possit valere fallacia. Sed ad quem finem hæc caussa pervenerit, cum opportunum fuerit, dignaberis indicare. Datum 5 quinto Idus Martii, *Valentiniano* Augusto octies Consule. CAP. II. Maximi Antiocheni caussa in Synodo discussa.

C

D

* Alias CXII. 13. Martii an. 455.

EPISTOLA CXLII. *

1 Ad MARCIANUM Augustum.

SYNOPSIS.

I. *Fide Augusti laudata, iterum de consensu suo circa diei festi celebrationem dato certiorem eum facit.*

II. *Gratias agit pro ablatis Caroso & Dorotheo e suis monasteriis.*

LEO

BALLER. NOTÆ.

1 In unico MS. Grim. hactenus inventa est, ex quo a Quesnello edita fuit.

2 Monachos Eutychianos intelligit, qui zelum adversus Nestorianos præferentes, specie vindicandæ Nicænæ fidei & Ephesini Concilii, Eutychiano errori favebant.

1 Hæc quoque epistola est in solo MS. Grimanico.

2 Hic Carosus, qui correctus traditur, distinguendus est a Caroso monacho, qui cum Dorotheo ob Eutychianam hæresim in exilium pulsus traditur epistola sequenti.

3 De hoc Joanne Alexandriam misso vide epistolam Marciani ad Monachos Alexandrinos tom. 4. Concil. pag. 1794. edit. Albrit. quam imperialem epistolam, chronica notatione carentem, sub finem anni præcedentis, vel sub hujus anni initio datam, ex tempore hujus epistolæ cognoscimus.

4 Maximum Domno subrogatum intelligit, de cujus caussa in Synodo discussa confer Diss. 1. Quesn. ad an. 455. & ibidem adnotationem nostram.

5 Cum duæ sequentes epistolæ *III. Idus* datæ fuerint; eodemque die a Leone notari soleant litteræ, quas simul in aliquam provinciam direxit; hanc quoque epistolam *III. Idus Martii* signatam arbitramur: nec dubitamus, quin si vel Ratisp. vel alius emendatus codex hanc epistolam præferret, hæc dies ibidem notaretur, & emendandum esset Grimanicum exemplum, sicuti in data epistolæ sequentis corrigetur vel supplebitur. Nullo tamen codice opitulante, datam ex uno Grimanico editam immutare noluimus.

1 Edita fuit a Quesnello ex MS. Grimanico coll. XVIII. Relegimus cum optimo cod. Ratisp. coll. XIX.

A

LEO MARCIANO Augusto.

CAP. I.

QUanta sit in vestra Clementia dilectio Dei, cui serviendo regnatis, & regnando servitis, ipsa dignatio religiosissimi sermonis ostendit, & in hunc me affectum totius cordis inflammat, ut pro incolumitate gloriæ vestræ vota offerre & supplicare non desinam: quia multum & sanctæ Ecclesiæ, & Romanæ Reipublicæ divinitus vestra salute consulitur. Eadem igitur occasione, qua Pietatis vestræ apices veneranter accepi, debita salutationis obsequia exsolvo, & 2 insufficientes gratias ago, quod B de sacratissima die Paschæ sacerdotali me sollicitudine pietas vestra commonuit. Licet dudum in hac observantiæ regula me acquiescere sim * professus, & eumdem diem venerabilis festi omnibus Occidentalium partium Sacerdotibus intimasse, quem Alexandrini Episcopi declaravit instructio, id est ut anno præsenti octavo Kalendas Maji Pascha celebretur, omissis omnibus scrupulis 3 studio unitatis & pacis.

Sacerdotalis Marciani sollicitudo.

* ep. 137.

Proterii Alex. epistola de Paschate ad S. Leonem PP.

CAP. II.

De 4 *Caroso* vero & *Dorotheo*, qui hæretica pravitate in multorum perniciem damnatos C tuebantur errores, gaudeo pietatem vestram, sicut mihi venerator vester fratres meus *Julianus* Episcopus indicavit, saluberrime præcepisse, ut ablati a monasteriis suis apud eos degere juberentur, quibus nocere 5 non possent: quod, ut spero, multis remedio erit, quos a perversis doctoribus liberastis, crescentibus per omnia gloriæ vestræ meritis 6 in amore fidei christianæ, ob quam justus & misericors Deus tribuit, ut vobis sicut divina sunt cara, ita sint mundana subjecta. Datum tertio Idus 7 Martii, *Valentiniano* Augusto VIII. Consule.

D

EPISTOLA CXLIII. *

* Alias CXIV. 13. Martii an. 455.

1 Ad ANATOLIUM Episcopum Constantinopolitanum.

Ne hæreticorum reliquiæ in urbe latentes nimia lenitate foveantur ac revalescant.

LEO ANATOLIO Episcopo.

CUræ esse dilectioni tuæ caritatis officia libenter accipio, & ut his crebrius utaris exhortor: quoniam ad totius Ecclesiæ pertinet utilitatem, cum quæ aguntur agnoscimus. In qua autem sollicitudine dilectionem tuam vigilare conveniat, indubitanter intelligis: 2 quia aliquantas apud vos pravorum hominum resedisse reliquias recognoscis, quibus comprimendis, vel potius, quantum Dominus auxiliatur, aholendis cupimus te instanter incumbere: ne, quod absit, 3 sub aliqua segnitie lenitatis, quæ tardius fuerint destructa revalescant. Datum tertio Idus Martii, *Valentiniano* Augusto VIII. Consule.

EPISTOLA CXLIV. *

* Scripta die 1. Junii an. 457.

Ad JULIANUM Episcopum Coensem.

Nunc primum edita ex MS. Ratisponensi.

SYNOPSIS.

Ejus diligentiam laudat. Eutychianorum nisus post Marciani mortem. Ipsorum tumultus Alexandriæ.

LEO Papa JULIANO Episcopo.

GRatias Deo, quod in omnibus, quæ ad Ecclesiæ statum & ad fidei pertinent sacramentum, in nullo dilectionis tuæ industria me fefellit, quam intelligo vigilanter prospicere, ne quid adversum evangelicam apostolicamque doctrinam hæreticorum insidiæ valeant obtinere. Siquidem, ut indicare dignaris, ea quæ 1 Eutychianistæ post obitum venerabilis memoriæ Principis *Marciani* excitare moliti sunt, efficacia tua & eorum, quos tecum Dei Spiritus incitavit, agente caussam suam ipsa veritate, destructa sunt: quia vere & fraternitati tuæ, & omnibus fidelibus Christi, maximeque glorioso & catholico, ut probamus, Augusto nihil est ad æternam beatitudinem fructuosius, quam ut ea quæ ab ipso spei no-

BALLER. NOTÆ.

2 Sic Ratisp. apud Quesn. *insufficienter*.

3 Quesnellus: *propter studium unitatis & pacis*. Prætulimus lectionem Ratisp. quam præfert etiam Prosper in Chronico integro. Vide Adnot. 2. in ep. 137.

4 Ita Imperator satisfecit Leoni, qui in hoc remedium postulaverat epist. 136. c. 4. De his Caroso & Dorotheo est peculiaris actio Concilii Calchedonensis in editis tom. 4. Concil. Albrit. edit. pag. 1426 subjecta actioni 4. at in MSS. Græcis Venetis 164. & 555. in fine Concilii exhibetur, ut in suis quoque codd. Balsamon reperit.

5 Ratisp. *non possint*. 6 Ita Ratisp. Apud Quesn. *in amorem*.

7 Cum in MS. Grimanico legatur: *Datum III. Id. Aug. Valentiniano VIII. Cons.* Quesnellus in Notis animadvertit, non posse legi *III. Idus Augusti*, eo quod hæc epistola in Augustum produci nequeat: & edidit *Data III. Idus Augusto Valentiniano VIII. Consule*: mensem autem omissum ratus, in marginali postilla, addendum putavit *Januarii*, vel *Februarii*, eo quod Carolum hisce litteris memoratum eumdem censuit, ac qui epistola præcedenti correctus traditur. Omnem difficultatem adimit cod. Ratisp. ex quo verum mensem discimus, & Carosum hic indicatum ab alio Caroso emendato diversum agnoscimus.

1 Hanc quoque epistolam e Grim. editam cum nostro Ratisp. contulimus.

2 Ratisp. *qui*. 3 Quesn. *sub alta*. Melius Ratisp.

1 Hi Eutychianorum motus statim post Marciani mortem excitati, qui Juliani & aliorum Catholicorum industria cito fuerunt repressi, ad Constantinopolim pertinent: quæ enim Alexandriæ contigerant, nondum Leoni plane explorata fuere, & sequentibus epistolis remedium iisdem procuratum fuit. Enimvero Epiphanius Scholasticus in præfatione Codicis Encyclii tom. 5. Concil. pag. 34. ed. cit. narrata Marciani morte & novi Imperatoris electione ait: *Illi Eutychiani autem, qui universalem Synodum respuebant, credentes se habere licentiam agendi quæ vellent, turbarum repente cogitaverunt vias; & alii quidem venientes ad Constantini regiam civitatem, infringi imperiali jussione ea, quæ Calchedone bene sunt statuta, poscebant*: & dein Alexandrinos motus subjicit. Quid vero statim novus Augustus Leo ad comprimendos eos priores motus gesserit, vide epistolam sequentem c. 2. adnot. 2.

In hac tamen editione Cod. Encycl. datur in App. Conc. Calched.

ſtræ auctore fundata ſunt, nulla perverſorum hominum improbitate violentur, ſed ad perpetem Eccleſiæ tranquillitatem ſecura pace permaneant. Quod ergo adjuvante Domino pie utiliterque curatum eſt, perſeveranti opere muniatur. Nam quidam ad nos 2 rumores de Alexandrini populi auſibus deferuntur, quos ideo plenius indicare non poſſumus, quia necdum ex integro quæ dicuntur geſta cognovimus. Sed hoc vobis pro univerſali Eccleſia laborandum eſt, ut ſi vera ſunt, quæ acta dicuntur, ſanctæ Calchedonenſi Synodo præjudicare non poſſint; ut quæ inſtruente Spiritu ſancto ad totius mundi ſalutem definita ſunt, inviolata permaneant. Dat. Kal. Junii, *Conſtantino* & *Ruſo* Coſſ.

---

* Alias CXV. 11. Julii an. 457.

EPISTOLA CXLV.*

1 Ad LEONEM Auguſtum,

SYNOPSIS.

I. *Rogat ut perturbatæ Alexandrinorum Eccleſiæ ſuccurrat.*

II. *De fide bene definita diſceptandum denuo non eſſe; & ut catholicus Alexandrinæ Eccleſiæ Epiſcopus præficiatur.*

LEO Romæ Epiſcopus LEONI ſemper Auguſto.

CAP. I.

Officiis, quæ 2 ad gratulationem imperii veſtri pertinent, perſolutis, etiam hanc paginam neceſſariæ ſupplicationis adjeci, qua catholicæ fidei divinitus præparatum 3 favoris veſtri poſco præſidium. Nam talia in Alexandrina Eccleſia perpetrata, fratris & Coepiſco- A pi mei *Anatolii* relatione cognovi, ut omnis chriſtiana religio ſentiat ſe 4 impeti atque violari, niſi 5 in univerſum fidei veſtræ devotione proſpiciatur, & memoratæ Eccleſiæ, quæ antea catholicis fuit clara rectoribus, reddatur chriſtiana libertas; 6 & ceſſantibus hæreticorum impugnationibus, evangelica doctrina, quæ illic ante *Dioſcorum* viguit, unita cum totius Eccleſiæ pace reparetur. Quod opus virtutibus veſtris, gloriæque conveniens, celerem & Deo placitum habebit effectum, 7 ſi apud ſanctam Calchedonenſem Synodum de Domini Chriſti Incarnatione firmata nulla permiſe- B ritis retractatione pulſari: quia in illo Concilio per Spiritum ſanctum congregato, tam plenis atque perfectis definitionibus cuncta firmata ſunt, ut nihil ei regulæ, quæ ex divina inſpiratione prolata eſt, 8 aut addi poſſit aut minui, glorioſiſſime Imperator.

(Marginal note: Alexandrinæ Eccleſiæ ſtrages.)

CAP. II.

Hoc 9 autem etiam apud Clementiæ veſtræ ſcientiam non ambigimus eſſe perſpicuum: ſiquidem, ut multorum ante relatione 10 comperimus, molitiones hæreticorum, quæ contra prædictæ Synodi auctoritatem conabantur aſſur- C gere, nihil ex hoc 11 permiſeritis audere. Unde quod negandum illis ſponte vidiſtis, glorioſum vobis eſt univerſali Eccleſiæ me ſupplicante concedere, & incommutabiliter perpetueque præſtare, ut quæ ſecundum Evangelium Chriſti & prædicationis 12 apoſtolicæ veritatem omnibus retro ſæculis, una fide, unaque intelligentia roborata ſunt, nulla 13 ulterius poſſint actione convelli. Prout ergo miſericordia Dei, conſilio ſpiritus ſui mentem veſtræ Pietatis inſtruxerit, ſanctæ primitus Ale- D xandrinæ Eccleſiæ pacis reparatione conſulite, & per catholicos Sacerdotes talem provideri jubete 14 Pontificem, in quo & 15 in actuum probitate, & in fidei profeſſione nihil poſſit reprehenſibile reperiri: ut omnibus rite compoſi-

(Marginal note: Synodi Calchedonenſis inconcuſſa auctoritas.)

BALLER. NOTÆ.

2 Timotheus Ælurus Eutychianus, qui anteriorum ſeditionum fautor, a Proterio Epiſcopo depoſitus fuerat, audita Imperatoris Marciani morte, novam ſeditionem adverſus eumdem Epiſcopum commovit, adeo ut hoc vivente ad Alexandrinam ſedem promotus fuerit, & ſeditioſi ejus aſſeclæ die 28. Martii ipſum Proterium in baptiſterio necaverint, & alia dira atque horrenda commiſerint, quæ ab Evagrio, & Liberato, ac in aliis pluribus eccleſiaſticis documentis fuſe deſcribuntur.

1 Exſtat in MSS. coll. III. VIII. XII. XIX XXIII. & in exemplo primæ editionis Sermonum S Leonis.

2 Aliæ litteræ gratulatoriæ innuuntur, quæ deſunt. Novi Imperatoris electionem acceperat ante Kal. Junias, ut liquet ex epiſtola præcedenti.

3 Tres codd. Vat. 5845. Vallicell. & Vercell. coll. VIII. cum exemplo primæ editionis Sermonum *laboris*.

4 Prima editio *impediri*.

5 Ita ex noſtris MSS. ac prima editione. Queſnellus *in univerſa*: ceteræ editiones *in univerſali*. Mox *proſpicitur* in Vercellenſi codice & prima editione; ac dein *redditur* in Ratiſp.

6 Vulg. cum Vat. coll. III. Ratiſp. & exemplo primæ editionis *ut ceſſantibus*.

7 Queſn. *ſi ſanctam Calchedonenſem Synodum . . . firmatam*, minus bene. Melius in anterioribus vulg. quorum lectionem MSS. Ratiſp. & Vallicell. ac exemplo primæ editionis approbatam revocavimus. Novum Concilium Imperatorem voluiſſe cogere tradit Facundus lib. 12. c. 2. Ab hoc autem conſilio eum S. Leo hoc loco removere ſtudet, ne velut incerta retractentur, quæ apud Calchedonem firmata fuerant. Mox *quia & in illo Concilio* in Vallicell. codice & prima editione.

8 Queſnellus delevit *aut*. Ex Vat. coll. III. Vallic. coll. VIII. Ratiſp. coll. XIX. & primæ editionis exemplo reſtituimus. Mox quidam codices cum antiquis edit. omittunt *glorioſiſſime Imperator*.

9 Ratiſp. delet *autem*.

10 Ratiſp. *cognovimus*. Vercell. *comperi*. *De molitionibus* vero, quæ hic indicantur, confer adnot. 2. in epiſtolam præcedentem.

11 Eutychiani ſcilicet ob mutationem Imperatoris *opportunitatem*, ut ait Leo epiſtola ſequenti, *ſe inveniſſe temporis æſtimabant, quo ſanctæ Synodi Calchedonenſis decreta caſſarent*; & idcirco, ut narrat Epiphanius Scholaſticus in præfat. Codicis Encyclii, *venientes ad Conſtantini regiam civitatem, infringi imperiali juſſione ea, quæ Calchedone bene ſunt ſtatuta, poſcebant*. Hanc tamen molitionem Auguſtus irritam reddidit: in ipſo enim Imperii exordio litteras dedit ad omnes Metropolitanos, quibus præceſſorum ſuorum, ac præſertim Marciani leges pro Calchedonenſi Synodo editas confirmavit, uti tradunt Ægyptii Epiſcopi catholici in libello ad eumdem Imperatorem, qui legitur tom. 4. Concil. Albrit. edit. pag. 1837. His vero imperialibus litteris omnes Metropolitas reſpondiſſe cum ſubſcriptionibus Epiſcoporum provinciæ, quibus Calchedonenſem Synodum, æque ac anteriora Concilia, ratam haberi affirmabant, diſcimus ex epiſtola Epiſcoporum Syriæ ſecundæ ad eumdem Auguſtum tom. 4. Concil. pag. 1864. ed. cit.

12 Al. in antiquis Vulg. *evangelicæ*.

13 Duo codd. coll. VIII. & exemplum primæ edit. *alterius poſſint accuſatione convelli*.

14 Proterii ſcilicet Epiſcopi mortem & totam ſeriem Alexandrinorum tumultuum ex Anatolii relatione didicerat.

15 Ita cum antiquis editis noſtri codd. Vat. coll. III. Vallic. coll. VIII. Ratiſp. ac exemplum primæ editionis. Queſnellus *in actus*. Dein *perfectione* pro *profeſſione* in tribus noſtris codicibus.

positis, eadem ubique servetur prædicatio veritatis. Data 16 quinto Idus Julii, *Constantino* & *Rufo* viris clarissimis Consulibus.

* Alias CXVI. 14. Julii an. 457.

EPISTOLA CXLVI. *

1 Ad ANATOLIUM Episcopum CP.

SYNOPSIS.

I. *Hæreticorum furore apud Alexandriam perpetrata in excidium Calchedonensis Synodi tendere ex occasione mortis Marciani Imper.*

II. *Se ad Leonem Aug. pro servandis Synodi decretis scripsisse.*

LEO ANATOLIO Episcopo.

CAP. I. Satis claret fraternitatis tuæ sermone quem sumsimus, quam piam & probabilem curam dolori Ecclesiarum omnium nuper impenderis, manifestando nobis quæ apud Alexandriam in christianæ religionis opprobrium gesta didicisti, ut gloriosus & clementissimus Imperator de prospiciendis remediis etiam meis precibus posceretur. Cujus quidem tam laudabilis fides & tam prompta devotio est, ut quæ paci ecclesiasticæ congruebant, sine intercessione cujusquam, sicut ipse indicas, 2 sponte præstiterit, omnes hæreticorum insidias repellendo; qui opportunitatem se invenisse temporis æstimabant, quo sanctæ Synodi Calchedonensis decreta cassarent.

CAP. II. Sed gratias Deo, qui post excessum sanctæ ac venerandæ memoriæ *Marciani*, talem Principem omnium electione prospexit, ut in ejus virtutibus & Romana Respublica, & Religio Christiana gauderet. Secutus ergo tuæ dilectionis hortatum, in quantum debui glorioso Principi supplicavi, ne in pervasionem Alexandrinæ Ecclesiæ aliquid ulterius sibi possit hæretica audacia vindicare; sed nefariis ausibus salubri fine præfixo, & libertati ecclesiasticæ consuleretur & paci. Superest, ut 3 etiam fraternitas tua ex opportunitate præsentiæ fidelissimi Imperatoris animum studeat enixius deprecari de statutis sanctæ Synodi Calchedonensis sine ulla retractatione servandis; cum ea, quæ Deo aspirante decreta sunt, nulla se patiantur varietate corrumpi. In quem autem 4 profectum hujus pietatis cura procedat, frequentibus tuæ dilectionis litteris me debebis instruere, ut de sanctis clementissimi Principis studiis pariter in Domino gloriemur. Datum quinto Idus Julii, *Constantino* & *Rufo* Consulibus.

Non retractanda Synod. Calched.

* Alias CXVII. 11. Julii an. 457.

EPISTOLA CXLVII. *

1 Ad JULIANUM Episcopum Coensem, & AETIUM Presbyterum.

SYNOPSIS.

I. *De silentio conquestus curam ei Ecclesiæ commendat.*

II. *Ut statuta Synodi Calchedonensis inconcussa permaneant, & Alexandriæ catholicus Episcopus eligatur.*

LEO JULIANO Episcopo 2 & AETIO Presbytero.

A pari.

CAP. I. Quamvis dudum litteras tuæ dilectionis acceperim, miror tamen eam rescribendi opportunitatem, qua frater *Anatolius* necessarie usus est, silentio præteriisse; cum pro ratione temporis atque caussarum crebriora oporteat esse colloquia. Ego sane prædicti fratris litteris de his plenius, quæ apud Alexandriam hæretica temeritas gessit, edoctus, ad clementissimum Principem scripsi, & pro statu Ecclesiæ, sicut erat necessarium, supplicavi, ut rebus nimium perturbatis studium suæ pietatis impendat. Unde sicut fratrem & Coepiscopum nostrum *Anatolium* cohortatus sum, ita etiam dilectionem tuam admonere non desino, ut clementissimi Principis fidem quantis opportunum fuerit precibus ambiatis, quem pro religionis catholicæ munimento sponte jam quædam præstitisse cognovimus; ut non difficilis apud eum sit actio, cujus voluntaria sollicitudine prævenimur.

CAP. II. Quod ergo in caussa fidei principale est, incessabilibus suggestionibus obtinete, ut sanctæ Synodi Calchedonensis statuta nullis hæreticorum pulsentur insidiis, neque liceat quicquam 3 de illa definitione convelli, quam ex inspiratione divina non dubium est per omnia evangelicis, atque apostolicis consonare doctrinis. Tum illud omni assiduitate deposcite, ut Alexandrinæ Ecclesiæ status in antiquæ fidei libertatem,

BALLER. NOTÆ.

16 Quesnellus *V. Idus Junii*, in margine *al. VI.* Tillemontius not. 68. in Leonem errorem in mense detexit. Cum enim ex Anatolii relatione Leo Alexandrinorum tumultus perceperit; eodem tempore & ad Imperatorem, & ad Anatolium scripsisse credi debet, ita ut vel utraque epistola Junio mense data fuerit, vel Julio. Julium mensem præferendum credidit, quod V. Idus Julias pariter signetur epistola 141. ad Julianum, quæ simul transmissa fuit. Sed codices desideravit, qui hac in epistola Julium præferrent. Nostri codices difficultatem solvunt. Soli enim codd. coll. XII. cum editis exinde derivatis *V. Idus Junias* exhibent. At MSS. coll. III. VIII. Ratisp. coll. XIX. & Vat. Ottobon. coll. XXIII. ac exemplum primæ editionis *Julias* notant. Solum in Vat. 1342. coll. III. pro *V. Idus* legitur *Idibus Julias*. Quidam ex his codd. pro *Constantino* habent *Constante*, sed perperam: Consul enim hujus anni in inscriptionibus aliisque documentis *Constantius* vocatur.

1 Ex Grimanico editam cum Ratisponensi relegimus.

2 Confer adnot. 2. in epist. 145.

3 Ex Ratisp. *etiam* adjecimus.

4 Al. *provectum*.

1 Hanc quoque ex Grimanico vulgatam cum Ratisponensi contulimus.

2 Ratispon. cod. omittit *& Aetio*, nec non *a pari*. Solæ Juliani litteræ dudum acceptæ initio indicantur, quibus Leo respondit ep. 144. Id Aetio convenire nequit, sicut nec ea convenire videntur, quibus de omissa opportunitate rescribendi queritur; neque enim tam frequens cum Aetio, quam cum Juliano Leonis legato litterarum commercium fuit. Hinc de hac Grimanici codicis lectione vehementer ambigimus. Alia certe epistola ad Aetium hoc eodem in negotio, & fortassis per hoc idem tempus scripta desideratur, cujus duo fragmenta in Differt. *de epistolis deperditis* ex Pelagii II. litteris recitabimus.

3 Sic Ratispon. al. *ex illa*.

tatem, refutata atque depulsa hæreticorum obcœcatione, revocetur, per catholicorum scilicet Sacerdotum providentiam, ut in locum sanctæ memoriæ *Proterii* probatissimus & de cujus fide nequeat dubitari, constituatur Antistes; cui cum securitate concordiæ communio Sedis apostolicæ præbeatur. Satis enim erit religioso Principi gloriosum, si dispositionibus ipsius non solum tota Respublica, sed etiam Dei Ecclesia sit quieta. Datum quinto Idus Julii, *Constantino* & *Rufo* Consulibus.

* Alias CXXII. 1. Septemb. an. 457.

EPISTOLA CXLVIII. *

1 Ad LEONEM Augustum.

SYNOPSIS.

Gaudet Augustum Synodi Calchedonensis esse custodem; & ab eodem pertinacem & insidiosam hæreticorum contentionem compesci postulat.

LEO Episcopus Romæ, LEONI semper Augusto.

Licet proxime ad Clementiam vestram 2 gemina scripta direxerim, quorum unum A debitum salutationis impleret, 3 aliud pro statu Ecclesiæ supplicaret, 4 tamen occasione, quæ Deo providente se præbuit, iterari utramque convenit, gloriosissime Imperator. Secundum illam ergo fiduciam, quam ex Dei inspiratione universali Ecclesiæ præstitistis, ante cujusquam preces 5 constituendo, quod maxime ab omnibus fuerat expetendum, non desinimus gratias agere, & providentiam Dei in fidei vestræ fervore benedicere, qui sancto & B catholico spiritu, sicut fratris & Coepiscopi mei *Anatolii* sermone cognovi, ita hæreticorum impudentiæ restitistis, ut profiteremini, 6 in totius mundi pacem Calchedonensis Synodi vos esse custodes. (Leo Aug. Synodi Calched. custos.) Quod cum ex vestræ fidei sententia saluberrime definitum sit; quanto studiosius universali Ecclesiæ est conferendum; ut tranquillitas fidei christianæ etiam vestro prosit imperio, nec improbitas hæretica in aliquo de suo molimine glorietur? Cujus pertinax & insidiosa contentio illico 7 conquiescit, si imperiali C potestate frenetur. Data Kalendis Septembris, *Constantino* & *Rufo* viris clarissimis Consulibus.

☞ ADMONITIO

in duas sequentes Epistolas.

1 Quesnellus in codice Grimanico duas sequentes epistolas distinctas reperit, alteram Basilio Antiocheno, alteram Euxitheo Thessalonicensi & Juvenali Jerosolymitano inscriptam. In codice vero Ratisponensi una tantum profertur, sed cum inscriptione: *Leo Episcopus Basilio, Juvenali, Euxitheo, Petro, & Lucæ Episcopis.* Hi duo postremi, ut ex Codice Encyclio discimus, sunt Petrus Corinthius, & Lucas Dyrrachenus, ad quos pariter eamdem epistolam directam agnoscimus. Post primam periodum solius Basilii Antiocheni propriam, in eodem codice notatur: *Usque huc Basilio*; ex quo monemur, sequentia *Cognitis, quæ apud Alexandriam* &c. ad Basilium æque ac ceteros in inscriptione nominatos scripta fuisse *a pari*. Hæc Ratisponensis codicis inscriptio atque notatio, maxime congruit cum iis, quæ S. Leo scribit epist. 153. *Placuit etiam nobis ut ad Metropolitanos Episcopos generales litteras mitteremus, quæ animum eorum firment & roborent . . . . De quibus epistolis unam ad Antiochenum, alteram ad Jerosolymitanum . . . . dirigetis. Nos autem ad Illyrios Episcopos similia jam scripta transmisimus.* Hic tria similis epistolæ exempla indicantur, ad Basilium Antiochenum, ad Juvenalem Jerosolymitanum, & ad Illyrios Episcopos, id est ad Euxitheum Thessalonicensem, Petrum Corinthium, & Lucam Dyrrachenum, qui accuratius in inscriptione nostri codicis Ratisponensis nominantur. Ex Grimanico vero codice illud elicimus, in exemplo epistolæ 150. ad Euxitheum ceterosque Metropolitas Illyrici postremæ periodo insertas fuisse voces *per Illyricum:* quæ cum Juvenali Jerosolymitano nequaquam conveniant, in epistola ad eumdem certissime defuerunt; & idcirco Juvenalis nomen in inscriptione ejusdem epistolæ delendum credimus.

2 Eædem duæ epistolæ suspectæ fidei fuerunt Pagio ad an. 457. n. 7. sicut etiam epistola 153. ob imploratum auxilium Patricii Asparis, quæ duo nomina separatim posita in epist. 149. & 150. pro duabus personis accepit, primum filii, alterum patris, cum tamen unum Asparem significent, qui Patricii dignitate ornabatur, unde in epist. 153. Patricius Aspar vocatur. Cum vero Aspar esset Arianus, incredibile visum est Pagio, S. Pontificem ab Ariano opem postulasse contra Eutychianos, & contra Timotheum Ælurum, cujus patrocinium Aspar suscepe-

BALLER. NOTÆ.

1 Edita olim fuit ex MSS. coll. XII. in Ratisp. eamdem invenimus.

2 Nimirum epistolam gratulatoriam pro assumptione Leonis ad Imperium, quæ desideratur, & epistolam 145. datam V. Idus Julias.

3 Ratisp. & *aliud*.

4 Idem Ratisp. *etiam hac tamen occasione*.

5 Vide adnot. 11. in epist. 145.

6 Sic ex MSS. Veneto S. Marci coll. XII. & Ratisp. Al. *ad totius . . . . custodem*.

7 Ita iidem codices. Al. *conquiescet*.

ſceperat. Sed cum Leo Imperator Patricio Aſpari imperium deberet; neceſſarium fuit ad eum confugere, qui ſummam apud Principem auctoritatem obtinebat, ut vel faveret, vel non obſiſteret. Cum vero olim Catholicis adverſus Eutychianos faviſset, adeo ut apud Marcianum interceſserit pro Theodoreto, qui gratias illi reddidit epiſt. 139. S. Pontifex fortaſſis ex inſinuatione Anatolii vel Aetii ad eumdem ſcribens, auxilium aliquod ſperare ſe poſse exiſtimavit. Timothei patrocinium non ſtatim initio detectum fuerat, vel ſaltem ſpes erat fore, ut Leonis litteris & officiis moveretur, uti eadem ſpe S. Leo ſcripſit ad Imperatorem Theodoſium, licet eum & Eutychi & latrocinio Epheſino patrocinari ſciret. Stilus certe, ac totus rerum complexus Leonem refert, ut idem Pagius negare non potuit. Pelagii etiam II. epiſtola 3. ad Eliam & ceteros Epiſcopos Iſtriæ, ubi ex ſequenti epiſtola duo teſtimonia recitat, de ipſius authenticitate dubitare non ſinit. Duorum vero ac tam inſignium diverſæ originis codicum, Grimanici & Ratiſponenſis, auctoritas ita Patricii & Aſparis nomina vindicat, ut commentitium plane ſit, hæc nomina pro aliorum magnatum nominibus his litteris inſerta ſuſpicari, ut laudatus Pagius in fine ſuæ adnotationis conjecit; cum præſertim Patricii nomen in alia epiſtola 151., quam ex Ratiſponenſi edemus, ſimiliter legatur.

3 Harum epiſtolarum tempus apud Queſnellum ex Grimanico codice ſignatum errore manifeſto laborat. Cum enim in textu allegato ex epiſt. 153. Leo Aetio commiſerit, ut epiſtolam ad Baſilium Antiochenum dirigeret; hæc procul dubio una cum ipſis ad Aetium litteris transmiſſa fuit; ac proinde eodem die ex Leonis more ſignata, nimirum Kalendis Septembris. Præterea ex eadem ad Aetium epiſtola diſcimus, alias litteras ſimul miſſas fuiſſe ad Imperatorem Leonem, ad Aſparem, & alios. Habemus autem epiſtolam 148. ad Imperatorem Leonem, epiſt. 151. ad Anatolium, & 152. ad Julianum: cumque hæ omnes *Kal. Septembris* notentur, nihil dubium eſt, quin duæ etiam ſequentes eadem die ſignatæ fuerint, uti ſane ex Ratiſponenſi emendavimus.

* Alias CXVIII. Septemb. an. 457.

EPISTOLA CXLIX. *

Ad BASILIUM Epiſcopum Antiochenum.

SYNOPSIS.

I. *Præmiſsa de non miſso ordinationis nuntio querela, hortatur ut reſiſtat Eutychianorum furori, qui cæſo apud Alexandriam Proterio Epiſcopo, Synodum novam, poſthabita Calchedonenſi, inſtaurari poſcebant.*

II. *Leone Imper. laudato, omnia in Epiſcoporum conſtantia poſita eſse aſserit, ne novi tractatus ineantur.*

LEO BASILIO Epiſcopo Antiocheno.

CAP. I.

ORdinationem quidem dilectionis tuæ ſecundum eccleſiaſticum morem tuo vel fratrum noſtrorum provincialium Epiſcoporum 1 debueramus ſermone cognoſcere: ſed quia non defuerunt cauſſæ, quæ poſſent hanc diligentiam præpedire, & ſanctæ memoriæ *Marcianus* Princeps ſuis ſcriptis conſecrationem tuam nobis cognitam fecit; nec de tuo poſſumus merito dubitare quem novimus: de neceſſitate præſenti, ſicut aliquantos fratres noſtros, ita etiam dilectionem tuam noſtris litteris commonemus. Cognitis enim quæ apud Alexandriam Eutychianorum furore commiſſa ſunt, quæque fra- (De Proterii Alexandrini nece.)

A ternitati 2 veſtræ comperta eſſe non dubito, pro ea ſollicitudine, quam omnibus Eccleſiis Dei debeo, hæc ſcripta direxi, quibus dilectionem veſtram credidi commonendam, ut ſceleratis auſibus ſancta conſtantia reſiſtatis; ne in quoquam 3 noſtrum communis fides aut trepida inveniatur, aut tepida: cum propitio Domino, qui Eccleſiam ſuam in quacumque tribulatione non deſerit, tam religioſum, tamque catholicum animum piiſſimi Imperatoris B habeamus, ut non aliud de illo credendum ſit, quam probavimus de auguſtæ memoriæ *Marciano*.

CAP. II.

Siquidem etiam adhuc noſtra actione ceſſante, ita fideliſſimus Imperator parricidale crimen horruerit, ut nullum aditum hæreticorum conceſſerit actioni, qui poſt immanitatem facinoris perpetrati, hoc ſibi poſſibile eſse credebant, ut ſanctæ Calchedonenſis Synodi definitionibus reſolutis in alios tractatus vocaretur epiſcopale 4 judicium. Quod quia, frater ca- C riſſime, abrupte inimicum eſt fidei chriſtianæ, & non ob aliud tanta improbitate depoſcitur, niſi ut prædicatio Evangelii & dominicæ Incarnationis myſterium ſubruatur; * obſecro dilectionem 5 veſtram, ut a Calchedonenſis Synodi definitionibus in nullo animos relaxetis: & quæ ex divina ſunt inſpiratione compoſita, nulla patiamini novitate temerari. * Certus enim ſum, quod clementiſſimus Imperator & vir 6 magnificus *Patricius*, cum omni cœtu illuſtrium Poteſtatum nihil in perturbationem Ec-

(Nihil de Calchedonenſibus definitionibus retractandum.)

(* *Sequentia refert Pelagius II.*)

(* *Hucuſque Pelagius.*)

BALLERINORUM NOTÆ.

1 Ratiſp. cod. *debueram*. Mos erat Eccleſiarum Orientis ad Romanum Pontificem ordinationem Epiſcoporum majorum ſedium referre per litteras ordinati & ordinatorum ejus, ut patet inter cetera ex epiſt. 53. Anatolii ad Leonem, ex epiſt. 71. 86. c. 3. epiſtola vero 171. c. 2. *neceſſarie & ex more* id factum traditur. Vide etiam epiſt. 172. & 173. Hic Baſilius in Maximi locum vivo adhuc Marciano ſubrogatus fuerat. Si vocem, *quem novimus*, Baſilium Leoni jam antea cognitum indicant, forte hic eſt ille Baſilius Diaconus, qui Marciani Auguſti & Anatolii litteras ad Pontificem attulit an. 452. Vide epiſt. 104. & 106.

2 Ita Ratiſp. & cohærentius ſequentibus *dilectionem veſtram*, *diligentia veſtra* &c. Queſn. ex Grim. *tua*.

3 Pelagius II. epiſt. 3. ad Epiſcopus Iſtriæ c. 5. hoc Leonis teſtimonium recitans legit *noſtra*.

4 Ratiſp. *Concilium*. Novum Concilium initio Imperator volebat Facundo teſte lib. 12. c. 2. ſperans fore ut hac via Eutychianos revocaret. In id inſtitiſſe etiam Eutychianos ex hoc loco diſcimus. At S. Leo Pontifex, ne id fieret, inſtitit & obtinuit.

5 Apud Pelagium loco citato *tuam*; & poſt pauca *animum*.

6 Ratiſp. *præcipuus Patricius*, Eſt *Patricius Aſpar*, de quo in admonit. n. 2. Forte *præcipuus* dictus fuit, ut hoc communi nomine inter alios Patricios diſtingueretur Aſpar, qui tum apud Auguſtum ſumma auctoritate potiebatur.

Episcopalis constantia quam Ecclesiæ utilis.

* Hæc referunt Pelag. & Vigilius.

Ecclesiæ patientur hæreticos obtinere, si pastorales animos in nullo viderint fluctuare. *Ut autem hæc 7 adhortatio ad omnium fratrum & Coepiscoporum nostrorum possit notitiam pervenire, 8 diligentiæ vestræ cura prospiciat: quia, quod sæpe dicendum est, tota religio christiana turbatur, si quicquam de his, quæ apud Calchedonam sunt statuta, convellatur. Datum 9 Kalendis Septembris *Constantino* & *Rufo* Consulibus.

---

* Alias CXIX. 1. Septemb. an. 457.

EPISTOLA CL.*

1 Ad EUXITHEUM Episcopum Thessalonicensem, & a pari ad JUVENALEM Jerosolymitanum, PETRUM Corinthium, & LUCAM Dyrrachenum.

SYNOPSIS.

Hortatur, ut sceleratis ausibus Eutychianorum, qui Proterium Alex. Episc. occiderant, strenue resistant: nec patiantur Synodum alteram congregari; sed sua Calchedonensi firmitas asseratur.

LEO EUXITHEO Thessalonicensi Episcopo.

COgnitis quæ apud Alexandriam Eutychianorum furore commissa sunt, quæque fraternitati 2 vestræ comperta esse non dubito; pro ea sollicitudine, quam omnibus Ecclesiis Dei debeo, hæc scripta direxi, quibus dilectionem vestram credidi commonendam, ut sceleratis ausibus sancta constantia resistatis; ne in quoquam nostrum communis fides aut trepida inveniatur, aut tepida: cum propitio Domino, qui Ecclesiam suam in quacumque tribulatione non deserit, tam religiosum tamque catholicum animum piissimi Imperatoris habeamus, ut non aliud de illo credendum sit, quam probavimus de augustæ memoriæ *Marciano*. Siquidem etiam adhuc nostra actione cessante, ita fidelissimus Imperator parricidale crimen horruerit, ut nullum aditum hæreticorum concesserit actioni; qui post immanitatem facinoris perpetrati, hoc sibi possibile esse credebant, ut sanctæ Calchedonensis Synodi definitionibus resolutis, in alios tractatus vocaretur episcopale judicium. Quod quia, frater carissime, abrupte inimicum est fidei christianæ; & non ob aliud tanta improbitate deposcitur, nisi ut prædicatio Evangelii & dominicæ Incarnationis mysterium subruatur; obsecro dilectionem vestram, ut a Calchedonensis Synodi definitionibus in nullo animos relaxetis, & quæ ex divina sunt inspiratione composita, nulla patiamini novitate temerari. Certus enim sum quod clementissimus Imperator, & vir magnificus *Patricius* cum omni cœtu illustrium Potestatum, nihil in perturbationem Ecclesiæ patientur hæreticos obtinere, si pastorales animos in nullo viderint fluctuare. Ut autem hæc adhortatio ad omnium fratrum & Coepiscoporum nostrorum per Illyricum possit notitiam pervenire, diligentiæ vestræ cura prospiciat: quia, quod sæpe dicendum est, tota religio christiana turbatur, si quicquam de his, quæ apud Calchedonam sunt statuta, convellatur. Datum 3 Kalendis Septembris, *Constantino* & *Rufo* Consulibus.

Quantum sit Ecclesiæ constantia Episcoporum

---

* 1. Septemb. an. 457.

EPISTOLA CLI.*

1 Ad ANATOLIUM Episcopum Constantinopolitanum.

Nunc primum edita ex MS. Ratisponensi.

SYNOPSIS.

Ipsum laudat, & ut Ecclesiam Constantinopolitanam ab hæresi purget, hortatur. De Attico Presbtero discutiendo.

LEO Episcopus ANATOLIO Episcopo.

FIdem dilectionis tuæ atque constantiam, qua hæreticorum insidiis obstitisti, gratanter agnoscimus; & ideo securiore te fiducia cohortamur, ut rebus etiam a te defensis constanter adsistas. Siquidem religiosum caritatis tuæ propositum tam apud clementissimum Principem, quam apud magnificentissimum virum Patricium 2 nostra scripta testantur, quibus 3 diligentia tua nos instructos per omnia esse patefecimus. Agat ergo primitus fraternitas tua ut Constantinopolitana Ecclesia ab omni hæreticorum labe purgata sit, & ut catholica puritas, quæ etiam in laicis conservanda est, maxime in Clericis reperiatur illæsa, frater carissime.

BALLER. NOTÆ.

7 Hoc testimonium recitant & laudatus Pelagius II. loco allegato, & Vigilius in Constituto dato pridie Idus Maji an 553. qui postremus per errorem *ad Anatolium Constantinopolitanum Episcopum* pro *ad Basilium Antiochenum* hanc epistolam scriptam prodit; & in fine post verbum *convellatur* addit quasi uno contextu, & *quæ ex divina sunt inspiratione composita, ulla* (lege *nulla*) *patiamini novitate temerari*: quæ verba in antecedentibus leguntur. Utrique autem hi Pontifices habent *exhortatio*; Ratisp. *cohortatio*.

8 Quesnellus in margine ex Vigilio *diligens fraternitatis cura*. At in ed. Albrit. Concil. tom. 5. pag. 1356. apud Vigilium legitur *diligentiæ vestræ curà perficiat*. Pelagius vero *diligenter vestræ fraternitatis cura perspiciat*. Post pauca in Ratisp. *convellitur*.

9 Ita codex Ratisp. Male in Vulg. ex Grim. *decimo Cal. Sept.* Vide admonit. num. 3.

1 Quesnellus ex Grimanico solum addidit & *Juvenalem Jerosolymorum*. Duos alios Episcopos eruimus ex cod. Ratisp. Vide Admonitionem antecedenti epistolæ præmissam num. 1. ubi etiam monuimus hanc epistolam in Ratisp. a præcedenti non separari, ut in Grimanico fuit: quia tota in præcedenti epistola continetur. Duæ solæ voces per *Illyricum* postremæ periodo insertæ in hac epistola leguntur, quæ desunt in præcedenti. Ex his autem vocibus cognoscimus hoc fuisse exemplum epistolæ ad Illyricianos missæ, non vero ad Juvenalem, ad quem Illyricum nihil pertinet: unde hujus nomen ab inscriptione, quam dedit Quesnellus, expunximus.

2 Quesnellus *tuæ*. Cur Ratisponensis lectionem hic quoque prætulerimus, vide adnot. 2. in epist. praced.

3 Quesnellus *decimo Kal. Sept.* Ex Ratisp. emendavimus. Confer Admonit. num. 3.

1 Nunc primum prodit ex MS. Ratisp. atque indicatur epistolis 157. c. 4. & 163. ubi de Attici causa sermo est.

2 Exstat ad Imperatorem epistola 148. At quæ ad Patricium Asparem data fuit, desideratur.

3 Hæc innuunt Anatolii litteras, quibus is de Eutychianorum Alexandrinorum motibus Leonem instruxerat. sed hæ quoque desiderantur.

rissime. Licet enim famæ perferentium 4 temere non credamus; tamen quia, ubi animarum caussa agitur, locum diabolicis fraudibus studemus obstruere, præmonemus dilectionem tuam, ut *Atticum* Presbyterum, qui perhibetur Eutychianorum errorem apertis intra Ecclesiam disputationibus confovere, secreta primum disquisitione discutias; ac si quid in corde ipsius de hæretici veneni permixtione repereris, aut corrigendo catholicum facias, aut ab Ecclesia necessaria severitate depellas: ne dum inutili lenitate uni parcitur, multis impunito errore noceatur. Datum Kal. Septembris, *Constantino* & *Rufo* Coss.

B

* Alias CXX. Septemb. 457.

EPISTOLA CLII.*

1 Ad JULIANUM Coensem Episcopum.

SYNOPSIS.

Monet, ut epistolæ præcedentes ad Metropolitanos scriptæ, ad unumquemque Juliani cura vel Aetii perveniant; episcopalem ante omnia requiri constantiam; nihil esse in sua epistola vel novi, vel obscuri, vel dubii.

LEO JULIANO Episcopo.

EXistente occasione filii nostri *Gerontii* Constantinopolim revertentis, conveniens fuit ad dilectionem tuam scripta dirigere, quibus studium tuum in causis ecclesiasticis, & 2 in his quæ ad fidem pertinent incitamus; ut contra hæreticorum conatus constanter obsistas: confidentes Dei misericordiam præstituram ut scelestis ausibus etiam in hoc tempore digna reddantur. Sciat autem dilectio tua ad aliquantos fratres & Coepiscopos nostros Metropolitanos * litteras nos dedisse, quæ ut confestim ad unumquemque perveniant, tua vel filii nostri *Aetii* Presbyteri 3 debet diligentia providere. Si enim episcopalis constantia a sanctæ Synodi Calchedonensis definitionibus non recedit, certus sum quod clementissimus & christianissimus Princeps libenter tuebitur 4 sententiam suam, & quod sponte jam præstitit, multo magis rogatus efficiet; ne bene finita atque composita aliqua possint novitate violari. Miror sane calumniantium vanitati aliquid adhuc in epistola mea, quæ universo mundo placuit, obscurum videri, ut de ea putent 5

* ep. 149. & 150. 2 Quanta episcopalis constantiæ necessitas.

C

D

A apertius exponendum: cum illius prædicationis tam 6 plana & solida sit assertio, ut nihil recipiat vel in sensu, vel in sermone novitatis: quia quicquid tunc a nobis scriptum est, ex apostolica & evangelica probatur sumtum esse doctrina. Datum Kalendis Septembris, *Constantino* & *Rufo* Consulibus.

* Alias CXXII. 1. Septemb. an. 457.

EPISTOLA CLIII.*

1 Ad AETIUM Presbyterum CP.

SYNOPSIS.

I. *Ut litteras in Orientem scriptas unicuique dirigat.*

II. *Se pariter misisse litteras a Gallis & Italis ad se scriptas. Item & de aliis.*

LEO AETIO Presbytero.

ACcepimus dilectionis tuæ litteras, quæ diligentiam tuam in caussa Ecclesiæ testarentur: & breviter interim cohortamur, ut cœptis vigilanter insistas, ne hæreticorum perversitas quicquam, 2 quo Ecclesia Domini turbetur, obtineat. Nos autem pro diligentia 3 nostri & ad clementissimum Principem, & ad magnificum virum *Patricium Asparem* necessaria in caussa fidei scripta transmisimus, quæ sine dubio effectum congruum poterunt obtinere, si etiam vestra cura pervigilet. Placuit etiam nobis, ut 4 ad Metropolitanos Episcopos generales litteras mitteremus, quæ animum eorum firment atque corroborent: 5 ut sciant ad defendendam Calchedonensem Synodum æquali studio, & concordi unitate nitendum. De quibus epistolis, unam ad Antiochenum, alteram ad Jerosolymitanum, si vobis in commune visum fuerit, dirigetis. Nos autem ad Illyrios Episcopos similia jam scripta transmisimus. CAP. I.

De sacramento vero catholicæ fidei nullis nobis jam conflictationibus corrigendum: quia nec diligentius aliquid indagini potest, nec verius definiri. Exemplaria quoque 6 litterarum, quas * Galli ad nos atque Itali Episcopi concordi credulitate miserunt, pariter dereximus; ut quam etiam illorum nobiscum sit fides una, non lateat. Præterea scripta, quæ tam clementissimo Principi, quam 7 necessariis personis per filium nostrum *Gerontium* misimus CAP. II.

* ep. 97. & 99.

BALLER. NOTÆ.

4 Hinc cognoscitur & prudentia & moderatio S. Leonis in caussa Attici, quantumque in ea Anatolio detulerit, *cui discutienda ea, quæ ad me*, inquit epist. 163. *erant perlata, commisi*, hac scilicet epistola 151.

1 Ex cod. Grimanico editam cum Ratisponensi contulimus.

2 Præpositionem *in* ex Ratisp. addidimus.

3 Ratisp. cod. *debebit*.

4 Quam scilicet Imperator declaravit in litteris initio imperii sui editis, de quibus vide adnot. 11. in epist. 145.

5 Sic optimus cod. Ratisp. Al. *aptius*.

6 Quesnellus *plena*. Melius in Ratis. Ex his patet Leonem detexisse, difficultates contra suam epistolam excitatas non ex Græca interpretatione ejusdem minus congrua, de qua antea erat sollicitus epistolis 130. & 131. sed *ex calumniantium vanitate*, qui obscuritatis prætextu veritati non acquiescebant, dimanare: unde horum audaciam ab Imperatore compescendam petiit.

1 Quesnellus ex cod. Grimanico edidit: nos in Ratisp. invenimus.

2 Sic Ratisp. Quesnellus *quod Ecclesiam Domini turbet*.

3 Forte *nostra*, vel supplendum *officii*, aut quid simile. De epistolis vero hic memoratis vide adnot. 2. in epist. 151.

4 Confer Admonit. in ep. 149. num. 1.

5 Ratisp. & *sciant*.

6 Idem codex *epistolarum*. Hinc discimus ad solos Gallos, & Italos, idest Mediolanensis provinciæ Episcopos, Leonem suam ad Flavianum epistolam misisse, ut eamdem solemni subscriptione reciperent. Si enim aliarum Occidentis provinciarum Episcopos idipsum postulasset, cum aliorum quoque responsa accepisset, tum vero exemplaria eorum pariter transmisisset. Ideo vero ad Gallos & Italos ea de re scripsit, quia alia scribendi occasio, quoad hos, se obtulerat, quoad alios non item.

7 Nimirum Anatolio, Juliano, & Aspari.

ſimus, 8 vel a dilectione tua, vel a filio noſtro A *Storacio*, ſi adhuc vobiſcum eſt, volumus offerri, & eo ſermone quo convenit adjuvari. Ut autem ea quæ ſcripſimus, ſcire poſſitis, exemplaria direximus, ut de omnibus inſtructi eſſe poſſitis. Datum Kalendis Septembris, *Conſtantino* & *Rufo* Conſulibus.

* Alias CXXIII. 11. Octobr. an. 457.

EPISTOLA CLIV. *

1 Ad Epiſcopos Ægyptios.

SYNOPSIS.

Epiſcopos Ægyptios pro fide extorres conſolatur, & ut pro Incarnationis myſterio patienter adverſa tolerent, hortatur.

LEO 2 Epiſcopis ex Ægypto catholicis apud Conſtantinopolim conſtitutis.

Licet laboribus dilectionis veſtræ, quos pro obſervantia catholicæ fidei ſuſcepiſtis, toto corde compatiar, & ea quæ vobis ab hæreticis illata ſunt, non aliter accipiam, quam ſi ipſe pertulerim; intelligo tamen magis eſſe gaudii, quam mœroris, quod confortante vos Domino JESU CHRISTO in evangelica apoſtolicaque doctrina inſuperabiles per- C ſtitiſtis. Et cum vos inimici fidei chriſtianæ ab Eccleſiarum veſtrarum ſede divellerent, maluiſtis peregrinationis injuriam pati, quam ulla impietatis ipſorum contagione violari. Unde ad chriſtianiſſimum Principem noſtrum 3 litteras dirigens gratias egi ipſius pietati, quod vos, ſicut nobis indicatum eſt, ea qua dignum erat caritate ſuſcepit. A cujus benevolentia non dubito eam vobis fiduciam eſſe collatam, ut pro univerſalis Eccleſiæ ſtatu conſtanter exequi quæ ſunt agenda, poſſitis; quia & clementia ejus pro defendendis ſanctæ Synodi Calchedonenſis decretis ſacerdotali fervet affectu, & nihil univerſo mundo præſtari ſalubrius ac beatius poteſt, quam ut diſpoſi- D tum ante ſæcula ſacramentum inviolabiliter per omnia eccleſiaſtica 4 pace ſervetur & regia. Unumquemque igitur veſtrum, quos idem animus & eadem fidei cauſſa conjunxit, vel qui vos hæreticorum perſecutione deſpecta, indefeſſo ardore fidei ex Ægypto ſunt ſecuti, fraterno ſimul & paterno cohortor affectu, ut æquo & forti animo hæc tentamenta toleretis; agnoſcentes vos non amiſiſſe propria, ſed majora meruiſſe, quorum brevi fatigatione, qua ad Confeſſorum pervenitur coronas, ita utitur providentia Dei, ut per veſtram patientiam multorum devotio roboretur, & cum gloria venerandi Principis Alexandrina Eccleſia depulſis hæreticis antiquam recipiat dignitatem. Datum quinto Idus Octobris, *Conſtantino* & *Rufo* Conſulibus.

Sacerdotalis Imperatoris affectus.

* Alias CXXIV. 11. Octobr. an. 457.

EPISTOLA CLV. *

B

1 Ad ANATOLIUM Epiſcopum Conſtantinopolitanum.

2 SYNOPSIS

I. *Eum ad vigilantiam contra hæreticorum conatus incitat.*

II. *Conniventiam Clericorum Conſtantinop. arguit, circa quos vigorem in Anatolio deſiderat paſtoralem.*

LEO ANATOLIO Epiſcopo.

CAP. I.

Diligentiam neceſſariæ ſollicitudinis, quam fraternitas tua in dirigendis ad nos litteris exequitur, approbamus; & acceptis per filium noſtrum *Olympium* paginis tuis, ſacerdotalem in te curam vigere ſentimus: cui nos quoque, quantum Dominus 3 donat poſſe, non deſumus, exorantes dilectionem tuam, ut quia tempus laboris incidimus, in ſancta vigilantia perſeveres, donec dextera Domini faciat virtutem, & ſub pedibus Eccleſiæ ſuæ *Pſal.* 117. conterat tentatorem. Conſolatur etenim nos per omnia præparata divinitus clementiſſimi Principis fides, quem 4 meo rurſus, ſicut oportuit, ſum cohortatus alloquio: ut impiiſſimorum latronum auſibus diſtrictiore conſtantia faciat 5 obviari: quos nefas eſt tantum de ſuo favore præſumere, ut etiam apud Conſtantinopolim audeant inſanire. Sed hoc eis ideo divinæ providentiæ ratione permittitur, ut magis ac magis quo ſpiritu agitentur, appareat: ne dubitari poſſit, in quantam eſſent audaciam prorupturi, ſi poſt damnationem impiiſſimæ hæreſis, diſceptandi contra fidem

BALLER. NOTÆ.

8 Queſnellus *vel ad dilectionem veſtram, vel ad filium noſtrum SPORATIUM*, & in margine: forte *per dilectionem veſtram, vel per filium noſtrum* &c. Ex Ratiſp. emendavimus. *Storatii* lectio dubitationem ſuſtulit, num *Sporatius*, qui fuit Conſul in Oriente an. 452. hic nominetur. Neque vero credimus intelligi *Storatium*, qui fuit Præfectus Urbis an. 443. ejuſmodi enim viri aliquo honorifico titulo appellari ſolent.

1 In ſolo codice Grimanico, ex quo a Queſnello edita fuit, hactenus inventa eſt.

2 Poſt Proterii mortem perſecutione contra Epiſcopos catholicos excitata, plures Conſtantinopolim profecti libellum ſupplicem Imperatori obtulerunt, qui legitur tom. 4. Concil. pag. 1837. Ed. Albr. Ad hos Leo hanc epiſtolam dedit, & iterum epiſtolas 158. & 160. in hujus poſtremæ inſcriptione ipſorum Epiſcoporum nomina recenſentur, quæ cum nominibus laudato libello ſubſcriptis fere concordant.

3 Cum in ep. 148. nullum ſit horum Ægyptiorum Epiſcoporum indicium, aliæ hic indicantur litteræ ad Leonem Auguſtum, quæ periere.

4 Forte legendum *poteſtate*. Queſnell.

1 Exſtat in MSS. coll. V. XI. XII. XXI. XXIV. & in exemplo Sichardi. Queſnellus huic epiſtolæ titulum præfixerat. *De relatione contra Timotheum Alexandrinum.* At cum nihil ejuſmodi in ipſa epiſtola legatur, per errorem, ut credimus, is titulus huic epiſtolæ appoſitus fuit, qui æquius convenit epiſtolæ 157. Idem ſane Queſnellus Differt. I. ad annum 457. num. 5. hunc titulum in ſuo MS. legi prodidit, ideſt in Grimanico. Ex hoc autem codice edidit laudatam epiſtolam 157. qua S. Leo relationi quidem contra Timotheum ab Anatolio tranſmiſſæ reſpondet. Epiſtola autem 155. in MS. Grimanico nequaquam invenitur.

2 In Tabula coll. V. cap. 93. hic titulus legitur: *Ad Anatolium Epiſcopum de adhortatione expugnandæ hæreſis eutychianæ, & quod expulſos quoſdam de Ægypto pro fide catholica ipſe ſuſceperit.*

3 Vulg. ante Queſn. cum MSS. poſteriorum collectionum & Sichardo *dat poſſe*. Dein pro *exorantes* codd. Cantabrig. Queſnelli, & noſter Var. coll. XI. *exhortantes*.

4 Hic epiſtola ad Imperatorem indicatur, quæ per Olympium paullo ante laudatum miſſa traditur epiſt. 158, ac propterea una cum his ad Anatolium litteris tranſmiſſa fuit.

5 Codd. coll. XI. & XXI. *obviare*.

dem acciperent potestatem, ut quantum in A ipsis est, latius hoc furore sævirent, quem fratres & Coepiscopi nostri, qui ad vos nuper ex Ægypti partibus confugere, se pertulisse deplorant: quibus & a christianissimo Principe, & 6 a tuæ fraternitatis Deo placita caritate solatia pietatis impendi non ambigerem, etiam si ipse non scriberes. Opportunum autem credidi, ut ad ipsos quoque * scripta dirigerem, quæ illos 7 possint in communis fidei proposito roborare, & quid pro patientia sua superna remuneratione mereantur, agnoscerent: sicut beatus Apostolus docet, dicens: *Excipite itaque illos cum* 8 *omni gaudio in Domino, & hujusmodi cum honore habete, quoniam propter fidem Christi usque ad mortem accesserunt.*

Ægyptii Episcopi Constantinopolim confugiunt.

* Epistolam 154. intellige.

Philip. 2. 29.

CAP. II.

24. q. 3. Illud autem sane c. 34.

Illud sane plurimum mihi displicere significo, quod inter dilectionis tuæ 9 Clericos quidam esse dicuntur, qui adversariorum conniveant pravitati, & vasis iræ vasa misericordiæ misceantur. Quibus investigandis, & severitate congrua coercendis debet diligentia tua vigilanter insistere: ita ut his, quibus prodesse non potuerit correctio, non parcat abscissio. Oportet etenim nos evangelici meminisse mandati, quod ab ipsa Veritate præcipitur, ut si nos oculus, aut pes, aut dextera scandalizaverit manus, a compage corporis auferatur: quia melius sit 10 his in Ecclesia carere membris, quam cum ipsis in æterna ire supplicia. Nam superfluo extra Ecclesiam positis resistimus, si ab his, qui intus sunt, in eis quos decipiunt, vulneramur. Abjicienda prorsus pestifera hæc a sacerdotali vigore patientia est, quæ sibimet, peccatis aliorum parcendo, non parcit. Sicut Heli quondam Sacerdos filiorum suorum delicta tolerando, cum ipsis divinæ justitiæ sententiam meruit experiri: quia segni indulgentia dissimulavit plectere peccatores. Quantum itaque opportunitas invitat officii, B religiosissimum Principem dilectio tua studeat frequentare, & non solum regiam, sed & sacerdotalem ipsius mentem, precibus meis obsecrare persiste: ut memor communis fidei, quam Spiritu sancto docente suscepimus, omnia hæreticorum machinamenta confringat; neque quicquam illis in Ecclesiis Christi licere patiatur, ne in eorum potestate sint divina mysteria, quibus in domo Dei, pro scelerum suorum magnitudine, nec habitandi jus residet, nec orandi. Data 11 quinto Idus Octobris, *Constantino* & *Rufo* viris clarissimis Consulibus. ☙

Matth. 18. 8. Marc. 9. 42.

1. Reg. 2. 27

Sacerdotalis Augusti mens.

☞ ADMONITIO

in Epistolam sequentem.

1 SEquens epistola edita fuit a Merlino ex MS. coll. XII. Quesnellus eam relegit cum MS. Grim. coll. XVIII. Cum vero hæc eadem epistola inserta fuerit codici encyclio, qui Leone vivente Græce scriptus fuit; nisi hic codex originalis periisset, hanc S. Leonis epistolam Græce redditam haberemus. At exstat hujus codicis Latina interpretatio, quam Epiphanius Scholasticus lucubravit. Hic autem cum nactus fuisset Leoninæ epistolæ Latinum exemplar, hoc suæ versioni inseruit: & idcirco ex hoc codice, quem a Surio editum Baluzius cum duobus MSS. Bellovacensi & Corbejensi contulit, aliquot variantes suppetunt, quæ nobis utiles fuere.

2 Huic epistolæ caussam dederunt Imperatoris Leonis litteræ, quas ob Alexandrinos tumultus ad universos Metropolitas tradidit. In laudato codice encyclio, cujus ordo, ut in MSS. exstat, ex Baluzio profertur tom. 5. Concil. Albrit. edit. pag. 33. & seqq. cap. 6. describitur Imperatoris epistola ad Anatolium Constantinopolitanum; & postea cap. 11. subjiciuntur ceterorum Episcoporum nomina, ad quos litteræ similes directæ fuerunt, ac inter hos primo datæ dicuntur *Leoni reverentissimo Urbis Romæ Pontifici*. Imperialis epistola ad Anatolium cum quædam ejusdem Constantinopolitani Episcopi peculiaria continet, tum vero alia Leonis Papæ propria, quæ eidem inserta erant (vide adnot. 1.) omittit: ac propterea eadem omnino ad Leonem Pontificem transmissa dici nequit: unde huic editioni inserenda non fuit. Nihilo tamen minus quid Augusti litteræ a Leone Papa similiter peterent, satis exinde cognoscitur. Promoto scilicet ab Eutychianis ad Alexandrinam sedem Timotheo Æluro, & occiso S. Proterio, maximoque tumultu inter Eutychianos & Catholicos Ægyptios excitato, utrique cum libellis supplicibus ad Imperatorem confugerunt. Utrosque libellos Leo Augustus cum suis litteris ad omnes Metropolitanos, & potissimum ad Romanum Pontificem misit, petens ut Concilium coge-

BALLER. NOTÆ.

6 MSS. coll. XI. & XXIV. cum Sichardo *a tua fraternitate*: forte melius.

7 Duo codd. coll. XXI. *possent*.

8 Vulg. ante Quesn. cum Sichardo delent *omni*.

9 Atticum respicit, de quo ad Anatolium scripserat Kal. Septembris epist. 151.

10 Quesnellus & noster Vindeb. cod. coll. V. *bis in Ecclesia officiis carere membrorum*. Anteriorum editorum lectionem aliis codd. & Sichardi exemplo confirmatam, uti aptiorem restituimus.

11 Vulg. antiquiores cum MS. Vat. coll. XXIV. ac Sichardo *pridie Idus*, & in margine *quinto Idus*. Verior hæc chronica nota, quam cum MSS. Quesnelli nostri etiam codd. præstantiorum coll. V. XI. & XXI. præferunt: congruit enim cum die signato in epistola præcedenti, quæ in hac indicatur cap. 1. & una cum hac transmissa cognoscitur. Facile porro fuit ex *V. Idus* librariorum lapsu litteram *V.* disjunctis lateribus in duas unitates convertere, & scribere *II. Idus*, ut in codd. collect. XXIV. hæc dies signatur, non vero, ut in editis, *Pridie Idus*.

cogerent, ibique *de prædicto Timotheo*, inquit, *& de Calchedonensi Concilio, quid in commune sapitis, sine quolibet humano terrore, & absque gratia cujuscumque vel odio . . . . cum omni celeritate meam facite cognoscere pietatem*. Leo Papa primus omnium sequentem epistolam rescripsit, ut Evagrius testatur lib. 2. cap. 10. eaque in codice encyclio statim post indicata Episcoporum nomina primo loco describitur cap. 12.

3 Ex his autem cognoscitur error Pagii, qui has Pontificis litteras imperialibus encyclicis redditas negavit ad ann. 457. num. 11. Cum enim hæ litteræ Pontificis codici encyclio inserantur, has non minus quam ceteras aliorum Episcoporum in eodem codice contentas imperiali epistolæ encyclicæ rescriptas agnoscimus. Hinc etiam cap. 4. mentio fit exemplarium precum Catholicorum & Eutychianorum, quæ una cum imperialibus litteris transmissæ in eodem codice encyclio exhibentur cap. 7. & 9. Imperatoris epistola circa Octobrem an. 457. per Magistrianos ad universos Metropolitas celerrime directa fuit. Hinc duo Episcopi Agapitus Rhodius pag. 1892. & Lucas Dyrrachenus pag. 1927. se eas litteras hieme recepisse subindicant. Quod si Marcellinus Comes in Chronico ad an. 458. & Augusti litteras & Episcoporum responsa commemorat: id ea de caussa accidit, quod licet imperialis encyclica missa fuerit an. 457. pleraque tamen responsa nonnisi an. 458. pervenere, unde Varadati Monachi epistola (pag. 1934.) die 27. Augusti signatur. Ita nihil est cur sequentem Leonis epistolam imperiali encyclicæ redditam dubitemus.

* Alias CXXV. 3. Decemb. an. 457.

EPISTOLA CLVI. *

Ad LEONEM Augustum.

S Y N O P S I S.

I. *Post Calchedonensem Synodum nihil esse denuo tractandum circa fidem.*
II. *Antichristum eum esse, qui veritatem ab Ecclesia declaratam rursus examinat.*
III. *Parricidas Alexandrini Episcopi Ecclesiæ præsidere nefas esse.*
IV. *Preces Leoni Augusto oblatæ tam a catholicis, quam ab hæreticis, in quo differant.*
V. *Omnia christianæ religionis officia & mysteria apud Alexandriam esse intercepta.*
VI. *Scripta de fide prolixiora promittit, Anatolii incuriam taxat, catholicos commendat.*

LEO Episcopus LEONI Augusto.

CAP. I. Papa invitatus ut in Orientem veniret.

Litteras Clementiæ tuæ plenas virtute fidei & lumine veritatis veneranter accepi: quibus cuperem, etiam in eo, quod 1 præsentiam meam pietas vestra necessariam existimat, obedire, 2 ut majorem fructum conspectu vestri splendoris assequerer. Sed magis id vobis arbitror placiturum, quod eligendum ratio demonstravit. Nam cum sancto & spiritali studio in universum pacem Ecclesiæ muniatis, nihilque sit convenientius fidei defendendæ, quam his, quæ per omnia instruente Spiritu sancto, irreprehensibiliter definita sunt, inhærere: ipsi 3 videbimur bene statuta convellere, & auctoritates, quas Ecclesia universalis amplexa est, ad arbitrium hæreticæ petitionis infringere, atque ita nullum 4 collidendis Ecclesiis modum ponere., sed data licentia rebellandi, dilatare magis, quam sopire certamina. Unde A quia post illas Ephesinæ Synodi impietates, quibus *Dioscori* scelere fides catholica refutata & perversitas eutychiana suscepta est, nihil 5 ad conservationem fidei christianæ utilius potuit ordinari, quam ut prædicti facinus sancta Synodus Calchedonensis aboleret; & tanta illic haberetur cælestis cura doctrinæ, ut nihil in cujusquam opinione resideret, quod a prædicationibus vel propheticis, vel apostolicis dissonaret, ea scilicet moderatione servata, ut rebellibus tantum ac pertinacibus ab Ecclesiæ unitate rejectis, nulli correcto venia negaretur: B quid probabilius, quid religiosius poterit Pietas vestra decernere, quam ut quæ non tam humanis, quam divinis sunt statuta decretis, nullus ultra sinatur impetere: ne vere digni sint tantum Dei munus amittere, qui de veritate ipsius ausi fuerint dubitare?

CAP. II.

Cum ergo universalis Ecclesia per illius principalis petræ ædificationem facta sit petra, & primus Apostolorum beatissimus Petrus voce Domini 6 dicentis audierit: *Tu es Petrus, & super hanc petram ædificabo Ecclesiam meam*: quis est, nisi aut antichristus, aut diabolus, qui pulsare audeat inexpugnabilem 7 firmita- C tem: qui in malitia sua inconvertibilis perseverans, per vasa iræ, & suæ apta fallaciæ, falso diligentiæ nomine, dum veritatem se mentitur inquirere, mendacia desiderat seminare? Atque 8 contemnenda & vitanda merito sibi incontinens furor & impietas cæca præscripsit, ut dum diabolico instinctu in sanctam Alexandrinam sævit Ecclesiam, quales essent qui Calchedonensem Synodum retractari cupiunt, 9 disceretur. In qua nullo modo accidere potuit ut a nobis contra sanctam Ni- D cænam Synodum sentiretur, quod hæretici mentiuntur, qui se fidem Nicæni Concilii tenere confingunt, in quo sancti & venerabiles Patres nostri contra *Arium* congregati, non car-

Nicæno & Calch. Synodis quid proprium? ὁμοούσιον.

BALLER. NOTÆ.

1 Hæc, quæ non leguntur in litteris ad Anatolium in Admonicione indicatis, erant proculdubio in peculiari Imperatoris ad Leonem epistola.

2 Vulg. Leonis ante Quesn. cum MSS. Vat. & Veneto collect. XII. *ut majori fructu conspectum*. Duo codd. Baluzii *ut fructu majorem conspectu*.

3 Ita cum MS. Grim. Quesnelli nostri codd. & editio codicis encyclii, atque Facundus. Anteriores editiones Leonis *quomodo videbimur statuta velle convellere*.

4 Sic Grim. & nostri codd. cum Facundo. Edit. antiq. Leonis *corrigendis*. Codex encyclius *colligendis*.

5 Al. cum MSS. coll. XII. *ad confirmationem*.

6 Vocem *dicentis* supplevimus ex duobus nostris MSS. coll. XII. & ex codice encyclio.

7 Editi Leonis ante Quesn. nullo nostro codice opitulante *veritatem*.

8 Duo MSS. coll. XII. *in contemnenda*. Duo Baluzii codices encyclii *contemnendum atque vitandum . . . . perscripsit*.

9 Codd. Baluzii *docerentur*.

carnem Domini, sed Deitatem Filii *Homousion* A Patri esse firmaverunt; in Chalchedonensi autem Concilio adversus eutychianam impietatem definitum est, de substantia virginis matris Dominum JESUM CHRISTUM sumsisse nostri corporis veritatem.

CAP. III. Augustus inter Prædicatores Christi numerandus.

Apud christianissimum igitur Principem, & inter Christi prædicatores digno honore numerandum, utor catholicæ fidei libertate, & ad consortium te Apostolorum ac Prophetarum securus exhortor: ut constanter despicias ac repellas eos, qui 10 ipsi se christiano nomine privavere; nec patiaris impios parricidas sacrilega simulatione de fide agere, quos constat 11 fidem velle vacuare. Cum enim Clementiam tuam Dominus tanta sacramenti sui illuminatione ditaverit, debes incunctanter advertere, regiam potestatem tibi 12 non ad solum mundi regimen, sed maxime ad Ecclesiæ præsidium esse collatam: ut ausus nefarios comprimendo, & quæ bene sunt statuta defendas, & veram pacem his quæ sunt turbata, restituas; depellendo scilicet pervasores juris alieni, & antiquæ fidei sedem Alexandrinæ Ecclesiæ reformando: ut correctionibus tuis Dei iracundia mitigata, 13 religiosæ antea civitati non retribuat, quæ admissa sunt, sed remittat. Constitue ante oculos cordis tui, venerabilis Imperator, omnes qui per totum orbem sunt Domini Sacerdotes, pro ea tibi fide, in qua totius mundi est redemtio, supplicare. In qua C te specialius ambiunt, 14 quia apostolicæ fidei sectatores Alexandrinæ Ecclesiæ præsedere, agentes apud Pietatem tuam, ne hæreticos homines, & merito pro sua perversitate damnatos, uti sua 15 pervasione patiamini: cum sive impietatem erroris aspicias, sive opus perpetrati furoris attendas, non solum ad Sacerdotii honorem admitti nequeant, sed ab ipso christiano nomine mereantur 16 abscindi. Nam, quod exorata Pietatis vestræ venia dixerim, quodam contagio splendorem vestræ Serenitatis obfuscant, cum sacrilegi parricidæ id audeant petere quod nec innocentes liceat obtinere, gloriosissime Imperator.

Regia potestas maxime ad Ecclesiæ præsidium collata.

CAP. IV. Preces Imperatori oblatæ a catholicis & ab hæreticis.

Oblatæ sunt Pietati vestræ preces, quarum D 17 exemplaria vestris litteris subdidistis. Sed in his quæ catholicorum sunt deplorantium, subscriptio continetur: & quia caussa probabilis est, fiducialiter nomina singulorum, vel dignitas sui honoris aperitur. In illis autem, quas orthodoxo Principi hæretica porrigere non formidavit obreptio, sub incerto confusæ 18 universitatis vocabulo, ideo certum nomen retrahitur, ne non solum paucitas personarum, sed etiam meritum detegatur. Latere enim sibi utile existimat eorum quantitas, quorum est qualitas judicata: nec incongrue cujus loci homines sint, profiteri metuunt, qui 19 meruere damnari. In una ergo, catholicorum supplicatio continetur; in alia, hæreticorum commenta panduntur. Hic Sacerdotum Domini, & totius christiani populi, ac monasteriorum defletur eversio; ibi immanium scelerum continuatio demonstratur; ut quod non licuit 20 audiri, liceat dilatari.

CAP. V. *Matth* 21. 13. *Marc.* 11. 17. *Luc.* 19. 46. 1. q. 1. *Manifestum est crudel.* cap. 69.

Nonne perspicuum est, quibus Pietas vestra succurrere, & quibus debeat obviare; ne Alexandrina Ecclesia, quæ semper fuit domus orationis, spelunca nunc sit latronum? Manifestum quippe est, per crudelissimam 21 insanissimamque sævitiam, omne illic cælestium B sacramentorum lumen extinctum. Intercepta est Sacrificii oblatio, defecit chrismatis sanctificatio, & parricidalibus manibus impiorum omnia se subtraxere mysteria. Nec ullo modo ambigi potest, quid de his 22 decernendum sit, qui post nefanda sacrilegia, post sanguinem probatissimi Sacerdotis effusum, & concremati corporis cinerem in contumeliam aeris cælique dispersum, audent sibi jus pervasæ dignitatis expetere, & apostolicæ doctrinæ inviolabilem fidem ad Concilia provocare. Magnum ergo vobis est, ut diademati vestro de manu Domini etiam fidei addatur corona, & de hostibus Ecclesiæ triumphetis: quia si laudabile vobis est adversarum gentium arma conterere; C quanta erit gloria, ab insanissimo tyranno Alexandrinam Ecclesiam, in cujus contritione omnium Christianorum est injuria, liberare?

Sacra omnia apud Alexandriam intercepta. *Vide Evagrium l. 2. c. 8 & Niceph. l. 15. cap. 16.*

CAP. VI.

Ut autem litteræ meæ Pietati tuæ colloquium quasi præsentis exhibeant, quicquid de communi fide fueram suggesturus, scriptis prosequentibus insinuandum esse perspexi. Ac ne hujus epistolæ pagina in nimiam longitudinem tenderetur, * aliis litteris, quæ assertioni catholicæ fidei congruunt, comprehendi: ut licet ea, quæ a Sede apostolica sunt prædicata, sufficerent, insidias tamen hæreticorum etiam hæc quæ sunt adjecta, reserarent. Sacerdotalem namque & apostolicum tuæ pietatis animum, etiam hoc malum ad justitiam D ultionis debet accendere, quod Constantinopolitanæ Ecclesiæ puritatem pestilenter obscurat, in qua inveniuntur Clerici quidam hæreticorum sensui consonantes, & intra ipsa Catholicorum viscera assertionibus suis 23 hæreticos adjuvantes. In quibus deturbandis, si frater meus *Anatolius*, cum nimis benigne parcit, segnior invenitur, dignamini pro fide vestra, etiam istam Ecclesiæ præstare medicinam, ut tales non solum ab ordine clericatus, sed etiam ab urbis habitatione pellantur: ne ulterius sanctus Dei populus perversorum hominum contagio

* ep. 165. al. 134.

Sacerdotalis & apostolicus Augusti animus.

BALLER. NOTÆ.

10 Vulg. cum MSS. coll. XII. & Surii exemplo omittunt *ipsi*. Quesnellus ex suo MS. adjecit, cui favent exemplaria Baluzii. 11. Antiquæ editiones Leonis *a fide deviare*.

12 Sic nostri codd coll. XII. & MSS. Baluzii. Al. *non solum ad mundi regimen*.

13 Editi antiquiores Leonis & codicis encyclii *regiæ civitati non retribuat, quæ antea admissa sunt*. Emendationem Quesnelli nostra & Baluzii exemplaria approbant.

14 Vulg. *qui*. Correximus ex utrisque Baluzii codicibus.

15 Iidem Vulg. *persuasione*. MS. Bellovac. *perversione*. Melius in Corbejen. Baluzii codice, quem secuti sumus.

16 Al. *abscidi*. 17 Hæc tum catholicorum, tum hæreticorum exemplaria precum leguntur in codice encyclio tom. 4. Concil. pag. 1837. & 1848. ed. Albrit. Catholicorum precibus subscripti sunt Episcopi quatuordecim, qua uor Presbyteri, & duo Diaconi.

18 Editi antiqui Leonis cum MSS. coll. XII. *unitatis*. Libellus hæreticorum in laudato codice encyclio subscriptionibus caret. 19 Codd. Baluzii *metuere*.

20 Sic omnes nostri & Baluzii codd. nec non Vulgati ante Quesn. apud quem *auderi*.

21 Edit. codicis encyclii *immanissimamque vesaniam*. MSS. Baluzii *insanissimamque vesaniam*.

22 Eadem MSS. *dicendum sit*, & dein *sacratissimi Sacerdotis*; ac postea *in contumelia*.

23 Alias editiones Leonis antiquæ *hæreticorum partem adjuvantes*. Atticum Presbyterum intelligit, de quo epistola sequenti.

Actius Pontificis legatione apud Imperat. honoratus.

tagio polluatur. Cultores autem Pietatis tuæ *Julianum* Episcopum & 24 *Aetium* Presbyterum mea petitione commendo, ut suggestiones eorum pro catholicæ defensione fidei placide digneris audire: quia vere sunt ejusmodi, ut fidei vestræ possint per omnia utiles inveniri. Data 25 Kalendis Decembris, *Constantino*, & *Rufo* viris clarissimis Consulibus.

---

* Alias CXXVI. Eodem die, quo præcedens.

EPISTOLA CLVII. *

1 Ad ANATOLIUM Episcopum Constantinopolitanum.

SYNOPSIS.

I. *Ut apud Imperatorem, quem laudat, pro comprimendis hæreticis strenue agat; idque curet, ut Calched. Synodus firma permaneat, & pax Ecclesiæ Alexandrinæ restituatur.*

II. *Ut parricidæ ab ea pellantur, & afflicti Ægypti Episcopi adjuventur.*

III. *Profugis ex Ægypto Episcopis opem esse ferendam; Synodi adversariis constanter resistendum esse.*

IV. *De Attico Presbytero & Andrea, ut vel corrigartur, vel repellantur ab Ecclesia.*

LEO ANATOLIO Episcopo Constantinopolitano.

CAP. I.

2 Rursus acceptis dilectionis tuæ litteris, omnia quæ Alexandriæ insanissime gesta sunt cum magno dolore cognovi; si tamen ullæ epistolarum paginæ tam atrocia facinora explicare potuerunt. Sed non jam nobis in deflendis adversitatibus est morandum, cum utilius sit providere quæ prosint, & quæ hæreticorum furorem tandem aliquando ab Ecclesiæ quiete depellant. Cum enim talem Principem nobis divina providentia prospexerit, ut fides ipsius sollicitudinem pene superet Sacerdotum, tuæ dilectionis maxime expectatur instantia, ut venerandissimo Imperatori pro universali Ecclesia supplicare non desinas, & crebris suggestionibus poscere, ut quamprimum a pervasoribus suis Alexandrina Ecclesia liberetur. Ego sane quantum potui, * piissimum Principem precatus sum, ut & statuta sanctæ Synodi Calchedonensis manere inviolata præciperet, & hæreticorum assertiones in magna vergere ignorantiæ cæcitate cognosceret; & quæ de pervadendo Sacerdotio parricidæ sacrilegi commiserunt, nulla posse dissimulatione tolerari; nec alio modo totam caussam posse consumi, nisi prædictæ Synodi constitutiones perennitatis robur accipiant, & insanissimi pervasores ab aliena sede pellantur: fiatque tandem Alexandrinus populus suæ quietis & pacis: ne paucorum hæreticorum arbitrio in Ecclesiæ noxam, & in Dei præcipitentur offensam.

* ep. 156.

CAP. II.

Multum autem in eo consolationis accepi, quod ex omni numero Episcoporum, qui Ægyptiacis diœcesibus præsunt, solum dudum damnati potuerunt quatuor inveniri, qui *Timotheo* & impietate hæreseos, & sceleris latrocinio jungerentur; qui ad petendam Synodum admitti nullatenus possent, etiamsi de solo hæretico arguerentur errore. Cum autem & in occupando Episcopatum, & interficiendo Episcopum, inauditum facinus perpetrarint, quid illis in Ecclesia loci est, etiamsi catholicam suscipiant veritatem? Omnibus igitur intra Ægyptum Sacerdotibus Domini, sive recentioribus, sive ex antiqua constitutione residentibus, uno auxilio remedioque præstandum est, ut tam indignis persecutionibus liberentur, & hoc malum, quod se penetralibus tantæ urbis ingessit, salubri auctoritate pellatur, & christiana plebs fide atque operibus ante devota paternis constitutionibus valeat cum quiete servire.

Ad hæreticorum vota Synodus non cogenda.

CAP. III.

Fratres autem nostros qui Constantinopolim ab Ægypti parte venerunt, litteris meis Imperatori commendare non destiti; sed etiam te tuæ humanitatis admoneo, ut ad consolationem peregrinationis ipsorum quantum potes studii adhibere digneris, quorum præsentia multum dilectionem tuam juvare apud clementissimum Principem potest, ne petitioni hæreticorum ad novam Synodum, quæ universali Ecclesiæ inimica est, annuatur. Quamvis apostolica Sedes ea fide ac stabilitate fundata sit, ut nequaquam recipiat istius novitatis assensum; ac si quis adversariorum machinationibus connivendum esse crediderit, ipse se a communione catholicæ Ecclesiæ separabit: cum secundum inspirationem Dei & in fide Incarnationis Christi, & in custodia Calchedonensis Synodi, universalis Ecclesiæ sit una sententia; & præcipue in nostris partibus tam firmiter evangelica doctrina teneatur, ut magnum sacrilegium putetur, si a traditione apostolica vel in exiguo aliquo devietur.

Novam Synodum non cogendam.

CAP. IV. * ep. 151. & 156.

* Jampridem dilectioni tuæ scripsisse me recolo, ut in Clero Ecclesiæ tuæ nullum eutychianæ hæresi consentire patiaris: quoniam capitis periculum respicit, si quid saucium inveniatur in membris. Sed cum hoc nulla adhuc correctione purgatum sit, & *Atticum* Presbyterum tuum ad eam insolentiam profecisse cognoscam, ut in Ecclesia contra catholicam fidem & Calchedonensem Synodum audeat disputare: cogor vehementius de tua dissimulatione caussari. Nam quod incommonitus facere

---

BALLER. NOTÆ.

24 Eædem editiones cum MSS. coll. XII. *Eutychium*, male. Cod. Grim. & codicis encyclii editiones & MSS. *Aetium*.

25 Eædem editiones Leonis cum iisdem MSS. coll. XII. *Kal. Novembris*. Codicis encyclii lectio cum Quesnello præferenda fuit, cum eadem occasione transmissæ videantur duæ sequentes epistolæ, quarum altera iisdem *Kalend. Decembris* signatur.

1 Episcopi catholici præter libellum Imperatori oblatum, cujus in Admonitione præcedenti epistolæ præfixa meminimus, alium libellum Anatolio Constantinopolitano Episcopo obtulere, qui in codice encyclio legitur cap. 8. In hoc eumdem Episcopum rogarunt, ut per synodicas litteras *Sanctissimo Ecclesiæ Romanæ Pontifici Leoni* suos gemitus indicaret. Hunc quidem ad Pontificem scripsisse testis est ejus epistola ad Imperatorem in eodem codice recitata c. 13. Anatolii porro litteras ad S. Leonem una cum litteris Augusti transmissas fuisse Epiphanius Scholasticus docet cap. 10. Hæc propterea Pontificis epistola Anatolii litteris reddita ex Leonis more eodem tempore data fuit, quo præcedens ad Imperatorem epistola signatur, nimirum Kal. Decembris anni 457. quod tempus aliis argumentis Quesnellus in notis constituit. Ex cod. Grim. editam nullo alio in MS. reperire potuimus.

2 *Rursus*, inquit, quia alias Anatolii litteras de Ægyptiorum tumultibus acceperat, quibus respondit ep. 155.

cere debuisti, miror etiam post evidentia nostra scripta neglectum. Et ideo acrius moneo, neque amplius dissimulandum esse protestor, si hominem pestilentem ulterius in tua habendum communione credideris; quem nos, si fieri potest, emendari malumus, quam perire: ut scilicet si correctum se videri cupit & in societate ecclesiastica permanere, de eo loco, unde contra catholicam fidem multa disseruit, aperte nunc ipsius fidei prædicator appareat, & nihil eutychiani dogmatis prætermittat, quod non manifestatione suæ professionis christiano populo audiente condemnet: ne, ut dixi, plurimum dissimulatio ista te maculet, si vel hic tam noxius, vel *Andreas* impietatis ipsius socius, nec correcti fuerint, nec repulsi.

Presbyteri [pr]ædicant CP. [q]ui publice [er]rorem do[cu]it, publice [co]ntrarium [d]oceat, & er[ro]rem damnet.

* Alias CXXVII. Dec. 457.

EPISTOLA CLVIII.*

1 Ad Episcopos catholicos Ægypti apud Constantinopolim constitutos.

SYNOPSIS.

Consolatur Episcopos pro fide extorres, & ad patientiam hortatur spe cælestis retributionis objecta, & promissa sua apud Imperatorem actione.

LEO Ægyptiis Episcopis catholicis apud Constantinopolim constitutis.

OLim me commissorum apud Alexandriam scelerum indicia contristaverunt, & ita animum meum ipsius immanitate facinoris vulneraverunt, ut quibus hoc lacrymis, qua lamentatione defleatur ignorem; meritoque illa prophetica voce proclamem: *Quis dabit capiti meo aquam, & oculis meis fontem lacrymarum?* Querelas tamen dilectionis vestræ præveniens, clementissimo & christianissimo Principi de tantorum malorum remediis supplicavi; & per filios nostros 2 *Gerontium* & *Olympium* Subadjuvas diverso tempore depoposci, ut illius civitatis Ecclesiam, in qua tot catholici floruere doctores, præciperet damnatæ hæreseos purgari, & parricidales animos, quos a rectoris sui sanguine nec veneratio 3 loci potuit deterrere, nec temporis, nihil de clementia sua sineret obtinere; maxime cum in eversionem fidei Calchedonense Concilium cupiant retractari. Proinde dilectionis vestræ tolerantiam eadem caussa debet, quæ vos de propriis sedibus expulit, consolari: quia certum est tribulatos animos, & propter nomen suum patientes adversa, nequaquam Domini protectione destitui. Ferte igitur magnanimiter; & illam, quæ vestra est, patriam cogitantes, de præsenti peregrinatione gaudete. Absit a vobis exilii dolor, nec aliquid de hac fatigatione mœroris habeatis, qui scitis propter fidem Domini etiam de periculis plurimis Apostolum gloriari. Habetis cum præparatis retributionis præmiis istius certaminis cognitorem. Nemo fugiat hunc laborem, cujus merces est in æternum regnare & vivere. Sint in atriis Jerusalem fixi pedes omnium dimicantium, qui spe retributionis illius, nec inimicorum castra poterunt formidare, nec prælia. De reliquiis hostis abjecti pariter ab universitate perculsis numquam est ardua victoria, nec palma difficilis, præcipue de his quarum prostratos jam videtis * auctores. Assiduis ergo precibus (sicut & ipse non tacuit) favorem, qui Deo propitio promptus est, christianissimi Imperatoris ambite: ut secundum * scripta quæ misi, communis fidei caussam ea mentis devotione, quam probavimus eum habere, communiat; dilectionisque vestræ reditum, præjudiciis omnibus, quæ hæreticorum furore sunt generata, sublatis, pro sua pietate disponat, & singulas quasque provincias, omnesque Ecclesias cum Sacerdotibus suis inconcussa faciat Christi pace gaudere. Datum Kalendis Decembris, *Constantino* & *Rufo* Consulibus.

[Margin: ...er. 9. 1. — Subadjuvæ. — * Eutychen & Dioscorum damnatos & in exilium pulsos. — * ep. 156.]

* Alias CXXIX. 21. Martii an. 458.

EPISTOLA CLIX.*

1 Ad NICETAM Episcopum Aquilejensem.

2 SYNOPSIS.

ex Dionysio Exiguo.

I. *Quod debeant feminæ, quæ, captis viris, nupserant aliis, regressis de captivitate viris prioribus copulari, ut quod suum est, unusquisque recipiat.*

II. *Quod non probetur esse culpabilis, qui uxorem captivi* (al. *capti*) *in matrimonium videtur esse sortitus.*

III. *Ut si viri de captivitate regressi, intemperantia uxorum offensi non fuerint, & voluerint eas in conjugium recipere, liberam habeant facultatem.*

IV. *Ut si mulieres ad priores maritos redire noluerint, velut impiæ, ecclesiastica communione privandæ sint.*

V. *Captivis aut terrore* (al. *errore*), *aut fame, non veneratione, cibos immolatitios edere compulsis, pœnitentia concedenda est.*

VI. *Quod hi, qui ad iterationem baptismi, vel vi, vel errore* (al. *timore*) *coacti, animos inclinarunt, sint sublevandi remedio, ita ut senilis ætatis, periculorum quoque & ægritudinum, ceterarumque necessitatum habeatur sollicita consideratione respectus.*

VII. *Ut qui ab hæreticis baptizati sunt, sola sancti Spiritus invocatione firmentur.*

☞ TI-

BALLER. NOTÆ.

1 Hæc epistola ex Grimanico edita, in nullo alio codice hactenus inventa est.

2 Epistola per Gerontium missa, est epistola 148. scripta Kal. Septembris hujus anni 457. eodem enim die datæ fuerunt epistolæ 152. & 153. quæ per Gerontium missæ fuere. Epistola vero per Olympium missa desideratur. Vide adnot. 4. in epist. 155.

3 Proterius scilicet in Baptisterio die Cœnæ Domini interfectus fuit.

1 Invenimus hanc epistolam in MSS. coll. I. III. V. Dionys. Hadrian. Hisp. Isid. XI. XII. XIII. & XXI. usque ad XXIV. ac in exemplo Sichardi. Contulimus etiam cum Veron. 60. Cresconii, & nonnulla cum exemplo Herovalliano, quod a Petit editum fuit. In hoc *ad Nicetium* inscribitur.

2 In MSS. coll. V. dividitur in quatuor capita, quorum primum quatuor priora ex Dionysio edita complectitur, secundum correspondet quinto, tertium sexto, quartum autem septimo. In tabula vero collectioni præfixa hi tituli præferuntur cap. 74. *Ad Nicetam Aquilejensem Episcopum super IV. titulorum interrogatione responsio: idest I. De mulieribus quæ hostilitatis tempore, maritis in captivitatem adductis, aliis conjunctæ sunt viris. II.* De

☞ TITULI VETERES SEU EXCERPTA

ejusdem epistolæ. Ex vetustiss. cod. Luc. 490.

XIX. Leo ad Nicetam episcopum.

I. *Post captivitatem mulier ad suum maritum revocet, & si alium acceperit, si noluerit excommunicetur. Qui in captivitate manducaverunt immolaticia pœniteant; pœnitens communicat ante tempus prædictum.* ☜

LEO Episcopus NICETÆ Aquilejensi Episcopo salutem.

REgressus ad nos filius meus *Adeodatus* 3 Sedis nostræ Diaconus, dilectionem tuam poposcisse memoravit, ut de his a nobis auctoritatem apostolicæ Sedis acciperes, quæ quidem magnam difficultatem dijudicationis videntur adferre. Sed pro inspectione temporalium necessitatum adhibenda curatio est, ut vulnera, quæ hostilitatis adversitate illata sunt, 4 religionis maxime ratione sanentur.

Disciplina necessitati temporum accommodanda.

CAP. I.

De feminis quæ occasione captivitatis virorum suorum, aliis nupserunt.

CUM ergo per 5 bellicam cladem, & per gravissimos hostilitatis incursus, ita quædam dicatis 6 divisa esse conjugia, ut abductis in captivitatem viris feminæ eorum remanserint destitutæ: quæ 7 cum viros proprios aut interemptos putarent, aut numquam a dominatione crederent liberandos, ad aliorum conjugium, solitudine cogente, transierint. Cumque nunc statu rerum, auxiliante Domino, in meliora converso, nonnulli eorum qui putabantur periisse, remeaverint; merito caritas tua videtur ambigere, quid de mulieribus, quæ aliis junctæ sunt viris, a nobis debeat ordinari. Sed quia novimus scriptum, 8 quod *a Deo jungitur mulier viro*; & iterum præceptum agnovimus, ut *quod Deus junxit, homo non separet*: necesse est ut legitimarum fœdera nuptiarum redintegranda credamus, & remotis malis, quæ hostilitas intulit, unicuique 9 hoc quod legi-

Prov. 19. 14. Matrimonii vinculum indissolubile. *Matth.* 19. 6.

A time habuit, reformetur: 10 omnique studio procurandum est, ut recipiat unusquisque quod proprium est.

CAP. II.

An culpabilis sit, qui locum captivi mariti assumsit.

NEC tamen culpabilis judicetur, & tamquam alieni juris pervasor habeatur, qui personam ejus mariti, qui jam non esse existimabatur, assumsit. Sic enim multa, quæ ad eos, qui in captivitatem ducti sunt, pertinebant, in jus alienum transire potuerunt: &
B tamen plenum justitiæ est, ut eisdem reversis propria reformentur. Quod si in mancipiis vel in agris, aut etiam in domibus ac possessionibus rite servatur: quanto magis in conjugiorum redintegratione faciendum est; ut quod bellica necessitate turbatum est, pacis remedio reformetur?

Bona fur[...] ablata don[...] nis restitu[...] da.

CAP. III.

Restituendam esse uxorem primo marito.

ET ideo, si viri post longam captivitatem reversi ita in dilectione suarum conjugum 11 perseverent, ut eas cupiant in suum redi-
C re consortium, omittendum est & inculpabile judicandum, quod necessitas intulit; & 12 restituendum, quod fides poscit.

Fides resti[...] tuat quod [...] cessitas ab[...] stulit.

CAP. IV.

Excommunicandas esse mulieres ad primum maritum redire nolentes.

SI autem aliquæ mulieres ita posteriorum virorum amore sunt captæ, ut malint 13 his cohærere, quam ad legitimum redire consortium, merito sunt notandæ; ita ut etiam ecclesiastica communione priventur: 14 quæ de re excusabili contaminationem criminis ele-
D gerunt, ostendentes 15 sibimet pro sua incontinentia placuisse, quod justa remissio poterat expiare. Redeant ergo in suum statum voluntaria redintegratione conjugia, neque ullo modo ad opprobrium malæ voluntatis trahatur, quod

Res excusa[...] lis in crim[...] evadit.

BALLER. NOTÆ. *De his Christianis, qui captivitatis necessitate immolatitiis escis polluti sunt. III. De his qui baptisma vel metu hostium vel errore traducti, visi sunt iterasse. IV. De his qui ab hæreticis primum baptismum acceperunt, cum ante non fuerint baptizati.*

3 Vat. Hisp. & Isid. omittunt *Sedis nostræ*. Postea *a nobis* deest in MSS. Vat. Reg. collect. I. Vindebon. coll. V. Florent. S. Marci collect. XIII. & in Justello.

4 Vindebon. collect. V. *in religionis*.

5 Clades indicatur, quam Attila Italiæ intulit ann. 452. quaque Aquilejam præcipue vastavit.

6 Vat. Reginæ collect. I. *diversa*.

7 Particulam *cum* desiderant cum vulg. antiquis MSS. codd. Vindebon. collect. V. utrique Hisp. Vat. Isidor. alii Vatt. coll. XXI. nec non exemplaria Justelli, Merlini, atque Sichardi. Mox iidem Vulg. *putarent . . . crediderint . . . . & ad aliorum conjugium*. Sex codices diversarum collectionum licet cum Justello præferant *putarent*, & *crederent*; habent nihilominus *& in aliorum*: Vindeb. Hisp. *sed in aliorum*: Vat. Hisp. *& aliorum*: Vindeb. coll. V. *sed & in aliorum*. Dein pro *solitudine* utrique Hispan. cum Vat. Isid. aliisque inde profectis codd. *sollicitudine*. Quesnellus in margine. Al. *ad aliorum conjugum amplexus sollicitudine cogente*.

8 Vat. Dionys. 5845. & Veron. Crescon. delent *quod*, & præferunt *a Domino*.

9 Codd. Vatt. coll. III. Vindeb. coll. V. utrique Hisp. Cresc. Isid. cum Justello *id quod*.

10 Vindeb. Hisp. *omniumque*. 11 Vulg. antiqui cum Vat. Reg. coll. I. & Vindeb. coll. V. *perseverant*. Postea pro *omittendum* Vat. coll. III. *admittendum est*.

12 Vindebon. collect. V. & apud Justellum *restituendum est*.

13 Quesnellus omisit *his*: ex omnibus nostris codd. & anterioribus editis revocavimus.

14 Antiqui vulg. cum MS. Vat. coll. XXIV. & Sichardo *quia inexcusabiliter contaminationem* &c. Emendationem a Quesnello ex duobus suis codd. Cresc. ac Dionys. inductam, nostra cetera decem & septem exemplaria approbant. 15 Vat. coll. III. *sibimetipsis*. Dein *potuit* pro *poterat* in Vulg. antiquis cum Vindeb. coll. V, & Sichardo.

quod conditio necessitatis extorsit: quia sicut hæ mulieres, quæ reverti ad viros suos 16 nolunt, impiæ habendæ sunt; ita illæ, quæ in affectum ex Deo initum redeunt, merito sunt 17 laudandæ.

CAP. V.

De his qui captivi cum essent, idolothyta fame vel metu compellente comederunt.

18 DE his autem Christianis, qui inter eos, a quibus fuerant captivati, immolatitiis cibis asseruntur esse polluti, consultationi caritatis tuæ hoc etiam respondendum esse 19 credidimus, ut pœnitentiæ satisfactione purgentur, quæ non tam temporis longitudine, quam cordis compunctione pensanda est. Et sive hoc 20 terror extorserit, sive fames suaserit, non dubitetur abolendum, cum hujusmodi cibus pro metu aut indigentia, non pro religionis veneratione sit sumtus.

[Cordis compunctio, pœnitentiæ mensura.]

CAP VI.

De his qui metu vel errore rebaptizati sunt.

21 HIS vero, de quibus dilectio tua similiter nos credidit consulendos, qui ad iterandum baptismum vel metu coacti sunt, vel errore traducti, & nunc se contra catholicæ fidei sacramentum egisse cognoscunt, ea custodienda est 22 moderatio, qua in societatem nostram non nisi per pœnitentiæ remedium, & per impositionem episcopalis manus, communionis recipiant unitatem; tempora pœnitudinis, habita moderatione, tuo 23 constituente judicio, prout conversorum animos perspexeris esse devotos: pariter etiam 24 habens senilis ætatis intuitum, & periculorum quorumque, aut ægritudinis respiciens necessitates. In quibus si quis ita graviter urgeatur, ut dum adhuc pœnitet, de salute ipsius desperetur, oportet ei per sacerdotalem sollicitudinem communionis gratia subveniri.

[26. qu. 7. *Tempora pænitudinis.* cap. 2. Tempus pœnitentiæ judicio Episcopi relictum.]

CAP. VII.

De his qui semel baptizati sunt, sed ab hæreticis.

NAM hi, qui baptismum ab hæreticis acceperunt, cum antea baptizati 25 non fuissent, sola invocatione Spiritus sancti per impositionem manuum confirmandi sunt, quia formam tantum baptismi sine sanctificationis virtute sumserunt. Et hanc regulam, ut scitis, servandam in omnibus Ecclesiis prædicamus,

[1. quæst. 1. *Hi qui baptisma* c. 71.]

[1. quæst. 1. *Hanc regulam* cap. 57.]

BALLER. NOTÆ.

16 Vat. Dionys. cum Justello *noluerint*. Vercell. Hadrian. cum Cresc. *noluerunt*.

17 Codd. trium vetustiorum collectionum I. III. & V. *laudabiles judicandæ*.

18 Cod. Veron. Cresc. ejusque editio: *Hi autem Christiani*. Dein in Vat. Dionys. *fuerant captivi ducti, immolatitiis se asserunt esse pollutos*.

19 Vat. coll. III. utrique Hisp. Vat. Isid. cum Merlino & Sichardo *credimus*.

20 Vat. purus Dionys. cum uno Vercell. Hadrian. & Justello *error*.

21 Vercell. Hadrian. cum Justello, & editione Cresconii *Hi vero*, male.

22 Vat. coll. XXIV. & exemplum Sichardi *ratio*.

23 Utrique codd. Hisp. Vat. Isid. Vercell. Hadrian. Justellus & Cresconius cum editis antiquis *constituenda*.

24 Justellus cum MSS. Vercell. Hadrian. utrisque Hisp. & Vat. Isid. aliisque coll. XXI. *habentes*, & paullo post *respicientes*, male. Codd. Vat. Reg. coll. I. utrique Vindeb. coll. V. & Hisp. Veronensis Cresc. cum Justello *aut ægritudinum*.

25 Vindeb. Hisp. *non fuerint*. Quod vero de baptizatis ab hæreticis subjicitur, *ut sola invocatione S. Spiritus per impositionem manuum confirmentur* &c. Confirmationis Sacramentum indicare Quesnellus in marginali postilla notavit: & similiter paullo post ad illa, *ut quod ab hæreticis nemo accipit, a catholicis Sacerdotibus consequatur*, confirmationis Sacramentum intelligens, hanc aliam postillam affixit: *Confirmatio conferri ab hæreticis non potest valide*: quæ & in indice inseruit. Verbo scilicet *Confirmentur* hanc significationem subjecit. Sed in duabus aliis epistolis de iisdem hæreticis ad catholicam redeuntibus S. Pontifex loquens, eamdem de impositione manuum sententiam repetit, nec tamen *confirmandi* verbo utitur. In ep. 166. ad Neonem: *Hoc tantum, quod ibi defuit, conferatur, ut per episcopalis manus impositionem virtutem sancti Spiritus consequantur*. Et in epist. 167. ad Rusticum cap. 18. *Per manus impositionem invocata virtute Spiritus sancti, quam ab hæreticis accipere non potuerunt, catholicis copulandi sunt*. Palam est hic impositionem manuum indicari, non qua confirmationis Sacramentum semper ministratum fuit hominibus jam renatis atque justificatis, sed qua gratia Spiritus sancti carentes ob hæresim, & ab Ecclesia separati, eam gratiam recipiebant, & in Ecclesiæ unitatem admittebantur. Hæc autem manuum impositio ritus erat pœnitentiæ: unde S. Stephanus in decreto de recipiendis hæreticis sanxit, *ut manus illis imponatur in pœnitentiam*, quæ formula confirmationis Sacramento nequaquam convenit. Et similiter Crescens a Cirta in Concilio Carthaginensi III. Cypriani tempore, *ut per manus impositionem in pœnitentiam Ecclesiæ reconcilientur*. Et Innocentius I. ep. 24. ad Alexandrum. *Eorum* (hæreticorum) *laicos sub imagine pœnitentiæ, & sancti Spiritus invocatione per manus impositionem suscipimus*. Et Augustinus in ep 71. ad Quintum *ut . . . . satis sit ad pœnitentiam manus imponere*: & S. Cyprianus in ep. 71. *in pœnitentiam manum imponere*. Hæc verba *ad pœnitentiam* omnem Sacramenti confirmationis suspicionem amovent. Id pervidit etiam Quesnellus, dum notas scripsit in epistolam ad Rusticum. In locum enim paullo ante ex ea citatum not. 19. scripsit, *manus impositionem, cum solitarie ponitur, nullum significare Sacramentum, multoque minus confirmationem, sed solummodo orationes & supplicationes manuum impositioni conjunctas*. Quod si in hac epistola *confirmandi* verbo usus est Leo, nihil movere debuit. Cum enim de iisdem hæreticis & hic, & in epistola ad Rusticum loquatur (omnes enim ad eamdem Attilæ invasionem & tempus pertinent:) si in epistola ad Rusticum, ubi verbum *confirmare* non legitur, Sacramentum confirmationis ingerendum non est; neque intelligendum est in hac ad Nicetam epistola, nec in alia ad Neonem Ravennatem, in qua de iisdem hæreticis sermo est. Cum S. Leo serm. 4. de Nativ. cap. 5. confirmationis Sacramentum indicavit, *Renati*, inquit, *per aquam & Spiritum sanctum chrisma salutis, & signaculum vitæ æternæ*. Sola impositio manuum in laudatis epistolis memorata, quæ non *renatis* & justificatis, sed hæreticis peccatoribus ad Ecclesiam redeuntibus adhibetur; non confirmatio, sed pœnitentiæ ritus est. Aliud in hoc argumentum evidens ex ipso Leone producam. Multis in locis de Clericis hæreticis loquitur, qui ad unitatem redeuntes, in suo gradu recipiebantur; & numquam manus iisdem imponendas indicat, sed sola fidei professione contentus est. Vide epist. 1. ad Aquilejensem Episcopum, ubi de recipiendis Cælestianis Clericis agitur; epist. 12. ad Episcopos Mauritaniæ, ubi de Donato Episcopo Novatianorum, & de Maximo Episcopo jam Donatista; epist. 18. ad Januarium, in qua de aliis Clericis hæreticis loquitur, quorum solam fidei professionem requirit: & similiter cum in aliis epistolis Eutychianos Clericos in suo gradu recipi permittit, si fidei professionem sincerissimam præstent. Hæc disciplina constanter servata fuit in Ecclesia, ut cum Clerici ab hæresi ad Ecclesiam redirent, si non essent iterato baptismate polluti, sola professione fidei reciperentur, & in suo gradu permanerent; nec umquam iis manus imponerentur: quod infinitis prope exemplis probare liceret. Hinc Innocentius I. in textu paullo ante descripto solos *laicos* manus impositione receptos tradidit. Si hac impositione manuum Sacramentum confirmationis indicatum fuisset; nihil erat, quod solis Laicis, non autem Clericis

Ephes. 4. 6. mus, ut lavacrum semel initum, nulla iteratione violetur, dicente Apostolo: *Unus* 26 *Dominus, una fides, unum baptisma*. Cujus ablutio nulla iteratione temeranda est, sed, ut diximus, sola sanctificatio Spiritus sancti invocanda 27 est: ut quod ab hæreticis nemo 28 accipit, a catholicis Sacerdotibus consequatur. Hanc autem epistolam nostram, quam ad consultationem tuæ fraternitatis emisimus, ad omnes fratres 29 & comprovinciales tuos Episcopos facies pervenire, 30 ut in omnium observantia data prosit auctoritas. 31 Data XII. Kalendarum Aprilium, Consulatu *Majoriani* Augusti.

---

* Alias CXXX. 21. Martii an. 458.

EPISTOLA CLX.*

1 Ad Episcopos & Clericos catholicos ex Ægypto apud Constantinopolim constitutos.

SYNOPSIS.

I. *Consolatur extorres Ægypti Episcopos & Clericos, monetque de suis legatis in Orientem ex Imperatoris voluntate mittendis.*

II. *Hortatur ut omnem novum de fide tractatum amoveant, sufficiente Synodi auctoritate.*

Dilectissimis Fratribus 2 *Nestorio, Athanasio, Paulio, Petro, Theonæ, Isaiæ, Apollonio, Arpocrati, Isidoro, Isaac, Apollonio, Maximo, Marioni, Poemenio & Helpidio* Episcopis, & Clericis catholicis ex Ægypto apud Constantinopolim constitutis *Leo*.

CAP. I.

Tribulationem, quam dilectioni vestræ spiritus diabolicæ tentationis ingessit, ab eo fiducialiter credite sublevandam, propter quem talia sustinetis; atque ipsius auxilio consolandos vos esse præsumite, cujus dilectioni quæ toleratis impenditis. Qui licet temporaliter fieri quæ sunt adversa, permittat, constantiam tamen fidei non vult decuti, sed probari. Promissæ beatitudinis spem gerentes, patientiæ longanimitatem vestris mentibus adhibete: *Fidelis enim Deus est, qui non patietur vos tentari supra id quod potestis, sed faciet cum tentatione exitum, ut possitis sustinere*. Nec pedes vestros peccatorum pax visa dimoveat, quos in ea petra fixos habere debetis, adversum quam nec portas inferi prævalere legistis. Quia igitur, fratres carissimi, christianissimus Imperator rursus ad nos 3 scripta direxit, quibus ut aliquem de nostris partibus dirigamus hortatur: & quamvis illic vestra non desit instructio, quæ valeat hæreticorum obstinationibus obviare, desiderat a nobis tamen dirigi, qui fidem damnatis, & eam diabolico spiritu non recipientibus, tamquam sit adhuc dubia, possit asserere, quæ sicut necessarie prædicatur, ita voluntate percipitur: dilectionem vestram moneo, ut inanis gloriæ contentionem id ipsum dicentes omnes unanimitatis virtute vitetis. Scitis enim quæ vobis debeatur hujus palma certaminis, cujus idem cognitor qui hoc spectat, adjutor est, atque ipse ad vincendum vires sufficit, qui diligentibus se præmium jam paravit. Nullus se propriis

1. Cor. 10. 13. *Matth. 16. 18.* *1. Cor. 9. 16. Coloss. 2. 2. Deus ad vincendum vires sufficit.*

BALLER. NOTÆ. ricis ex hæresi conversis, sed iterato baptismate nequaquam pollutis adhiberetur. Cur ergo hoc cum Clericis discrimen? Quia scilicet hæc impositio ritus erat pœnitentiæ, qui solis Laicis, non autem Clericis in suo gradu recipiendis congruebat. Ii vero soli Clerici, qui iterato baptismate fuissent tincti, a Leone excipiuntur, quia iteratio baptismi ab omni clericali gradu arcebat: unde hi etiam cum reciperentur in Ecclesia, pœnitentiæ subjiciebantur, perinde ac ceteri laici, quo pariter nomine in Clerum admitti non poterant. Vide epist. 24. Innocentii I. ad Rufum num. 4. cum qua conferendus est locus epist. 2. num. 11. in quo rebaptizati *sub longa pœnitentiæ satisfactione* admittendi dicuntur. Id respicit eam disciplinam, qua rebaptizatorum *reconciliatio*, ait Vigilius ep. 2. ad Profuturum num. 4. *non per illam impositionem manus quæ per invocationem sancti Spiritus operatur, sed per illam, qua pœnitentiæ fructus acquiritur, & sanctæ communionis restitutio perficitur*. Prima reconciliationis ratio, quæ sola impositione manuum sine exactione ulterioris pœnitentiæ perficiebatur, recepta erat cum solis laicis, eo quod Clerici non rebaptizati in suo gradu reciperentur: secunda vero adhibebatur cum omnibus rebaptizatis sive laicis, sive Clericis, qui ob iteratum baptisma in Clerum recipi non poterant. Primam vero illam impositionem manuum, quæ etsi operibus laboriosis pœnitentiæ non subjiciebat, præferebat tamen, ut ex Innocentio I. vidimus, *imaginem pœnitentiæ*, Clericis in suum gradum restituendis repugnasse, explorate affirmat S. Leo in eadem ad Rusticum epistola cap. 2. ubi & consuetudinem ecclesiasticam, & traditionem apostolicam allegat: de qua re dicemus plura in observationibus ad Quesnelli notas.

26 Vat. Hisp. & Isid. Veron. Cresc. atque Justellus *Deus*.

27 Vindebon. Hispan. & Cresl. delent *est*. 28 Vat. Reg. coll. I. *accepit*.

29 In laudato Vat. Reginæ & in Vindebon. coll. V. omittitur *&*.

30 Vindeb. coll. V. *ut omnium observantia*. Vat. Hisp. *ut omni observatione*. Vat. Reg. coll. I. Vat. Dionys. ac MSS. coll. XII. & XXIV. cum Sichardo *ut omnium observantiæ*. Cod. Vat. Isid. & alius Vat. collect. XI. *ut omni observantiæ*. Florent. S. Marci coll. XIII. *ut omnibus observantiæ*. Vindebon. Hisp. *ut ad omnium observantiam*.

31 Dies & mensis ita notantur in MSS. Vat. Dionys. in Hadrian. & in Florentino collect. XIII. ac in uno Vat. 546. coll. XXI. Cod. Vat. Reginæ coll. I. *Dat. XV. Kal. Aprilis*, ubi facile fuit duplicem unitatem II. junctis apicibus commutare in *V*. Vindeb. coll. V. *Dat. XIV. Kal. Aprilis*. Majoriani consulatus signatur in omnibus, excepto Vat. Dionys. in quo per errorem scriptum est *Cons. Tariani Aug.* In Vindeb. coll. V. *Majorano Augusto primum consule*, ut erat in editis ante Quesnellum, qui emendavit *Majoriano*, sed retinuit *primum Consule*: quod tamen non solum abest a ceteris codicibus, sed ab usu etiam antiquo abhorret. Cod. Vat. Reginæ *Majoriani* nomini præmittit siglam *GL P.* sicuti præmittitur etiam in Florentino S. Marci eidem nomini in ep. 163. Num legendum *Gloriosi*, aut *Gloriosissimi Principis*, aliorum judicium esto.

1 Quesnellus hanc ex cod. Grimanico edidit.

2 Hic quindecim Episcopi nominantur. libello autem supplici ab iisdem Ægyptiis oblato Imperatori, & ad Leonem Papam cum ipsius Augusti litteris transmisso, qui in codice encyclio describitur tom. 4. Conc. pag. 1843. ed. Albr. quatuordecim tantum subscribuntur, & in his non solum ordo diversus est, verum etiam duo nomina Pulsaminonis, seu potius Pulsamonis & alterius Athanasii Episcopi leguntur, quæ in inscriptione hujus epistolæ non recensentur: econtra vero in hac inscriptione tres Episcopi nominantur, qui in subscriptionibus prædictis desunt, nimirum Isidorus, Elpidius, & unus Apollonius: alter enim Apollonius idem esse videtur, qui in subscriptionibus Apollo vocatur. Sed Elpidius, & unus Apollonius ab Apollo diversus legitur in aliis subscriptionibus Synod. Constantinopolitanæ sub Gennadio tom. 5. Conc. pag. 51. ed. cit. ubi etiam Theonæ & Marionis Episcoporum nomina invenire licebit. Ex utrisque subscriptionibus simul collatis singulorum Episcoporum sedes colligentur, Isidoro excepto, qui in neutris invenitur.

3 Innuitur Imperatoris epistola, cui S. Leo respondet epistola 162.

priis ſedibus queratur extorrem, aut patriis expulſum finibus ingemiſcat. Nemo veſtrum exul eſt Deo, quem auxiliaturum vobis ubique confidite. Ferte univerſa patienter, & confortato corde Dominum fideliter ſuſtinete. *Brevis eſt* tribulatio, quam tempus incidit: nec confeſſioni veſtræ nova videantur, quæ vos ab inimicis Domini tolerare cognoſcimus.
Matth. 5. 12. *Sic enim perſecuti ſunt & prophetas qui erant ante vos.*

CAP. II. * Hæc usque ad finem referuntur a Facundo Herm. l. 12. cap. 2. p. 533.

* Omni itaque dilectionis veſtræ ſtudio ac labore nitendum eſt, ne ulla inſidiantium diſceptatio poſſit admitti, neve hoc ab hæreticis valeat obtineri, quo evangelicam fidem manifeſtum eſt impugnari. Nam definitarum rerum, quas tantæ Synodi, vel chriſtianiſſimi Principis ſanxit auctoritas, & apoſtolicæ Sedis confirmavit aſſenſus, nihil oportet diſcuti; ne contra fas aliquid videatur infringi. Multumque fidei & ſacerdotali conſtantiæ derogatur, ſi cum his, qui homicidiis & furore repleti ſunt, ac volunt convertere Evangelium Chriſti, & facinore ſuo probantur exoſi, ſuperfluæ & plurimum nocituræ altercationis conflictus habeatur. Datum duodecimo Kalendas Aprilis, *Leone* & *Majoriano* Auguſtis Conſulibus.

* Alias CXXXI. 21. Martii an. 458.

EPISTOLA CLXI. *

1 Ad Presbyteros, Diaconos, & Clericos Eccleſiæ Conſtantinopolitanæ.

SYNOPSIS.

I. *Ut in fide ſtabiles & ab hæreticorum ſocietate alieni perſeverent hortatur.*
II. *Ut novum judicium non inſtauretur, & ut Atticus, & Andreas ordinis ſui honore priventur, niſi voce ſcriptoque fidei Calchedonenſi adhærere ſe profiteantur.*

LEO Presbyteris, Diaconibus & Clericis Conſtantinopolitanæ Eccleſiæ.

CAP. I.

LÆtificatus valde ſum, & plurimum delectatus, quod mihi fidei veſtræ eſt, de qua in Domino glorior, manifeſtata conſtantia, & intelligo vos per omnia devotiſſimos doctrinæ evangelicæ eſſe diſcipulos, atque apoſtolicis prædicationibus, quæ ex eodem fonte manarunt, nihil prorſus ſentire diverſum: quia catholica fides, quæ vera & una eſt, nulla ſe patitur diverſitate violari; & ideo cohortari dilectionem veſtram ac monere non deſino,
Fidei unitas. 1. Cor. 1. 10. ut inſtruente Spiritu ſancto perſeveranter *id ipſum dicatis omnes, & non ſint inter vos ſchiſmata. Sitis autem perfecti in eodem ſenſu & in eadem ſententia*; proculque a conſortio veſtro olim damnatorum depellatis errores, ut in-

A choaſtis, in fidei conſtantia permanentes; nullum ſinatis vobis neſtoriana vel eutychiana infectum perverſitate ſociari, tamquam leve ac tolerabile ſit ad quod * uterque quorumdam inſipientium corda traduxit, & in ſcelera diabolici furoris accendit.

* forte utraque.

CAP II. * Referuntur a Facundo Herm. lib. 12 cap. 2. 533.

* Habemus, propitio Deo, magnum & divinitus præparatum chriſtianiſſimi Imperatoris auxilium, quem ſcriptis meis, quantum cauſſa 2 expetit, obſecravi, ne improbis parricidarum petitionibus in aliquo clementiæ ſuæ præberet aſſenſum, neque ullo modo ſineret ſanctæ Calchedonenſis Synodi definitiones, quæ vere de cæleſtibus prodiere decretis, tamquam neceſſaria retractatione violari: 3 cum inſidias impiorum ad hoc ſubrepere velle manifeſtum ſit, ut ſtatuta evangelicis prædicationibus &
Synodi definitio irretractabilis.
B patrum traditionibus conſonantia novo faciant infirma judicio; & dum diſceptatio admittitur, auctoritas auferatur *. Aderit, ut ſpero, ſuis inſpirationibus divina protectio, eamque ſancto Principi tribuet facultatem, ut nullo modo fieri ſinat quod humanæ ſaluti ſentit adverſum. *Atticum* vero & *Andream*, quorum nomina fratri & Coepiſcopo meo *Anatolio* miſſis * litteris indicavi, quos a veſtra laudabili fide diſſentire cognovi, atque Eutychianorum apertiſſime connivere perfidiæ, niſi prius hoſtilia dogmata propria voce ac ſubſcriptione damnaverint, & fidem Calchedonenſi Concilio roboratam in Eccleſia populo chriſtiano præſente ſe profeſſi fuerint ſecuturos, ordinis ſui honore priventur; ne diutius luporum 4 levitas ſimplicitati dominicarum ovium miſceatur. Datum duodecimo Kalendas Aprilis,
C *Leone* & *Majoriano* Auguſtis Conſulibus.

* Hucuſque Facundus.

* ep. 157. c. 4.

* Alias CXXXII. 21. Martii an. 458.

EPISTOLA CLXII. *

1 Ad LEONEM Auguſtum.

Per 2 PHILOXENUM *agentem in rebus.*

3 SYNOPSIS.

I. *Ut fidem ſemel definitam ad examen revocari non ſinat.*
II. *Se nec poſſe hæreticis communione ſociari, nec definitis a Synodo diſſentire.*
III. *Legatos a ſe mittendos, non ut diſputent,*
D *ſed ut inſtruant.*
IV. *Fugiendos hæreticos, quibus & pœnam imminere ſignificat.*

LEO Epiſcopus LEONI Auguſto.

4 MUlto gaudio mens mea exultat in Domino, & magna mihi eſt ratio 5 gratulandi, cum Clementiæ veſtræ excellentiſſimam fidem augeri per omnia 6 donis gratiæ

BALLER. NOTÆ.

1 Ex cod. Card. Grimani a Queſnello edita fuit.
2 Vulg. ex Grim. *exſtitit*. Prætulimus lectionem Facundi, quam Queſnellus margini affixit.
3 Apud Facundum *cum inſidiatores priorum*. 4 Forte *ſævitia*, vel *pravitas*. Queſnell. in marg.
1 Exſtat hæc epiſtola in MSS. coll. V. XI. XII. XVIII. XIX. & XXI. uſque ad XXIV.
2 Ita noſtri codd. coll. V. XI. & XXI. Vulg. ante Queſnell. forte ex aliquo coll. XII *per Philonem*.
3 In tabula coll. V. hæc ſynopſis exhibetur cap. *De adhortatione abſcindendæ hæreſis eutychianæ, & confirmatione Concilii*. 4 Cod. Ven. S. Marci coll. XXII. *Magno gaudio*.
5 Ita Queſnellus, ut credimus, ex Grimanico, & ſolo quidem: nam omnes noſtri codices aliarum collectionum, etiam Vindeb. coll. V. & Ratiſp. coll. XIX. cum ante vulgatis habent *gloriandi*. Lectionem autem Queſnelli uti congruentiorem expungere noluimus.
6 Sic omnes noſtri codices & vulg. ante Queſnell. apud quem *dono*.

tiæ cælestis agnosco; & per incrementa diligentiæ devotionem in vobis animi sacerdotalis experior. Nam in vestræ pietatis alloquiis non dubie patet, quid per vos in totius Ecclesiæ salutem Spiritus sanctus operetur, & 7 quantum universorum fidelium precibus sit optandum, ut in omnem gloriam vestrum extendatur imperium, qui supra curam rerum temporalium, religiosæ providentiæ famulatum divinis & æternis dispositionibus perseveranter impenditis: ut scilicet catholica fides, quæ humanum genus sola vivificat, sola sanctificat, in una confessione permaneat; & dissensiones, quæ de terrenarum opinionum varietate nascuntur, a soliditate illius petræ, supra quam civitas Dei ædificatur, abigantur, 8 gloriosissime Imperator. Hæc autem Dei munera ita demum nobis divinitus conferentur, si de his, quæ sunt præstita, non inveniamur ingrati; & tamquam nulla sint, quæ adepti sumus, contraria potius expetamus. Nam quæ patefacta sunt, quærere; quæ perfecta sunt, retractare; & quæ sunt 9 definita, convellere, quid aliud est, quam de adeptis gratias non referre, & ad interdictæ arboris cibum improbos appetitus mortiferæ cupiditatis extendere? Unde quia ad pacem universalis Ecclesiæ, & ad custodiam catholicæ fidei, cura dignamini sollicitiore respicere, evidenter agnoscitis, quod magnis hæreticorum audetur insidiis, ut inter Eutychis Dioscorique discipulos, & eum, quem apostolica Sedes direxerit, 10 diligentior, tamquam nihil fuerit ante definitum, tractatus habeatur, & quod totius mundi catholici Sacerdotes in sancta Calchedonensi Synodo probant gaudentque firmatum, in injuriam etiam sacratissimi Concilii Nicæni efficiatur infirmum. Quod enim nostris temporibus apud Calchedonam de Domini nostri JESU CHRISTI Incarnatione firmatum est, hoc etiam apud Nicæam mysticus ille Patrum numerus definivit; ne Catholicorum confessio aut unigenitum Dei Filium in aliquo crederet Patri imparem, aut eumdem, cum factus est filius hominis, non veram carnis nostræ atque animæ habuisse naturam.

Sacerdotalis Augusti animus.

Cum hæreticis damnatis de fide non disputandum.

CAP. II.

Prudentius refert. lib. 1. de prædest. cap. 1.

Detestandum ergo nobis est perseveranterque vitandum, quod fraus hæretica nititur obtinere, 11 nec in aliquam disceptationem pie & plene definita, revocanda sunt, ne ad arbitrium damnatorum, ipsi de his videamur ambigere, quæ manifestum est, per omnia propheticis, & evangelicis, atque apostolicis auctoritatibus consonare. Unde si qui sunt, qui ab his quæ cælitus sunt constituta, dissentiunt, suis opinionibus relinquantur: & ab unitate Ecclesiæ cum ea, quam elegerunt, perversitate

A discedant. Nam nullo modo fieri potest ut qui divinis audent contradicere sacramentis, aliqua nobis communione socientur. Jactent se in sui eloquii vanitate, & de argumentationum suarum versutia, quæ inimica est fidei, glorientur: nobis 12 placet Apostoli obedire præceptis, dicentis: *Videte ne quis vos decipiat per philosophiam & inanem seductionem hominum.* Nam secundum eumdem Apostolum, *si quæ destruxi, hæc ædifico, prævaricatorem me constituo,* & eis me ultionum conditionibus subdo, quas non solum auctoritas beatæ memoriæ Principis *Marciani*, sed etiam ego mea 13 consensione firmavi. Quia, sicut sancte veraciterque dixistis, *perfectio incrementum, & adjectionem plenitudo non recipit.* Unde cum sciam te, venerabilis Princeps, sincerissimo veritatis lumine B imbutum, in nulla fidei parte nutare, sed sancto perfectoque judicio a pravis recta discernere, & a refutandis amplectenda dividere: obsecro, ne humilitatem meam de diffidentia putes esse culpandam, cum hæc mea cautio non solum universali Ecclesiæ consulat, sed etiam tuæ gloriæ famuletur: ne sub imperii tui tempore & hæreticorum aucta videatur improbitas, & Catholicorum perturbata securitas.

Coloss. 2. 8.

Galat. 2. 1[8]

Conciliorum decreta de[…] de irretract[a]bilia.

CAP. III.

Quamvis ergo multum per omnia de pietatis vestræ corde confidam, & per inhabitantem in vobis Spiritum Dei satis vos instructos esse perspiciam, nec fidei vestræ ullus possit error illudere; præceptioni tamen vestræ in eo 14 adnitar obedire, ut aliquos de fratribus meis dirigam, qui apud vos præsentiæ meæ instar exhibeant, & quæ sit apostolicæ fidei regula, C licet, ut dixi, vobis bene sit nota, demonstrent: patefacientes in omnibus & probantes, non esse omnino inter Catholicos computandos, qui definitiones venerabilis Synodi Nicænæ, vel sancti Calchedonensis Concilii regulas non sequuntur: cum utrorumque sancta decreta ex evangelico 15 & apostolico manifestum sit fonte prodire, & *quicquid* non est de irrigatione Christi, poculi esse viperei. Prænoscat igitur 16 pietas tua, venerabilis Imperator, hos, quos spondeo dirigendos, non ad confligendum cum hostibus fidei, nec ad certandum contra ullos, a Sede apostolica profecturos: quia de rebus & apud Nicæam, & apud Calchedonam, sicut Deo placuit, definitis, nullum audemus inire tractatum: tamquam dubia vel infirma sint, quæ tanta per Spiritum sanctum fixit auctoritas. D

Legati mittendi in Orientem.

Non audet Sedes apostolica de rebus in Synod. œcum. definitis inire tractatum.

CAP. IV.

Instructioni autem parvulorum nostrorum, qui post lactis alimoniam cibo desiderant 17 solidiore satiari, ministerii nostri præsidium non negamus: & sicut simpliciores non spernimus, ita a rebellibus hæreticis abstinemus: memores

---

BALLER. NOTÆ.

7 Codd. collect. XI. & XXI. ac Ratisp. *quantis*.
8 *Gloriosissime Imperator* a Quesnello addita ex Grim. cod. in aliis desunt: Solum Ratisp. præfert siglam *GL.*
9 Cod. Grim. *finita*. 10 Vocem *diligentior* a Quesn. expunctam ex nostris codd. revocavimus. Paullo post *a sancta Calchedonensi* in Ratisp. & in Vat. coll. XI.
11 Ratisp. *nec aliqua disceptatione*.
12 Idem Ratisp. & Vat. coll. XI. atque XXIV. *placeat apostolicis obedire præceptis dicentibus*. Vulg. ante Quesn. cum MSS. coll. XXI. *placet apostolicis obedire præceptis dicentibus*.
13 Quesn. in marg. al. *defensione*, vel *confessione*. Neutrum in ullo nostro codice invenimus.
14 Quesn. *adnitor*. Melius anteriores vulg. cum nostris codd. ac præsertim Ratisp. de Legatis enim agitur, quos Leo solum Augusto mense transmisit, ut videre est ex epistola 164.
15 Quesnellus delevit *& apostolico*. Retinuimus cum anterioribus editionibus, quas noster Ratisp. & alii codices approbant, excepto Vindebon. coll. V.
16 Editi ante Quesn. cum Ratisp. & Vat. coll. XII. *pietas vestra*.
17 Ratisp. *solido*; & post pauca *sed sicut*. Dein *præcepti domini dicentis* in antiquis vulg. & in Ratisp. aliisque nonnullis codd. legitur.

res præcepti Domini, dicentis: *Nolite dare sanctum canibus, neque miseritis margaritas vestras ante porcos.* Nimis quippe indignum, nimisque injustum est, eos ad libertatem disceptationis admitti, quos significat Spiritus sanctus per Prophetam, dicens: *Filii alieni mentiti sunt mihi.* 18 Qui etiamsi Evangelio non resisterent, de illis tamen se esse monstrarent, de quibus scriptum est: *Deum se profitentur scire, factis autem negant:* clamante adhuc justi Abel sanguine adversum impium Cain, qui increpatus a Domino, 19 non quievit ad pœnitudinem, sed exarsit ad cædem. Cujus vindictam sic Domini judicio volumus reservari, ut improbus prædo & parricida crudelis in seipsum recidat, & nostra non teneat. Neque sanctæ Ecclesiæ Alexandrinæ lamentabilem captivitatem patiamini ulterius prolongari, cui oportet fidei vestræ justitiæque præsidio suam restitui libertatem, ut per omnes Ægypti urbes dignitas patrum & jus sacerdotale reparetur. Datum 20 duodecimo Kalendas Aprilis *Leone* & *Majoriano* Augustis Consulibus.

[Margin: ...th. 7. 6. — ...al. 17. 46. — ...it. 1. 16. — ...enes. 4. 10. Proterius al. ...r Abel. Timotheus, ...ter Cain.]

EPISTOLA CLXIII.*

[Margin: * Alias CXXVIII. ...8. Martii ...n. 458.]

1 Ad ANATOLIUM Episcopum Constantinopolitanum.

Per PATRITIUM *Diaconem.*

2 SYNOPSIS.

Quod sua monita Anatolio displicuerant expostulat, monetque ut Atticus Presbyter propria subscriptione publice recitanda eutychianum damnet errorem, si Catholicus videri velit.

LEO Episcopus ANATOLIO Episcopo.

Lectis dilectionis tuæ litteris, quas per filium nostrum *Patritium* Diaconem direxisti, intellexi tibi studium meæ sollicitudinis displicere, qua secundum dominicam caritatem, quam tibi a nobis impendi experimentis plurimis approbasti, de cavendis his, qui 3 communis fidei adversarii dicerentur * admonui; [* ep. 157. c. 4.] ne ad negligentiam rectoris referretur, si quisquam in Ecclesia catholica ea prædicare præsumeret, quæ hæreticorum sensibus convenirent. Quod utrum veraciter fama jactaret, dilectionis tuæ inquirendum judicio delegavi. Neque in aliquo honorem tuum læsi, 4 cui discutienda ea, quæ ad me erant perlata, * commisi: [* ep 151.] ut scilicet *Atticus* Presbyter, quem talia audere cognoveram, nisi perfecta se satisfactione purgasset, & non solum voce hæreticos, sed etiam propriæ manus subscriptione damnasset, a communionis gratia esset alienus. Qui scripta mittendo dubiæ fidei & professionis incertæ, 5 confirmavit magis, quam diluit, quicquid ad nos de eo fama pertulerat: cum si conscientiam suam voluisset probare sinceram, non Eutychen sibi odiosum fuisse, sed quod perfidiam ipsius reprobaret atque damnaret, 6 debuerat confiteri: quia aliud sunt humanæ etiam inter Catholicos simultates; aliud diabolici, quos fides catholica damnat, errores. Et ideo, frater carissime, in nullo debes de nostra dilectione dubitare, si Prophetæ exemplum sequaris, & dicas: *Nonne qui te oderant, Domine, oderam 7 illos, & super inimicos tuos tabescam?* [Ps. 138 21.] Per omnia enim volo te esse certissimum, quod sicut meam existimationem illæsam cupio permanere, ita opto te quoque in omnibus irreprehensibilem reperiri. Prædictus autem 8 *Atticus*, ut ab omni suspicione contraria liber appareat, quid in Eutyche anathematizet ac damnet, evidenter ostendat, & in damnationem erroris expressi, remota omni dubitatione, subscribat: ita ut Calchedonensis 9 Synodi definitionem de fide, cui etiam dilectio tua subscribendo consensit, & quam apostolicæ Sedis 10 firmavit auctoritas, profiteatur se per omnia servaturum, adjecta subscriptione propriæ manus, quæ in Ecclesia christiano populo præsente recitetur: ut pro catholica fide neque nos negligentes, neque ipse ultra suspectus habeatur. Qui si in eadem pravitate perdurans, 11 præceptis salubribus pa-

[Margin: Attici Presbyteri tergiversatio. — Definitionem Calchedon. apostolicæ Sedis auctoritas firmavit.]

BALLER. NOTÆ.

18 Antiqui vulg. cum codd. coll. XII. addunt *filii alieni inveterati.*
19 Iidem vulg. cum quibusdam codd. *non requievit.*
20 Quesnellus cum aliis vulg. *XI. Kal.* & in marg. *XII. Kal.* Hanc notam prætulimus non solum quia plures & potiores nostri codd. Vindebon. coll. V. Vat. coll. XI. & MSS. coll. XXI. & XXIV. eam probant; verum etiam quia concordat cum die signato in duabus antecedentibus epistolis per eumdem Philoxenum Constantinopolim transmissis. In MSS. coll. XI. XXI. & XXIV. *Leonis* nomen in consulari nota omittitur. Duo Vatt. coll. XXI. *Gloriose Majoriano Aug. Cons.* In alio Vat. coll. XXIV. *Calipio* pro *Glorioso* scriptum legitur. Id ex ea sigla *GLP* profectum videtur, quam *Majoriani* nomini aliquibus in MSS. præfixam animadvertimus adnot. 31. in epist. 159. Hanc auctor collectionis XXIV. vel librarius aliquis perperam interpretatus est *Calipio.*
1 Exstat in MSS. coll. V. XI. XII. XIII. & XX. usque ad XXIV.
2 In tabula MSS. coll. V. hic titulus legitur cap. 95. *Ad Anatolium Episcopum de Attico Presbytero, ut susceptionem eutychiani erroris a se Presbyter compellatur excludere.*
3 Vat. coll. XI. *communi fidei adversari dicerentur.*
4 Idem codex *cum discutienda.* 5 Vat. 546. coll. XXI. *confirmat.*
6 Vulg. ante Quesn. *debuit.*
7 Vindebon. coll. V. *eos.* Porro *tabescebam* habent omnes nostri codd. & editi ante Quesn. apud quem forte errore librarii vel typographi *tabescam.*
8 Idem Vindebon. cum MSS. coll. XI. & XXIV. omittit *Atticus.*
9 Plures vulg. ante Quesn. *symboli*, male: novum enim symbolum Calchedonenses Patres non condidere, sed contra eutychianos errores fidei definitionem protulerunt. *Synodi* habent nostri codices, & duo a Quesnello laudati Barb. & Trecopith. nec non Pelagius II. in epist. 3. ad Eliam & ceteros Episcopos Istriæ c. 3. ubi ex his litteris testimonium recitat. Hujus professionis formula exhibetur in coll. V. cap. 55. quam tomo tertio edemus; eamque ad Constantinopolitanam Ecclesiam præsertim pertinuisse discimus ex MSS. coll. VIII. in quibus hæc eadem formula inscribitur tit. 125. *Confessio Presbyterorum seu Diaconorum Ecclesiæ Constantinopolitanæ*; & incipit: *Ego ille Constantinopolitanæ Ecclesiæ Diaconus vel Presbyter hac scriptura* &c. Hæc formula ex Leonis quidem mente scripta, vel Roma Constantinopolim missa fuit, vel Constantinopoli ad Leonem transmissa, atque ab eodem probata, ac Latine reddita in laudatas collectiones transivit.
10 Vat. 546. coll. XXI. *confirmavit.*
11 Cod. Florent. S. Marci coll. XIII. *præcepto salubri.* Dein pro *excipiat* MS. Cantabrig. *incurrat.*

rere noluerit; ſententiam Synodi Calchedonenſis, cujus definitionibus reſultat, excipiat. Data 12 quinto Kalendas Aprilis, *Leone* & *Majoriano* Auguſtis Conſulibus.

---

* Alias CXXXIII. 17. Auguſt. an. 458.

EPISTOLA CLXIV. *

1 Ad LEONEM Auguſtum.

SYNOPSIS.

I. *Legatos mittit vice ſua pro Eccleſiæ libertate acturos, rogatque ne bene definita ad novum tractatum revocentur.*

II. *Semper diſputationi locum fore, ſi humano ratiocinio & Rethorum loquacitate expendi myſteria ſinantur.*

III. *Quam Evangelio & humanæ ſaluti inimicum ſit Eutychianorum dogma a Synodo proſcriptum: cui nulla diſputatione derogari debet.*

IV. *Parricidas Alexandrinos omni indulgentia indignos eſſe; quibus tamen, ſi reſipiſcant, de miſericordia non deſperandum.*

V. *Legatos commendat, quos mittit non diſceptaturos, ſed ſupplicaturos; quænam pro pace Eccleſiæ ſint agenda; correctis pœnitentiam non negandam, obduratis ſub ſynodali ſententia remanentibus.*

LEO 2 Epiſcopus LEONI Auguſto.

CAP. I. MUltis manifeſtiſque documentis probatum mihi eſſe gaudens, quanto univerſali Eccleſiæ conſulatis affectu, præceptis pietatis veſtræ, ubi primum licuit, parere non diſtuli, dirigens 3 *Domitianum* & *Geminianum* fratres & Coepiſcopos meos, qui apud vos 4 preces meæ ſollicitudinis exequentes, pro quiete vobis doctrinæ evangelicæ ſupplicarent, & libertatem fidei, in qua ſecundum eruditionem Spiritus ſancti ipſe præcipue emines, obtinerent, repulſis procul hoſtibus Chriſti, qui etiamſi voluiſſent furorem ſuum tegere, non laterent: quia alia eſt dominici gregis ſancta ſimplicitas; alia ſub veſtitu ovium ſimulatio latentium beſtiarum: nec poſſunt jam per hypocriſim irrepere, quos 5 tantæ furor manifeſtavit inſaniæ.

A * Agnoſce igitur, Auguſte & venerabilis Imperator, in quantum totius mundi præſidium divina ſis providentia præparatus, & quid auxilii matri tuæ Eccleſiæ debeas, quæ te filio maxime gloriatur, intellige. 6 Non ſinantur contra dexteræ omnipotentis triumphos redivivis aſſurgere motibus extincta certamina; præſertim cum id damnatis jamdudum hæreticorum auſibus omnino non liceat, & hic fructus piis laboribus debeatur, ut omnis Eccleſiæ plenitudo, in ſuæ unitatis ſoliditate ſecura permaneat, nihilque prorſus de bene 7 compoſitis retractetur: quia poſt legitimas & divinitus inB ſpiratas conſtitutiones velle confligere, non pacifici eſt 8 animi, ſed rebellis; dicente Apoſtolo: *Verbis enim contendere, ad nibil eſt utile, niſi ad ſubverſionem audientium.*

* Sequentia habet Facundus pag 87.

2. Tim. 2. 14.

CAP. II. Nam ſi humanis perſuaſionibus ſemper diſceptare ſit liberum, numquam deeſſe poterunt, qui veritati audeant reſultare, & de 9 mundanæ ſapientiæ loquacitate confidere: * cum hanc nocentiſſimam vanitatem quantum debeat fides 10 & ſapientia chriſtiana vitare ex ipſa Domini noſtri JESU CHRISTI inſtitutione cognoſcat; qui omnes nationes ad illuminationem fidei vocaturus, non de PhiloC ſophis, aut de Oratoribus, qui prædicando Evangelio famularentur, elegit; ſed de humilibus & piſcatoribus, per quos 11 ſe manifeſtaret, aſſumſit: ne doctrina cæleſtis, quæ erat plena virtutum, auxilio videretur indigere verborum. Unde Apoſtolus proteſtatur & dicit: *Non enim miſit me Chriſtus baptizare, ſed evangelizare; non in ſapientia verbi, ne evacuetur crux Chriſti: verbum enim crucis pereuntibus quidem ſtultitia eſt; his autem qui ſalvi fiunt, virtus Dei eſt: ſcriptum eſt enim: Perdam ſapientiam ſapientium, & prudentiam prudentium reprobabo.* D *Ubi ſapiens? ubi ſcriba? ubi inquiſitor hujus ſæculi? Nonne ſtultam fecit Deus ſapientiam hujus mundi?* Argumenta enim 12 rethorica & inſtitutæ ab hominibus verſutiæ diſputandi in eo præcipue gloriantur, ſi in rebus incertis, & opinionum varietate 13 confuſis, ad hoc audientium trahant ſenſum, quod aſſerendum ingenio atque eloquio ſuo quiſque delegerit: & ita 14 fit, ut quod majore facundia defenditur, verius æſtimetur. Sed Chriſti Evangelium hac arte non indiget: in quo doctrina veri-

* Hucuſque Facundus.

1. Cor. 1. 17.

BALLER. NOTÆ.

12 Vulg. cum MSS. coll. XII. XXI. & XXIV. *XV. Kal. Aprilis.* Prætulimus potiores codices Vindebon. coll. V. Vat. coll. XV. & Florent. coll. XIII. quibus tres alii a Queſnello in margine allegati adſtipulantur. In MSS. coll. XI. XIII. XXI. & XXIV. omittitur *Leonis* nomen, & ſolius Majoriani conſulatus memoratur. At ceteri codices ac præſertim Vindebon. coll. V. utrumque Conſulem ſignant, ut pariter in omnibus litteris hoc anno in Orientem miſſis notatur. Solæ duæ epiſtolæ ad Occidentales miſſæ 159. & 166. unum Majorianum Conſulem memorant.

1 Celebrem hanc epiſtolam, ex qua nonnulla fragmenta ſupererant apud Vigilium, Pelagium, atque Facundum, cujuſque dimidiam fere partem deſcripſit Prudentius Tricaſſinus in lib. de Prædeſt. integram edidit Queſnellus ex MS. Grimanico. Eamdem in noſtro Ratiſponenſi invenimus. Vide Queſnelli notam.

2 Vocem *Epiſcopus* a nobis ex Ratiſp. additam, Prudentius etiam confirmat.

3 In Ratiſp. & apud Prudentium *Donatianum*. Retinuimus *Domitianum*, quia ſic legitur in epiſt. 170. quæ horum legatorum nomina reperit.

4 Queſn. in marg. Legendum forte *vices*. At *preces* habet etiam Ratiſp.

5 Ratiſpon. delet *tantæ*; & poſt pauca ignorat *Auguſte &*.

6 *Non ſinas* legitur in Conſtituto Vigilii Papæ, & in epiſtola Pelagii II. ad Eliam Aquilejenſem, ubi hæc referuntur: & poſtea apud utroſque *exurgere* pro *aſſurgere*.

7 Apud Vigilium *conſtitutis*. Mox apud eundem Vigilium & Prudentium *quia legitimas & divinitus inſpiratas conſtitutiones velle movere non*, &c. 8 Pelagius *hominis*.

9 Queſn. *humanæ*. Prætulimus cum Ratiſp. *mundanæ*: ſimiliter enim legitur etiam apud Vigilium atque Facundum. 10 *Et ſapientia* delet Prudentius. Mox *noſtri* in Ratiſp. deſideratur.

11 Queſnellus cum Grim. *ſancta manifeſtaret*; & in margine: *ſancta* delet Prudentius. Lectio noſtri Ratiſp. magis placuit, ex quo etiam mox *virtutum* pro *virtutibus* prætulimus.

12 Sic ex Ratiſp. atque Prudentio. Queſn. cum Grim. *Rethoricæ inſtitutæ*.

13 Ita Queſn. cum Prudentio; & in margine: Cod. Grimanicus *confiſis*, minus recte. Noſter Ratiſp. cum Prudentio concordat.

14 Sic Queſn. cum eodem Prudentio, cui Ratiſp. ſuffragatur. Cod. Grim. *fieri*.

veritatis sua luce 15 manifestata est; nec quæritur quid auribus placeat, ubi veræ fidei sufficit scire quis doceat.

AP. III.

Hos autem, qui suis decipiuntur inventis, nihil magis ab evangelica 16 luce dissociat, quam quod Incarnationis 17 dominicæ veritatem non putant ad humanam, id est nostram, pertinere naturam: tamquam indignum fuerit gloria Dei, ut majestas Verbi impassibilis veritatem mortalis carnis assumserit: cum aliter salus 18 hominum reparari non posset, nisi qui est in forma Dei, formam suscipere dignaretur & servi. Unde cum sancta Synodus Calchedonensis, 19 quæ ab universis Romani orbis provinciis cum totius mundi est celebrata consensu, & a sacratissimi Concilii Nicæni est indivisa decretis, omnem eutychiani dogmatis impietatem a corpore catholicæ communionis absciderit; quomodo erit cuiquam lapsorum ad ecclesiasticam pacem recursus, nisi perfecta fuerit satisfactione purgatus? Nam quæ istis tribui potest licentia differendi, qui justo sanctoque judicio meruere damnari? ut verissime illam sententiam beati Apostoli Joannis exciperent, qua inter ipsa nascentis Ecclesiæ exordia inimicos crucis Christi perculit dicens: *Omnis spiritus, qui confitetur* JESUM CHRISTUM *in carne venisse, ex Deo est; & omnis spiritus, qui solvit* JESUM, *ex Deo non est, sed hic est antichristi*. Qua sancti Spiritus 20 præcurrente doctrina, pie nobis, & constanter 21 utendum est: ne, dum talium disceptatio admittitur, his quæ divinitus definita sunt, auctoritas derogetur 22; cum per omnes regni vestri partes, & in universis finibus terræ ea quæ apud Calchedonam 23 firmata est fides, fundatissima pace servetur; nec christiano sit dignus nomine, qui se a consortio nostræ 24 unitatis abrumpit. De quo Apostolus dicit: *Hæreticum hominem post unam & secundam correptionem devita; sciens, quia hujusmodi perversus est, & proprio judicio sit damnatus*.

Joan. 4. 2.

Hæc habent Vigilius & Pelag. hicque epistolæ ad Concilium tri... it.

... t. 3. 10.

CAP. IV. De Proterii Alexandrini ... cæde.

Quod ergo in sanctæ Ecclesiæ 25 pervasione & in Præsulis ipsius crudelissima cæde impius parricida commisit, non potest humanis remissionibus expiari, nisi ille exoretur, qui talia & solus potest digne plectere, & solus ineffabili misericordia relaxare. Nos vero non ultionum sumus cupidi, sed ministris diaboli non possumus ulla ex parte sociari. 26 Quos si a perversis discedere, ab errore resipiscere, & ab armis discordiæ ad pœnitentiæ cognoscamus lamenta converti, possumus etiam nos pro illis, ne in æternum pereant, supplicare: ut pietatis Domini utamur exemplo, qui pro persecutoribus suis ligno crucis affixus orabat, dicens: *Pater ignosce illis, quia nesciunt, quid faciunt*. Quod ut fructuose pro inimicis suis caritas faciat christiana, relinquant impii semper religiosam semperque devotam Ecclesiam Dei 27 lacessere; neque simplicis populi animas hæretica audeant conturbare fallacia: ut ibi omnibus retro temporibus sincerissima fides floruit, nunc quoque evangelica & apostolica possit vigere doctrina. Quia & nos divinam misericordiam, in quantum valemus, imitantes, nullum justitia plecti, sed omnes cupimus misericordia liberari.

Luc. 23. 34.

CAP. V.

* Utatur, obsecro, Clementia tua prædictorum fratrum meorum suggestionibus; quos, sicut jamdudum in præmissa * epistola sum locutus, non disceptaturos 28 cum damnatis, sed supplicaturos vobis pro catholicæ tantum fidei stabilitate, direxi *. Et præcipue illud Pietas vestra pro fide sua & divinæ majestatis contemplatione concedat, ut hæreticorum contentionibus prorsus amotis misericordem curam his qui infeliciter prolapsi sunt, dignetur impendere; & libertate Alexandrinæ Ecclesiæ in statum pristinum revocata, Antistes ille Calchedonensis Synodi statuta custodiens, & concordans evangelicis disciplinis, qui conturbatam plebem 29 pacificare valeat, ordinetur. Hi etiam Episcopi vel Clerici, quos de Ecclesiis suis depulit impius parricida, pietatis tuæ præceptione revocentur; ceteris quoque, quos similis malignitas habitationibus propriis fecit extorres, in statum pristinum restitutis; quatenus plene atque perfecte de gratia Dei & fi-

* Hæc habet Prudentius.

* ep. 162.

* Hucusque Prud.

BALLER. NOTÆ.

15 Ratisp. *manifesta*. Mox *nec sequitur* pro *nec quæritur* male in MS. Grim. Emendationem Quesn. ex Prudentio noster Ratisp. confirmat. Post pauca *quis doceat* idem Prudentius & Ratisp. præferunt. In Grim. corrupte *quod doceat*.

16 Ita ex Ratisp. uti paullo ante *sua luce*. Quesn. cum Grim. *voce*.

17 Ratisp. *divinæ*: & post pauca *indignum fuerit gloriæ*.

18 Idem Ratisp. *hominis*.

19 His verbis Quesnellus postillam affixit: *Concilii œcumenici characteres duo, I. ex omnibus provinciis, II. totius orbis consensus*. Leo hic Calchedonensis Concilii, quod a tota Ecclesia receptum fuerat, prærogativas attingere voluit, ut illud multo magis irretractabile ostenderet; non vero voluit characteres generali Synodo necessarias proponere, ut Quesnelli postilla videtur innuere. Convocatio quidem generalis requiritur, *ut*, quod ait noster Auctor ep. 89. *evocatis de cunctis provinciis Sacerdotibus VERE possit esse universale Concilium. Vere*, inquit, seu stricte generale. Si tamen generali convocatione præmissa, ad Concilium non accedant omnes ex cunctis provinciis, vel accedere nequeant, ut ipsi Synodo Calchedonensi accidit, ad quam ob temporis præfiniti angustias vix Legati Apostolicæ Sedis ex toto Occidente dirigi potuere, num idcirco generale esse non poterit? Immo praxis Ecclesiæ ostendit, generalia habita fuisse Concilia Orientis, cum plures Orientales Episcopi cum quibusdam Occidentalibus a Romana Sede præsertim directis convenerunt. Id vero quod his Synodis prærogativam generalium Conciliorum præcipue asseruit, nimirum obligandi vim, fuit Romanæ Sedis confirmatio, & assensus, quam unam ipsi Patres Calchedonenses a Leone petierunt uti necessariam, aliorum quoque Episcoporum totius orbis assensum petituri, si hunc æque necessarium judicassent. Vide ipsius Synodi Calchedonensis epistolam inter Leoninas 98. item Anatolii ep. 101. & Imperatoris Marciani epistol. 110.

20 Ita ex Ratisp. Quesnellus cum Grim. *percurrente*, minus recte.

21 Apud Vigil. *videndum*, vel *vivendum*, vel *vitandum*. Mox apud eumdem Vigil. cum Pelagio & in Ratisp. *disputatio* pro *disceptatio*: ac dein in solo Pelagio *eorum . . . . auctoritati*.

22 Ratisp. addit siglam *GL.* quæ cum in eodem MS. alibi notatur, in aliis codd. redditur *Gloriosissime Imperator*. Mox ex eodem MS. scripsimus *cum per omnes* melius, quam apud Quesn. *dum*.

23 Ita idem Ratisp. al. *confirmata*.

24 Quesn. *veritatis*. Correximus ex Ratisp.

25 Ratisp. *persuasionem*, & dein *crudelissimam cædem*.

26 Idem Ratisp. *Quod si a persuasis*.

27 Verbum *lacessere* ex Ratisp. supplevimus: ac proinde non est necessaria explicatio a Quesnello addita in margine *idest Alexandrinam, quam invaserant*. Intelliguntur autem Eutychianorum ac Timothei maledicta contra Calchedonensem Synodum, contra Leonis epistolam, & contra Catholicos, quos veluti Nestorianos traduxerant. Dein *simplices populi animos* in eodem Ratisp.

28 Ratisp. *cum condemnatis*.

29 Idem cod. *placare*; & post pauca *pietatis vestræ*.

& fidei vestræ merito sine ullo jam concertationum strepitu gaudeamus. Nam si quis ita christianæ spei ac propriæ salutis oblitus est, ut ad 30 convulsionem sacratissimi Concilii Nicæni, sanctæ Calchedonensis Synodi evangelicum apostolicumque decretum violare aliqua disputatione præsumat, hunc cum omnibus hæreticis, qui de Incarnatione Domini nostri JESU CHRISTI impia & detestanda senserunt, simili anathemate parique execratione damnamus: ut & legitima satisfactione correctis pœnitentiæ remedium non negetur, & in resultantes sententia synodalis, quæ veritatis est plena, permaneat. Data 31 decimo sexto Kalendas Septembris, *Leone* & *Majoriano* Augustis Consulibus.

☞ADMONITIO

in epistolam sequentem.

1 INter omnes Leonis epistolas duæ præ cæteris & apud Latinos & apud Græcos maxime celebres inveniuntur, epistola 28. ad Flavianum, & sequens ad Leonem Augustum: quippe quæ plenius catholicum dogma adversus eutychianam hæresim explicant atque propugnant. Hinc cum S. Leonis epistolæ pro fide editæ laudantur, harum præsertim duarum expressa fit mentio: & cum epistola 28. ad Flavianum vocaretur tomus primus, tum vero hæc ad Leonem Augustum secundus tomus appellatur a Martino I. in Concilio Lateranensi his verbis; *Beati Leonis Romani Pontificis de secundo volumine ad Leonem Imperatorem directo*. Hinc in professionibus fidei nonnumquam utriusque epistolæ doctrina æque ac doctrina Conciliorum recepta declaratur: & Simplicius Papa epist. 5. ad Acacium de hac scripsit: *Nota namque & omnibus illic potestatibus celebrata, quæ S. memoriæ prædecessor meus Leo ad consultationem Augustæ recordationis Leonis scripserit, & quam veneranter accepta sint, recognoscunt*. Hinc in Lectionariis antiquis hæc quoque epistola inserta legitur, uti videre est in cod. Vallicellano XXVI. eademque descripta invenitur in MSS. collectionis II. Sermonum S. Leonis, quæ ex Lectionariis originem ducit. Confer MSS. Basilicæ Vat. 210. & Barber. 88. Græca etiam ejusdem interpretatio exhibetur in aliquot Græcis codicibus, eamque nos proferemus ex Miscellaneis Gerardi Vossii Præpositi Tungrensis, qui codice Græco olim Card. Sirleti, postea vero Card. Columnæ usus fuit. Neque moveat, si non reperitur in collectione Calchedonensi; quippe hæc collectio, ut in præfatione ostendimus, vivente Valentiniano, idest antequam hæc epistola scriberetur, concinnata fuit. Hac epistola cum præclaro encomio usus est S. Ephræmius Antiochenus apud Photium cod. 228.

Vigil. ep. 4. ad Justin. t. 5. Concil. p. 294. Tom. 5. Concil. pag. 100. Edit. Albrit.

In Append. Oper. S. Greg. Thaum. Mogunt. 1604.

2 Ut tempus constituatur, quod a nonnullis vocatur in dubium, epistolæ scribendæ occasio commemoranda est. Leo Augustus an. 457. ad retundendam Eutychianorum audaciam, qui adversus Calchedonensem definitionem turbas & dubitationes excitantes, totam Ægyptum commoverant, novumque examen ac novum judicium petebant, encyclicis litteris ad omnes Metropolitanos ac præsertim ad S. Leonem directis postulavit inter cetera, ut quisque coacta suæ cujusque provinciæ Synodo, quid de Calchedonensi Concilio sentirent, epistolis exponerent. S. Pontifex statim, idest Kal. Decembris ejusdem anni rescripsit epistola 156. & simul pleniores litteras c. 6. promisit his verbis: *Ac ne hujus epistolæ pagina in nimiam longitudinem tenderetur, aliis litteris, quæ assertioni catholicæ fidei congruunt, comprehendi, ut licet ea, quæ a Sede apostolica sunt prædicata, sufficerent, insidias tamen hæreticorum etiam hæc, quæ sunt adjecta, reserarent*. Huic promissioni satisfecisse epistola sequenti ex initio ejusdem manifestum est. Tillemontius not. 70. in Leonem in eam sententiam inclinat, hanc epistolam datam fuisse vel iisdem Kal. Decembris an. 457. quibus data fuit epistola 156. vel paullo post: inverisimile enim ipsi videtur, Pontificem in octo menses & amplius distulisse litteras, quas in recitato testimonio jam paratas indicavit. Hinc chronicam notationem huic epistolæ subjectam rejiciendam putat: idque ex eo confirmat, quod ea notatio chronica in plerisque MSS. desideretur. Cum porro ad hanc epistolam referenda existimet, quæ Leo scripsit epist. 157. ad Anatolium c. 1. *Ego sane, quantum potui, piissimum Principem precatus sum, ut .... hæreticorum assertiones in magna vergere ignorantiæ cæcitate cognosceret*; hanc una cum epistola 156. Kal. Decembris traditam fuisse probabilius affirmat. At nec una cum epistola 156. nec paullo post hanc epistolam datam fuisse palam faciunt verba: *Promisisse me MEMINI*; quæ promissum jamdiu ante factum manifestant. Verbum autem præteriti temporis *comprehendi*, quod in testimonio epist. 156. has litteras jam paratas & scriptas indicare videtur, nihil moveat, quominus hoc promissum tamdiu dilatum credatur. Leoni enim familiare fuisse præteritum tempus usurpare de re, uti credebatur, mox futura, licet postea in longius tempus differretur, aliis exemplis alibi demonstravimus. Illa etiam verba hujus epistolæ cap. 1. *fideli occasione persolvo*, aliquam occasionem innuunt, quæ post promissionem factam Kal. Decembris occurrit. Porro prima post eas Kalendas occasio incidit in diem 21. Martii anni 458. cum per Philoxenum agentem in rebus misit epi-

BALLER. NOTÆ.

30 Idem Ratisp. *compulsionem*.

31 Ratisp. *Kal. Sept.* Melius in Quesnello ex Grim. cum eodem die XVI. *Kal. Sept.* data sit sequens epistola, quæ jamdiu ante promissa, per eosdem Legatos, qui hanc detulere, missa videtur.

sit epistolas 160. 161. & 162. Poterat his hanc quoque epistolam adnectere. Cum vero per eumdem Philoxenum Imperator petiisset, ut S. Leo aliquos de suis fratribus optime instructos dirigeret, quos quidem dirigendos pollicetur ep. 162. c. 3. in hoc tempus harum litterarum transmissionem differendam censuit: & Domitianus ac Geminianus Legati, sunt ea *fidelis occasio*, cujus initio epistolæ meminit. Cum vero hi Legati discesserint cum præcedentibus litteris signatis die 16. Kal. Septembris; hanc eamdem diem ex Leonis more huic quoque epistolæ jure affixam agnoscimus. Hinc ex duobus diebus *XIII.* vel *XVI.* Kal. Septembris, quorum alterum habent duo codices Trecopith. & Oxon. Quesnelli, ac editiones Josiæ Simleri, Surii &c. alterum vero codex Theodoricianus ejusdem Quesnelli, & noster præstantissimus Ratisponensis; hunc postremum cum antecedentibus litteris concinnentem prætulimus: facile autem fuit librariorum lapsu notam *VI.* disjunctis lateribus convertere in *III.* & scribere *XIII.* pro *XVI. Kal. Septemb.* Neque moveat plerosque codices & collectiones omni chronica notatione carere: aliæ enim insignes epistolæ in omnibus MSS. notam chronicam desiderant; quam si in aliquo codice inveniremus, non idcirco expungendam quispiam crederet, nisi forte historiæ repugnaret. In præsenti autem epistola præter fidem aliquot codicum diversæ originis, inter quos præsertim Ratisponensis maximam fidem facit, non solum nihil repugnat, sed omnia potius ex antea dictis concordant.

3 De testimoniis huic epistolæ subjectis aliquid hic tandem præmonendum est. S. Leo hæc post pseudosynodum Ephesinam primum collegerat, ac in Orientem per Legatos miserat, ut doctrinam suæ epistolæ 28. ad Flavianum Latinorum ac Græcorum Patrum doctrinæ cohærentem ostenderet. Quæ autem tunc misit testimonia, licet a Leone scripta fuerit Latine, Græca tamen eorum versio tantum superest, quæ in editionibus Conciliorum subjecta legitur epistolæ ad Flavianum Calchedonensis Concilii Act. 2. de quo plura diximus in fine Admonitionis ad epist. 28. Eadem vero testimonia rursus huic epistolæ subjecit, eaque Latine scripta inveniuntur tum in editis, tum in codicibus Leonis post eamdem epistolam ad Leonem Augustum; ac præterea hæc separatim inveniuntur inserta in antiquissimis collectionibus III. & V. nec non in MS. Capituli Veronensis 58. In his autem testimoniis aliquot sunt, quæ in editionibus Conciliorum nequaquam leguntur actione 2. Id autem ex eo proficisci credimus, quod S. Pontifex ad Leonem Augustum scripturus, majori diligentia usus, nova testimonia quæsivit & adjecit. Porro animadvertendum maxime est, ex Latinis Patribus tres tantum allegari, Hilarium, Ambrosium, & Augustinum: eorumque testimonia ex ipsis Latinis fontibus sumpta fuisse. Plura sunt testimonia Patrum Græcorum, eaque ex illis versionibus derivata fuerunt, quæ Leonis ætate prodierant. Sic testimonium Athanasii manifeste est ex ea interpretatione epistolæ ad Epictetum, qua eadem epistola integra profertur in collectione V. cap. 52. & in MSS. coll. XII. Testimonia Theophili ex duabus epistolis paschalibus versionem Hieronymi palam exhibent: testimonium Cyrilli ex epistola ad Nestorium iisdem verbis describitur in laudata collect. V. cap. 56. & inter Leonis epistolas in coll. XII.

Alias XXIV. Aug. an.

EPISTOLA CLXV.*

1 Ad Leonem Augustum.

2 SYNOPSIS.

I. *Promissa prius scripta adversus eutychianum dogma se mittere indicat.*
II. *Nestorii & Eutychetis dogmata exponuntur, quorum hic Apollinarem, Valentinum, & Manichæum æmulatus est.*
III. *Nicæno Symbolo omnia hæc hæresum monstra confodi.*
IV. *Reconciliationem hominum ex Incarnatione pendere, sine qua nec mediatoris, nec redemtoris officium Christus implet.*
V. *Solo Christi sacrificio vel reconciliatum Deo fuisse mundum, vel justificatos peccatores.*
VI. *Utriusque in Christo naturæ proprietates ex diversis ejus actionibus manifestari.*
VII. *Veritatem carnis in Christo ex veritate mortis, sepulturæ, & resurrectionis comprobari.*
VIII. *Christi exaltationem nisi in vera hominis natura perfici non potuisse.*
IX. *Sub specie Deitatis honorandæ magna eam injuria affici, cum sub mendacio phantasmatis latuisse asseritur.*
X. *Ex SS. Patrum traditione catholicam fidem inconcusse firmari, quam tueri Imperatore in primis dignum.*
XI. *Testimonia SS. Patrum tam Græcorum, quam Latinorum pro asserenda veritate carnis in Christo.*

3 LEO

BALLER. NOTÆ.

1 Exstat in MSS. collect. II. III. V. VIII. Hisp. Isid. XI. XII. XIII. & XVIII. usque ad XXIV. in peculiari cod. Vat. Reginæ 293 ac in exemplo primæ editionis Romanæ Sermonum S. Leonis.

2 In collect. Hisp. in tria capita dividitur, quæ exinde in editiones Quesnello anteriores manarunt. I. *De blasphemiis Nestorii & Eutychetis, eorumque digno anathemate.* II. *Quod in una Domini Jesu Christi persona gemina sit Deitatis & humanitatis asserenda natura.* III. *De capitulis fidei ex Sanctorum Patrum libris collectis.* In tabula præmissa collect. V. cap. 67. hic solus titulus legitur: *De una Domini nostri Jesu Christi persona & duabus Dei hominisque naturis cum subjectis testimoniis Patrum.*

A

3 LEO Episcopus LEONI Augusto.

CAP. I. * *In epist. 156. al. 125. cap. 6.*

PRomisisse * me memini, venerabilis Imperator, in caussa fidei, de qua Clementiam tuam novi pie esse sollicitam, 4 pleniorem humilitatis meæ dirigendum esse sermonem: quem nunc, auxiliante Domino, fideli occasione persolvo, ut 5 sancto pietatis tuæ studio utilis, quantum arbitror, deesse non possit instructio. Quamvis enim sciam Clementiam tuam humanis 6 institutionibus non egere, & sincerissimam de abundantia Spiritus sancti hausisse doctrinam; officii tamen mei est & patefacere quod intelligis, & prædicare quod credis: ut ignis ille, quem Dominus veniens misit in terram (*Luc. 12. 49.*), motu crebræ meditationis agitatus, sic 7 concalescat, ut ferveat; & sic inflammetur, ut luceat. 8 Magnas enim caligines eutychiana hæresis Orientis partibus inferre molita est: & ab illa luce, quæ, sicut Evangelium loquitur, *lucet in tenebris, & tenebræ eam non comprehenderunt* (*Joann. 1. 5.*), imperitorum oculos tentavit avertere. Cumque ipsa in suam reciderit cæcitatem, 9 nunc in discipulis recrudescit, quod in auctore defecit.

CAP. II. Duplex adversus Incarnationem error.

Non longo namque temporis intervallo catholica fides, quæ est singularis & vera, cuique nihil addi, 10 nihil minui potest, a duobus est hostibus appetita: quorum prior *Nestorius*, *Eutyches* secundus emersit, qui Ecclesiæ Dei, duas hæreses 11 sibimet contrarias inferre voluerunt: ut uterque a prædicatoribus veritatis merito damnaretur, quia insanum nimis & sacrilegum fuit quod varia falsitate ambo senserunt.

* Nestorii dogma. *Ab his verbis* Anathematizetur ergo &c. *usque ad illa c. 9.*

* Anathematizetur ergo 12 *Nestorius*, qui beatam virginem Mariam non Dei, sed hominis tantummodo credidit genitricem, ut aliam personam carnis faceret, aliam Dei-

Ἐπιστολὴ Λέοντος ἐπισκόπου Ῥώμης πρὸς τὸν βασιλέα Λέοντα.

Τῷ ὑπερενδόξῳ, καὶ γαληνοτάτῳ υἱῷ Λέοντι Αὐγούστῳ, Λέων ἐπίσκοπος.

ὙΠοσχόμενον ἐμαυτὸν διαμέμνημαι, εὐαγέστατε βασιλεῦ, ἐπὶ τοῦ πράγματος τοῦ τῆς πίστεως, ἧς οἶδα τὴν σὴν ἡμερότητα πλείστην εὐσεβῶς ποιεῖσθαι τὴν μέριμναν, ὡς πληρεστάτην τῆς βραχύτητος τῆς ἐμῆς ἀποστελῶ σοι διάλεξιν, ἣν ἐπὶ τοῦ παρόντος συνεργίᾳ τοῦ κυρίου τῆς προφάσεως παρεχούσης μοι τὸ εὔπιστον ἀποδίδωμι. ὥστε τὴν ἐπωφελῆ, καθόσον ἡγοῦμαι, μηδαμῶς ἐλλεῖψαι δυνηθῆναι, τῇ εὐαγεστάτῃ σπουδῇ τῆς ὑμῶν εὐσεβείας εἰσήγησιν. εἰ καὶ τὰ μάλιστα γὰρ ἐγνώκαμεν ἀνθρωπίνης διδασκαλίας τὴν ὑμῶν ἡμερότητα μὴ προσδεῖσθαι, καὶ τὴν καθαροτάτην ἐκ τῆς τοῦ ἁγίου B πνεύματος ἀφθονίας μάθησιν ἠντληκέναι. τῶν ἐμοὶ πρεπόντων ὅμως ἐστὶ, καὶ φανεροῦν ἃ νοεῖται, καὶ κηρύττειν ἅπερ πιστεύεται· ὅπως ἂν ἐκεῖνο τὸ πῦρ, ὅπερ ὁ κύριος ἐλθὼν ἔβαλεν εἰς τὴν γῆν, ταῖς συχναῖς τῆς μελέτης κινήσεσιν ἐλαυνόμενον, θερμαίνεται μὲν οὕτως, ὥστε καὶ ζεῖν, ἐξαιρεῖται δὲ πρὸς φλόγα ὥστε καὶ διαλάμπειν.

Μεγίστην γὰρ ἀχλὺν, ἡ αἵρεσις Εὐτυχοῦς, τοῖς κατὰ τὴν ἀνατολὴν μέρεσιν ἐπιφέρειν ἐμηχανήσατο· καὶ ἀπ' ἐκείνου τοῦ φωτὸς, ὅπερ (ὡς φησὶ τὸ εὐαγγέλιον) ἐν τῇ σκοτείᾳ φαίνει, καὶ ἡ σκοτεία αὐτὸ οὐ κατέλαβεν, ἀποστρέψαι τοὺς ὀφθαλμοὺς τῶν ἀμαθῶν (*Ioan. 1. 5.*) ἐπειράθη. αὐτῆς τε πρὸς τὴν οἰκείαν τύφλωσιν ἐκ- C πεσούσης διὰ τῶν μαθητῶν, ὠμότερον ἀνεπέφηνεν τοῦθ' ὅπερ ἠτόνησεν ἐπὶ τοῦ διδασκάλου. οὐκ ἐν μακρῷ γὰρ διαστήματι χρόνου ἡ καθολικὴ πίστις, ἥτις καὶ μονογενής ἐστι, καὶ ἀληθὴς, καὶ ᾗ τινι οὔτε προστίθεσθαι, οὔτε μὴν ἀπομειοῦσθαι τινὰ δύναται, τὴν παρὰ τῶν δύο δέδεκται πολεμίων ὁρμήν· ὧν ὁ μὲν πρῶτος Νεστόριος, ὁ δὲ δεύτερος Εὐτυχὴς ἀνέκυψεν· οἵτινες τὰς ἀμφοτέρας αἱρέσεις τὰς ἑαυτὰς ἐναντίας τῇ τοῦ Θεοῦ ἐκκλησίᾳ ἐπεισενεγκεῖν ἠβουλήθησαν· ὡς ἑκάτερον ὑπὸ τῶν τὴν ἀλήθειαν κηρυττόντων κατακριθῆναι δικαίως, ἐπειδὴ σφόδρα ἦν μανιῶδες, καὶ δυσσεβὲς, ὅπερ ἐκ τοῦ ποικίλου ψεύδους φρονοῦντες ὑπῆρχον ἀμφότεροι.

Ἀναθεματιζέσθω τοίνυν Νεστόριος, ὁ τὴν μακαρίαν παρθένον Μαρίαν, οὐχὶ τοῦ Θεοῦ, ἀνθρώπου D δὲ μόνον πιστεύων εἶναι μητέρα, ἵνα τῆς μὲν σαρκὸς

BALLER. NOTÆ.

3 In Vulg. Leonis ante Quesn. *Leo Romæ & universalis catholicæque Ecclesiæ Episcopus Leoni semper Augusto*: non tamen in nostris codicibus, nec in antiquis editionibus Conciliorum. In exemplo primæ editionis *Leo Papa Leoni Imperatori salutem in Domino*. Cod. Florent. S. Marci coll. XIII. *Marciano* (corrige *Leoni*) *Imperatori & perpetuo Augusto Leo Urbis Romanæ Episcopus*. Ex Græca versione: *Gloriosissimo & clementissimo filio Leoni Augusto Leo Episcopus*. 4 Cod. Quesn. Grimanicus coll. XVIII. *prolixiorem*. 5 Exemplar primæ editionis sermonum *sanctæ*. Dein *pietatis vestræ* in MS. Vat. coll. XI. & paullo post *Clementiam vestram* in eodem cod. & in Vindebon. Hisp. 6 Vulg. antiqui *instructionibus*. 7 Vat. 1342. coll. III. Vat. 5845. coll. VIII. Ratisp. & prima editio *incalescat*. Tres codd. Quesnelli Barb. 2. Bod. & Cant. noster Vat. Reg. 293. & tres coll. XXI. *convalescat*. 8 Vat. coll. XI. cum aliis quatuor codd. Quesn. *Magna enim caligine se eutychiana* &c. 9 Vindebon. coll. V. Ratisp. & Vat. Reg. delent *nunc*. 10 Ita ex Vindebon. coll. V. Ratisp. & exemplo primæ editionis: al. *nihilve*, aut, *nihilque*. Mox pro *a duobus* in Vindebon. Hisp. per errorem scriptum fuit *ab opus*: in Vat. Hisp. & exinde in Isid. arbitraria correctione *ob hoc*.

11 Tres codd. *sibimetipsis*. 12 Adversus Nestorium adeo perspicue & præcise differit S. Leo, ut hoc præsertim testimonium laudet S. Ephremius Antiochenus apud Photium cod. 228. Ideo vero Leo Nestorii hæresim expresse damnat, quod Timotheus Ælurius in libello ad Imperatorem misso catholicos Calchedonensis fidei defensores ac præsertim ipsum Leonem nestoriana hæresi infectos venditarit, ut Gennadius refert de Vir. Illustr. c. 72.

κὸς ἄλλο, τῆς δὲ θεότητος ἄλλο πρόσωπον ἀπεργάσηται, καὶ μὴ τὸν ἕνα Χριστὸν, ἔν τε τῷ λόγῳ τῇ τοῦ Θεοῦ νοήσῃ, καὶ ἐν τῷ σώματι, ἀλλὰ κεχωρισμένως, καὶ διεζευγμένως, ἕτερον μὲν τὸν υἱὸν τοῦ Θεοῦ, ἕτερον δὲ τὸν ἐξ ἀνθρώπου κηρύττῃ· ὁπότε μενούσης ἐκείνης τῆς τοῦ ἀμετατρέπτου λόγου οὐσίας, τῆς οὔσης ἀχρόνου τε, καὶ ἀϊδίου μετὰ τοῦ πατρὸς αὐτῷ, καὶ τοῦ ἁγίου πνεύματος, οὕτως ἐντὸς τῶν τῆς παρθένου σπλάγχνων ὁ λόγος σὰρξ ἐγένετο, ὥστε κατὰ τὸ ἄφραστον μυστήριον μιᾷ συλλήψει, καὶ ἑνὶ τοκετῷ, κατὰ τὴν ἑκατέρας φύσεως ἀλήθειαν, τὴν αὐτὴν παρθένον καὶ δούλην εἶναι τοῦ κυρίου a μητέρα. ὅπερ καὶ ἡ Ἐλισάβετ (ὡς ὁ εὐαγγελιστὴς διεσάφησε Λουκᾶς) νενοηκέ τε, καὶ εἴρηκεν, πόθεν μοι τοῦτο, ἵνα ἔλθῃ ἡ μήτηρ τοῦ κυρίου μου πρός με; *Λουκ. 1. 43.* τῷ αὐτῷ δὲ βαλλέσθω καὶ Εὐτυχὴς ἀναθέματι, ὃς ταῖς ἀσεβέσι τῶν παλαιοτέρων αἱρετικῶν ἐγκυλιόμενος b πλάγαις, τοῦ Ἀπολιναρίου τρίτον ἐπελέξατο δόγμα. ὥστε τῆς ἀνθρωπίνης ἀπαρνηθείσης σαρκὸς, καὶ τῆς κατὰ τὴν ψυχὴν ἀληθείας, τὸν κύριον ἡμῶν Ἰησοῦν τὸν Χριστὸν μιᾶς φύσεως, ὅλον διαβεβαιοῦσθαι τυγχάνειν. ὡσανεὶ τῆς τοῦ λόγου θεότητος, αὐτῆς ἑαυτὴν μεταστρεψάσης εἰς σάρκα τε καὶ ψυχὴν, καὶ τοῦ συλληφθῆναί τε, καὶ γεννηθῆναι, τραφῆναι τε καὶ αὐξηθῆναι, σταυρωθῆναι τε καὶ ἀποθανεῖν, καὶ ταφῆναι, καὶ ἀναστῆναι καὶ ἀνελθεῖν εἰς τὸν οὐρανὸν, καὶ καθεστῆναι ἐν δεξιᾷ τοῦ πατρὸς, ὅθεν ἐλεύσεται πρὸς τὸ κρῖναι ζῶντας καὶ νεκρούς. τῆς θείας ὑπάρχοντος μόνον οὐσίας, ἥτις τούτων οὐδὲν εἰς ἑαυτὴν ἀναδέχεται δίχα τῆς ἀληθείας τοῦ σώματος. ἐπειδήπερ ἡ φύσις ἡ τοῦ c μονογενοῦς, d φύσις ἐστὶ, καὶ τοῦ πνεύματος τοῦ ἁγίου. ὁμοῦ τε ἐστὶν ἀπαθὴς, καὶ ὁμοῦ καθέστηκεν ἀναλλοίωτος. ἡ τῆς αἰωνίου τριάδος ἀδιαίρετος e ἑνότις, καὶ συνυπάρχουσα κατ' οὐσίαν ἰσότης· ὅθεν εἴ τις Εὐτυχιανιστὴς ἀποφοιτῶν τῆς Ἀπολιναρίου διαστροφῆς, ἵνα δὴ μὴ φωραθῇ φρονῶν θεότητα * παθητὴν καὶ θνητήν· ὅμως τοῦ λόγου τοῦ σαρκωθέντος, τοῦτ' ἐστὶ, τοῦ τε λόγου καὶ τῆς σαρκὸς, τολμᾷ μίαν ἀποφαίνεσθαι φύσιν, προφανῶς εἰς τὴν Βαλεντίνου, καὶ Μανιχαίου μεταβαίνει μανίαν, καὶ τὸν μεσίτην Θεοῦ καὶ ἀνθρώπων, ἄνθρωπον Χριστὸν Ἰησοῦν, προσποιητῶς ἅπαντα πεπραχέναι πιστεύει, καὶ οὐ σῶμα ἀνθρώπινον ἐν αὐτῷ, ἀλλὰ φαντασιῶδες σώματος εἶδος τοῖς

A tatis: 13 nec unum Christum in Verbo Dei, & carne sentiret, sed separatim atque sejunctim alterum filium Dei, alterum 14 hominis prædicaret: cum manente illa 15 incommutabili Verbi essentia, quæ ei cum Patre & cum Spiritu sancto intemporalis atque coæterna est, ita intra virginea viscera Verbum caro sit factum, ut 16 per ineffabile sacramentum uno conceptu, unoque partu, secundum veritatem utriusque naturæ eadem virgo & ancilla Domini esset & mater. Quod etiam Elizabeth, sicut Lucas Evangelista declarat, intellexit & dixit: *Unde hoc mihi, ut veniat ad me mater Domini mei?* Eutyches quoque eodem percellatur anathemate, qui per impios veterum B hæreticorum volutatus errores, 17 tertium Apollinaris dogma delegit: ut negata humanæ carnis atque animæ veritate totum Dominum nostrum JESUM CHRISTUM unius assereret esse naturæ, tamquam Verbi Deitas ipsa se in carnem animamque converterit; & concipi ac nasci, nutriri & crescere, crucifigi ac mori, sepeliri ac resurgere, & ascendere in cælum, & 18 in Patris dextera, unde ad judicandos vivos & mortuos veniet, consedere, divinæ tantum 19 essentiæ fuerit, quæ nihil horum in se sine carnis recipit veritate: quoniam natura Unigeniti natura est Patris, natura est Spiritus sancti, simulque impassibilis, simul est incommutabilis, 20 sempiternæ Trinitatis indivisa unitas, & consubstantialis æqualitas. Unde si ab *Apollina-* C *ris* perversitate Eutychianus quisque 21 desciscit, ne convincatur Deitatem passibilem sentire atque mortalem, & tamen Verbi incarnati, id est Verbi & carnis unam 22 audet pronuntiare naturam; manifeste in *Valentini* & *Manichæi* transit insaniam, & mediatorem Dei & hominum, hominem JESUM CHRISTUM simulatorie omnia credit egisse, 23 nec humanum in ipso corpus, sed phantasticam corporis speciem oculis apparuisse cernentium. D

In magno autem, &c. *eadem sunt in ep. 124. al. 97. ad Palæstinos. ac. 2. ad 8. paucis exceptis.*

Luc. 1. 43.

Eutychis error ex Apollinari prognatus.

Valentini & Manichæi insania.

BALLER. NOTÆ.

a Leg. *καὶ μητέρα.* b Fort. *πλάναις.* c Leg. *μονογενοῦς.*
d Leg. *φύσις ἐστὶ τοῦ πατρὸς, φύσις ἐστὶ καὶ τοῦ πνεύματος τοῦ ἁγίου.* e *ἑνότης.*

13 MS. Vat. coll. XI. cum Vat. Reg. *ne unum*. Dein *separatum atque sejunctum* in prima editione.

14 Vat. coll. VIII. & exemplum primæ editionis addunt *filium*.

15 MSS. Vindeb. coll. v. Ratisp. & duo Vatt. coll. XXI. cum exemplo primæ editionis *incommutabilis*. In Vindebon. Hisp. *incommutabilis veritas sententia:* emendatum in Vat. Hisp. & exinde in Isid. & in alio Vat. coll. XI. *incommutabilis vera essentia*. Postea pro *intemporalis* cod. Corb. coll. II. *incorporalis:* & pro *virginea* Vat. coll. VIII. & prima editio *Virginis*.

16 Vindeb. Hisp. *per id quod ineffabile*. In Vat. Hisp. *per id quod ineffabile est*. In Vat. Isid. *per id quod factum est*. 17 Exemplum primæ edit. *tetrum Apollinaris dogma defendit*. 18 Quesn. cum plerisque codd. *ad Patris dexteram*. Anteriorum editorum lectionem, quæ est in Vindebon. coll. V. Ratisp. Vat. Reg. & Vat. coll. XXIV. revocavimus, quippe quæ legitur in epist. 124. c. 2. 19 In pseudoepistola Agapeti Papæ *voluntatis*.

20 Ita cum ep. 124. nostri codd. Vindebon. coll. v. alius Vindeb. Hisp. Ratisp. Vat. coll. XI. & XXIV. Vat. Reginæ, & primæ edit. exemplum. Vulg. *sempiterna*. Mox *& unius voluntatis æqualitas* in pseudoepistola Agapeti Papæ.

21 Vat. coll. XXI. *discessit*, cum exemplo primæ editionis, in qua mox *dicere* pro *sentire*.

22 Vindeb. Hisp. per errorem *audiet*. Arbitrarie emendatum in Vat. Hisp. ac Isid. & in aliis codd. coll. XI. XXI. &c. exinde profectis *ausus fuerit*. Similiter cum in Vindebon. Hisp. omissa fuisset conjunctio *&* ante *mediatorem*, in Vat. Hisp. Isid. & in alio Vat. coll. XI. *qui mediatorem*.

23 Quesn. cum non spernendis codd. ex Hispanica profectis *nec verum in ipso*. Restituimus ante vulgatam lectionem, quippe quæ non solum legitur in præstantissimo Corb. coll. II. in Grim. & uno Thuaneo Quesnelli, verum etiam in potioribus nostris MSS. Vat. coll. III. Vindeb. coll. v. Vat. coll. VIII. Ratisp. Vat. Reginæ, & aliis invenitur, confirmaturque lectione epist. 124. nec non ex antiqua Græca versione. Post pauca *phantasmaticam* in Vindeb. Hisp. & apud Merlinum. In Vat. Hisp. ac Isid. *phantasmatici corporis*.

CAP. III. Utraque hæresis olim proscripta.

Quæ impietatis mendacia quoniam olim fides catholica deteſtatur, & 24 talium aſſertionum ſacrilegia concordibus per totum mundum beatorum patrum dudum ſunt damnata ſententiis, non dubium eſt, eam nos fidem prædicare atque defendere, quam ſancta Synodus Nicæna 25 confirmavit, dicens:

Nicænæ Synodi Symbolum.

Credimus in unum Deum Patrem omnipotentem, 26 viſibilium & inviſibilium factorem. Et in unum Dominum noſtrum JESUM CHRISTUM *Filium Dei, natum de Patre unigenitum, hoc eſt de ſubſtantia Patris, Deum de Deo, lumen de lumine, Deum verum de Deo vero, natum, non factum, unius ſubſtantiæ cum Patre* (quod Græci dicunt ὁμοούσιον) *per quem omnia facta ſunt, ſive quæ in cælo, ſive quæ in terra. Qui propter nos & 27 noſtram ſalutem deſcendit, incarnatus eſt, & homo factus, paſſus eſt, & reſurrexit tertia die. Aſcendit 28 in cælos, venturus judicare vivos & mortuos. Et in Spiritum ſanctum.*

In qua profeſſione hoc evidentiſſime continetur, quod etiam nos de Domini Incarnatione confitemur & credimus, qui ad ſalutem humani generis reformandam, veram carnem noſtræ fragilitatis non de cælo ſecum detulit, ſed 29 in utero virginis matris aſſumſit.

CAP. IV. Alias II. Mediatoris munus in Chriſto, Incarnationis probatio.

Quicumque ergo illi ſunt ita obcæcati, & a lumine veritatis alieni, ut Verbo Dei a tempore Incarnationis, 30 humanæ carnis denegent veritatem, oſtendant in quo ſibi chriſtianum nomen uſurpent, & cum Evangelio veritatis qua ratione concordent, 31 ſi beatæ virginis partu aut caro ſine Deitate, aut Deitas eſt orta ſine carne. Sicut enim negari non poteſt, Evangeliſta

A τῶν τεθεαμένων ὀφθαλμοῖς ὁραθῆναι· ὅπερ τῆς ἀσεβείας ψεῦδος, ἐπειδήπερ ἡ καθολικὴ πίστις πάλαι βδελύττεται, καὶ τὰ τῶν τοιούτων διατάξεων δυσσεβήματα ταῖς ὁμοφώνοις ἐν ὅλῳ τῷ κόσμῳ τῶν μακαριωτάτων πατέρων, ἤδη πρώην καταδεδίκασαι ψήφοις· οὐκ ἔστιν ἀμφίβολον ταύτην ἡμᾶς ἐκδικεῖν, καὶ κηρύττειν τὴν πίστιν, ἣν ἡ ἁγία κατὰ Νικαίαν σύνοδος ἐβεβαίωσε λέγουσα.

„ Πιστεύομεν εἰς ἕνα Θεὸν πατέρα παντοκράτο-
B „ ρα, πάντων ὁρατῶν τε, καὶ ἀοράτων ποιητήν. καὶ
„ εἰς ἕνα κύριον Ἰησοῦν Χριστὸν τὸν υἱὸν τοῦ Θεοῦ
„ τὸν μονογενῆ, τὸν ἐκ τοῦ πατρὸς γεννηθέντα,
„ τοῦτ᾽ ἐστὶ, τὸν ἐκ τῆς οὐσίας τοῦ πατρός. Θεὸν
„ ἐκ Θεοῦ, φῶς ἐκ φωτὸς, Θεὸν ἀληθινὸν ἐκ Θεοῦ
„ ἀληθινοῦ. γεννηθέντα, οὐ ποιηθέντα, μιᾶς ὑπο-
„ στάσεως σὺν πατρὶ (ὅπερ ἑλληνιστὶ λέγεται ὁ-
„ μοούσιον) δι᾽ οὗ, τὰ πάντα ἐγένετο, τά τε ἐν οὐ-
„ ρανῷ, καὶ ἐπὶ τῆς γῆς. τὸν δι᾽ ἡμᾶς, καὶ διὰ τὴν
„ ἡμετέραν σωτηρίαν κατελθόντα ἐκ τῶν οὐρανῶν,
„ καὶ σαρκωθέντα, καὶ ἐνανθρωπήσαντα, παθόντα,
C „ καὶ σταυρωθέντα, καὶ ταφέντα, καὶ ἀναστάντα τῇ
„ τρίτῃ ἡμέρᾳ, καὶ ἀνελθόντα εἰς τοὺς οὐρανούς· καὶ
„ ἐρχόμενον κρῖναι ζῶντας καὶ νεκρούς. καὶ εἰς τὸ
„ πνεῦμα τὸ ἅγιον.

ᾗ τινι σαφῶς ὁμολογίᾳ τοῦτο περιέχεται, ὅπερ καὶ ἡμεῖς περὶ τῆς τοῦ Κυρίου σαρκώσεως ὁμολογοῦμέν τε, καὶ πιστεύομεν,· ὃς πρὸς τὴν σωτηρίαν τοῦ γένους ἀναπλάσαι τῶν ἀνθρώπων, ἀληθῆ σάρκα τῆς ἡμετέρας σαθρότητος, οὐκ ἐξ οὐρανοῦ μεθ᾽ ἑαυτοῦ κατεκόσμησεν, ἀλλ᾽ ἐν τῇ γαστρὶ τῆς παρθένου μητρὸς προσέλαβεν.

Οἵτινες δήποτε τοίνυν εἰσὶν, οἱ οὕτω τυφλώττοντες, καὶ ἀπὸ τοῦ φωτὸς τῆς ἀληθείας ἀλλοτριούμενοι, ὥστε τῷ λόγῳ τῷ τοῦ Θεοῦ, ἀπὸ τοῦ τῆς σαρκώσεως χρόνου τὴν ἀλήθειαν τῆς ἀνθρωπίνης ἀπαρνεῖσθαι σαρκὸς δεικνύτωσαν κατὰ τί Χριστιανῶν ἑαυτοῖς ἁρπάζουσι προσηγορίαν, καὶ κατὰ ποῖον λόγον τῷ τῆς ἀληθείας εὐαγγελίῳ σύμφωνοι καθεστήκασιν. εἴγε ἐν τῷ τοκετῷ τῆς μακαρίας παρθένου ἢ ἡ σὰρξ δί-

χα

BALLER. NOTÆ.

24 Vulg. ante Queſn. cum MSS. coll. XII. & XXIV. *aliarum*. Codd. Vat. coll. VIII. & Hiſp. cum aliis inde profectis *aliorum*.

25 Tres optimi codd. Vindeb. coll. V. Ratiſp. & Vat. Reg. *firmavit*. Leo in celebri epiſtola 28. ad Flavianum c. 2. uſus fuit ſolo ſymbolo Apoſtolorum, quod iſtud æque apud Orientales, ac apud Occidentales ante baptiſmum tradi exiſtimaret. Hinc in eadem epiſtola Eutychem arguit cap. I. *ne ipſius quidem ſymboli initia comprehendere, quod per totum mundum omnium regenerandorum voce depromitur*. Verba autem ſymboli c. 2. deſcripta ſunt illa: *Credere ſe in Deum Patrem omnipotentem, & in Jeſum Chriſtum filium ejus unicum Dominum noſtrum* &c. Eutychiani, teſte Vigilio Tapſenſi lib. 4. contra Eutychem pag. 730. Biblioth. Patrum tom. 8. huic Leonis capitulo *ob id calumniabantur, cur non dixerit* in unum Deum Patrem, & in unum Jeſum Chriſtum filium ejus *juxta Nicæni decreta Concilii*. Nicænum ſymbolum indicatur, quo Orientales in baptiſmate utebantur: unde apud Eutychianos nihil frequentius, quam hoc ſymbolum ingerebatur, in quo erant baptizati. Huic objectioni reſpondet Vigilius, qui eam Leonis epiſtolam luculenter defendit, his verbis: *Sed Romæ, & antequam Nicæna Synodus conveniret, & a temporibus Apoſtolorum uſque ad nunc, & ſub beatæ memoriæ Cæleſtino, cui iſte* (Leo) *rectæ fidei teſtimonium reddidit, ita fidelibus ſymbolum traditur*. Cur Eutychiani Nicænum ſymbolum tanto niſu ingererent, explicavimus adnot. 24. in epiſt. 69. Hanc autem objectionem, quam poſt ſcriptam ep. 28. Leo didicerat, ut everteret; hac in epiſtola Nicænum ſymbolum proferens, Eutychianam hæreſim ibidem pariter condemnatam oſtendit.

26 Vulg. ante Queſn. & Vindeb. coll. V. addunt *omnium*. Dein Vat. Hiſp. & Iſid. cum alio Vat. coll. XI. omittunt *unigenitum*.

27 Quatuor noſtri codd. repetunt *propter*. Dein *deſcendit de cælis, & incarnatus eſt* in Vulg. ante Queſn. ut etiam Græcus interpres legit. Codd. Vat. coll. III. Vat. coll. VIII. utrique Hiſp. Vat. Iſid. & alii inde profecti *de cælo, incarnatus eſt*: unus Vercell. *de cælo, & incarnatus eſt*: Ratiſp. *deſcendit, & incarnatus eſt*.

28 Queſnellus *in cælum* cum Vat. coll. III. & Vat. Hiſp. aliiſque MSS. inde profectis. Ceteræ editiones *ad cælos*. Prætulimus *in cælos* cum potioribus codd. Vindeb. coll. V. Vat. & Vercell. coll. VIII. Vindebon. Hiſp. & Ratiſp. quibus interpretatio Græca adſtipulatur. Quatuor codd. *& aſcendit*. Mox MSS. Vatt. coll. III. & XXI. *unde venturus*: Vulg. ante Queſn. *inde venturus*.

29 Vat. Hiſp. & Iſid. *de utero*.

30 Vox *humanæ* deeſt in Ratiſp. & in cod. Vat. XI.

31 Erat in antiquis edit. *ſi per beatæ Virginis partum*, uti in ep. 124. c. 3. MSS. Vat. coll. XI. & XXI. *ſi per Virginis partum*. Queſnellus cum decem codd. *ſi Virginis partu*. Adjecimus *beatæ* ex duobus Vindebon. coll. V. & Hiſp. ex Ratiſp. Vat. Reg. & alio Vat. coll. XXIV. nec non ex prima editione. Græca verſio hanc additionem confirmat.

χα τῆς θεότητος, ἡ ἡ θεότης ἀνέτειλεν, f ἢ ἐ- A γεννήθη δίχα τοῦ σώματος. ὥσπερ γὰρ οὐ δυνατὸν ἀπαρνεῖσθαι, τοῦ εὐαγγελιστοῦ λέγοντος, ὅτι ὁ λόγος σὰρξ ἐγένετο, καὶ ἐσκήνωσεν ἐν ἡμῖν· οὕτως ἀπαρνηθῆναι, οὐχ οἷόν τε τοῦ μακαρίου Παύλου τοῦ ἀποστόλου κηρύττοντος, ὅτι Θεὸς ἦν ἐν Χριστῷ κόσμον καταλλάσσων ἑαυτῷ. ποία δ' ἂν ἠδύνατο τυγχάνειν καταλλαγὴ, δι' ἧς g ἵλεος ἐγένετο τῷ γένει * τῶν ἀνθρώπων ὁ Θεὸς, εἰ μὴ τὴν αἰτίαν τὴν πάντων ὁ Θεοῦ καὶ ἀνθρώπων μεσίτης ἀνεδέξατο; ποίῳ δ' ἂν λόγῳ τὴν ἀλήθειαν ἐπλήρωσεν τοῦ μεσίτου, εἰ μὴ ὁ ἐν μορφῇ Θεοῦ ἴσος ὢν τῷ πατρὶ, ἐν τῇ μορφῇ τοῦ δούλου ἐκοινώνησε καὶ ἡμῖν, ὥστε τὸν δεσμὸν τοῦ θανάτου, ὃν ἡ τοῦ ἑνὸς παράβασις ἐπεσπάσατο, τῷ θανάτῳ τοῦ ἑνὸς (τοῦ μόνου μηδὲν τῷ θανάτῳ χρεωστήσαντος) διαλυθῆναι; ἡ γὰρ ὑπὲρ * B τῶν ἁμαρτωλῶν ῥύσις τοῦ αἵματος τοῦ Χριστοῦ, γέγονεν οὕτως πλουσία εἰς τίμημα, ὡς εἰ πιστεύσοι τὸ πᾶν πλῆθος τῶν αἰχμαλωτισθέντων εἰς τὸν ἑαυτῶν λυτρωτὴν, μηδένα κατασχεθῆναι τοῖς τοῦ διαβόλου δεσμοῖς· ἐπειδήπερ ὥς φησιν ὁ ἀπόστολος· ὅπου ἐπλεόνασεν ἡ ἁμαρτία, ὑπερεπερίσσευσεν ἡ χάρις, καὶ τῶν τεχθέντων ἐν τῷ τῆς ἁμαρτίας προκρίματι, λαμβανόντων τὴν ἐξουσίαν τοῦ πρὸς δικαιοσύνην ἀναγεννᾶσθαι, τὸ χάρισμα τὸ τῆς ἐλευθερίας δυνατώτερον γέγονεν τοῦ τῆς δουλείας ὀφλήματος. ποίαν οὖν ἑαυτοῖς βοηθείας, ἐκ τοῦ τοιοῦδε μυστηρίου καταλιμπάνουσιν ἐλπίδα, οἱ ἐν τῷ σωτῆρι ἡμῶν ἀπαρνούμενοι τοῦ ἀνθρωπίνου σώματος τὴν ἀλήθειαν; λεγέτωσαν, διὰ ποίας θυσίας κατηλλάγησαν; λεγέτωσαν, διὰ ποίου αἵματος ἐλυτρώθησαν; τίς ἐστὶν, ὃς (ὥς φησιν ὁ ἀπόστολος) C παρέδωκεν ἑαυτὸν ὑπὲρ ἡμῶν τῷ Θεῷ προσφορὰν καὶ θυσίαν εἰς ὀσμὴν εὐωδίας; ἤποτε θυσία h τῆς πρὸς ἱερουργίαν ἐπιτηδειοτέρα γεγένηται ταύτης, ἣν ὁ ἀληθὴς, καὶ αἰώνιος ἀρχιερεὺς τῷ θυσιαστηρίῳ τῷ τοῦ σταυροῦ, διὰ τῆς θυσίας τῆς σαρκὸς τῆς ἰδίας ἐπέθηκεν; εἰ καὶ τὰ μάλιστα τῶν πολλῶν ἁγίων ἐνώπιον Κυρίου τίμιος γέγονεν ὁ θάνατος, ὅμως οὐδενὸς τῶν ἀναιτίων τούτων σφαγὴ, λύτρωσις τοῦ κόσμου γεγένηται. οἱ δίκαιοι στεφάνους εἰλήφασιν, οὐ δεδώκασι, καὶ ἐκ τῆς ἀθλήσεως τῶν πιστῶν, ὑποδείγματα καρτερίας ἐστὶν, οὐ γέρα τῆς δικαιοσύνης· ἑκάστου γὰρ αὐτῶν δηλαδὴ θάνατος γέγονεν εἷς, καὶ οὐδεὶς τὸ ἑτέρου χρέος διὰ τοῦ αὐτὸς τελειωθῆναι D ἐξέτισεν· ὁπότε μεταξὺ τῶν υἱῶν τῶν ἀνθρώπων εἷς μόνος ἐστὶν ὁ Κύριος ἡμῶν Ἰησοῦς Χριστὸς, ὁ

[Margin: Ἰωάν. 1. 14. — Κορ. 5. 19. — Ῥωμ. 5. 20. — Ἐφεσ. 5. 2. — Ψαλμ. 115. 5.]

A dicente, quod *Verbum caro factum est, & habitavit in nobis*; ita negari non potest, beato Paullo Apostolo prædicante, quod *Deus erat in Christo mundum reconcilians sibi*. Quæ autem reconciliatio esse 32 posset, qua humano generi repropitiaretur Deus, 33 nisi omnium caussam mediator Dei hominumque susciperet? Qua vero ratione veritatem mediatoris impleret, nisi qui in forma Dei æqualis est Patri, in forma servi particeps esset & nostri: ut mortis vinculum, unius prævaricatione contractum, 34 unius morte, qui solus morti nihil debuit, solveretur. 35 Effusio enim pro injustis sanguinis Christi tam fuit dives ad pretium, ut si universitas captivorum in redemtorem suum crederet, nullum diaboli vincula retinerent: B quoniam, sicut Apostolus ait, *ubi abundavit peccatum, superabundavit & gratia*. Et cum sub peccati præjudicio nati potestatem acceperint ad justitiam renascendi, validius factum est donum libertatis, quam debitum servitutis.

[Margin: Joan. 1. 14. — 2. Cor. 5. 19. — Sanguinis Christi pretium. — Rom. 5. 20.]

Quam itaque sibi in hujus sacramenti præsidio spem relinquunt qui in Salvatore nostro negant humani corporis veritatem? Dicant, quo sacrificio reconciliati: dicant quo sanguine sint 36 redemti? *Quis est*, ut C ait Apostolus, *qui tradidit semetipsum pro nobis oblationem & hostiam Deo in odorem suavitatis*? Aut quod umquam sacrificium 37 sacratius fuit, quam quod verus & æternus Pontifex 38 altari crucis per immolationem suæ carnis imposuit? 39 Quamvis enim multorum Sanctorum in conspectu Domini pretiosa mors fuerit, nullius tamen insontis occisio redemtio fuit mundi. Acceperunt justi, non dederunt coronas; & de fortitudine fidelium exempla nata sunt patientiæ, non dona justitiæ. 40 Singulares quippe in singulis mortes fuerunt; nec alterius quisquam debitum suo fine persolvit: cum inter filios hominum unus solus Dominus noster JESUS CHRISTUS, qui ve- D re erat agnus immaculatus, 41 extiterit, in quo omnes crucifixi, omnes mortui, omnes sepulti, omnes 42 sunt etiam suscitati. De qui-

[Margin: CAP. V. De sacrificio Christi. — Ephes. 5. 2. Mortis Christi & sanctorum discrimen. — Ps. 115. 14. — Mysteria sua Christus pro omnibus & in omnibus adimplet.]

BALLER. NOTÆ.

f ἢ ἐγεννήθη. Hæc duo verba superflua sunt, & purum putum glossema sapiunt.
g ἵλεως.
h τῆς Hic articulus hic loci abundare videtur, propterea que delendus.
32 Ita cum antiquis editis plerique nostri codices. In Vindeb. coll. v. *potest*, ut in epist. 124. Quesnellus *possit*, cui aliqui codd. suffragantur. Dein *propitiaretur* in tribus MSS. & antiquis vulgatis.
33 *Nisi omnium caussa mediator Dei hominumque carnem susciperet* in duobus MSS. Quesn. Thuan. & Trecopith. in nostro Vindeb. coll.v. & in prima editione, quæ solum discrepat verbo *susciperet*, pro quo habet *suscepisset*.
34 Vat. coll. III. & exemplum primæ editionis *per unius mortem*. 35 Ita cum undecim MSS. Quesnelli ab eo laudatis not. 2. duodecim nostri codd. iique potiores. MSS. *Vat.* Hisp. & Isid. *Effusio enim justi sanguinis Christi* &c. Exemplum primæ editionis: *Effusio namque justi sanguinis tam fuit dives* &c. *Vat.* coll. XXIV. *Effusio enim pro injustis sanguinis justi tam potens fuit ad privilegium, tam dives* &c. ut in ep. 124. Editi ante Quesn. hanc postremam lectionem recipientes post *justi* inseruerunt *Christi*.
36 Cod. Corb. coll. II. *renati*. 37 Prima editio *tam sacratum*. Vossius in marg. *tam sacrum*.
38 Ratisp. *ex altari*. Prima editio *in altare*. 39 Cum in Vindeb. Hisp. per saltum desint verba *Quamvis enim multorum sanctorum*, in *Vat.* Hisp. & exinde in Isid. alia lectio inducta fuit arbitrariæ correctionis caussa: *In conspectu Domini pretiosa justorum mors fuit*; & nihilominus subditur *nullius tamen*, quæ præsumunt *quamvis*, vel quid simile. Dein *Vat.* coll. VIII. *nullius tamen in sancti occisione redemtio fuit*.
40 Cod. Grim. *singillatim*. 41 Vat. coll. VIII. & prima editio *existeret*.
42 MSS. Corb. Grim. & Thuan. Quesnelli cum nostro Ratisp. & prima editione *sint*. Mox *etiam ipse* in *Vat.* coll. VIII. & prima editione.

Joan. 12. quibus ipse dicebat: *Cum exaltatus fuero a terra, omnia traham* 43 *ad me*. Fides etenim vera justificans impios, & creans justos, ad humanitatis suæ tracta participem, in illo acquirit salutem, in quo solo homo se invenit innocentem: liberum habens per gratiam Dei de ejus potentia gloriari, qui contra hostem humani generis 44 in carnis nostræ humilitate congressus, his victoriam suam tribuit, in quorum corpore triumphavit.

A μόνος ἀληθῶς ἀμνὸς ἄσπιλος, γεγονὼς, ἐν ᾧ πάντες σαυρωθέντες, πάντες ἀποθανόντες, πάντες ταφέντες, καὶ πάντες ὑπάρχουσιν ἐγερθέντες. περὶ ὧν, αὐτὸς ἔλεγεν· ὅταν ὑψωθῶ ἀπὸ τῆς γῆς, πάντας ἑλκύσω πρὸς ἐμαυτόν· ἡ γὰρ ἀληθὴς πίστις ἡ δικαιοῦσα τοὺς ἀσεβεῖς, καὶ γεννῶσα τοὺς δικαίους πρὸς τὸν μέτοχον τῆς ἰδίας ἀνθρωπότητος ἑλκυσθεῖσα, ἐν ἐκείνῳ πορίζεται τὴν σωτηρίαν, ἐν ᾧ μόνῳ εὑρίσκει ἄνθρωπος ἑαυτὸν οὐχ ὑπεύθυνον, Ἰωαν. 12. B διὰ τῆς τοῦ Θεοῦ χάριτος μετὰ παρρησίας αὐχῶν περὶ τῆς ἐκείνου δυνάμεως, ὃς ἐν τῇ εὐτελίᾳ τῆς ἡμετέρας σαρκὸς συμπλακεὶς τῷ πολεμίῳ τοῦ γένους τῶν ἀνθρώπων, τὴν ἑαυτοῦ νίκην ἐχαρίσατο τούτοις, ὧν ἐνίκησεν ἐν τῷ σώματι.

CAP. VI. Naturæ utriusque unio, neutrius proprietates confundit.

Licet ergo in uno Domino 45 JESU CHRISTO, vero Dei atque hominis filio, Verbi & carnis una persona sit, quæ inseparabiliter atque indivise communes habeat actiones; intelligendæ tamen sunt ipsorum operum qualitates, & 46 sinceræ fidei contemplatione cernendum est, ad quæ provehatur humilitas carnis, & ad quæ inclinetur altitudo Deitatis: quid sit quod caro sine Verbo non agit, & quid sit quod Verbum sine carne non efficit. Sine Verbi enim potentia nec conciperet virgo, nec pareret; & sine veritate carnis obvoluta pannis infantia non jaceret. Sine Verbi potentia non adorarent Magi puerum, stella indice declaratum; & sine veritate carnis non juberetur in Ægyptum transferri puer, & ab Herodis persecutione subduci. Sine Verbi potentia non 47 diceret vox Patris missa de cælo: *Hic est filius meus dilectus, in quo mihi* 48 *bene complacui*: & sine veritate carnis non protestaretur Joannes: *Ecce agnus Dei, ecce qui tollit* 49 *peccata mundi*. Sine Verbi potentia non fieret redintegratio debilium, & vivificatio mortuorum; & sine veritate carnis nec cibus jejuno, nec somnus esset necessarius fatigato. Postremo sine Verbi potentia non se Dominus Patri profiteretur æqualem; & sine veritate carnis non idem diceret Patrem se esse majorem: cum catholica fides utrumque suscipiat, utrumque defendat, quæ secundum confessionem beati Apostoli Petri, unum Christum Dei vivi Filium, & hominem credit, & Verbum. Quamvis itaque ab illo initio, quo in utero virginis *Verbum caro factum est*, nihil umquam inter utramque formam divisionis extiterit, & per omnia incrementa corporea unius personæ fuerint totius temporis actiones; 50 ea ipsa tamen, quæ in-

Matth. 3. 17.

Joan. 1. 29.

Joan. 14. 28.

Matth. 16. 16.

Joan. 1. 14.

Τοιγαροῦν εἰ καὶ τὰ μάλιστα ἐν τῷ ἑνὶ δεσπότῃ Ἰησοῦ Χριστῷ, τῷ ἀληθεῖ τοῦ Θεοῦ καὶ ἀνθρώπου υἱῷ, τοῦ τε λόγου, καὶ τῆς σαρκὸς, ἓν ὑπάρχει πρόσωπον, ὅπερ ἀχωρίστως, καὶ ἀδιαιρέτως κοινὰς ἔχει τὰς πράξεις· δεῖ νοεῖν ὅμως αὐτῶν τῶν ἔργων τὰς ποιότητας, καὶ τῇ κατανοήσει τῆς i εἰληκρινοῦς πίστεως δεῖ καθορᾶν, ἐπὶ ποῖα μὲν ἡ τῆς σαρκὸς προάγεται ταπεινότης. ἐπὶ ποῖα δὲ τὸ ὕψος τῆς θεότητος ἐπικλίνεται. καὶ τί μέν ἐστιν, ὅπερ ἡ σὰρξ οὐ πράττει δίχα τοῦ λόγου. τί δὲ εἴη ὅπερ ὁ λόγος χωρὶς τῆς σαρκὸς οὐκ ἐργάζεται. δίχα μὲν γὰρ τῆς τοῦ λόγου δυνάμεως οὐδ' ἂν ἡ παρθένος C συνέλαβεν, οὐδὲ ἔτεκεν· δίχα δὲ τῆς ἀληθείας τῆς σαρκὸς, οὐκ ἂν κεκαλυμμένη τοῖς ῥάκεσιν ἔκειτο νηπιότης. καὶ δίχα μὲν τῆς τοῦ λόγου δυνάμεως, οὐκ ἂν προσεκύνησαν οἱ μάγοι τὸ παιδίον, τὸ ὑπὸ τοῦ μηνύοντος ἀστέρος δηλούμενον. δίχα δὲ τῆς ἀληθείας τῆς σαρκὸς, οὐκ ἂν ἐκελεύετο τὸ παιδίον εἰς Αἴγυπτον μεταφέρεσθαι, καὶ τοῦ κατὰ τὸν Ἡρώδην ὑπεξάγεσθαι διωγμοῦ. καὶ δίχα μὲν τῆς τοῦ λόγου δυνάμεως, οὐκ ἂν ἔλεγεν ἡ φωνὴ τοῦ πατρὸς, ἐξ οὐρανῶν ἀφεθεῖσα. οὗτος ἐστὶν ὁ υἱός μου Ματθ. 3. 17. ὁ ἀγαπητὸς, ἐν ᾧ ηὐδόκησα. δίχα δὲ τῆς ἀληθείας τοῦ σώματος, οὐκ ἂν προσεμαρτύρατο ὁ Ἰωάννης· ἴδε ὁ ἀμνὸς τοῦ Θεοῦ, ὁ αἴρων τὴν ἁμαρτίαν τοῦ κόσμου. Ἰωαν. 1. 29. καὶ δίχα μὲν τῆς τοῦ λόγου δυνάμεως, οὐκ ἂν ἐγένετο τῶν τε ἀσθενούντων ἡ ῥῶσις, καὶ τῶν τεθνεώτων ἡ ζωοποίησις. δίχα δὲ τῆς ἀληθείας τῆς σαρκὸς, οὔτε τροφὴ τῷ νηστεύοντι, οὔτε μὴν ὕπνος ἀναγκαῖος ὑπῆρχεν τῷ κοπιάσαντι· καὶ τὸ δὴ πέρας, δίχα μὲν τῆς τοῦ λόγου δυνάμεως, οὐκ ἂν ἑαυτὸν ὁ Κύριος ἴσον τῷ πα- D τρὶ τυγχάνοντα ὡμολόγει. δίχα δὲ τῆς ἀληθείας τοῦ σώματος, οὐκ ἂν ὁ αὐτὸς ἔλεγεν μείζονα εἶναι

BALLER. NOTÆ.

i Leg. εἰλικρινοῦς.

43 Utrique codd. Hisp. cum Isid. & ceteris inde proficiscentibus, nec non antiquiores vulg. habent *ad me ipsum*.

44 Ratisp. *in carne nostra humilitatis*.

45 Vindeb. coll. v. addit *nostro*.

46 Ratisp. *sincera*. Vindeb. Hisp. *sic vere filii Dei contemplatione*. Emendatum fuit in codd. *Vat.* Hisp. aliisque inde profectis, ad quos referuntur duo a Quesn. laudati Cantabr. & Thuan. unus *sic veræ fidei contemplatione*. Hæc lectio est in Agapeti pseudoepistola, quam ex Isidoriana collectione sumptam liquet.

47 Vat. Hisp. & Isid. *fieret*.

48 Vindebon. coll. v. & prima editio omittunt *bene*, ut in epistola 124. Mox Vindebon. Hisp. & MSS. coll. XXIV. *mihi bene complacuit, ipsum audite*. Cod. *Vat.* coll. XI. cum editis ante Quesn. habet pariter additionem *ipsum audite*.

49 Codd. Ratisp. & *Vat.* Reginæ *peccatum*. Paullo post in cod. Grim. *resurrectio* pro *vivificatio*.

50 Vindeb. Hisp. *ea ipsa namque ad libitum, quæ separabitur, facta sunt*. Emendatum in *Vat.* Hisp. Isid. & reliquis ejusdem originis, *ea ipsa namque, ut ita dicam, quæ inseparabiliter facta sunt*. In MSS. coll. XXI. *ea ipsa tamen, quæ, ut ita dicam, inseparabiliter facta sunt*. Hujus collectionis auctor & genuinam, & emendatam lectionem copulavit. Mox in Vulg. ante Quesn. cum Hisp. Isid. &c. *commixtione*.

γαι ἑαυτοῦ τὸν πατέρα ὁπότε καὶ ἡ καθολικὴ πί-
στις ἑκάτερον δέχεται, καὶ ἑκάτερον ἐκδικεῖ, ἥτις κα-
9.16.16 τὰ τὴν ὁμολογίαν τοῦ μακαρίου ἀποστόλου Πέτρου,
ἕνα Χριστὸν τὸν υἱὸν τοῦ Θεοῦ τοῦ ζῶντος, καὶ
ἄνθρωπον πιστεύει, καὶ λόγον. εἰ καὶ τὰ μάλιστα
. 1. 14. τοίνυν ἐξ ἐκείνης τῆς ἀρχῆς, ἀφ᾽ ἧς ἐν τῇ γα-
στρὶ τῆς παρθένου ὁ λόγος γέγονεν σάρξ, οὐδ᾽ ὅ-
τε οὖν τὴν διαιρέσεως μεταξὺ τῆς ἑκατέρας μορ-
φῆς· καὶ δι᾽ ἁπάσης αὐξήσεως σωματικῆς, ἑνὸς
προσώπου αἱ τοῦ παντὸς χρόνου πράξεις γεγόνα-
σιν· ὅμως αὐτὰ ταῦτα, ἅπερ ἀχωρίστως γεγένη-
ται, κατ᾽ οὐδεμίαν ἐπιμιξίαν συγχεόμενα, ἀλλὰ
τί, ποίας εἴη μορφῆς, ἐκ τῆς τῶν ἔργων ποιό-
τητος αἰσθανόμεθα.

Λεγέτωσαν τοιγαροῦν οἱ ὑποκριταὶ οὗτοι, οἱ ταῖς
τυφλαῖς διανοίαις τὸ τῆς ἀληθείας φῶς εἰσδέξα-
σθαι μὴ βουλόμενοι, ἐν ποίᾳ μορφῇ, τῷ τοῦ σταυ-
ροῦ ξύλῳ ὁ Κύριος τῆς δόξης Χριστὸς εἴη προσπε-
παρμένος; τί ἔκειτο ἐν τῷ τάφῳ; καὶ τοῦ μνήμα-
τος ἀποκυλισθέντος τοῦ λίθου, ποία σὰρξ τῇ τρί-
τῃ ἡμέρᾳ ἐξανέστη; καὶ κατὰ τί μετὰ τὴν ἀνάστασιν
αὐτοῦ, τῶν μαθητῶν τινὰς μὴ πιστεύοντας ἤλεγχεν,
καὶ τὴν τῶν ἐνδιαζόντων ἀμφιβολίαν ἐνέτρεπεν,
24. 39. „ λέγων. ψηλαφήσατέ με, καὶ ἴδετε, ὅτι πνεῦμα
„ σάρκα καὶ ὀστέα οὐκ ἔχει, καθὼς ἐμὲ θεωρεῖτε ἔ-
20. 27. „ χοντα· καὶ τῷ ἀποστόλῳ Θωμᾷ· φέρε τὴν χεῖρα
„ σου εἰς τὴν πλευράν μου, καὶ ἴδε τὰς χεῖράς μου,
„ καὶ τοὺς πόδας μου, καὶ μὴ γίνου ἄπιστος, ἀλλὰ
„ πιστός. δι᾽ ἧς k δῆλον, ὅτι τῆς τοῦ σώματος αὐ-
τοῦ φανερώσεως ἤδη τῶν αἱρετικῶν τὰς ψευδολογίας
ἀνέτρεπεν, ὥστε πᾶσαν τὴν ἐκκλησίαν τοῦ Χριστοῦ,
τὴν τὰς διδασκαλίας αὐτοῦ μνησομένην μηδαμῶς
ἀμφιβάλλειν ὡς τοῦτο δέοι πιστεύειν, ὅπερ οἱ Ἀπό-
στολοι πρὸς τὸ κηρύττειν ἦσαν ὑποδεξάμενοι. εἰ οὖν
ἐν τῷ τοσούτῳ τῆς ἀληθείας φωτὶ, τὸ σκότος l τε
ἑαυτῆς ἡ ἐπιμονὴ τῶν αἱρετικῶν οὐκ ἀφίησι· δεικ-
νύτωσαν, πόθεν ἑαυτοῖς τῆς αἰωνίου ζωῆς τὴν ἐλπίδα
κατεπαγγέλονται· πρὸς ἣν εἰ μὴ διὰ τοῦ μεσίτου Θεοῦ
καὶ ἀνθρώπων, ἀνθρώπου Ἰησοῦ Χριστοῦ ἀφικέσθαι ἀ-
δύνατον. καθὰ γὰρ φησὶν ὁ μακάριος ἀπόστολος
4. 12. Πέτρος. οὐκ ἐστὶν ἕτερον ὄνομα δεδομένον τοῖς ἀν-
θρώποις ὑπὸ τοῦ οὐρανοῦ, ἐν ᾧ δεῖ σωθῆναι ἡμᾶς.
Τιμο. 2. 6. οὐδὲ ἐστὶ λύτρωσις τῶν ἀνθρώπων αἰχμαλωσίας εἰ
μὴ ἐν τῷ αἵματι τούτου, ὃς ἔδωκεν ἑαυτὸν λύτρον
ὑπὲρ πάντων. καὶ ὅστις (καθάπερ κηρύττει ὁ μακά-
ριος ἀπόστολος Παῦλος) ἐν μορφῇ Θεοῦ ὑπάρ-
2. 6. χων, οὐχ ἁρπαγμὸν ἡγήσατο τὸ εἶναι ἴσον Θεῷ,
ἀλλ᾽ ἑαυτὸν ἐκένωσεν, μορφὴν δούλου λαβὼν, ἐν ὁ-
μοιώματι ἀνθρώπων γενόμενος, καὶ σχήματι εὑρε-

A separabiliter facta sunt, nulla permixtione confundimus, sed quid 51 cujus formæ sit ex operum qualitate sentimus. 52

CAP. VII. Mors sepult. & resurrectio fidem Incarn. astruunt.

Dicant ergo 53 isti hypocritæ, qui cæ-B cis mentibus lumen nolunt recipere veritatis, in qua forma crucis ligno Dominus majestatis Christus affixus sit, quid jacuerit in sepulcro, & revoluto monumenti lapide, quæ tertio die caro 54 resurrexerit, & in quo post resurrectionem suam non credentes quosdam discipulos arguebat, & hæsitationem cunctantium confutabat, cum diceret: *Palpate, & videte, quia spiritus carnem & ossa non habet, sicut me videtis habere*: (Luc. ult. 39.) & Apostolo Thomæ: *Infer manum tuam in latus meum; & vide manus meas & pedes* (Joan. 20. 27.) 55; *& noli esse incredulus, sed fidelis?* Qua utique manifestatione corporis sui jam hæreticorum mendacia destruebat; ut universa Ecclesia, Christi imbuenda doctrinis, hoc sibi non dubitaret credendum, quod Apostoli susceperant prædicandum. 56 At si in C tanta luce veritatis tenebras suas hæretica obduratio non relinquit, ostendant, unde sibi spem vitæ polliceantur æternæ, ad quam nisi per Mediatorem Dei & hominum, hominem JESUM CHRISTUM, non potest perveniri. Sicut enim ait beatus Petrus Apostolus, (Act. 4. 12.) *non est aliud nomen datum hominibus sub cælo, in quo opdrteat nos salvos fieri*: nec est redemptio captivitatis humanæ, nisi in sanguine ejus, *qui dedit semetipsum redemtionem pro omnibus*, & qui, sicut prædicat (1. Tim. 2. 6.) beatus Apostolus Paullus, *cum in forma Dei esset, non rapinam arbitratus est esse se æqualem Deo, sed semetipsum exinanivit formam* (Philipp. 2. 6.) *servi accipiens*, 57 *in similitudinem hominum factus & habitu inventus ut homo: Humiliavit semetipsum, factus obediens, usque ad mortem, mortem autem crucis. Propter quod & Deus exaltavit illum, & donavit illi nomen, quod est super omne nomen: ut in nomine JESU omne genu flectatur, cælestium, terre-* D *strium, & infernorum, & omnis lingua confitea-*

BALLER. NOTÆ.

k Lege junctim δηλονότι. l Lege τό.

51 Tres Quesnelli codd. Barb. Bodl. & Cantabr. cum nostris *Vat.* Hisp. ac Isid. & alio coll. xi. *cujusque*. Origo hujus lectionis est ex codicibus Hisp. Gallicanis. 52 Vulg. addunt: *Nec divina enim humanis præjudicant, nec humana divinis: cum ita in idipsum utraque concurrant, ut in eis nec proprietas absumatur, nec persona geminetur*. Licet autem hæc legantur in ep. 124. & in serm. 65. c. 1. ex quibus Leonina esse dubitari nequit; hinc tamen eadem expunximus, eo quod non solum desint in omnibus MSS. Quesnelli, & in nostris diversarum collectionum, ac in exemplo primæ editionis, nec non in editis Merlini, Crabbi, Nicolini, & Binii, verum etiam in antiquissima Græca versione, quæ ex Leonis exemplo in Orientem misso sumta fuit.

53 Vat. coll. vii. & prima editio addunt *nunc*. Mox *cæci mentis* in prima editione.

54 Vindeb. Hisp. *resurrexit, & qua*. *Vat.* Hisp. & Isid. & alius coll. xi. *resurrexit, & quia*. Vulg. antiqui cum MSS. coll xii. *resurrexit, & in qua*. Quesnellus *resurrexerit, & in qua*. Prætulimus *in quo* ex Ratisp. *Vat.* Reg. & tribus codd. coll. xxi. cum quibus tres alii codd. Quesnelli Corb. Grim. & Thuan. consentiunt.

55 Vat. coll. iii. & prima editio addunt *meos*.

56 Septem codd. inter quos Ratisp. & Vindeb. coll. v. *Ac si*.

57 Vindeb. coll. v. & *Vat.* Reg. ac *Vat.* coll. xi. *in similitudine*. Mox *receptus* pro *inventus* in MS. Corb.

fiteatur, 58 *quia Dominus* JESUS CHRISTUS *in gloria est Dei Patris*.

CAP. VIII. Christi exaltatio Incarnationis argumentum.

Cum ergo unus sit Dominus JESUS CHRISTUS, & veræ Deitatis veræque humanitatis in ipso una prorsus eademque persona sit, exaltationem tamen, qua illum, sicut doctor gentium dicit, exaltavit Deus, & donavit illi nomen, quod super omne nomen excellit, 59 ad eam intelligimus pertinere formam, quæ ditanda erat 60 tantæ glorificationis augmento. In forma quippe Dei æqualis erat Filius Patri, & inter genitorem atque unigenitum nulla in essentia erat discretio, nulla in majestate diversitas, nec per Incarnationis mysterium aliquid decesserat Verbo, quod 61 ei Patris munere redderetur. Forma autem servi, per quam impassibilis Deitas sacramentum magnæ pietatis implevit, humana humilitas est, quæ in gloriam divinæ potestatis evecta, est 62 in tantam unitatem ab ipso conceptu virginis Deitate & humanitate conserta, ut nec sine homine divina, nec sine Deo agerentur humana. {Propter quod sicut Dominus majestatis dicitur crucifixus, ita qui ex sempiternitate æqualis est Deo, dicitur exaltatus: quia inseparabiliter, manente unitate personæ, unus atque idem est & totus hominis filius propter carnem, & totus Dei filius propter unam cum Patre Deitatem. Quicquid 63 ergo in tempore accepit Christus, secundum hominem accepit, cui quæ non habuit 64 conferrentur. Nam secundum potentiam Deitatis indifferenter omnia, quæ habet Pater, etiam Filius habet: & quæ in forma servi a Patre accepit, eadem in forma Dei etiam ipse donavit. Secundum formam enim Dei, ipse & Pater unum sunt; secundum formam autem servi, *non venit facere voluntatem suam, sed voluntatem ejus qui misit eum*. Secundum formam Dei, *sicut Pater habet vitam in semetipso, sic dedit & Filio vitam habere in semetipso*: secundum formam servi, *tristis est anima* 65 *ejus usque ad mortem*. Et idem ipse est, sicut Apostolus prædicat, & dives, & pauper. Dives, quia Evangelista dicente, *in principio erat Verbum, & Verbum erat apud Deum, & Deus erat Verbum, hoc erat in principio apud Deum: omnia per ipsum facta*

Joan. 10. 30. Id. 5. 30.
Ibid. 26.
Matth. 26. 38.

θεὶς ὡς ἄνθρωπος. ἐταπείνωσεν ἑαυτὸν, γενόμενος ὑπήκοος μέχρι θανάτου, θανάτου δὲ σταυροῦ. διὸ καὶ ὁ Θεὸς αὐτὸν ὑπερύψωσε, καὶ ἐχαρίσατο αὐτῷ ὄνομα, τὸ ὑπὲρ πᾶν ὄνομα, ἵνα ἐν τῷ ὀνόματι Ἰησοῦ πᾶν γόνυ κάμψῃ, ἐπουρανίων, καὶ ἐπιγείων, καὶ καταχθονίων, καὶ πᾶσα γλῶσσα m ἐξομολογήσεται, ὅτι Κύριος Ἰησοῦς Χριστὸς εἰς δόξαν ἐστὶ Θεοῦ πατρός.

Ὁπότε οὖν εἷς ὑπάρχει Κύριος Ἰησοῦς Χριστὸς, θεότητος ἀληθοῦς, καὶ ἀνθρωπότητος, ἐν αὐτῷ παντάπασιν ἓν καὶ τὸ αὐτὸ πρόσωπον εἴη, ὅμως τὴν ὕψωσιν, δι' ἧς αὐτὸν (ὡς ὁ διδάσκαλος τῶν ἐθνῶν φησὶν) ὕψωσεν ὁ Θεὸς, καὶ ἐχαρίσατο αὐτῷ ὄνομα, τὸ ὑπὲρ πᾶν ὄνομα. εἰς ταύτην ἀνήκειν νοοῦμεν τὴν μορφὴν, τὴν ἐκ τῆς ἐπαυξήσεως τῆς τοσαύτης δόξης πλουτίζεσθαι μέλλουσαν. Φιλιπ. 2. 9

Δῆλον γὰρ, ὡς ὢν ἐν μορφῇ Θεοῦ ἴσος ἦν ὁ υἱὸς τῷ πατρὶ, μεταξύ τε τοῦ πατρὸς, καὶ τοῦ n μονογενοῦς, οὐδεὶς κατὰ τὴν οὐσίαν χωρισμὸς, οὐδὲ μία κατὰ τὴν θεότητα τυγχάνει διαφορὰ, οὔτε διὰ τοῦ μυστηρίου τῆς ἐνανθρωπήσεως ἀπεμοιοῦτο τι τοῦ λόγου, ὅπερ ἔδει κατὰ χάριν αὐτῷ τοῦ πατρὸς ἀποδίδοσθαι· ἡ δὲ τοῦ δούλου μορφὴ, δι' ἧς ἡ ἀπαθὴς θεότης τῆς εὐσεβείας μυστήριον ἀπεπλήρωσεν, ἡ κατὰ ἄνθρωπον ταπεινότης ἐστὶν, ἥτις εἰς δόξαν προέκοψεν τῆς θείας δυνάμεως, εἰς τοσαύτην ἑνότητα, κατ' αὐτὴν τῆς παρθένου τὴν σύλληψιν, τῆς θεότητός τε, καὶ τῆς ἀνθρωπότητος συμπλακείσης, ὥστε μήτε δίχα τοῦ εἶναι αὐτὸν ἄνθρωπον, τὰ θεῖα, μήτε δίχα τοῦ εἶναι Θεὸν, τὰ ἀνθρώπινα πράττεσθαι. διὸ καὶ, καθάπερ λέγεται Κύριος τῆς δόξης ὁ σταυρωθεὶς, οὕτως ἐκ τῆς θεότητος ἴσος ὢν τῷ Θεῷ, λέγεται ὑψωθείς. ἐπειδήπερ ἀχωρίστως (μενούσης τῆς ἑνότητος τοῦ προσώπου) εἷς καὶ ὁ αὐτός ἐστι, καὶ ὅλος υἱὸς ἀνθρώπου διὰ τὴν σάρκα, καὶ ὅλος υἱὸς Θεοῦ διὰ τὴν σὺν τῷ πατρὶ μίαν θεότητα. εἴ τι τοίνυν προσκαίρως δέχεται ὁ Χριστὸς, κατὰ τὴν ἀνθρωπότητα δέχεται, ᾗ τινι, ταῦθ' ἅπερ οὐκ εἶχεν προσφέρεται. κατὰ γὰρ τὴν δύναμιν τῆς θεότητος, ἀπαραλλάκτως πάντα, ὅσα ἔχει ὁ πατὴρ, ἔχει καὶ ὁ υἱός· καὶ ἅπερ ἐν μορφῇ δούλου παρὰ τοῦ πατρὸς εἴληφεν. ταῦτα ἐν μορφῇ Θεοῦ ὢν καὶ αὐτὸς ἐχαρίσατο. κατὰ μὲν γὰρ τὴν τοῦ Θεοῦ μορφὴν, αὐτὸς καὶ ὁ πατὴρ ἕν ἐστί. κατὰ δὲ τὴν τοῦ δούλου μορφὴν, οὐκ ἦλθεν ποιῆσαι τὸ θέλημα τοῦ ἑαυτοῦ, ἀλλὰ τὸ θέλημα τοῦ πέμψαντος αὐτόν. καὶ κατὰ μὲν τὴν τοῦ Θεοῦ μορφὴν, ὡς ὁ πατὴρ ἔχει ζωὴν ἐν ἑαυτῷ, οὕτως

Ἰωάν. 10. 30.
Ἰωάν. 5. 30

BALLER. NOTÆ.

m Lege ἐξομολογήσεται. n Lege μονογενοῦς.

58 Ratisp. *Quoniam Dominus Jesus in gloria*.

59 Idem Ratisp. *ad eamdem*.

60 Quesn. addit *ex* cum aliquot nostris codd. Delevimus vero auctoritate præstantiorum MSS. Ratisp. utriusque Vindeb. coll. v. & Hisp. *Vat.* Reginæ, & aliorum quatuor *Vatt.* coll. XI. XXI. & XXIV. Similiter deest in epist. 124.

61 Vat. coll. VIII. cum *Vat.* Reginæ & exemplo primæ editionis *Dei Patris*.

62 Ita Quesnellus cum editis Conciliorum, potioribus & plerisque nostris codd. suffragantibus, nec non ep. 124. Al. *in tanta unitate*. Mox *Deitas & humanitas conserta est* in prima editione.

63 Vulg. Leonis ante Quesn. & Labb. ex codd. Hisp. Ind. &c. *enim*.

64 Septem codd. Quesn. & nostri Vindeb. coll. v. Ratisp. tres coll. XXI. ac ep. 124. *conferuntur*. Alii melius ut in textu, nimirum *Vat.* coll. III. *Vat.* & Vercell. coll. VIII. utrique Hisp. & ceteri aliarum collectionum exinde profecti. In *Vat.* Reginæ concinente interpretatione Græca: *Quidquid ergo in tempore accipit Christus; secundum hominem accipit, cui quæ non habuit, conferuntur*; & post pauca *a Patre accipit*.

65 Vindeb. Hisp. & *Vat.* Reg. *mea*.

τως ἔδωκεν καὶ τῷ υἱῷ ζωὴν ἔχειν ἐν ἑαυτῷ. κα- A
Matth. 26. 38. τὰ δὲ τὴν μορφὴν τοῦ δούλου, περίλυπός ἐστιν ἡ ψυχὴ αὐτοῦ ἕως θανάτου. καὶ ἐστὶν ὁ αὐτὸς (ὡς ὁ ἀπόστολος κηρύττει) καὶ πλούσιος, καὶ πένης, πλούσιος μὲν, o ὡς τοῦ εὐαγγελιστοῦ λέγοντος. ἐν ἀρχῇ ἦν ὁ λόγος, καὶ ὁ λόγος ἦν πρὸς τὸν Θεὸν, καὶ Θεὸς ἦν ὁ λόγος, οὗτος ἦν ἐν ἀρχῇ πρὸς τὸν Θεόν. πάντα δι' αὐτοῦ ἐγένετο, καὶ χωρὶς αὐτοῦ ἐγένετο οὐδέν· πτωχὸς δὲ, ἐπειδὴ δι' ἡμᾶς ὁ λόγος σὰρξ ἐγένετο, καὶ ἐσκήνωσεν ἐν ἡμῖν. τίς δέ ἐστιν ἡ κένωσις αὐτοῦ ἤ τις ἡ πτωχία, εἰμὴ ἡ πρόσληψις, τῆς τοῦ δούλου μορφῆς; ἧς τινος εἰς p παραπέτασμα τῇ τοῦ δούλου θεότητι γινομένης, ἡ τῆς ἀνθρωπίνης λυτρώσεως οἰ- B κονομία πεπλήρωται.

Joan. 1. 1.

Καὶ γὰρ ἐπειδὴ τὰ τῆς προγονικῆς αἰχμαλωσίας ἡμῶν οὐκ ἠδύνατο διαλυθῆναι δεσμὰ, εἰ μὴ τοῦ γένους ἡμῶν, καὶ τῆς ἡμετέρας φύσεως ἄνθρωπος γένοιτο, τοῖς τῶν ἁμαρτημάτων προκρίμασιν οὐ κρατούμενος. καὶ ὃς τῷ ἀσπίλῳ αἵματι τὸ ἑαυτοῦ τὸ θανάσιμον ἀποπλύνῃ χειρόγραφον, καθάπερ ἐξ ἀρχῆς ἦν θεόθεν προτυπωθέν· οὕτως ἐν τῷ πληρώματι τῶν προειρημένων γέγονεν χρόνων, ὥστε τὴν πολυτρόπως προαγγελθεῖσαν ὑπόσχεσιν ἐλθεῖν εἰς τὴν πάλαι προσδοκωμένην ἐξάνυσιν, μὴ δύνασθαί τε εἶναι ἀμφίβολον, τὸ ταῖς συχνοτάταις ἀεὶ μαρτυρίαις προδηλωθέν. ἐν με- C γίστῃ μέντοιγε παρανομίᾳ τῶν αἱρετικῶν ἡ δυσσέβεια πεφανέρωκεν ἑαυτὴν ἐγκυλίεσθαι, ὁπότε ἐπὶ προσχήματι τοῦ τιμᾶν τὴν θεότητα, τὴν ἀλήθειαν ἐν τῷ Χριστῷ τῆς ἀνθρωπίνης ἀπαρνοῦνται σαρκός· καὶ νομίζουσιν εὐσεβῶς πιστεύειν, εἰ λέγοιτο ἐν τῷ σωτῆρι ἡμῶν ἀληθὲς μὴ εἶναι, τὸ σῶ-
2. Corinth. 5. ζον. ὁπηνίκα οὕτω κατὰ τὴν ἐπαγγελίαν τὴν q προπάντων αἰώνων τῷ θεῷ ἐν Χριστῷ ὁ κόσμος εἴη καταλλαγμένος, ὡς εἴγε μὴ κατηξίωσεν σὰρξ γενέσθαι ὁ λόγος, οὐδεμία σὰρξ ἂν ἠδύνατο σωθῆναι. καὶ γὰρ ἅπαν τὸ μυστήριον τῆς τῶν Χριστιανῶν πίστεως, διὰ μεγίστης (ὡς οἱ αἱρετικοὶ θέλουσιν(ἀμαυροῦται σκοτείας, εἴτε τὸ φῶς τῆς ἀληθείας νομισθείη λανθάνειν ὑπὸ διεψευσμένῳ φαντάσματι. μηδεὶς οὖν ἐπαισχυντέον ἡγεί- D σθω Χριστιανὸς τοῦ ἡμετέρου σώματος ἐν Χριστῷ

sunt, & sine ipso factum est nihil. Pauper vero, quia propter nos *Verbum caro factum est, & habitavit in nobis*. Quæ autem est ejus exinanitio, quæve paupertas, nisi formæ servilis acceptio? per quam Verbi majestate velata, dispensatio humanæ redemtionis impleta est. Ibid. 14.

CAP. IX. Solus a peccato liber, liberat a peccato.

Nam quia captivitatis nostræ resolvi originalia 66 vincula non poterant, nisi existeret homo nostri generis, nostræque 67 naturæ, quem peccati præjudicia non tenerent, & qui immaculato sanguine suo chirographum letale dilueret; sicut ab initio erat divinitus præordinatum, ita est in plenitudine præfiniti temporis factum: ut multis modis significata promissio in diu expectatum veniret effectum, nec posset esse ambiguum, quod continuis testificationibus 68 semper fuerat nuntiatum. In magno autem sacrilegio 69 se versari hæreticorum manifestat impietas, cum sub specie Deitatis honorandæ, humanæ carnis in Christo denegant veritatem; & religiose existimant credi, si dicatur in Salvatore nostro verum non esse, quod salvat, cum ita secundum promissionem omnia sæcula 70 percurrentem, mundus sit Deo reconciliatus in Christo, ut nisi Verbum dignaretur caro fieri, nulla posset caro salvari. Omne enim sacramentum fidei christianæ magno 71 (ut hæretici volunt) decoloratur obscuro, si lux veritatis sub mendacio putatur latuisse phantasmatis. 72 Non ergo quisquam sibi erubescendum existimet Christianus de nostri in Christo corporis veritate: quia omnes Apostoli Apostolorumque 73 discipuli, & præclari Ecclesiarum quique doctores, qui ad martyrii coronam, vel ad confessionis meruerunt gloriam pervenire, in hujus fidei lumine splenduerunt, consonis ubique sen-

Incarnationis Verbi necessitas ad salutem.

2. Cor. 5.

COLLER. NOTÆ.

o Leg. ὃς.

p καὶ τῷ δούλου. Hæc verba sensum mire interturbant, delendaque sunt; aut si retineantur pro δούλου legendum λόγου. q Leg. πρό.

66 Vat. Reg. *peccata*.

67 Vat. coll. VIII. *carnis*.

68 Ratisp. *sæpe fuerat nuntiatum*.

69 Cod. Reginæ *diversari hæreticorum manifestatur impietas*. Duo codd. Ratisp. & Vindeb. coll. V. *se diversari*. MSS. duo coll. XXI. *improbitas*.

70 Ratisp. & prima editio *præcurrentem*. Vossius in marg. *prætercurrentem*.

71 Hanc parenthesim (*ut hæretici volunt*) hic exhibent cum vulgatis ante Quesn. omnes ejus codd. ac nostri, & (quod hac in re non minimum est) ipsa vetus interpretatio Græca, quæ ex ipso Leonis originali in Orientem misso dimanat. Quesnellus tamen illam loco suo movit, & sic transposuit, *magno decoloratur obscuro, si* (*ut hæretici volunt*) *lux veritatis* &c. Id autem non ex conjectura solum se fecisse ait not. 3. sed potius *sensus ipsius necessitate*. *Falsum enim sensum involvit antiquus parenthesis ipsius situs*: ac si hæretici, qui veritatem carnis negabant, hanc opinionem suam *Divinitati injuriosam esse* vellent, cum potius injuriosum Divinitati contenderent, si Dei filius vera carne indutus crederetur. Sed dum parenthesis (*ut hæretici volunt*) antiquo loco restituitur, ut omnes codices exigunt; non eum sensum habet, quem Quesnellus credidit. *Sacramentum fidei christianæ*, ad quod hæc verba referuntur, non indicat Divinitatem, sed Incarnationem. Incarnationis enim sacramentum, ut hæretici illi diabolo obsequentes excluderent, reipsa *magno decolorare volebant obscuro*, cum *sub specie Deitatis honorandæ* veram incarnationem in phantasmaticam traducebant. Non igitur falsum sensum antiquus parenthesis situs, sed falsus potius sensus, quem contextus non habet, Quesnello fucum fecit.

72 Primæ editionis exemplum: *Non ergo quisquam erubescendum existimet Christianis, suscepisse de nostro Christum corporis veritatem*. Huic affinis est lectio MS. Vat. coll. III. *suscepisse de nostra in Christo corporis veritatem*.

73 Vat. Reg. *successores*.

ſententiis intonantes, quod in Domino JESU CHRISTO Deitatis & carnis una ſit confitenda perſona. Qua autem rationis ſimilitudine, qua divinorum voluminum portione, hæretica impietas ſe exiſtimat adjuvari, quæ veritatem negat corporis Chriſti: cum hanc non lex teſtificari, non prophetia præcinere, non evangelia docere, non ipſe deſtiterit Chriſtus oſtendere? Quærant per omnem ſeriem Scripturarum, quo tenebras ſuas fugiant, non quo verum lumen obſcurent: & per omnia ſæcula ita veritatem invenient coruſcantem, ut magnum hoc & mirabile ſacramentum, ab initio videant creditum, quod eſt in fine completum. De quo cum ſanctarum litterarum nulla pars ſileat, ſufficit quædam 74 conſona veritatis ſigna poſuiſſe, quibus diligentia fidei 75 in ſplendidiſſimam latitudinem dirigatur, & ſincera intelligentiæ luce perſpiciat, quod in Filio Dei, qui ſe inceſſabiliter filium hominis & hominem profitetur, non ſit Chriſtianis erubeſcendum, ſed conſtantiſſime gloriandum.

Incarnatio ab initio mundi credita.

CAP. X.

Traditione SS. PP. doctrina catholica firmatur.

Ut autem Pietas tua cum venerabilium patrum prædicationibus nos concordare cognoſcat, aliquantas eorum ſententias huic credidi ſubjiciendas eſſe ſermoni. Quibus 76 ſi dignaveris recenſitis, non aliud nos prædicare reperies, quam quod ſancti patres noſtri toto orbe docuerunt: nec quemquam ab illis, niſi ſolos impios hæreticos, diſcrepare. His igitur, glorioſiſſime & venerabilis Imperator, quanta potui brevitate perſtrictis, cum inſpirata tibi divinitus fide etiam noſtram prædicationem 77 unitam eſſe cognoſces; nec in aliquo nos ab evangelica apoſtolicaque doctrina, vel a catholicæ profeſſionis Symbolo diſcrepare: quoniam, ſicut docet beatus Apoſtolus 78 Paullus,

A τὴν ἀλήθειαν. ἐπειδήπερ ἅπαντες οἱ ἀπόστολοι, καὶ τῶν ἀποστόλων οἱ μαθηταὶ, καὶ πάντες οἱ μαθηταὶ, καὶ πάντες οἱ λαμπροὶ διδάσκαλοι τῶν ἐκκλησιῶν, οἵτινες ἐπὶ τὸν τοῦ μαρτυρίου στέφανον, ἢ ὅσοι πρὸς τὴν τῆς ὁμολογίας ἐλθεῖν ἠξίωνται δόξαν, ἐν τῷ φωτὶ τῆς πίστεως ταύτης ἐξέλαμψαν r τοῖς συμψήφοις γνώμαις s ἔκδηλοι γενόμενοι πανταχοῦ, t ὡς ὅτι ἐν τῷ δεσπότῃ Ἰησοῦ Χριστῷ, δεῖ καὶ τῆς θεότητος, καὶ τῆς σαρκὸς ἓν εἶναι συνομολογεῖσθαι τὸ πρόσωπον. πλὴν κατὰ ποῖον ὅμοιον λόγον, ἢ ποίῳ μέρει γραφῶν, ἡ τῶν αἱρετικῶν δυσσέβεια βοη-B θεῖσθαι νομίζει, ἡ τὴν ἀλήθειαν ἀρνουμένη τοῦ σώματος τοῦ Χριστοῦ. ὁπότε ταύτην οὔτε νόμος μαρτυρῆσθαι, οὔτε προφητεία προλέγειν, οὔτε διδάσκειν τὰ εὐαγγέλια, οὐκ αὐτὸς ὁ Χριστὸς ὑποδεικνύειν ἐπαύσατο; ἐν πάσαις συντάξεσι τῶν γραφῶν ἐκζητήτωσαν, ποῖ τραπέντες, τὸ ἴδιον φύγωσι σκότος, οὐχὶ ποῖ κλίναντες τὸ ἀληθὲς ἐπισκοτοῦσι φῶς. καὶ καθόλου τοὺς χρόνους εὑρήσουσιν οὕτω ἐκλάμπουσαν τὴν ἀλήθειαν u ἵνα τὸ μέγα, καὶ θαυμαστὸν ἴδωσι τοῦτο μυστήριον ἐξ ἀρχῆς πιστευθὲν, ὅπερ ἐπ' ἐσχάτων πεπλήρωται. περὶ οὗ, x καὶ τῶν ἁγίων γραφῶν οὐδὲ ἓν ἐσιώπησεν μέρος, ὅμως ἐξαρκεῖ σύμβολα τινὰ τῆς συμφώνου τούτοις ἀληθείας ἐνθεῖναι, δι' ὧν ἡ περὶ τὴν πίστιν ἐμμέλεια εἰς τηλαυγέστατον ἀπευθυνθήσε-C ται πλάτος, καὶ τῷ τῆς γνώσεως καθαρωτάτῳ φωτὶ θεωρῆσαι δυνήσεται, y τοῦθ' ὅπερ ἐν τῷ υἱῷ τοῦ Θεοῦ, ὅτι ἑαυτὸν ἀπαύστως υἱὸν ἀνθρώπου, καὶ ἄνθρωπον ὁμολογεῖ, ἐρυθριᾷν οὐ προσήκει Χριστιανοῖς, ἀλλὰ τούτῳ σταθηρῶς ἐγκαυχᾶσθαι.

Ἵνα δὲ τοῖς κηρύγμασι τῶν προσκυνητῶν πατέρων συμφώνους ὑπάρχειν ἡμᾶς, ἡ σὴ εὐλάβεια γνῷ, τινὰς ἀλλ: διενοήθην τῷ παρόντι μου λόγῳ τινὰς ἀποφάσεις ἐκείνων ὑποτάξαι ἐπίσταμαι. ὧν εἰ καταξιώσῃς z ἐκείνων ποιήσασθαι τὴν ἀνάγνωσιν, οὐκ ἄλλο κηρύττειν εὑρήσεις ἡμᾶς, εἰ μὴ ὅπερ καθ' ὅλον τὸν κόσμον οἱ ἡμῶν ἅγιοι πατέρες ἐδίδαξαν· καὶ μηδένα πρὸς τούτοις διαφωνεῖν, εἰ μὴ μόνους τοὺς δυσσεβεστάτους αἱρετικούς. τούτων τοίνυν, ὑπερένδοξε, καὶ σεβαστὲ βασιλεῦ, καθ' ὅσον οἷοντε ἦν βραχέως ἐφαψαμένων ἡμῶν, μετὰ τῆς θεόθεν ἐμπνευσθείσης σοι πίστεως, καὶ τὸ παρ' ἡμῶν κηρυττόμενον ὁ-D μογνωμονοῦν aa ἐπιγνώσει. καὶ κατὰ μηδὲν ἡμῖν ἀπὸ τῆς τῶν εὐαγγελίων, καὶ τῆς τῶν ἀποστόλων διδασ-

BALLER. NOTÆ.

r Leg. ταῖς.

ſ In textu Latino legitur *intonantes*, quod reddere poſſis κηρύττοντες. Cum igitur interpres verterit ἔκδηλοι γενόμενοι quod hic nihil ad rem facit, aliud verbum legiſſe videtur.

t ὡσότι. Horum verborum alterutrum redundat.

u ἵνα τὸ μέγα, &c. Non eſt hic aſſecutus mentem auctoris Interpres, qui vertere debebat: ὥστε τὸ μέγα καὶ θαυμαστὸν ἴδειν τοῦτο μυστήριον.

x Forte, αἱ καὶ.

y Τοῦθ' ὅπερ &c. Neque hæc optima interpretatio: vertendum erat: ὅτι ἐν τῷ υἱῷ, &c.

z Hæc vox redundat. aa Leg. ἐπιγνώσεις.

74 Quatuor codd. Queſn. Corb. Grim. & Thuan. duo; tres noſtri *Vat.* Reg. Ratiſp. & Vindeb. coll. v. cum prima editione, & Voſſius *conſonæ*. Mox pro *poſuiſſe* Vindeb. Hiſp. & *Vat.* coll. xxiv. *patuiſſe*.

75 Vulg. Leonis ante Queſn. cum Vat. coll. xxiv & exemplo primæ editionis *ſplendidiſſima latitudine*. Mox *ut ſincera* in cod. Ratiſp.

76 Ita Queſnellus ex codd. Grim. Corb. Vict. & duobus Thuaneis, quibus plures noſtri concinunt. Quidam forte ſuſpicabuntur *v* pro *b* ſcriptum fuiſſe, ut identidem in codicibus invenitur. Codd. coll. xxi. *ſi digneris*, vel *ſi dignaris*. Cod. Vat. Reg. *Quas ſi dignaveris recenſere*. Prima editio *quas cum dignaheris recenſere*. Vulg. ante Queſn. *Quibus, ſi dignaveris attendere, recenſitis*: quam dilectionem nullibi reperimus. MS. Theodor. Queſnelli: *Quas ſi dignatus fueris recenſere*.

77 Vat. coll. iii. Vindeb. coll. v. & prima editio *munitam*. Mox Vulg. ante Queſn. *cognoſce* cum MSS. coll. xi. & xxiv. Codd. Vat. Reginæ, Vindeb. coll. v. Ratiſp. & Vat. coll. iii. *cognoſcis*. Ceteri *cognoſces*.

78 Vocem *Paullus* a Queſnello expunctam, ex ſeptem noſtris codd. & ex Græco revocavimus.

δασκαλίας, ἤτουν τοῦ συμβόλου τῆς καθολικῆς διαφωνεῖν ὁμολογίας. ἐπειδήπερ ὡς διδάσκει ὁ μακάριος ἀπόστολος Παῦλος, „ μέγα ἐστὶ τὸ τῆς εὐ-
„ σεβείας μυστήριον, ὅπερ ἐφανερώθη ἐν σαρκὶ,
„ ἐδικαιώθη ἐν πνεύματι, ὤφθη τοῖς ἀγγέλοις,
„ ἐκηρύχθη ἐν ἔθνεσιν, ἐπιστεύθη ἐν κόσμῳ, ἀνελήφθη ἐν δόξῃ.

Τί τοιγαροῦν ἔσται λυσιτελέστερον τῇ σῇ σωτηρίᾳ, τί τῇ σῇ ἐξουσίᾳ ἁρμοδιότερον; ἤπερ ἵνα τῆς εἰρήνης τῶν τοῦ Θεοῦ ἐκκλησιῶν, ταῖς σαῖς διατάξεσιν ποιήσῃ τὴν πρόνοιαν, καὶ ἐν πᾶσι τοῖς σοῖς ὑπηκόοις τὰ τοῦ Θεοῦ δῶρα ἐκδικήσῃς· καὶ μὴ ἀνάσχῃ τρόπῳ τινὶ διὰ τῆς τοῦ διαβόλου βασκανίας χαλεπαίνειν εἰς ὄλεθρον τινῶν, τοὺς ὑπηρέτας αὐτοῦ ἐφ' ᾧτε σὲ κατὰ τόνδε τὸν βίον τοῖς προσκαίροις ὑπερέχοντα βασιλείοις, ἀξιωθῆναι, καὶ τῆς εἰς αἰῶνα μετὰ τοῦ Χριστοῦ βασιλείας. bb ὁ παντοκράτωρ Θεὸς, τὴν βασιλείαν καὶ τὴν σωτηρίαν σου, ἐπιμήκιστον ἐκδικῶν διαφυλάξοι, ὑπερένδοξε καὶ ἡμερώτατε βασιλεῦ σεβαστέ.

Tim. 1. 3.

A *magnum eſt pietatis ſacramentum, quod manifeſtatum eſt in carne, juſtificatum eſt in ſpiritu, apparuit Angelis, prædicatum eſt* 79 *in gentibus, creditum eſt in mundo, aſſumtum eſt in gloria.* Quid igitur tuæ utilius 80 eſt ſaluti? quid tuæ congruentius poteſtati? quam ut paci Eccleſiarum Domini 81 tua conſtitutione proſpicias, & in omnibus tibi ſubditis Dei dona defendas; neque ulla ratione patiaris per invidiam diaboli miniſtros ipſius in cujuſquam ſævire perniciem: ut qui in hoc ſæculo 82 temporali emines regno, in æternum merearis regnare cum Chriſto. 83 Data decimo ſexto Kalendas Septembris, *Leone* & *Majoriano* Auguſtis Coſſ. B

1 Sequuntur dehinc TESTIMONIA excerpta pro re ſupra ſcripta de libris catholicorum Patrum, a LEONE Papa collecta, 2 LEONIQUE Imperatori directa.

Sancti HILARII *Pictavienſis Epiſcopi & Confeſſoris, in libro ſecundo de fide inter cætera.*

CAP. III. In vulg. Hilar. l. 2 an. 23. ad 25. Hoc teſtimon. deeſt in iis inſertis Calch. act. 2.

UNum igitur hoc 3 eſt immobile fundamentum, una hæc felix fidei petra, Petri

BALLER. NOTÆ.

bb Deſunt hæc in Latino.

79 Editi ante Queſn. cum noſtris codd. Vindeb coll. v. Ratiſp. & Vat. coll. XI. ac XXI. omittunt *in*. Ceteri hanc præpoſitionem præferunt, nec non interpretatio Græca. Dein *in hoc mundo* Vat. coll. III. Vindeb. coll. v. utrique Hiſp. Iſid. aliique inde profecti. 80 Addimus *eſt* ex codd. Vindeb. coll. v. Ratiſp. & Vat. coll. XXI.

81 Vindeb. Hiſp. *qui conſtitutione*, mendoſe. Emendatum arbitrio librarii in Vat. Hiſp. & exinde in Iſid. aliiſque ejuſdem originis *æqua conſtitutione*.

82 Duo MSS. Queſn. & noſtri codd. Vat. Hiſp. ac Iſid. aliique exinde derivati *temporaliter homines regis*.

83 Græca verſio addit: *Omnipotens Deus regnum & ſalutem tuam longo tempore tueatur atque conſervet, glorioſiſſime & clementiſſime Imperator Auguſte:* quæ ſalutationis formula in originali ad Imperatorem tranſmiſſo procul dubio legebatur. Hæc verſio notam chronicam omittit, ſicuti & plerique codices & collectiones. Queſnellus ex duobus MSS. Trecopith. & Oxon. nec non ex edit. Joſiæ Simleri, Surii &c. hanc affixit: *Data Decimo tertio Kal. Septembris* &c. & in margine ex cod. Theodoriciano, cui concinit noſter Ratiſp. *XVI. Kal. Sept.* Cur hanc poſtremam datam prætulerimus, videſis in Admonitione num. 2.

1 Hic titulus a Queſnello vulgatus e coll. Hiſpanica in alias poſteriores manavit. In codd. coll. VIII. *Incipiunt capitula, quæ directa* (al. *decerpta*) *ſunt in Synodo CCCXVIII. Patrum cum exemplo Papæ Leonis ad Leonem Auguſtum*. Hæc eadem inſcriptio legitur etiam in MSS. coll. III. cap. 83. ubi eadem teſtimonia ſeparatim ab ipſa Leonis epiſtola proferuntur. Cur vero hæc, quæ a Leone fuerunt collecta, *in Synodo CCCXVIII. Patrum* directa, ſeu potius decerpta dicantur, quis divinet? Aliquis profecto error, licet omnibus, quos vidimus, codicibus communis irrepſit. Leo ſuam fidem ſymbolo CCCXVIII. Patrum cohærentem cap. 3. oſtendit: hic autem teſtimoniis Patrum eamdem corroborat atque confirmat. Alia inſcriptio præfigitur in antiquiſſimo cod. Veron. 58. num. 37. *Incipiunt exempla catholica beatiſſimorum Patrum de incarnatione Domini & Salvatoris noſtri Jeſu Chriſti, quæ in ſancta ac venerabili Calchedonenſi Synodo confirmata ſunt adverſus Neſtorianos & Eutychianos, atque hæreticos*. Auctor hujus codicis his teſtimoniis præmiſerat num. 33. alia teſtimonia Patrum, quæ in Epheſino Concilio confirmata ſunt act. 1. Dein num. 34. deſcripſit Patrum teſtimonia ex Allocutione Patrum Synodi Calchedonenſis ad Marcianum. In his omnibus teſtimoniis collector ea antiqua utriuſque Synodi verſione uſus eſt, quam accuratiſſime Baluzius edidit. Cum vero in verſione antiqua Concilii Calchedonenſis teſtimonia a Leone collecta non inveniantur; eaque reipſa in eadem Synodo nec lecta, nec inſerta fuerint, uti oſtendimus in Admonit. ad ep. 28. cum ſcriptor hujus codicis Calchedonenſem confirmationem in inſcriptione poſuit, eo arbitrio uſus videtur, quo nullo additionis indicio teſtimoniis Leoninis alia multo plura addidit ex Auguſtino, quæ proculdubio Leo nequaquam collegit. Porro teſtimonia cum ordine vulgato ex Hiſpanica aliiſque ejuſdem originis collectionibus proficiſcuntur, ſi unum Auguſtini textum excipias, quem ex Grimanico MS. Queſnellus adjecit. In manuſcriptis collectionis v. hæc teſtimonia bis proferuntur, primum ſeparatim cap. 41. dein inter epiſtolas Leonis poſt litteras ad Leonem Auguſtum cap. 67. In hac autem collectione non ſolum diverſus eſt ordo ac in collectione Hiſpanica; ſed quædam etiam teſtimonia deſiderantur. Confer. tom. 3. ubi ipſam collectionem v. dabimus. Cum vero Queſnellus in hac collectione edenda dediſſet ſola teſtimonia capitis 41. omiſiſſet autem Leonis epiſtolas; dubitari potuit, num ea perinde ſeparata ad Leonis epiſtolam pertinerent. Sed omnis dubitatio adimitur ex hac monitione, qua eadem teſtimonia eodem numero atque ordine utrobique inveniuntur. Codex Veronenſis 58 eadem teſtimonia eodem ordine profert, quo in collectione v. duplici tantum diſcrimine. Nam primo omittit Cyrilli teſtimonium ex epiſtola ad Neſtorium, quod in coll. v. ab aliis Cyrilli ſeparatur, & ultimo loco poſt Baſilii textum ſubjicitur. Dein Auguſtini teſtimonia in poſtremum locum rejicit, eo quod ſcriptor in fine alia ejuſdem Doctoris valde prolixa teſtimonia proprio marte adjecerit. MSS. coll. III. & VIII. omnia teſtimonia proferunt, quæ exſtant in coll. Hiſp. ſed ordine aliquantulum immutato. Primo enim Hilarii, dein Ambroſii, poſtea Chryſoſtomi teſtimonia exhibent, quorum ultimum eſt illud ex ſermone *De Cruce & latrone:* tum Gregorii Nazianzeni, dein Theophili, Auguſtini, Baſilii, ac Cyrilli, cujus teſtimonium primum in Vulgatis, poſtremum efficitur: ac tandem cum Athanaſii teſtimonio concluditur. Illud vero intereſt inter coll. III. & VIII. quod in illa hæc teſtimonia deſcribuntur ſeparatim cap. 83. in iſta vero ipſi epiſtolæ Leonis ſubnectuntur. Horum teſtimoniorum Græcam verſionem non proferimus: quæ enim græce edita ſunt a Voſſio poſt hanc Leonis epiſtolam in editione S. Gregorii Thaumaturgi, ad ea teſtimonia pertinent, quæ Leo in Orientem miſit poſt Epheſinum latrocinium, non vero ad hæc epiſtolæ ad Leonem Auguſtum ſubjecta, quæ licet priora illa contineant, auctiora tamen ſunt multo, & non ſolum numero, ſed etiam ordine diſcrepant.

2 Vat. Hiſp. & Iſid. non vero Vindeb. Hiſp tres ſequentes voces ignorant.

3 Codd. coll. Hiſp. aliique inde derivati delent *eſt*.

Petri ore confessa : *Tu es*, inquit, *Christus* A *filius Dei vivi* ; tanta in se argumenta sustinens veritatis, quantæ perversitatum quæstiones & infidelitatis calumniæ 4 movebuntur. *Matth 16.16.* Jam in ceteris dispensatio 5 voluntatis paternæ est : virgo, partus, & corpus, postque crux, mors, inferi, salus nostra est. * Humani enim generis causa, Dei Filius natus ex virgine 6 & Spiritu sancto, ipso sibi in hac operatione famulante, & sua, Dei videlicet, inumbrante virtute, corporis sibi initia consevit, & exordia carnis instituit : ut homo factus ex virgine, naturam in se carnis acciperet, perque hujus 7 admixtionis societatem sanctificatum in eo universi generis humani corpus existeret : 8 ut quemadmodum omnes in se per id, quod corporeum se esse voluit, conderentur, ita rursum in omnes ipse, per id quod ejus est invisibile, referretur. Dei igitur imago invisibilis pudorem humani exor- B dii non recusavit, & per conceptionem, partum, vagitum, & cunas, omnes naturæ nostræ contumelias 9 transcurrit. Quid tandem dignum a nobis tantæ dignationis affectui rependetur? Inenarrabilis a Deo originis unus unigenitus Deus, in corpusculi humani formam sanctæ virginis utero insertus, accrescit. Qui omnia continet, & intra quem, & per quem cuncta sunt, humani partus lege profertur : & ad cujus vocem Archangeli atque Angeli tremunt, cælum, 10 & terra, & omnia hujus mundi resolventur elementa, vagitu infantiæ auditur. Qui invisibilis & in- C comprehensibilis est, 11 nunc visu, sensu, tactuque mortalium, cunis est obvolutus. Hæc si quis indigna Deo recolit, tanto se majoris beneficii obnoxium confitebitur, quanto minus hæc Dei convenerint majestati. Non ille eguit homo effici, per quem homo factus est; sed nos eguimus, ut Deus caro fieret, & habitaret in nobis, id est, assumtione carnis unius 12 interna universæ carnis incoleret. Humilitas ejus, nostra nobilitas est : contumelia ejus, noster honor est. Quod ille Deus in carne consistens, hoc nos vicissim 13 in Deum ex carne renovati.

* Hic incip. in coll. V. in cod. Ver. 58. & Ratisp.

Item ejusdem in libro nono, inter cetera. *Num. 3.*

Nescit plane, vitam suam nescit, qui CHRISTUM JESUM ut verum Deum, ita & verum hominem ignorat : & ejusdem periculi res est, CHRISTUM JESUM, vel spiritum Deum, vel carnem nostri corporis denegare. *Omnis ergo*, 14 inquit, *qui confitebitur me coram hominibus, confitebor & ego eum coram Patre meo, qui est in cælis. Qui autem negaverit me coram hominibus, negabo & ego eum coram Patre meo, qui est in cælis.* *Matth. 10.32* Hæc Verbum caro factum loquebatur, & homo JESUS CHRISTUS Dominus majestatis docebat : mediator ipse in se ad salutem Ecclesiæ constitutus, & ipso illo inter Deum & homines mediatoris sacramento utrumque unus existens, dum ipse ex unitis in idipsum naturis, naturæ utriusque res eadem est : 15 ita tamen, ut neutro careret in utroque : ne forte Deus esse homo nascendo desineret, & homo rursus Deus manendo non esset. Hæc itaque humanæ beatitudinis fides vera est, Deum & hominem prædicare, Verbum & carnem confiteri : neque Deum nescire, 16 quod homo sit; neque carnem ignorare, quod Verbum sit.

Item ejusdem in eodem libro inter cetera. *Num. 5.*

Natus igitur unigenitus Deus ex virgine homo, & secundum plenitudinem temporum in semetipso provecturus in Deum hominem, hunc per omnia evangelici sermonis modum tenuit, ut se filium Dei credi doceret, & hominis filium prædicari admoneret, 17 locutus & gerens homo universa quæ Dei sunt, loquens deinde & gerens Deus universa quæ hominis sunt : ita tamen ut in ipso illo utriusque generis sermone numquam nisi cum significatione & hominis locutus & Dei sit.

Item alio loco in eodem libro,

D Hinc itaque fallendi simplices atque ignorantes hæreticis occasio est, ut quæ ab eo secundum hominem dicta sunt, dicta esse secundum

Num. 5. 6. 7. Hoc excerptum desiderat Sylloge Actioni 2. Calchedon. inserta, nec non in coll. V. utroque loco.

BALLER. NOTÆ.

4 Vat. coll. VIII. *moventur.*

5 Tres codd. Quesnelli ac totidem nostri unus coll. XI. & duo XXI. cum exemplo primæ editionis *veritatis paternæ sit. Ergo.* Vat. col. III. *sit : Virgo.*

6 Codd. coll. III. Hisp. & Isid. addunt *est*. Mox pro *famulante* cod. Vat. coll. III. & alius coll. VIII. *alibi consorte participe, & sua.* MS. coll. V. *consorte, & sua.* Cod. Grim. *participe, & sua.* Dein pro *consevit* codd. Vat. coll. III. & VIII. *conseruit :* exemplum primæ editionis *conscivit.*

7 In coll. V. c. 41. *assumtionis* ; at *admixtionis* ibidem legitur in testimoniis Leonis epistolæ subjectis cap. 67. Post pauca *humanum corpus* Quesn. in margine ex duobus MSS.

8 Utrique codd. Hisp. & alii ejusdem originis *& quemadmodum.*

9 Vindebon. coll. V. cap. 67. & Vat. coll. XXIV. cum edit. Hilarii *transcucurrit.*

10 Ita Hilarii editio, & nostri codd. coll. V. utroque loco, Vat. coll. III. & utrique Hisp. aliique ejusdem originis cum editis ante Quesnellum, apud quem *terra, mare, & omnia.* Mox Vat. Hisp. & Isid. *resolvuntur.* Dein *infantia vagitus auditur* in MSS. coll. V. utroque loco, & in Vindeb. Hisp. ac Vat. coll. III.

11 Vulg. ante Quesn. cum edit. Hilarii, MSS. coll. V. Vat. Hisp. Isid. & aliis inde proficiscentibus *non visu, sensu, tactuque moderandus.* Lectionem a Quesnello inductam ex Grim. invenimus in MSS. coll. III. VIII. & Vindeb. Hisp.

12 Vulg. ante Quesn. cum solo primæ editionis exemplo *membra.*

13 Quesn. cum Vat. coll. VIII. *in Deo ex carne renati.* Item *renati* est in Vat. coll. III. nec non in duobus Hilarii codicibus. Veterem lectionem ut pote veriorem ex aliis nostris MSS. revocavimus. Vide in hunc Hilarii locum notam P. Coustantii.

14 Verbum *inquit* cum Hilarii MSS. apud Coustantium expungunt etiam nostri codd. coll. V. cap. 67. Vindeb. Hisp. & Vat. coll. XI. ac XXIV.

15 Quæ sequuntur usque ad *Hæc itaque* desiderat unus cod. Barb. (coll. III.) Mox pro *neutro*, al. *neutra.* Quesnellus in margine.

16 Vindeb. Hiso. & alius coll. V. c. 67. *quod & homo sit.*

17 Vulg. ante Quesn. cum Vat. Hisp. Isid. & aliis coll. VIII. & XI. *loquens & gerens*. Post pauca *ut ipso illo* in Vindeb. coll. V. c. 67. sicut etiam in editione Hilarii.

dum naturæ divinæ infirmitatem mentiantur: A & quia unus atque idem est loquens, omnia quæ 18 loquebatur de seipso, omnia eum locutum esse contendant. Nec sane negamus, totum illum qui ejus manet, naturæ suæ esse sermonem. Sed si JESUS CHRISTUS & homo & Deus 19 est, & neque cum homo, tum primum Deus, neque cum homo, tum non etiam & Deus, neque post hominem, in Deo non totus homo, totus Deus, unum atque idem necesse est dictorum ejus sacramentum esse, quod generis. Et cum in eo secundum tempus discernis hominem a Deo, Dei tum atque hominis discerne sermonem. Et cum Deum atque hominem in tempore confiteberis, Dei atque hominis in tempore dicta dijudica. Cum vero ex homine & Deo, rursum totius hominis, totius jam Dei tempus intelligis. Si quid 20 illud ad demonstrationem ejus temporis dictum est, tempori coaptato, quæ dicta sunt, ut cum aliud sit ante hominem Deus, aliud sit homo & Deus, aliud sit post hominem & Deum totus homo, & totus Deus: non confundas temporibus & generibus dispensationis sacramentum, cum pro qualitate generum ac naturarum alium ei in sacramento hominis necesse est sermonem fuisse non nato, alium adhuc morituro, alium jam æterno. Nostri igitur caussa hæc omnia JESUS CHRISTUS 21 manens, & corporis nostri homo natus, secundum consuetudinem naturæ nostræ locutus est: non tamen omittens naturæ suæ esse, quod Deus est. Nam tametsi in partu, & passione, & morte naturæ nostræ res peregerit, res tamen ipsas omnes virtute naturæ suæ gessit: *& reliqua.*

Num. 11. *Item alio loco in eodem libro, inter cetera.*

Videsne ita Deum & hominem prædicari, ut mors homini, Deo vero carnis excitatio deputetur? 22 (Non tamen ut alius sit, qui mortuus est, & alius sit, per quem mortuus resurgit. 23 Spoliata enim caro Christus est mortuus, & rursum Christum a mortuis excitans, idem Christus est carne se expolians.) Naturam Dei in virtute resurrectionis intellige, dispensationem hominis in morte cognosce. Et cum sint utraque suis gesta naturis, unum tamen CHRISTUM JESUM eum memento esse, qui utrumque est.

Item post pauca.

Hæc igitur demonstranda a me paucis fuerunt, ut utriusque naturæ 24 formam tractari in Domino JESU CHRISTO meminissemus: 25 quia qui erat in forma Dei, formam servi accepit. Num. 14.

B

S. ATHANASII *Alexandrinæ Ecclesiæ Episcopi & Confessoris ad* EPICTETUM *Corinthiorum Episcopum.*

QUomodo autem vel dubitare ausi sunt, qui dicuntur Christiani, si Dominus, qui ex Maria 26 processit, Filius quidem substantia & natura Dei est; quod autem secundum carnem, ex semine David est & carne sanctæ Mariæ? CAP. IV. In edit. vulg. Deest in Calched. act. 2.

C

S. AMBROSII *Episcopi Ecclesiæ Mediolanensis & Confessoris, ex libris quos misit ad Imperatorem* GRATIANUM. *In libro secundo de fide, inter cetera.*

UNde 27 illud quod lectum est, Dominum majestatis crucifixum esse, non quasi in majestate sua crucifixum putemus: sed quia idem Deus, idem homo, per Divinitatem Deus, per susceptionem carnis homo, CHRISTUS JESUS Dominus majestatis dicitur crucifixus, quia consors utriusque naturæ, id est D humanæ, atque divinæ, in natura hominis subiit passionem; ut indiscrete & Dominus maje- CAP. V. In edit. vulg. apud Ambr. l. 2. c. 7. n. 58.

BALLER. NOTÆ.

18 Vat. coll. III. & alius Vat. coll. VIII. *loquitur* cum Vat. Hisp. & Isid. in quibus sicut & in vulg. ante Quesn. *de semetipso*.

19 MS. coll. III. XI. & XXIV. ac Vindeb. Hisp. cum exemplo primæ editionis delent *est*. Editi Hilarii habent *sit*. Mox *cum homo sit* in Vat. Hisp. Isid. & alio coll. XI. Dein *neque tum cum & homo* in iisdem codd. nec non in Vat. coll. XXIV. ac in prima editione, quam lectionem Coustantius prætulit. In cod. Vat. coll. III. *nec tunc etiam cum homo*.

20 Vulgati *aliud*. Correximus cum MSS. coll. III. utrisque Hisp. Vat. Isid. alio coll. XI. & XXIV. quibus duo codd. Quesnelli, & editi Hilarii suffragantur.

21 Vat. Hisp. & Isid. & alius coll. XI. *agens*. Codd. coll. XXI. & prima editio *gerens*.

22 Uncis inclusa desiderantur in codd. Grim. Barb. I. Thuan. I. & in Thuan. ac in Oxon. Quesnelli nec non in nostro Vat. coll. III. simili Barb. I. & in Vindeb. coll. V. utroque loco, ac in Vat. coll. VIII. Desunt etiam in versione Græca inserta act. 2. Concilii Calchedonensis.

23 Quesn. *Spoliata enim carne* cum exemplo primæ editionis, & Vat. Hisp. Isid. aliisque inde profectis; sed male: neque eim Hilarius Christum, seu personam Verbi carne spoliatam, seu a carne separatam sensit. Anteriorum editionum lectionem revocavimus, quam perferunt Vindeb. Hisp. coll. Vat. coll. XXIV. & editiones Hilarii. Solum in Vindeb. Hisp. habetur *dispoliata*.

24 Codd. coll. III. & V. utroque loco, nec non Vat. coll. XXIV. cum editis Hilarii *personam*; ubi tamen Coustantius notat *persona* vocabulo ex contextu non tam subsistentiam, quam naturæ utriusque conditionem & proprietates intelligi.

25 Vulg. cum Hisp. & Isid. *quia qui in forma Dei manens, formam servi accepit, ipse Divinitatem nequaquam amisit*. P. Coustantius hæc quatuor postrema verba, quæ in nullis MSS. Hilarii exstant, neque exstare debent, cum Leonina crediderit ex Vulgatis, probabile credidit iis a Leone summatim perstrictum, quod postea ab Hilario fusius demonstratur. At non ita est. Eas enim voces a Leone abjudicandas & expungendas cognovimus auctoritate præstantiorum collectionum III. V. utroque loco, & VIII. cum præsertim desint etiam in Græca versione horum testimoniorum inserta act. 2. Calchedon. Concilii. Concinit Vat. coll. XXIV. in quo pariter ea verba omittuntur, & solum legitur: *quia in forma Dei manens, formam servi suscepit*. In Hilarii editionibus *quia qui in forma Dei manebat*.

26 Vindeb. Hisp. & codd. coll. XXI. cum prima editione addunt *Virgine*. Mox *Deus quidem de substantia & natura Dei est* in *Vat.* Hisp. & Isid. Codd. coll. XXI. & prima editio *Dei sit*. *Vat.* coll. XI. & XXIV. *Filius quidem de substantia naturæ Dei est*. Prætulimus lectionem anteriorum editionum auctoritate Vindeb. Hisp. & alterius coll. V. cap. 67. eo quod hæc lectio cohæret cum integra epistola in eadem collectione edita cap. 52. In cap. 41. ejusdem collectionis *Filius quidem substantia natura Dei est*. Postea *& ex carne* in Vat. Hisp. ac Isid. & in MSS. coll. XI. & XXI.

27 In coll. V. cap. 41. *illud quoque lectum est*.

majeſtatis dicatur eſſe qui paſſus eſt, & filius A hominis, ſicut ſcriptum eſt, *qui deſcendit de cælo*. Joann. 3. 13.

CAP. IX. num. 77.

Item alio loco in eodem libro, inter cetera.

Sileant igitur 28 inanes de ſermonibus quæſtiones, quia *regnum Dei*, ſicut ſcriptum eſt, *non in perſuaſione verbi eſt, ſed in oſtenſione virtutis*. 1. Cor. 2. 4. & 4. 20. Servemus diſtinctionem Divinitatis & carnis. Unus in utroque loquitur Dei Filius, B quia in eodem utraque natura eſt. Et ſi idem loquitur, non uno ſemper loquitur modo. Intende 29 in eo nunc gloriam Dei, nunc hominis paſſiones. Quaſi Deus loquitur, quæ ſunt divina, quia Verbum eſt: quaſi homo dicit, quæ ſunt humana, quia 30 in ea ſubſtantia loquebatur.

CAP. VI. num. 49.

Item ejuſdem in libro de Incarnatione Domini 31 contra Apollinariſtas.

Sed dum hos redarguimus, emergunt alii, qui carnem Domini dicant & Divinitatem unius 32 eſſe naturæ. Quæ tantum ſacrilegium inferna vomuerunt? Jam tolerabiliores ſunt Ariani, quorum per iſtos perfidiæ robur adoleſcit, 33 ut majore contentione aſſerant Patrem, & Filium, & Spiritum ſanctum, unius non eſſe ſubſtantiæ, quia iſti Divinitatem Domini & carnem ſubſtantiæ unius dicere tentaverunt.

Ibid. n. 52.

Item infra.

Et hi mihi frequenter Nicæni Concilii 34 tractatum ſe tenere commemorant. Sed in illo tractatu patres noſtri non carnem, ſed Dei Verbum unius ſubſtantiæ cum Patre eſſe dixerunt. Et Verbum quidem ex paterna proceſſiſſe ſubſtantia, carnem autem ex virgine eſſe confeſſi ſunt. Quomodo igitur Nicæni Concilii nomen obtenditur, & nova inducuntur, quæ numquam noſtri ſenſere majores? *& reliqua.*

Item ejuſdem ad SABINUM *Epiſcopum inter cetera.*

Epiſt. 46. Claſs 1. n. 6. & 7. Deeſt iſtud excerptum tam in Ver. quam in act. 2. Conc. Calched. ac in MSS. coll. V.

Unde pulchre Apoſtolus ejuſdem verbi repetitione uſus eſt, dicens de Domino JESU CHRISTO: 35 *Cum in forma Dei eſſet, non rapinam arbitratus eſt eſſe ſe æqualem Deo; ſed ſemetipſum exinanivit, formam ſervi accipiens*. Quid eſt in forma Dei, niſi in plenitudine Deitatis, in illa perfectionis divinæ expreſſione? Ergo cum eſſet 36 in plenitudine, exinanivit ſe, & accepit plenitudinem naturæ & perfectionis humanæ. Sicut Deo nihil deerat, ita nec hominis conſummationi, ut eſſet perfectus in utraque forma. Unde & David dicit: Philipp. 2. 6. *Speciosus forma præ filiis hominum*. Ps. 44. 3. Concluditur Apollinariſta, nec quo ſe vertat habet, ſuis clauditur retibus. Ipſe enim 37 dixit, formam ſervi accepit, non ſervus locutus eſt. Iterum ergo interrogo: Quid eſt *in forma Dei*? Reſpondit, in natura Dei. Sunt enim, ait Apoſtolus, *qui non ſunt natura dii*. Galat. 4. 8. Quæro, quid ſit, *formam ſervi accipiens*? Sine dubio perfectionem naturæ & conditionis, ut dixi, humanæ, ut eſſet in hominum ſimilitudine. Et pulchre, non *carnis*, ſed *hominum* dixit *ſimilitudinem*, quia in carne eadem eſt. Sed quia ſine peccato erat ſolus, omnis autem homo in peccato, in ſpecie hominis videbatur. Unde & Propheta ait: *Et homo eſt, & quis cognoſcit eum?* Jer. 17. 19. Homo ſecundum carnem, 38 ſed ultra hominem C ſecundum divinam operationem. Denique cum leproſum tangeret, homo videbatur; ſed ultra hominem, cum mundaret. Et cum Lazarum mortuum fleret, mortuum quaſi homo flebat; ſed ſupra hominem erat, cum mortuum 39 vinctis juberet pedibus exire. Homo videbatur, cum penderet in cruce; ſed ſupra hominem, cum reſeratis tumulis mortuos ſuſcitaret.

S. AUGUSTINI *Epiſcopi* 40 *Hipponiregienſis Eccleſiæ ad* DARDANUM, *inter cetera.*

Epiſt. 187. num. 10. CAP. VI.

D NOli itaque dubitare, ibi nunc eſſe hominem Chriſtum, unde venturus eſt; memori-

BALLER. NOTÆ.

28 Vat. Hiſp. & Iſid. cum alio coll. XI. *inanis diſſenſionis quæſtiones*. Cod. Thuan. Queſn. *inanis diſſertationis quæſtiones*. Exemplum primæ editionis cum MSS. coll. XXI. *inanis diſſenſionis inanes de ſermonibus quæſtiones*. Paullo poſt editiones Ambroſii *in utraque loquitur*. Sed non ſolum omnes noſtri codices cum Vulgatis Leonis habent *in utroque*, verum etiam vetera exemplaria Concilii Epheſini Græco etiam textu ſuffragance act. 1. Marius Mercator, Ruſticus, & Ambroſii codex Colbert. de quibus vide Baluzium tom. 4. Concil. pag. 67. not. g. Ed. Albrit.

29 Vindeb. coll. V. cap. 67. Vat. Hiſp. & Iſid. aliique inde profecti codd. *in eum*.

30 Queſnellus *in mea ſubſtantia loquitur*. Anteriores editiones ſecuti ſumus, quum *in ea* exhibeant codd. coll. III. Vat. Hiſp. Iſid. alii coll. XI. ac XXIV. *loquebatur* autem omnes codices approbent. Editio Ambroſii habet *in mea ſubſtantia loquebatur*. Concinunt exempla antiquæ verſionis Epheſini Concilii, & Marius Mercator: ſic enim & Græcus interpres Epheſini legit. At cum Græca verſio teſtimoniorum Leonis inſerta act. 2. Concilii Calchedonenſis præferat *in ea ſubſtantia loquebatur*, ſic Leonem ſcripſiſſe & apud Ambroſium legiſſe credimus.

31 Vat. coll. III. *contra Apollinarem*.

32 Vindeb. coll. V. utroque loco delet *eſſe*.

33 Cod. Oxon. Queſnelli, *ut minore*. Paullo poſt idem eod. *quam hi qui*, pro *quia iſti*.

34 Queſn. in marg. ex cod. Thuan. *tractatus exponere*. Vindeb. coll. V. c. 67. *tractatum ſe retinere*. Poſt pauca Vindeb. Hiſp. & Vat. coll. XI. delent *Dei*.

35 Vat. coll. XI. & prima editio & Vulg. Ambroſ. *Qui cum in forma*.

36 Sic ex Vat. coll. III. & Vindeb. Hiſp. cum Vulg. Ambroſii. Al. deletur *Divinitatis*.

37 Cod. Vat. Hiſp. & Iſid. nec non alius coll. XI. cum edit. Ambroſii *dixerat*, ac dein *Reſpondet*. In eadem Ambroſii editione *lectus eſt* pro *locutus eſt*. Dein *ut dixit* in eodem Vat. coll. XI. ac in exemplo primæ editionis.

38 Utrique codd. Hiſp. cum Vat. coll. XI. *& ultra hominem divina operatione*. Vulg. ante Queſn. cum MSS. coll. XXI. & XXIV. *Sed ultra hominem divina operatione*. Vat. coll. III. *per divinam operationem*. Dein *& ultra hominem* in utriſque Hiſp. ac in Vat. Iſid. & in alio coll. XI.

39 MSS. Vatt. coll. III. & XXIV. *vinctum*. Vindeb. Hiſp. erronee *vinci*: emendatum ex arbitrio in Vat. Hiſp. aliiſque inde profectis *hunc*. Poſtea *& ſupra hominem* in Vindeb. Hiſp.

40 Sic utrique Vindebon. cum Vat. Hiſp. Iſid. alioque coll. XI. alias *Hipponenſis*. Poſt pauca in tribus poſtremis codd. *unde & venturus eſt*.

moriterque recole, & fideliter tene christianam confessionem: quoniam *resurrexit a mortuis*, *ascendit in cælum*, *sedet ad dexteram Patris*: nec aliunde quam 41 inde venturus est ad vivos & mortuos judicandos: Et *sic venturus est*, illa angelica voce testante, *quemadmodum est ire visus in cælum*, id est in eadem forma carnis atque substantia, cui profecto immortalitatem dedit, naturam non abstulit.

[In vulg. edit. Deest in Calched. act. 2.] [Act. 1. 11.]

Item in ejusdem epistola ad VOLUSIANUM, *inter cetera.*

[Epist. 127. num. 9.]

Nunc vero ita inter Deum & homines mediator apparuit, ut in unitate personæ copulans utramque naturam, & solita sublimaret insolitis, & insolita solitis temperaret.

Item ejusdem in expositione Evangelii secundum Joannem, inter cetera.

[Tract. 78. post medium.] Quid igitur hæretice? Cum Christus Deus sit & homo, loquitur ut homo, & calumniaris Deo? Ille in se naturam commendat humanam, tu in illo aude deformare divinam?

Et iterum infra.

[Ubi supra paullo post. Deest in Calch. Christi definitio Augustiniana.] Agnoscamus geminam substantiam Christi, divinam scilicet, qua æqualis est Patri; humanam, 42 qua major est Pater. Utrumque autem simul, non duo, sed unus est Christus: ne sit quaternitas, non Trinitas Deus. Sicut enim unus est homo anima rationalis & caro, sic unus est Christus, Deus & homo: ac per hoc Christus est, Deus, anima rationalis, & caro. Christum in his omnibus, Christum in singulis confitemur. Quis est ergo, per quem factus est mundus? CHRISTUS JESUS, sed in forma Dei. Quis est sub Pontio Pilato crucifixus? CHRISTUS JESUS, sed in forma servi. 43 Item de singulis quibus homo constat. Quis non est derelictus in inferno? CHRISTUS JESUS, sed in anima sola. Quis resurrecturus, triduo jacuit in sepulcro? CHRISTUS JESUS, sed in carne sola. Dicitur ergo in his singulis Christus. Verum hæc omnia non duo, vel tres, sed unus est Christus. Ideo ergo dixit: *Si diligeretis me, gauderetis utique, quia vado ad Patrem*. Quoniam naturæ humanæ gratulandum est, eo quod sic assumta est a Verbo unigenito, ut immortalis constitueretur in cælo, atque ita fieret terra sublimis, ut incorruptibilis pulvis sederet ad dexteram Patris.

[Jo. 14. 28.]

Item ejusdem ex Libro 44 Assertionis fidei.

Nostrum namque est credere, illius nosse; ac sic ut ipse Deus Verbum, totum suscipiens quod est hominis, homo sit; & assumtus homo totum accipiendo quod Dei est, aliud quam Deus esse non possit. Non tamen quia incarnatus dicitur & immixtus, imminutio ejus est accipienda substantiæ. Novit enim Deus sine sui corruptione misceri, & tamen in veritate misceri. Novit in se ita suscipere, ut nihil ei crescat augmenti, qui se ipse totum novit infundere, ut nihil ei accidat detrimenti. Non ergo ad intelligentiam imbecillitatis nostræ secundum experimentorum visibilia documenta facientes conjecturam de æqualibus se invicem ingredientibus creaturis, putemus Deum hominemque commixtum, & tali confusione carnis & Verbi, quasi aliquod corpus effectum. Absit ita credere, ut conflatili quodammodo genere duas naturas in unam redactas arbitremur esse substantiam. Hujusmodi enim commixtio, partis utriusque corruptio est. Deus enim, qui capax est, non capabilis, penetrans, non penetrabilis, implens, non implebilis, qui ubique simul totus, & ubique diffusus est per infusionem potentiæ suæ, misericorditer naturæ est mixtus humanæ; non humana natura est mixta divinæ.

S. JOANNIS *Constantinopolitani Episcopi & Confessoris in Homilia de Cruce & Latrone.*

SED cur cum cruce 45 veniat, videamus. Scilicet ut hi, qui eum crucifixerunt, suæ sentiant dementiæ cæcitatem: & ideo 46 impudentiæ eorum signum portatur. Ideo Propheta ait: *Tunc lamentabuntur omnes tribus terræ*, videntes accusatorem, & agnoscentes peccatum. Et quid mirum est, si crucem portans adveniet, quando & vulnera corporis ipse demonstrat? *Tunc enim*, inquit, *videbunt quem confixerunt* 47. Et sicut post resurrectionem Thomæ voluit diffidentiam confutare, & illi clavorum loca demonstravit, & 48 lateris vulnera declaravit, & dixit: *Mitte manum tuam & vide, quoniam spiritus carnem & ossa non habet, sicut me* 49 *vides habere*: sic & tunc ostendet vulnera, crucemque demonstrabit: ut ostendat illum se esse, qui fuerat crucifixus.

[Cap. 6. CAP. VII. In vulg. edit. Deest in Calched.] [Zachar 12. 10.] [Ibid. Jo. 19. 37.] [Jo. 20. 27. Luc. 24. 39.]

Item

BALLER. NOTÆ.

41 Vulg. cum nonnullis codd. *inde ad judicandos venturus est vivos & mortuos*. Secuti sumus aliorum præstantissimorum codicum syntaxim, quæ cum editis Augustini concordat.

42 Cod. vat. coll. XI. *qua minor est Patre.*

43 In MSS. coll. III. v. utroque loco & VIII. ac in Veronen. 58. sequentia omittuntur usque ad finem. Vulg. ante Quesn. cum ceteris nostris codd. velut separatum testimonium sic proponunt: *Item ejusdem cujus supra. Quis non est derelictus* &c. quæ novam additionem indicare videntur. Quesnelli lectionem ex Grimanico inductam non exclusimus, quippe quæ editioni Augustini concinit, ex qua *Item*, quod in Quesnello legebatur.

44 Hoc testimonium, quod ex Leporii libello fidei sumtum est, Quesnellus edidit ex MS. Grim. Etsi vero nullibi in aliis MSS. istud reperire potuimus; de eo tamen a Leone excerpto dubitari nequit, cum exstet in testimoniis Calchedonensi insertis act. 2. quæ ipsum Leonem jam pridem collegisse, & separatim misisset in Orientem certissimum est: omnia enim ea testimonia aliis pluribus additis huic epistolæ subjecit. Unum miramur, hoc testimonium desiderari etiam in MS. Veron. 58. in quo studiosus collector num. 38. quatuor præcedentibus Augustini testimoniis alia plura & valde prolixa adjecit. Vide noram Quesnelli.

45 Vat. coll. XI. & prima editio *veniet*, omisso verbo *videamus*.

46 Codd. coll. III. VIII. Hisp. & reliqui ejusdem originis hic quoque habent *dementia*. Dein Hisp. & Isid. delent *omnes*.

47 Al. *compunxerunt*. Mox pro *Thomæ* utrique Hisp. Vat. Isid. *mortuorum*, ac dein *& illis*. Porro in iisdem & in prima editione cum MSS. coll. XXI. *confortare* pro *confutare*.

48 Vindeb. Hisp. *latere*, perperam. Correctum in Vatt. Hisp. & Isid. *in latere*.

49 Utrique codd. Hisp. & alii inde profecti *videtis*. Mox Vindebon. coll. V. cap. 67. & MSS. Vat. coll. XI. & XXIV. delent *se*.

A

Item ejusdem in Homilia de Ascensione Domini.

Nam sicut duobus jurgio separatis, unus in medio positus, altercantium litem discordiamque dissolvit; ita & Christus 50 fecit. Deus nobis juste irascebatur, & nos contemnebamus iratum, & clementem Dominum declinabamus: & se medium Christus ingessit, & sociavit 51 utramque naturam, & nobis quod imminebat supplicium, ipse sustinuit.

B

Item ejusdem in eadem Homilia, inter cetera.

Christus igitur 52 nostræ naturæ primitias obtulit Patri, & oblatum donum miratus est Pater, quod & tanta dignitas offerebat, & quod offerebatur, nulla macula fœdabatur. Nam & suis manibus suscepit oblatum, & suæ sedis fecit esse participem, & quod plus est, ad partem suæ dexteræ collocavit. Cognoscamus 53 quis est ille, qui audivit: *Sede ad dexteram meam:* quæ natura est cui dixit: Esto meæ particeps sedis. Illa natura est quæ audivit: *Terra es & in terram ibis.*

Psal. 109. 1.
Matth. 22. 44.
Gen. 3. 19.

C

Item ejusdem in eadem Homilia, inter cetera.

Quo sermone utar, quo verbo dicam, reperire non possum. Natura fragilis, natura contemta, & omnibus monstrata deterior, omnia vicit, omnia superavit, 54 & omnibus hodierna die meruit excelsior reperiri. Hodie Angeli diu vota desiderata receperunt: hodie Archangeli, quod multo tempore cupiebant, inspicere valuerunt: naturam nostram 55 in sede dominica immortali fulgentem gloria perviderunt.

S. THEOPHILI *Episcopi Alexandrini, de Epistola paschali, quam per Ægyptum destinavit.*

Ex vers[...] S. Hierony[...] inter hüju[...] oper. ep. [...] n. 4. ed. Ve[...]

CAP. VI[...]

In vulg. N[...] de Theoph[...] in Calch.

Cujus rei testis est ille, qui loquitur: *Omnes declinaverunt, simul inutiles facti sunt.* Et 56 Prophetæ Christi auxilium deprecantes: *Domine, inclina cælos tuos, & descende.* Non ut mutaret locum, in quo omnia sunt, sed ut propter salutem nostram carnem humanæ fragilitatis assumeret, 57 Paulo Apostolo eadem concinente: *Cum esset dives, pauper factus est, ut nos illius paupertate divites essemus.* Venitque 58 in terras, & de virginali utero, quem sanctificavit, egressus homo, interpretationem nominis sui *Emmanuel*, id est, *Nobiscum Deus*, dispensatione confirmans, mirum in modum cœpit esse quod nos sumus, & non desiit esse 59 quod erat: sic assumens naturam nostram, ut quod erat ipse non perderet. Quamquam enim Joannes scribat: *Verbum caro factum est*, 60 id est aliis verbis, *homo*; tamen non est versus in carnem, qui numquam Deus esse cessavit. Ad quem & 61 Sanctus David loquitur: *Tu autem idem ipse es.* Et Pater de cælo contestatur & dicit: *Tu es filius meus dilectus, in quo mihi bene 62 complacui:* ut & homo factus, nostra confessione permanere dicatur 63 quod fuit priusquam homo fieret, Paulo nobiscum eadem prædicante: JESUS CHRISTUS *heri & hodie, 64 ipse & in æternum.* In eo enim quod ait *ipse*, ostendit eum pristinam non mutasse naturam, nec Divinitatis suæ imminuisse divitias, 65 quia propter nos pauper effectus, plenam similitudinem nostræ conditionis assumserat.

Ps. 13. 3[...]
Ps. 143. [...]
2. Cor. 8.
Matth. 1.
Joan. 1. 14[...]
Ps. 101. 2[...]
Matth. 3.
Marc. 1. 1[...]
Luc. 3. 22.
Hebr. 13. 8.

D

Item ejusdem in alia epistola paschali contra Origenem, inter cetera.

Ep. 96. n[...] inter Hiero[...] oper. edit. Veron.

Unus Filius Patris, nostrique mediator, nec æqualitatem ejus amisit, nec a nostro consortio separatus est: invisibilis Deus, & visibilis homo, forma servi absconditus, 66 & Dominus gloriæ confessione credentium comprobatus.

BALLER. NOTÆ.

50 Vulg. inserunt *nobis*. Delevimus auctoritate potiorum codd. coll. v. Hisp. Isid. &c.

51 Utrique codd. Hisp. cum Isid. & Vat. coll. XI. *utrumque*, *& nobis*. Dein Quesnellus *imminebat a Patre supplicium*. Expunximus vero *a Patre* auctoritate MSS. coll. III. Vindeb. coll. v. utroque loco, item Vindebon. Hisp. & Vat. coll. xi. xxi. xxiv. & editionum ante Quesn.

52 Vindeb. coll. v. cap. 41. *nostri primitias*.

53 Idem Vindeb. cap. 67. *quis ille sit, qui*. Post pauca: *Quæ illa natura, quæ audivit: Terra es* &c. in Vat. Hisp. ac Isid. In utrisque Vindebon. coll. v. & Hisp. ac in *Vat.* coll. xxiv. deletur tantum verbum *est* post vocem *natura*.

54 Quidam codd. delent *&*. *Vat.* coll. III. *& in omnibus hodierna die meruit Angelis excelsior reperiri*. Post pauca *Vat.* Hisp. & Isid. & MS. coll. xi. *diu quod desideraverant, acceperunt*. In Vindeb. coll. v. & *Vat.* coll. xxiv. *acceperunt*, reliqua ut in textu.

55 Vulg. inserunt *ipsi*. Delevimus cum MSS. coll. iii. v. viii. Hisp. Isid. &c.

56 Vat. Hisp. & Isid. cum MSS. coll. xxi. ac exemplo primæ editionis: *Propheta Christi auxilium deprecans*. Dein utrique Vindeb. & Vat. coll. III. delent *tuos*. Postea *loca* pro *locum* est in iisdem codd. & in Vat. coll. xxiv. ac in editione Hieronymi.

57 Quidam codd. omittunt *Paulo*, alii cum editione Hieronymi delent *Apostolo*. Dein vulg. ante Quesnell. cum Vat. coll. xxiv. & editione Hieronymi *pro nobis pauper*. Postea *ditaremur* idem vulgati cum utrisque Hisp. & *Vat.* Isid.

58 Sic cum antiquioribus editis codices coll. iii. v. utroque loco, utrique Hisp. & MSS. coll. xi. & xxiv. ac in Hieronymiana editione. Alias *in terram*.

59 MSS. coll. iii. & viii. cum edit. Hieron. *quod fuerat*. Mox *sic assumsit* in MSS. Hisp. & Isid. ac *Vat.* coll. xi. Dein *naturam humanam* pro *naturam nostram* in edit. Hieronymi.

60 Vulg. ex Hisp. aliisque inde profectis *idest aliis verbis, Deus homo factus est; Verbum tamen non est versum in carnem*. Prætulimus lectionem MSS. coll. iii. & v. utroque loco, quæ edit. Hieronymiana comprobatur.

61 Editiones Quesnello anteriores cum MSS. Hisp. & aliis ejusdem originis *Spiritus Sanctus loquitur*. Quesnellus cum codd. coll. v. *Sanctus loquitur*. Secuti sumus codd. coll. viii. cum quibus editio Hieron. convenit.

62 Vindeb. Hisp. cum MSS. coll. xi. ac xxiv. *complacuit*.

63 Quesnellus inseruit *id*. Delevimus cum editionibus anterioribus, approbantibus plerisque & potioribus codicibus, ac edit. Hieron.

64 Vulg. *idem ipse*. Expunximus vocem *idem* eorumdem codicum auctoritate, concinente editione Hieron. & sequenti contextu.

65 Edit. Hier. *qui*.

66 Vulg. Hieron. cum *Vat.* Hisp. & Isid. addunt *est*.

tus. Neque enim privavit eum Pater naturæ A suæ nomine, postquam pro nobis homo, & pauper effectus est, nec in Jordane fluvio baptizatum altero appellavit vocabulo, sed filium unigenitum: *Tu es filius meus dilectus, in quo mihi* 67 *bene complacui*. Nec similitudo nostra in Divinitatis est mutata naturam, nec Divinitas in nostræ naturæ versa est similitudinem.

[b. 3. 17. / . 1. 12. / . 22.]

[38. c. 20.] S. GREGORII *Episcopi Nazianzeni in Homilia de Epiphania, inter cetera.*

[AP. IX. vulg. edit.] CUM ergo processisset ex virgine Deus, in ea, quam assumserat, humana natura, B unum e duobus 68 sibi invicem contrariis existens, carne & spiritu, aliud in Deum assumitur, aliud Deitatis gratia præstat.

[c. 22.] *Item infra.*

Missus est quidem, sed ut homo. Duplex enim erat in eo natura. Inde denique & laboravit ex itinere, inde & esuriit, & sitivit, & contristatus est, & flevit humani corporis lege.

S. BASILII *Episcopi Cappadocis.*

[AP. X. vulg. edit. in Cal-] CUM ergo quædam in Christo ita videmus humana, ut nihil a communi mortalium fragilitate distare videantur; quædam ita divina, 69 quæ nulli alii, nisi illi ineffabili naturæ conveniant Deitatis: hæret humani intellectus angustia, & tantæ admirationis stupore perculsa, quo declinet, quid teneat, quo se convertat, ignorat 70. Si hominem putet, devicto mortis regno cum spoliis redeuntem a mortuis cernit. Propter quod cum 71 omni metu & reverentia contemplandum est, ut in uno eodemque ita utriusque naturæ veritas demonstretur, ut neque aliquid indignum & in- D decens de divina illa & ineffabili substantia sentiatur, neque rursum quæ humanitus gesta sunt, falsis illusa imaginibus æstimentur.

[Orat. de fide ad inas c. 9. P. XI. vulg edit.] S. CYRILLI *Episcopi Alexandrini.*

HOmo 72 nominatus est, cum sit natura Deus, Dei Patris Verbum, quoniam similiter ut nos sanguini communicavit & carni. Sic enim in terris apparuit, non amittens id quod erat, sed assumens humanitatis naturam in sua ratione perfectam.

Item ejusdem in libro, qui dicitur: Scholia de Incarnatione Unigeniti.

Unus igitur est, & ante Incarnationem Deus verus, & qui 73 in humanitate mansit id quod erat, & est, & erit. Non discernendum igitur unum Dominum JESUM CHRISTUM in hominem seorsum, & seorsum in Deum; sed unum eumdemque JESUM CHRISTUM esse dicimus, non ignorantes differentias naturarum, sed eas inconfusas 74 inter se servantes.

Item cujus supra.

75 Intelligitur namque certe tamquam aliud in alio inhabitare, id est, divinam naturam in humanitate non perpessam commixtionem, aut commutationem, ut esset quod non erat. Quicquid enim in alio habitare dicitur, non ipsum fit tale, quale est id in quo habitat, sed aliud 76 in alio magis intelligitur. At vero in Verbi natura & humanitatis, nobis solam differentiam designat diversitas naturarum. Unus enim ex utraque intelligitur Christus. Ergo 77 inconfusione, ut ante dixi, servata inhabi- C tasse ait Verbum in nobis. Scit enim unum esse Filium unigenitum, carnem factum & hominem. [Eod. libro c. 25. post med. Deest in MSS. coll. III. V. & VIII. ac in Veron. 58.]

Item cujus supra ad Nestorium.

Ait igitur sancta & magna Synodus, ipsum, qui est ex Deo Patre natus naturaliter, Filium unigenitum, Deum verum de Deo vero, lumen de lumine, per quem & cum quo omnia fecerit Pater, hunc descendisse, incarnatum esse, & hominem factum, passum esse, resurrexisse tertia die, & ascendisse rursus in cælos. Hæc nos sequi verba debemus; his nos convenit obtemperare dogmatibus: considerantes quid sit incarnatum esse, & hominem factum Dei Verbum. Non enim dicimus, quod Dei natura conversa, vel immutata, facta sit caro; nec quod in totum hominem, qui est ex anima & corpore, transformata sit; sed illud magis, quod carnem animatam anima rationali sibi copulaverit Verbum substantialiter, 78 & incomprehensibiliter & ineffabiliter factus sit homo, & nuncupatus sit etiam filius hominis, non nuda tantummodo voluntate, sed nec assumtione sola personæ, sed quod diversæ [Epist. ad Nestorium I par. Conc. Ephesini c. 8. ex versione, quæ habetur in coll. V cap. 56. & in coll. XII.]

[ALLER. OTÆ.]

67 Iidem vulg. delent *bene*. Mox *complacuit* in MSS. Hisp. Isid. & ceteris inde profectis.

68 Codd. coll. V. utroque loco delent *sibi*. Post pauca *unum in Deum* duo Vatt. coll. XXI. & prima editio.

69 *Ut nulli* in *Vat.* coll. XXI. & prima editione.

70 Apud Quesn. in cap. 41. coll. V. e cod. Oxon. additur: *Si Deum putet, crucifixum contemplatur*. At hæc omittuntur tum in omnibus nostris & Quesnelli codd. Leoninis, tum in ipso codice *Vindeb.* coll. V. utroque loco, nec non in Thuaneo ejusdem Quesnelli, qui Oxoniensi multum præstat.

71 Codd. *Vat.* Hisp. & Isid. atque alius coll. XI. *nimio*. Dein iidem codd. cum *Vindeb.* Hisp. coll. III. *Vindeb.* coll. V. utroque loco, & *Vat.* coll. XXIV. delent *humanitus*.

72 Solus *Vindeb.* Hisp. *natus est*. Mox idem cod. & *Vat.* Hisp. Isid. aliusque coll. XI. delent *Deus*. Paullo post *Vindeb.* coll. V. utroque loco *in terrenis apparuit*.

73 Vulg. cum MSS. coll. XXIV. *in Divinitate mansit, in qua erat, est, & erit*. Correximus ex codd. coll. III. V. utroque loco, ambobus Hisp. *Vat.* Isid. & aliis ejusdem originis, ut legitur etiam in exemplo primæ editionis apud Marium Mercatorem, & quod potissimum est, in originali Græco.

74 Vat. Hisp. Isid. & alius coll. XI. *inter se esse servantes*. Vindeb. coll. V. cap. 41. *inter se reservantes*. Melius in *Vat.* coll. III. & in exemplo primæ editionis *inter se se servantes*.

75 Vulg. ante Quesn. cum MSS. coll. XXIV. *Dicitur namque tamquam*. Quesnellus omisit *tamquam*, quod adjecimus ex utrisque Hisp. ex Vat. Isid. aliisque inde profectis, ac ex Græco contextu. Post pauca Quesnellus addidit *aut commutationem*, quas voces iidem nostri codd. ac prima editio exhibent.

76 Solus Quesn. *in eo*. Post pauca pro *natura* editi antiquiores cum solo *Vat.* coll. XXIV. *persona*, male.

77 Sic cum editis MSS. coll. XXIV. Utrique codd. Hisp. cum aliis inde profectis *in confessione* (perperam pro *inconfusione*) *ut ante dixeram inhabitasse ait* &c. Ex Græco originali inserto Act. 2. Calchedon. *ut confusionem excluderet, vigilanter ait, inhabitasse Verbum in nobis*.

78 Addidimus *& incomprehensibiliter* ex MS. Corb. coll. II. a Quesnello laudato in margine, & nostro *Vat.* coll. VIII. Eodem refertur Vindeb. coll. V. utroque loco, ubi *& inaeprehensibiliter*: & alia antiqua versio Ephesino

versæ quidem naturæ in unum convenerint, unus tamen ex ambabus Christus & Filius non evacuata aut sublata diversitate naturarum per conjunctionem, sed quia simul nobis effecerunt unum Dominum, & Christum, & Filium, id est, Divinitas & humanitas, per arcanam illam ineffabilemque 79 copulationem ad unitatem. Itaque is, qui ante sæcula omnia est natus ex Patre, etiam ex muliere carnaliter dicitur procreatus. Non quia divina ipsius natura de sacra Virgine sumsit exordium, nec quod propter seipsam opus habuit secundo nasci post illam nativitatem, quam habebat ex Patre (est enim ineptum & stultum hoc dicere, quod is, qui ante omnia sæcula est consempiternus Patri, secundæ generationis eguerit, ut esse inciperet;) sed quia propter nos & propter nostram salutem naturam sibi copulavit humanam, & processit ex muliere, idcirco dicitur natus esse carnaliter. Neque enim 80 prius natus est homo communis de sancta Virgine, & tunc demum habitavit in eo Verbum; sed in ipsa vulva uteroque virginali, se cum carne conjunxit, & sustinuit generationem carnalem, carnis suæ nativitatem, faciens suam. Sic illum dicimus & passum esse & resurrexisse, non quia Deus Verbum in sua natura passus sit aut plagas, aut clavorum transfixiones, aut alia vulnera 81 (Deus namque incorporalis extra passionem est;) sed quia corpus illud, quod ipsius proprium factum est, passum est, ideo hæc omnia pro nobis ipse dicitur passus. Inerat enim in eo corpore, quod patiebatur, Deus, qui pati non poterat. Simili modo & mortem ipsius intelligimus. Immortale enim & incorruptibile est naturaliter, & vita, & vivificans Dei Verbum. Sed quia corpus ipsius proprium, *gratia Dei*, juxta Pauli vocem, *pro omnibus mortem gustavit*, idcirco ipse dicitur mortem passus esse pro nobis. Non quod 82 ipse mortem esset expertus, quantum ad ipsius naturam pertinet; insania est enim

Hebr. 2. 9.

A hoc vel sentire, vel dicere: sed quod, ut supra diximus, caro ipsius mortem gustavit. Ita & resurgente carne, ipsius rursus resurrectionem dicimus: non quia in corruptionem ceciderit, absit; sed quia ejus resurrexit corpus. Ita Christum unum & Dominum confitemur, non tamquam hominem cum Verbo coadorantes, ne divisionis quædam species inducatur; sed unum jam & eumdem adorantes: quia non est alienum a Verbo corpus suum, cum
B quo 83 ipsi etiam assidet Patri. Nec hoc ita dicimus, quasi duobus filiis assidentibus, sed uno cum carne per unitatem: quia si talem copulationem factam per substantiam, aut quasi impossibilem, aut quasi parum decoram noluerimus accipere, in id incidimus, ut duos filios esse dicamus: 84 necesse est enim discernere & dicere hominem separatim fuisse sola filii appellatione honoratum, & rursum Verbum, quod est ex Deo, & nomine, & veritate filium
C Dei. Sed discernere in duos filios non debemus unum Dominum JESUM CHRISTUM. Neque enim id adjuvat rectam fidei rationem, licet nonnulli nescio quam perhibeant 85 copulationem personarum. Non dixit enim Scriptum, Verbum Dei personam hominis sibi assumsisse, sed carnem factum esse. Id autem est ostendere Dei Verbum, similiter ac nos 86 participationem habuisse carnis & sanguinis, & corpus nostrum proprie suum fecisse, & hominem ex muliere processisse, non abjecta,
D nec deposita Deitate, aut generatione illa, quam habebat ex Patre; sed mansisse etiam in asumtione carnis Deum, quod erat. Hoc ubique rectæ fidei ratio protestatur. In tali sensu sanctos patres fuisse comperimus. Ideo illi non dubitaverunt sanctam Virginem dicere Θεοτόκον; non quod Verbi natura, Deitasque 87 in sancta Virgine sumsit exordium; sed quod ex ea natum sit sacrum illud corpus animatum anima rationali, cui substantialiter adunatum Dei Verbum, carnaliter natum esse dicitur 88.

Joan. 1. 14

AD-

BALLER. NOTÆ.

sino Concilio inserta, ubi & *inintelligibiliter* legitur. Vulg. cum codicibus coll. III. aliisque ex Hispanica profectis perperam & *inreprehensibiliter*, quod a Quesnello non intellectum, expunctum fuit: at in editione coll. v. cap. 41. *indeprehensibiliter* posuit. Mox Vindeb. coll. v. delet *etiam*.

79 Vulg. Leonis ante Quesn. cum Vat. coll. xxiv. *copulationis adunationem*. *Vat.* coll. viii. *copulationem adunatam*: in quo sicut & in *Vat.* coll. III. post pauca habetur *creditur* pro *dicitur*. Dein post vocem *procreatus* vulgati addunt *in tempore*: expunximus cum potioribus codicibus & Græco textu.

80 Al. *primum*, vel *primitus*. Dein *secum carnem conjunxit* in *Vat.* coll. III.

81 Vulg. addunt *susceperit* Delevimus cum MSS. coll. III. & v. utroque loco cum Vindeb. Hisp. atque *Vat.* coll. xxiv. Ceteræ etiam versiones, & Græcus textus idem verbum ignorant.

82 Editi *in se*. Præstantiorum codd. coll. III. & v. utroque loco lectionem secuti sumus, concinentibus vetere interpretatione Ephesina, & præsertim originali Græco. Postea *vera caro ipsius* in MSS. coll. v. Aliquanto post codd. *Vindeb.* coll. v. c. 41. utrique Hisp. Isid. & *Vat.* coll. xxiv. *ceciderat*. Mox vulg. ante Quesn. cum MSS. coll. xxi. *quod absit*.

83 Vindeb. coll. v. hoc loco *ipse*. Dein pro *impossibilem* Vat. Hisp. & Isid. *impassibilem*, male. Hinc forte emendatum in *Vat.* coll. xxiv. *passibilem*, quod transivit in Vulgata ante Quesn. in quibus mox *voluerimus* pro *noluerimus* cum Vat. Hisp. & Isid. Dein *incidemus* in iisdem Vat. Hisp. Isid. & alio coll. xi.

84 Solus *Vindeb.* coll. v. c. 41. *nec enim debemus discernere*: at cap. 67. *nec enim discernere*. Thuan. Quesnelli ejusdem collectionis c. 41. *nec enim discernere fas est*. Retinuimus vulgatam lectionem aliis codd. probatam, ac ipsi originali Græco cohærentem; cum id velut consequens ex doctrina Nestorii Cyrillus tradiderit.

85 In Vindeb. Hisp. omittitur *copulationem*. Emendatum fuit ex arbitrio in *Vat.* Hisp. & Isid. *personarum distinctionem*: in *Vat.* coll. xxiv. *divisionem personarum*.

86 Codd. *Vat.* coll. III. *Vindeb.* Hisp. & alius *Vindeb.* coll. v. *utroque loco participatum*. *Vat.* Hisp. & Isid. *participium*.

87 Cum in *Vindeb.* Hisp. alioque simili deesset *in*, *Vat.* Hisp. & Isid. aliique inde profecti suppleverunt *de*.

88 In MSS. coll. III. & VIII. duo alia testimonia adduntur, quæ ad Leonis caussam non pertinent, nec Leonem habent auctorem. Sunt autem sequentia: *Item fides S. Hilarii. Nos enim insistentes Patrum vestigiis, ut Scripturarum vocibus eruditi, docemus & prædicamus in Ecclesiis & confitemur Trinitatem increatam, æternam, unius esse substantiæ in tribus substantiis* (lege *subsistentiis*) *& in una Deitate adorantes. Item fides S. Augustini. Credimus in Patrem, & Filium, & Spiritum Sanctum. Hæc æterna & incommutabilia, idest unus Deus, una substantia, & Trinitas æterna. Deus ex quo omnia, per quem omnia, in quo omnia. Scimus enim principium ejus, ex quo sunt omnia, & imaginem ejus, per quem formantur omnia, & sanctitatem ejus, in quo ordinantur omnia*. Tandem hæc clausula subditur: *Explicuerunt testimonia de libris sanctorum Patrum decerpta, quæ ostendunt Christum geminæ substantiæ gignitum esse* (pro quo in MSS. coll. III. erronee *gigantem esse*) *idest & Deitatis, & humanitatis veras perfectosque naturas unam Christi esse personam*.

ADMONITIO

in Epistolam sequentem.

1 INscriptio ipsius epistolæ non exiguam difficultatem facessit. Hanc in MSS. novem collectionum invenimus, nimirum in Hispanica, Isidoriana, XI. XII. & XX. usque ad XXIV. ac in exemplari Sichardi. Porro inscriptio in ejusmodi codicibus & in Episcopi, & in episcopalis sedis nomine variat. Nam exemplaria Vat. Hisp. & Isid. cum MSS. coll. XII. XX. XXI. XXII. & XXIII. *Leonem Ravennatem*, vel *Ravennensem*, aut *Ravennatensem* Episcopum præferunt. Codices vero coll. XI. & XXIV. cum exemplaribus Merlini atque Sichardi *Neonem*, *Neonium*, vel *Neoniam*, itidem *Ravennatem* exhibent. Tres codices a Quesnello allegati not. 1. in quibus *Neonæ*, vel *Neoniæ* legitur, ad collectionem XXIV. pertinere cognovimus. Isidori autem editio ab eodem laudata Merlini exemplum innuit, quod in hac epistola, ut & in nonnullis aliis, accedit ad lectiones collectionis XXIV. Cum porro codices hactenus cogniti istis essent similes, qui in Ravennati sede conveniunt, de solo nomine Episcopi dubitari potuit. Nos vero duos Vindebonenses vetustos libros invenimus, in quibus *Leonis* quidem nomen retinetur, at episcopalis sedes maxime discrepat. Nam exemplum Vindebonense, quod puriorem Hispanicam collectionem continere alibi diximus, *ad Leonem Arbonensem* in titulo prodit, & in inscriptione *Leo Leoni Episcopo Arbonensi salutem*. Aliud vero exemplum Vindebonen. coll. V. signatum num. XLII. cui aliquot epistolæ insertæ fuerunt ex collectione Hispanica, hunc titulum suggerit: *Ad Leonem Narbonensem Episcopum*.

2 Ut autem in tanta varietate codicum & collectionum facilior solutio sit, animadvertimus duplicem esse fontem, unde hæc epistola sumpta fuit; nimirum collectionem Hispanicam, ex qua hanc epistolam derivarunt auctores coll. Isid. XII. XX. XXI. XXII. & XXIII. & exemplum aliud, ex quo eamdem sumsere auctor coll. XXIV. Merlinus, atque Sichardus. Variantes enim, quas relegentes ipsam epistolam in iisdem MSS. invenimus, hanc duplicem originem ostenderunt. Cum vero quoad episcopalis sedis nomen plures codices prioris originis signantes *Ravennatem* conveniant cum omnibus MSS. alterius fontis; de Ravennatensi sede dubitandum non est. Id autem vel maxime ex eo confirmatur, quod codices duo Vindebonenses, qui dissentiunt, aperto errore laborant. Nam *Arbonensis* episcopatus, qui in MS. Vindeb. Hisp. legitur, ignotus est: *Narbonensis* vero per hoc tempus non a Leone tenebatur, sed a Rustico, ad quem aliam posteriorem epistolam datam videbimus. Neque moveat, quod primus codex Vindebon. puriorem Hispanicam complectatur. Nam licet eatenus sit purior, quod emendationes in Gallicanos codices inductas non recepit; mendosissimus tamen est, mendumque satis prodit in eadem inscriptione episcopatus *Arbonensis*, quem nemo inveniet. Hoc autem mendum evidentius demonstrant antiquiores & emendatiores codices Hispanici, quos adhibuit auctor Breviarii canonum Ecclesiæ Hispanæ a Cardinali de Aguirre editi, cujus Breviarii exemplar manuscriptum reperimus inter Vaticanos codices num. 4887. Hoc enim opus exeunte sæculo VII. scriptum, ut probavit etiam P. Coustantius in Præfat. ad Epist. Rom. Pontif. num. 150. Breviarium est collectionis Hispanicæ, quod auctor Hispanus ex Hispanicis utique codicibus sumpsit. In eo autem lib. 4. tit. 30. & 35. duo tituli referuntur ex sequenti epistola, quæ his verbis utroque loco citatur: *Epistola Leonis ad Leonem Ravennensem tit.* 1. vel 2. *a cap.* 73. quo quidem capite in collectione Hispanica sequens epistola describitur. Igitur de *Ravennatis* sedis nomine, in quo puriores & vetustiores codices Hispanici aliique inde profecti cum aliis MSS. ex alio fonte deductis conveniunt, ambigi nequit.

3 Cum porro de episcopatu Ravennate constet; Neonis nomen amplectendum Ravennates catalogi demonstrant: neque enim inter Episcopos hujus sedis per hoc tempus invenitur ullus Leo. Hac autem in re vetusti catalogi Episcoporum Ecclesiæ Ravennatis difficultatem afferent: vetusti, inquam, qui apud Agnellum a Bacchinio primum editum legi possunt: nam recentiores apud Rubeum & Ughellum etsi in re præsenti non obsint, antiquum tamen ordinem deseruere ex arbitrio, ut cum quibusdam præjudiciis nonnulla posterius detecta monumenta conciliarentur. In antiquis autem illis catalogis nullus quidem Leo hujus ævi Episcopus reperitur; at Neo præcessor fit S. Petro Chrysologo, cum ex hac epistola posterior esse deberet. Ut autem hæc difficultas tollatur, duo in his catalogis distinguenda sunt, ordo Episcoporum, & tempus ac gesta, quæ iisdem tribuuntur. Ordo catalogorum veterum, quoad priorum sæculorum Episcopos cum derivatus fuerit ex antiquissimis diptycis, quæ in quibusque Ecclesiis jamdiu custodita fuere, nisi quid omnino evidens cogat, retinendus est. Tempus autem & gesta singulis Episcopis adscripta, cum ex diptycis, in quibus sola Episcoporum nomina describebantur, sumi nequiverint; ex auctorum medii ævi arbitrio, vel etiam ex vulgatis quibusdam præjudiciis pendent, quæ in rebus antiquis minimi habenda sunt. Hinc plures fabellæ ejusmodi catalogis inveniuntur nonnumquam insertæ, quæ eruditorum calculis reprobantur; & alia incerta vel contradictoria identidem deteguntur, cum certiora antiqua monumenta in lucem prodeunt. Id cum exploratum sit in catalogis aliarum Ecclesiarum, tum præsertim Ravennatibus evidentissimum probavimus lib. 2. Observationum in sacra Cardinalis Norisii opera cap. 7. num. 3. tom. 4. pag. 915. ubi etiam ostendimus pugnantibus Episcoporum ordine, & rebus ac tempore Episcopis tributis, satius esse de errore in rebus ac tempore perperam adscriptis, quam in Episcoporum ordine suspicari.

Ordo veterum Episcoporum in catalogis antiquis exhibitus quanti faciendus sit. Cur non idem censendum de gestis, & præcipue de tempore, quæ in iisdem catalogis notantur.

Exemplum ex antiquis catalogis Ecclesiæ Ravennatis.

4 Ordo Episcoporum Ravennatum hujus ævi in Agnello & reliquis antiquis Ecclesiæ Ravennatis scriptoribus hic est: Ursus, Petrus, Neo, Exuperantius, Joannes, Petrus. Cum autem Joanni tribuant privilegium Valentiniani III. secundo Petro hujus successori adscribunt, quæ de S. Petro Chrysologo certa sunt. His vero obstant tria monumenta posterius edita, primum epistola Leonis ad Neonem, quæ Episcopo Petri Chrysologi successori congruit: secundum epistola Simplicii Papæ ad Joannem Episcopum Ravennatem, qui post Petrum & Neonem eam sedem obtinuit: tertium Synodi Romanæ sub Symmacho, in quibus alius Petrus Ravennas subscriptus invenitur. Hæc animadvertens P. Bacchinius, ut triplicem nodum solveret, ad duo confugit. Primo suspicatus est, Leonis epistolam non ad Neonem Ravennatem missam, sed ad Ravennium Arelatensem, cui aliæ ejusdem Pontificis epistolæ per hoc tempus datæ fuerunt; cum de Galliis vastatis ab Attila constet, & de captivis inde deductis, qui ad patriam rediere, ut in hac epistola traditur. Dein ut duobus aliis monumentis satisfaceret, duos Episcopos laudatis catalogis adjiciendos credidit, nimirum alterum Joannem, qui sub Simplicio, & tertium Petrum, qui sub Symmacho vixerit: ac si Agnellus & alii veterum catalogorum scriptores in Joanne Angellopte, & Petro secundo duos Joannes, & duos Petros confuderint. Hæc omnino arbitraria inducat oportet, qui de rebus ac temporibus perperam attributis non suspicatur.

5 Ravennium quidem Arelatensem inscriptioni epistolæ Leonis subjicere, contra omnium codicum fidem pugnat. Non solæ Galliæ vastatæ fuerunt ab Attila, sed is in ipsa Italia ad Padum usque pervenit, ultra quod flumen Ravennatis provincia, & pars etiam diœceseos extendebatur. Quid quod hæc epistola ex contextu encyclica videtur ad plures, ut ne peculiaris ratio pro Ravennate requirenda sit? Additio porro duorum Episcoporum Joannis & Petri probabilis esset, si nulla alia ratio suppeteret conciliandi omnia. Quando autem in catalogis error aliquis certus est, & sola emendatione rerum ac temporum, quæ ex auctorum arbitrio adscititia, aut præjudiciis constituta sunt, sanari potest; non est deserendus, aut additionibus perturbandus Episcoporum ordo, qui ex antiquissimis diptycis originem duxit. Hac regula satis evidenti, quæ in aliis aliarum Ecclesiarum catalogis perutilis invenietur, deteges in re præsenti totam difficultatem & confusionem a catalogis inductam ex eo proficisci, quod ex duobus Petris Ravennatibus adscripta fuerint secundo, quæ primo adjudicanda fuerant: ita enim anteriorem ætatem Neoni & ceteris tribuerunt. Hic autem error si corrigatur, & primus Petrus, non autem secundus credatur S. Petrus Chrysologus; statim omnia sanata, optime congruere invenientur. Ille enim is erit, qui celebres ad Eutychem litteras dedit. Huic deinde successit Neo, ad quem S. Pontifex sequentem epistolam scripsit. Dein post Exuperantium Neonis successorem Joannes sub Simplicio, & tandem alius Petrus sub Symmacho optime sequuntur. Si Agnellus & auctores catalogorum veterum hæc monumenta vidissent, nihil dubitamus, quin ordine Episcoporum custodito, eadem monumenta similiter conciliassent, ut Rubeus, & Ughellus fecere; sicque vera Neonis ætas ex iisdem confirmaretur. Ignoratio vero monumentorum, quæ tunc obtinebat, certæ codicum fidei, qui hanc epistolam Neoni Ravennati inscribunt, præjudicare nequit.

* Alias CXXXV. 24. Octobr. an. 458.

EPISTOLA CLXVI. *

Ad NEONEM Ravennatem Episcopum.

De his, qui de captivitate redeuntes, incertum habent, utrum ante captivitatem baptisma consecuti sint.

SYNOPSIS

ex Collectione Hispanica.

I. *De parvulis, qui in captivitatem devenerunt, & baptismi gratiam non reminiscuntur.*

II. *Ut ab hæreticis baptizatus, per manus impositionem accipiat Spiritum sanctum.*

☞ TITULI VETERES SEU EXCERPTA

ejusdem epistolæ ex vetustiss. Cod. Luc. 490.

XXXII. LEO ad LEONEM Episcopum.

I. *Qui se nescit baptizatum, baptizetur.*

II. *Venientes ab hæresibus per Episcopi manus impositionem transeant.* ☜

LEO Episcopus NEONI Episcopo Ravennati salutem.

Frequenter quidem in diversarum 1 ambiguo quæstionum titubantia fratrum corda, Spiritu Dei 2 instruente, solidavimus, responsionis formam, vel ex sanctarum Scripturarum disciplinis, vel ex Patrum regulis colligentes; sed 3 nuper in Synodo novum & inauditum antea genus consultationis exortum est.

Pontifex respondet, scriptura traditione præluceunte.

Nam

BALLER. NOTÆ.

1 Vat. Hisp. & Isid. cum MSS. coll. XI. & XXI. & ceteris ejusdem originis *ambiguis*.
2 Utrique Hisp. & Vat. Isid. *instruentes*. Exemplum Sichardi *instituente*.
3 Ita vulg. cum MSS. coll. XXIV. & exemplis Merlini ac Sichardi. Vindeb. Hisp. *nunc* per *in synodouum*, quam corruptam lectionem emendavit auctor MSS. Hisp. originis Gallicanæ sic: *nunc periculosum novum*, quæ arbitraria & falsa emendatio legitur in *Vat.* Hisp. Isid. & aliis codd. collectionum XI. XXI. &c. inde profectis, ad quos duo illi a Quesnello allegati in margine referendi sunt.

Dubia Ro... in frequen... delata.

Nam quorumdam fratrum suggestione comperimus, aliquos captivorum ad sedes suas 4 libere redeuntes, qui scilicet in captivitatem illa ætate devenerint, quæ nullius rei 5 firmam potuerat habere notitiam, remedium quidem implorare baptismatis: sed utrum 6 ejusdem mysterium baptismatis ac sacramenta perceperint, infantiæ inscientia non posse reminisci, & ideo sub hoc 7 latentis recordationis incerto, animas suas in discrimen adduci, dum sub specie cautionis negatur his gratia, quæ ideo non impenditur, quia putatur impensa. Cum itaque tribuere talibus dominici sacramenta mysterii, non immerito quorumdam fratrum formido 8 dubitaret, in synodali, ut diximus, cœtu formam hujuscemodi consultationis accepimus, quam diligentius 9 discutientes, pro uniuscujusque sensu sollicita voluimus ratione tractari, quo ad veritatem, 10 adhibita cognitione multorum, certius pervenire possemus. Eadem ergo, quæ 11 in sensum nostrum divina inspiratione venerunt, frequens etiam fratrum firmavit assensio. In primis itaque providere debemus, ne dum speciem quamdam 12 cautionis tenemus, damnum regenerandarum incidamus animarum. Quis enim ita sit suspicationibus suis deditus, ut verum esse definiat, quod, 13 omni manifestatione cessante, ex opinione ambigua suspicatur? 14 Cum itaque baptizatum se nec ille recordetur, qui regenerationis est cupidus, nec alter attestari de eo possit, 15 qui nesciat consecratum; ni- A hil est in quo peccatum possit obrepere, cum in hac parte conscientiæ suæ nec ille reus sit, qui consecratur, nec ille qui consecrat. Scimus quidem inexpiabile esse facinus, quoties 16 juxta hæreticorum damnata a sanctis Patribus instituta, cogitur aliquis lavacrum, quod regenerandis semel tributum est, bis subire, apostolica reclamante 17 doctrina, quæ nobis unam prædicat in Trinitate Deitatem, unam in fide confessionem, unum in baptismate sacramentum. *Ephes. 4. 5.* B Sed in hoc nihil simile formidatur, quoniam non potest in iterationis crimen venire, quod factum esse omnino nescitur. Atque ideo, quoties persona talis inciderit, sollicita primum examinatione discutite, & longo tempore, nisi forte supremus finis immineat, indagate, utrum nemo sit penitus, qui testimonio suo juvare possit ignorantiam nescientis. Et cum constiterit hunc, qui baptismatis indiget sacramento, sola inaniter suspicione prohiberi, C accedat intrepidus ad consequendam gratiam, cujus in se nullum scit esse vestigium. 18 Nec vereamur huic salutis januam aperire, quam numquam ante docetur ingressus.

Cur Leo consultus fratres consulit.

De consecr. dist. 4. *Cum itaque baptis-* ... cap. 112.

CAP. II.

Quod si ab hæreticis baptizatum quempiam fuisse constiterit, erga hunc nullatenus sacramentum regenerationis iteretur: sed hoc tantum quod ibi defuit, conferatur, ut per 19 episcopalem manus impositionem virtutem sancti Spiritus consequatur. Quam rem, frater D carissime, ideo generaliter ad omnium 20 vestrum

BALLER. NOTÆ.

4 Vulg. ante Quesn. cum MSS. coll. XXIV. & Merlino ac Sichardo *libertatemque redeuntes*; & mox *pervenerint*.

5 Hanc lectionem ex MSS. coll. XXIV. prætulimus: nam & Vindebon. Hisp. huc accedit mendose præferens *forma poterit*. Vulg. ante Quesn. cum Merlino *firmam poterat*. Quesnellus vero *ferme poterat* cum nostris codd. *Vat.* Hisp. Isid. aliisque ejusdem originis: qui codices mox *implorant* pro *implorare*.

6 Ita cum Quesnello tres ipsius codd. ac plures nostri coll. *Vat.* Hisp. Isid. aliique coll. XI. XXI. & XXIV. Ceteræ editiones *ejusdem mysterii ante sacramenta perceperint*; cui lectioni, quæ inserit *ante*, favere videtur corrupta lectio *Vindeb.* Hisp. *ejusdem is ter be antes ac sacramenta*. Sichardus *ejusdem remedii ante sacramenta*.

7 Retinuimus vulgatam lectionem, quam nonnulli codd. probant; pro qua alii exigua, & minus congrua variatione habent *latentes* vel *latenter*. Quesnellus ex conjectura correxit *jacentes*.

8 Ita cum vulg. antiquis plerique codd. Quesn. cum *Vat.* Hisp. *titubaret*.

9 Iidem vulg. cum *Vat.* coll. XXIV. ac exemplo Sichardi *discuti*, & *pro uniuscujusque*.

10 Vindeb. Hisp. *ad cognitionem*, male. Emendatum in *Vat.* Hisp. ac Isid. *ob cognitionem*. Cod. *Vat.* coll. XXIV. & Sichardus *adhibita cogitatione*. Dein *possimus* in utriusque Hisp. & Vat. Isid.

11 Vat. Hisp. & Isid. cum *Vat.* coll. XI. ac XXI. *in somnis mihi divina inspiratione* &c.

12 Utrique codd. Hisp. & Vat. Isid. *causationis*, minus recte: nam paullo ante præmiserat *dum sub specie cautionis*. Mox pro *regenerandorum* duo codd. Quesnelli *regendarum*. Dein *suspicionibus* in Vindeb. Hisp.

13 Utrique Hisp. & *Vat.* Isid. aliusque coll. XI. *Domini manifestatione*. Dein pro *suspicatur* tres codd. *est suspicatus*.

14 Quesnellus cum duobus suis MSS. nec non cum Ivone & Gratiano: *Cum itaque baptismi sui nihil recordetur*. Anteriorum editionum lectionem uti meliorem revocavimus, quam quidem præferunt MSS. coll. XXIV. cum exemplis Merlini ac Sichardi. Accedit mendosa ceteroquin lectio *Vindeb.* Hisp. *Cum itaque baptismatum se nihil recordetur*, ubi *baptismatum* pro *baptizatum*, & *se nihil*, pro *se nec ille* per errorem scriptum fuit. Hunc autem errorem auctor exemplarium collectionis Hispanicæ originis Gallicanæ ex ingenio emendavit, uti Quesnellus edidit ex codicibus, qui ex Hispanica Gallicanæ originis prodeunt, cujusmodi sunt etiam nostri *Vat.* Hisp. Isid. & *Vat.* coll. XI. & XXI. Sequentia etiam *nec alter* congruentius exigunt *nec ille*, quam *nihil*.

15 Vulg. ante Quesn. cum exemplis Merlini & Sichardi *quod nesciat*. Quesnellus cum nostro *Vat.* Hisp. *qui sciat*. Prætulimus lectionem *Vindeb.* Hisp. & *Vat.* coll. XI. XXI. & XXIV. hunc enim sensum hic locus habet: *nec alter, qui nesciat consecratum, attestari de eo possit*. Coustantius in *Vindiciis Veterum Codd. confirmatis* cap. 12. pag. 413. antiquos libros sic exhibere tradit, *qui se nesciat consecratum*, ubi, *qui* ad vocem *eo* revocanda esset. Sed sicut primum relativum *qui regenerationis* &c. refertur ad vocem *ille*, ita secundum *qui* ad vocem *alter* æquius referendum est; & idcirco lectionem pluribus codd. approbatam sequendam credidimus. Mox voces *nihil est* usque ad *qui consecratur* in *Vindeb.* Hisp. & Vat. coll. XI. omittuntur per saltum a voce *consecratum* ad *consecratur*: & nihilominus præferunt *qui nesciat consecratum*.

16 Ita vulg. antiqui cum MSS. coll. XXIV. Merlino & Sichardo. Error cod. *Vindeb.* Hisp. ad hanc lectionem accedit: ibi enim legitur *juxta hæreticorum doctrina a Sanctis Patribus instituta*, ubi *doctrina* pro *damnata* erronee scriptum fuit. Lectio vero, quam recepit Quesnellus *juxta hæreticorum dogma, contra Sanctorum Patrum instituta*, inventa ab eodem in duobus codd. Thuan. & Cantabrig. a nobis pariter inventa est in Vat. Hisp. Isid. aliisque similibus, qui ex Cod. Hisp. Gallicanæ originis proficiscuntur, ubi arbitrarias emendationes obtinuisse pluribus exemplis vidimus. Hujus autem codicis scriptor cum errorem detexisset in voce *doctrina*, nec occurrerit substituenda vox *damnata*, plures voces immutavit, ut supra. Codd. coll. XXI. mendose *juxta hæreticorum dogma a Sanctis Patribus institutum*. Vide not. 2. & 3. Quesn.

17 Quesnellus cum duobus suis MSS. & totidem nostris *sententia*. Anteriorum editionum lectionem potioribus & pluribus nostris codd. firmatam restituimus.

18 Vide not. 4. Quesn.

19 Sic antiquæ editiones cum utrisque Hisp. & Vat. Isid. ac exemplis Merlini & Sichardi. Al. *Episcopalis*. Vide not. 5. Quesn. cum qua confer Adnot. 25. in ep. 159.

20 Vocem *vestrum* a Quesnello expunctam revocavimus cum MSS. Vat. coll. XXIV. Merlino ac Sichardo. Dein *metuitur* pariter restituimus ex iisdem MSS. nec non ex Vat. Hisp. Isid. alioque coll. XI. Quesnellus cum aliis codd. *metuimus*.

strum volumus pervenire notitiam : ne dum plus justo metuitur, misericordia Dei salvari

A cupientibus denegetur. Data nono Kalendas Novembris, 21 Consulatu *Majoriani* Augusti.

ADMONITIO

in Epistolam sequentem.

Tom. XV. p. 405.

1 Quesnellus rationibus judicio Tillemontii valde exilibus sequentem epistolam datam prodidit circa an. 442. 443. & 444. Cum Sirmondus atque Baluzius, nullo tamen allato documento, eamdem affixerint anno 452. Quesnellus conjecit hos ita sensisse, eo quod existimaverint, in hac epistola, ubi sermo habetur de his, qui ab hostibus in infantia capti fuerant, respici ad eam vastitatem, quam Hunni in Galliis intulerunt an. 451. Hujus autem epistolæ locum non ad Hunnorum irruptionem referri contendit, sed ad Vandalorum persecutionem, qui Africa potiti sub Genserico, Catholicos oppugnarunt : nam Inquisit. 18. hæc præferuntur : *De his qui ex Africa, vel de Mauritania venerunt, & nesciunt in qua secta sint baptizati*. Tum Vandalica persecutione descripta, quæ Christianis illata fuit in Africa post an. 439. hac occasione nonnullos in Gallias sese recepisse existimat, de quibus in eadem epistola sermo sit: & idcirco eam datam credit circa annos indicatos 442. 443. & 444. in quibus ea persecutio grassata est.

2 Sed primo evidens argumentum proferimus, quo hæc epistola ipso quoque anno 445. posterior demonstratur. Hermes, qui Rustici litteras ad Leonem attulit, in inscriptione Narbonensis Ecclesiæ a Quesnello in notis recusa *Diaconus* vocatur. Hanc autem inscriptionem idem Quesnellus Pagio adstipulante ad an. 445. num. 24. & 25. adversus Baluzium optime interpretatur, & rectissime insculptam probat an. 445. Porro idem Hermes in exordio epistolæ Leonis ad Rusticum *Archidiaconus* dicitur. Hæc ergo epistola post eam inscriptionem seu post an. 445. exarata fuit, cum Hermes a diaconatu ad archidiaconatum provectus fuisset.

3 Dein licet Africana Vandalorum persecutio efferbuerit post an. 439. Mauritania tamen in Romanorum potestate perstitit usque ad Valentiniani mortem, quæ incidit in an. 455. Igitur si ii, qui *de Mauritania* in Gallias *venerunt*, persecutionis caussa, ut opinatur Quesnellus, transmisere ; id post an. 455. statuendum esset.

4 Verum ad exsufilandam Quesnelli conjectationem, & ad statuendum verum tempus hujus epistolæ alia apertiora & luculentiora ex ipsis Rustici Inquisitionibus suppetunt. Non solum enim Inquisit. 18. *de his qui ex Africa, vel de Mauritania venerunt* sermo est, sed etiam Inquisit. 17. *de his qui parvuli ab hostibus capti sunt*, & postea *ad Romaniam venerint*; & Inquisit. 19. *de his, qui parvuli . . . . a Gentilibus capti . . . . ad Romaniam adhuc juvenes venerint*. Esto casus Inquisit. 18. ad illos spectet, qui ex Africa in Gallias aliqua de caussa tempore persecutionis Vandalicæ se se receperunt ; non tamen eodem pertinere queunt casus Inquisit. 17. & 19. Hic enim indicantur ii, qui *parvuli* ab *hostibus*, iisque *Gentilibus* capti, & extra Romanum imperium adducti, tandem adhuc *juvenes* in *Romaniam* seu in Romanum imperium redierant, ac ex his nonnulli in Narbonensem provinciam, quorum caussa inquisitiones a Rustico propositæ fuerunt. Non ergo de Africanis persecutionis caussa exulibus, vel profugis agitur, nec de Vandalis, qui non Gentiles, sed Ariani erant. Hunnos itaque aliosque barbaros Gentiles, eosdemque Romanorum hostes intelligere oportet, qui postquam Gallias depopulati sunt, ex iisdem pueros captivos secum asportarunt. Celebris est autem illorum irruptio in Gallias, & in ipsam Narbonensem provinciam, cujus meminit Hieronymus in epistola ad Ageruchiam an. 409. Si autem de parvulis hoc tempore captis fuisset quæstio, circa an. 442. haud scripsisset, ut videtur, Rusticus Inquisit. 19. quod *ad Romaniam adhuc juvenes venerint*. Hunni pariter adversus Gothos pugnarunt in Galliis an. 437. & 439. Sed tum auxiliares fuerunt Romanorum, non hostes. De *Gentilibus* autem *hostibus* Rusticus loquitur, & de captivis, qui adhuc juvenes ex hostibus in Romaniam redierunt. Æquius igitur intelligitur Hunnorum irruptio in Gallias an. 451. cum non auxiliares, sed hostes adversus Aetium Romanorum ducem dimicarunt. Si vero de *parvulis* hoc bello captis inquisitiones Rustici accipiendæ credantur; ut congruum tempus relinquatur, quo iidem parvuli a Gentilibus capti, juvenes in patriam remeaverint, hæc epistola affigi nequit an. 452.

5 Probabilius autem anno circiter 458. collocanda videtur. In primis enim in duabus epistolis

---

BALLER. NOTÆ.

21 Vulgati cum codd. coll. XXIV. Sichardo & Merlino & aliquibus MSS. coll. XXI. *Consulatu Marciani Augusti*. Quesnellus Not. I. errorem in hac Consulatus notatione latere, & pro *Marciani* substituendum esse *Majoriani* optime sensit. At cum non juvarent codices, qui fere chronicam notam omittunt ; epistolam quidem huic anno affixit, sed vulgatum *Marciani* Consulatum retinens, notavit in postilla legendum *Majoriani*. Nos vero *Majoriani* Consulatum inserere non dubitavimus, eo quod hic Consulatus notetur in Vindeben. Hisp. sic *Dat. VIII. Kal. Novemb. Consulatu Majuriani Augusti*. In die signando antiqui librarii unitatem facilius omittere, quam addere solent. Quod vero laudatus Quesnellus in notis num. 3. ait : numquam ita a Leone positam esse consularem notam *Consulatu*, sed vel *Consule*, vel *Consulibus* ; non omnino liquet : nam in ep. 159. ad Nicetam eamdem formulam invenimus in codice Florentino Sancti Marci coll. XIII. cumque in eadem epistola sigla *Cons.* præmittatur genitivo *Tariani* (legendum *Majoriani*) *Augusti* in cod. Vat. Dionysii, & similiter præmittatur in aliis Hadrianeis ; pro *Consulatu* manifeste accipienda est ; ut enim *Consulem* significaret, scribendum fuisset *Majoriano Augusto Consule*.

ſtolis anni 458. altera 159. ad Nicetam Aquilejenſem cap. 5. altera 166. ad Neonem Ravennatem cap. 1. mentio occurrit de Romanis ab infidelium captivitate ad ſua redeuntibus, quorum alii dubium injecerant de baptiſmate, de idolotitis alii, æque ac legitur in epiſtola ad Ruſticum Narbonenſem. Cum porro omnes hæ epiſtolæ congruunt captivis, qui ſub Attila Hunnorum rege Italiam & Gallias vaſtante capti fuerant; tum vero non minus epiſtola ad Ruſticum, quam aliæ duæ, circa eumdem annum 458. ſcripta æquiſſime agnoſcitur.

6 Dein in epiſtola ad Neonem c. 1. Leo ait: *Nuper in Synodo novum & inauditum antea genus conſultationis exortum eſt. Nam quorumdam fratrum ſuggeſtione comperimus, aliquos captivorum ad ſedes ſuas libere redeuntes, qui ſcilicet in captivitatem illa ætate devenerint, quæ nullius rei ferme poterat habere notitiam, remedium quidem implorare baptiſmatis: ſed utrum ejuſdem myſterium baptiſmatis ac ſacramenta perceperint, infantiæ inſcientia non poſſe reminiſci*. Hæc quæſtio eadem eſt ac illa quam Ruſticus Narbonenſis propoſuit. Quomodo autem Leo anno 458. in epiſt. 166. ad Neonem hoc *novum & inauditum antea genus conſultationis* potuiſſet affirmare, ſi eadem quæſtio jamdiu a Ruſtico illi fuiſſet propoſita? Quomodo in eadem epiſt. 166. addidiſſet, longiorem in ea ſolvenda ac diligentiorem diſcuſſionem fuiſſe neceſſariam, ſi jamdiu in epiſtola ad Ruſticum illam pari ratione ſolviſſet? Perſpicitur itaque prius Neonem, vel potius alium aliquem, qui occaſionem dedit tradendæ epiſtolæ ad Neonem, quam Ruſticum de hac quæſtione ad Leonem ſcripſiſſe: ac propterea hæc epiſtola ad Ruſticum exarata cognoſcitur poſt diem IX. Kal. Nov. an. 458. quo litteræ ad Neonem datæ fuerunt. Hanc igitur epiſtolam litteris ad Neonem ſubnectimus, eo quod poſteriorem eſſe nihil ambigimus: ut ne tamen hoc eodem an. 458. ſcriptam affimare velimus, cum ſcribi potuerit aliquanto poſt. Non multo tamen poſt exarata dicenda eſt: ſiquidem Hermes, qui in hac epiſtola appellatur *Archidiaconus*, vivo adhuc Ruſtico Biterrenſibus Epiſcopus datus fuit, a quibus cum non fuerit receptus, Narbonam rediit, & hac de re idem Ruſticus & Hermes litteras ad Leonem dedere, ut ex Hilari Papæ ep. 8. colligere licet. His autem ut congruum tempus tribuatur, ante Leonis mortem, quæ contigit an. 461. Hermes ad Biterrenſem cathedram promotus videtur ſub an. 460. hæc autem epiſtola Hermete adhuc Archidiacono Romæ agente, ſcripta ſerius dicenda eſt an. 459.

7 His autem de tempore hujus epiſtolæ præmiſſis manifeſtum fit, quam ſint inanes duæ Queſnelli conjecturæ, quibus cum animadverterit, aliquot ex iis dubiis, quæ propoſuit Ruſticus, deciſa fuiſſe in Conciliis Arauſicano I. Vaſenſi I. & Arelatenſi II. alterutrum not. 1. colligit: *ſcilicet vel Ruſticum ad Leonem ſcripſiſſe, antequam eæ difficiles quæſtiones in Conciliis ſupradictis ventilarentur & enodarentur: ſupervacaneum enim videretur & præter conſuetudinem Gallicanam, ut poſt ſoluta in pluribus comprovincialibus, aut majoribus etiam Synodis dubia, alia de eiſdem conſultatio haberetur; vel certe, ſi non præceſſit has Synodos Ruſtici epiſtola, non ab illarum ætate plurimum recedere putanda eſt; ſed forte Ruſticus exiſtimavit illarum ſtatutis ſibi ſtandum non eſſe, tum quia in multis durior diſciplina apparebat, tum quod inter ipſum & Hilarium Arelatenſem Epiſcopum, quo auctore ac præſide conditi canones fuerant, aliquid ſuberat ſimultatis, propter ſummam hujus in Eccleſias Gallicanas auctoritatem, quæ Narbonenſis Metropolitæ & aliorum Metropolitanorum Epiſcoporum ſplendorem obſcurabat*. Primum, nimirum Ruſticum ante prædicta Concilia ad Leonem ſcripſiſſe, quoad Arauſicanum I. & Vaſenſe I. ex præſtituto hujus epiſtolæ tempore falſiſſimum agnoſcitur. Concilium vero Arelatenſe II. quod omni chronologico charactere eſt expers, Ruſtici ævo habitum perperam creditur: collectionem enim canonum Synodorum anteriorum præfert in rationem S. Cæſarii Arelatenſis propriam; adeo ut hoc Concilium a Cæſario celebratum recte probarit P. Sbaraglia; quod confirmare poſſumus ex MSS. collectionibus Gallicanis, quæ in Vaticana & Veronenſi bibliothecis obſervavimus, ubi hæc Synodus immediate præmittitur Conciliis Agathenſi & Arauſicano II. a Cæſario coactis ineunte ſæculo VI. De ratione, quam Queſnellus ſubjicit, mox dicemus. Alterum vero quoad ſimultatem inter Ruſticum & Hilarium, commentitium pariter liquet. Siquidem ſub hujus epiſtolæ tempus, quo Ruſticus ad Leonem ſcripſit, nulla Ruſtico ſimultas eſſe poterat cum Hilario, qui jamdiu ante e vivis exceſſerat; cum præſertim ex Leonis decreto certi jam eſſent eccleſiaſticarum provinciarum fines, & cujuſque Metropolitæ jura jam conſtituta pacifice ſervarentur. Vera igitur ratio, qua Ruſticus ad Leonem de his quoque dubiis ſcripſit, quæ in Gallicanis Synodis fuerunt definita, hæc fuit, ut apoſtolicæ Sedis auctoritate certior definitio præberetur. Hinc vero etiam patet non alienum fuiſſe a conſuetudine Epiſcoporum Galliæ, poſt ſoluta in Conciliis Gallicanis dubia, Romanam cathedram conſulere, eo quod ex majorum traditione didicerint, quantum præſtet hujus auctoritas atque ſententia, quantamque in rebus dubiis certitudinem pariat.

Epiſcopi Galli Romanam Sedem conſulere conſueverunt in dubiis, & cur id fecerint poſt definitiones Synodorum Galliæ.

8 Ex conſtituto etiam hujus epiſtolæ tempore falſa deteguntur illa duo, quæ idem Queſnellus in confirmationem anni abs ſe aſſerti conferre poſſe exiſtimavit. Primo enim intelligimus, geſta, quæ in Epiſcoporum Honoratorumque examine ob Sabiniani & Leonis Presbyterorum cauſſam confecta initio epiſtolæ memorantur, non pertinere ad Synodum Arauſicanum I. an. 441. neque ad Vaſenſem I. an. 442. quibus ipſo obſervante Queſnello Ruſticus eorum Presbyterorum Epiſcopus non interfuit, ſed ad alium conventum, fortaſſis Narbonenſem, habitum paullo ante hanc epiſtolam ad Ruſticum, ideſt ſub an. 458. Hinc Baluzius in nova Conciliorum Collectione Narbonenſe Concilium, in quo eorum Presbyterorum cauſſa cognita fuerit, jure adſtruxit, & ſolum perperam iſtud affixit anno 452. Dein cum hæc epiſtola ad Ruſticum tam ſero fuerit ſcripta; dejectio illa animi, qua idem Epiſcopus ſcandalorum occaſione turbatus, vacationem ab Epiſcopatus laboribus ſe peroptare Leoni ſignificavit, non in initia Epiſcopatus, nec in juventutem, ut Queſnellus putavit, ſed in ſenectutem ejus incidit, cum gravis annis morti appropinquaret.

9 Nunc de codicibus aliquid dicendum ſupereſt. Invenimus hanc epiſtolam in MSS. decem & ſe-

& ſeptem collectionum, nimirum I. III. & reliquis uſque ad XIII. nec non in XVIII. & XXI. uſque ad XXIV. ac præterea in peculiari vetuſtiſſimo MS. Capituli Veronenſis 58. Duobus autem modis hæc in ejuſmodi collectionibus præfertur. In omnibus enim collectionibus poſterioribus Dionyſio ipſæ Ruſtici inquiſitiones deſiderantur. Dionyſius ſcilicet omiſſis inquiſitionibus, ipſarum loco titulos epiſtolæ præfixit, quibus nonnumquam duas Leonis reſponſiones in unum minus apte copulavit, ut ſuo loco notabimus. Hos eoſdem Dionyſii titulos tantum nacti ſumus in codicibus aliarum poſteriorum collectionum Hiſpanicæ, Hadrianeæ, &c. quæ hanc epiſtolam e Dionyſio recepiſſe noſcuntur. Hos titulos nos cum Queſnello in præmiſſa ſynopſi exhibebimus. Inquiſitiones vero, ſine quibus plerumque Leonis reſponſa intelligi nequeunt, Sirmondus primus edidit. Eas nos in quatuor collectionibus MSS. Dionyſio antiquioribus reperimus, ſcilicet in cod. Vat. Reginæ coll. I. in Vat. & Barber. coll. III. in Lucenſi coll. IV. in Vindebon. coll. V. ac tandem in peculiari MS. Veron. 58. Ita præter codices poſteriorum collectionum, quæ inquiſitionibus carent, ſex præſtantiſſima diverſæ originis exemplaria inquiſitionibus prædita nobis præſto fuere, cum Queſnellus duo tantum unius collectionis V. invenire potuerit.

* Alias II. an. 458. vel 459.

EPISTOLA CLXVII. *

Ad RUSTICUM Narbonenſem Epiſcopum,

ſubditis reſponſionibus ad ejuſdem conſulta 1 reſcriptis.

SYNOPSIS

ex DIONYSIO Exiguo.

I. *Quod non habeantur Epiſcopi, quos nec Clerus elegit, nec populus exquiſivit, nec provinciales Epiſcopi conſecrarunt. Si qui tamen Clerici ab his pſeudo-epiſcopis ordinantur, rata poteſt* 2 *ordinatio talis exiſtere.*

II. *Quod Presbyteri, aut Diaconi, ſi in aliquo crimine* 3 *detecti fuerint, non poſſint per manus impoſitionem pœnitentiæ remedium conſequi.*

III. *Quod Diaconi, ſicut Epiſcopus, & Presbyter, ceſſare debeant ab opere conjugali, non tamen repudiare conjugia.*

IV. *Quod aliud ſit uxor, aliud concubina; nec erret quiſquis filiam ſuam* 4 *in matrimonium tradiderit ei, qui habuit concubinam.*

V. *Quod non ſit conjugii duplicatio, quando ancilla* 5 *rejecta, uxor aſſumitur.*

VI. 6 *De his, qui communione privantur, & ita moriuntur.*

VII. *De his, qui pænitentiam agere differunt.*

VIII. *Quod oporteat eum, qui pro illicitis veniam poſcit, etiam* 7 *a licitis abſtinere.*

IX. *Quod pœnitenti nulla negotiationis lucra exercere conveniat.*

X. *Quod ad militiam ſæcularem poſt pænitentiam redire non debeat.*

XI. *Quod adoleſcens, ſi urgente quocumque periculo, pœnitentiam geſſit, & non ſe continet, uxoris poſſit remedio ſuſtineri.*

XII. *Quod ſi quis propoſitum monachi deſeruerit,* 8 *publicæ ſit pœnitentiæ ſatisfactione purgandus.*

XIII. *Quod puellæ, quæ non coactæ, ſed voluntate propria virginitatis propoſitum ſuſceperunt, peccant, ſi nupſerint, licet nondum fuerint conſecratæ.* 9

XIV. 10 *De his, qui dubitant, utrum baptizati ſint, neceſſe eſt eos baptizari.*

XV. *Quod eos, qui ſe baptizatos agnoſcunt, ſed in qua* 11 *profeſſione neſciunt, per manus impoſitionem ſuſcipi conveniat.*

XVI. 12 *De his, qui convivio gentilium & eſcis immolatitiis uſi ſunt.*

☞ TITULI VETERES SEU EXCERPTA

ejuſdem epiſtolæ. Ex vetuſtiſſ. Cod. Luc. 490.

XVII. LEO ad RUSTICUM Epiſcopum Narbonenſem.

I. *Clerici provinciales eligant Epiſcopum de propria provincia. Epiſcopi ordinent Epiſcopum.*

II. *Non repudiet Sacerdos uxorem ſuam.*

III. *Diaconus, presbyter, ſeparentur ab uxoribus.*

IV. *Uxor eſt quæ in matrimonio datur. Concubina non eſt uxor. Si ancilla dejecta fuerit duplicatæ non eſt uxorem ducere.*

V. *Excommunicatis mortuis non communicandum.*

VI. *Qui differunt pœnitentiam accipere, & ſi tardius, detur eis.*

VII. *Pœnitens negotium non agat.*

VIII.

BALLER. NOTÆ.

1 In cod. Veron. 58. & Vat. Reg. coll. 1. pro *reſcriptis* habetur *reſpondenti*; in Lucenſi coll. IV. *reſponditis*, in Vindebon. coll. V. *reſpondent*, forte legendum *reſpondentibus*. In tabula titulorum præfixa collectioni V. c. 72. ſic legitur: *cum ſubjectis XIX. conſultationum capitulis reſponſionibusque ſubnexis.*

2 Ita codices. Queſnellus *talis ordinatio haberi.*

3 Ita MSS. & Juſtellus in titulis collectioni præmiſſis. Queſnellus cum Juſtelliano titulo corpori canonum inſerto *prolapſi.*

4 Retinuimus lectionem titulorum Dionyſii, licet cohærentius textui Leonino Queſnellus cum Juſtelliano titulo corpori canonum inſerto ediderit *in matrimonium concubinam habenti tradiderit.*

5 Alias *relicta.*

6 Sic codd. ex Dionyſii titulis. Queſnellus cum Juſtelliano titulo corpori canonum inſerto. *De communione privatis, & ita defunctis.*

7 Ita Dionyſius. Alias *multis*, vel *a multis licitis.*

8 Al. *publica ſit ſatisfactione.*

9 MSS. coll. Hiſpanicæ cum ceteris inde profectis & editis Leonis ante Queſnellum addunt alium titulum: *De his quæ jam conſecratæ ſunt, ſi poſtea nupſerint.* De hac additione plura dicentur adnot. 76.

10 Piætulimus titulum tabulæ Dionyſianæ. Al. *De his, de quibus dubium eſt, utrum baptiſma perceperint, neceſſe eſt ut renaſcantur.*

11 Al. *fide* vel *fidei profeſſione*: & mox *ſuſcipiantur* pro *ſuſcipi conveniat.*

12 Aliqui codd. *De baptizatis, qui* &c.

VIII. *Quod ad militiam ſæculares poſt pœnitentiam redire.*

XVIIII. *Adoleſcens pœnitens accipiat uxorem. Pœnitens eccleſiaſticum judicium audiat non forenſe.*

XI. *Monachus qui deſeruerit propoſitum ſuum, publicam agat pœnitentiam.*

XIII. *Puellæ ſi promiſerint ex ſe virginitatem, & poſtea maritaverint ſe, prævaricatæ ſunt.*

XIV. *Licet baptizare quem ſuſpicatur non baptizatum.*

XV. *Qui ſe baptizatos dicunt, & neſciunt in qua fide, per manus impoſitionem tranſeant.*

XVI. *Qui manducaverint cum immolatitiis jejunent, & per manus impoſitionem tranſeant. Si certe idola adoraverint aut homicidiis aut fornicationibus interſint, pœnitentiam agant.*

LEO Epiſcopus 13 RUSTICO Narbonenſi Epiſcopo.

EPiſtolas fraternitatis tuæ, quas 14 *Hermes* Archidiaconus tuus detulit, libenter accepi, diverſarum quidem cauſſarum 15 connexione multiplices, ſed non ita patientiæ legentis oneroſas, ut aliquid earum inter concurrentes undique ſollicitudines fuerit prætermiſſum. Unde totius ſermonis tui allegatione 16 concepta & geſtis, quæ in Epiſcoporum Honoratorumque examine confecta ſunt, recenſitis, 17 *Sabiniano* & *Leoni* Presbyteris 18 actionis tuæ intelleximus fiduciam defuiſſe, nec eis juſtam ſupereſſe querimoniam, qui ſe ab inchoatis diſceptationibus ſponte 19 ſubtraxerint. Circa quos quam formam, quamve menſuram debeas tenere juſtitiæ, tuo relinquo moderamini: ſuadens tamen caritatis hortatu, ut ſanandis ægris ſpiritalem adhibere debeas medicinam; & dicente Scriptura: *Noli eſſe nimium juſtius:* mitius 20 agas cum eis, qui pudicitiæ zelo videntur modum exceſſiſſe vindictæ: ne diabolus, qui decepit adulteros, de adulterii exultet ultoribus.

De cauſſa Sabiniani & Leonis Presbyterorum. — *Eccl. 7. 17.*

Miror autem dilectionem tuam in tantum ſcandalorum quacumque occaſione naſcentium adverſitate 21 turbari, ut vacationem ab Epiſcopatus 22 laboribus præoptare te dicas, & malle in ſilentio atque otio vitam degere, quam in his, quæ tibi commiſſa ſunt, permanere. Dicente vero Domino: *Beatus qui perſeveraverit uſque in finem:* unde erit beata perſeverantia, niſi de virtute patientiæ? Nam ſecundum apoſtolicam prædicationem, *omnes qui 23 voluerint in Chriſto pie vivere, perſecutionem patientur.* Quæ non in eo tantum computanda eſt, quod contra chriſtianam pietatem aut ferro, aut ignibus 24 agitur, aut quibuſcumque ſuppliciis; cum perſecutionum ſævitiam ſuppleant & diſſimilitudines morum, & contumaciæ inobedientium, & malignarum tela linguarum: quibus conflictationibus cum omnia ſemper 25 membra pulſentur, & nulla piorum portio a tentatione ſit libera, ita ut periculis nec otia careant, nec labores: quis inter fluctus maris navim diriget, ſi gubernator abſcedat? Quis ab inſidiis luporum oves cuſtodiet, ſi 26 paſtoris cura non vigilet? Quis denique latronibus obſiſtet & furibus, ſi ſpeculatorem in proſpectu explorationis

Epiſcopus an debeat impoſitum onus abdicare? — *Matth. 24. 13.* — *2. Tim. 3. 12.* — *Quæ perſecutio in pace Eccleſiæ?*

BALLER. NOTÆ.

13 Confer notam 1. Queſnelli cum noſtra Admonitione, & cum obſervationibus eidem notæ ſubjiciendis.

14 De hoc Hermete vide quæ indicavimus in Admonit. num. 2. & 6. ac notam 2. Queſnelli. Mox *tuus* deeſt in MS. Florentino coll. XIII. & in editione Juſtelli.

15 Cod. Vat. Hiſp. cum aliis inde profectis, non tamen purior Vindebon. Hiſp. addit *provinciarum*. Paullo poſt duo Vatt. *intercurrente undique ſollicitudine*.

16 Vulg. ante Queſn. *comperta*; quod in MS. Vercellenſi collectionis Hadrian. reperimus. De *geſtis*, quæ ſubindicantur, vide Admonitionem num. 7.

17 Vindebon. collect. v. & quinque Vatt. cum Merlino *Saviniano*.

18 Ita Queſnellus emendavit auctoritate quinque ſuorum codicum Grim. Barb. & trium Thuan. cum antea legeretur *actionis ſuæ*. Hæc quidem poſtrema lectio congruentior videri poteſt, eo quod de actione judiciali ſermo ſit, quam non Ruſticus, ſed Sabinianus ac Leo Presbyteri adverſus quoſdam adulteros pudicitiæ zelo intentarunt. Hanc Tillemontius etiam prætulit in notatiuncula ad Ruſtici vitam pag. 404. quoad ſatis æquus Queſnellianæ lectionis ſenſus non afferatur. Nos inter hæc obſervavimus, vulgatam lectionem anteriorem Queſnello proficiſci ex codd. coll. Hiſpanicæ originis Gallicanæ, in quibus arbitrariæ emendationes locum habuerunt, ut alibi pluribus exemplis adnotavimus. Invenitur enim hæc lectio in Vat. Hiſp. ejus originis, in Vat. Iſid. & in aliis ex eodem fonte profectis. At Queſnellianam lectionem uniformiter exhibent non ſolum MSS. exemplaria vetuſtiſſimarum diverſæ originis collectionum I. III. IV. & V. nec non cod. Veron. 58. in quibus integra hæc epiſtola cum Inquiſitionibus continetur; verum etiam codices collect. Dionyſ. & Hadrian. cum Juſtelli exemplo, MSS. Grim. coll. XVIII. Vat. coll. XXIV. & (quod notabilius eſt) codex Vindebon. purioris collectionis Hiſp. ex quo arbitraria correctio in Gallicanos ejuſdem collectionis codices inducta confirmari videtur. Hinc ergo Queſnellianam lectionem tanta auctoritate ſuffultam haud deſerendam credidimus, licet, quæ ei ſubſit ſententia, ex ignorantia facti & circumſtantiarum lateat. Forte Ruſtico æque ac Sabiniano & Leoni privatim perſpectum erat adulterii crimen: unde hi ſperabant fore ut idem Ruſticus, quamvis in Epiſcoporum Honoratorumque conſeſſu judicis perſonam gereret, *actionem* quoque *ſuam* contra adulteros, ſeu favorem accuſatoribus impenderet. Cum vero ſatis idoneæ probationes iſtis deeſſent, ita ut ſe ab inchoatis diſceptationibus ſponte ſubtraxerint; Ruſticus ne dum ipſis ſavere non potuit, ſed eoſdem correctione dignos ex legibus cenſuit: in quo mitius ei agendum Sanctus Pontifex reſpondet.

19 Ita repoſuimus cum Sirmondo ex MSS. coll. I. IV. V. Hiſp. Iſid. uno Vercell. & quinque aliis codicibus, inter quos antiquiſſimus Veron. 58. Tres MSS. libri coll. Hadrianeæ, & unus Corb. Queſnelli cum Juſtello *ſubtraxerunt*. Vat. Dionyſii cum Merlino & editis Leonis ante Queſn. *ſubduxerint*. Queſn. cum quibuſdam MSS. *ſubduxerunt*.

20 Duo Vatt. *age:* & poſt pauca *adulterorum* pro *adulterii*.

21 Juſtellus cum uno Thuan. Queſnelli, & cum Vat. Hiſp. & Iſid. *titubare*.

22 Veronenſis addit *tui*. Vide not. 4. Queſnelli. Paullo poſt pro *vitam degere* idem cod. Veron. habet *vitam dirigere*, & poſt pauca pro *commiſſa ſunt* habet *permiſſa ſunt*, ut indicentur ea, quæ inter difficultates, de quibus Ruſticus conquerebatur, eidem permiſſa erant.

23 Utrique codd. Hiſpan. cum Vat. Iſid. & duobus aliis MSS. *volunt*. Mox Vat. Hiſp. & Iſid. *patiuntur*, idque ipſum alia manu ſcriptum legitur in Vindeb. coll. v. cum prima manu ſcriptum eſſet *patientur*. Merlinus cum editis ante Queſn. *Omnis, qui voluerit*, & dein *patietur*.

24 Quinque præſtantiſſimi codd. Vat. Reg. coll. I. Barb. coll. III. Vindeb. coll. v. Griman. coll. XVIII. & Veron. 58. *agitatur*. Poſt pauca *perſecutionem ſæculi ſuppleant* in eodem cod. Veronenſi. Dein pro *inobedientium* cod. Vict. Queſnelli, & noſter Veron. *inobedientia*.

25 Vulg. ante Queſn. cum MSS. Lucenſi coll. IV. & Vat. coll. XXIV. addunt *Eccleſiæ*. Poſt pauca Juſtellus cum Vat. Dionyſii, utriſque Hiſp. Vat. Iſid. aliiſque non paucis noſtris codd. & quatuor Thuaneis Queſnelli *conflictatione* pro *a tentatione*. Cod. Vat. coll. XXIV. addit *hic* ante voces *a tentatione*.

26 Vat. Dionyſii & Juſtellus *paſtorum*. Dein ex emendatioribus codicibus correximus *abducat* pro *adducat*.

nis locatum, ab intentione sollicitudinis amor quietis abducat? Permanendum ergo est in opere credito, & in labore suscepto. Constanter tenenda est justitia, & benigne præstanda clementia. Odio habeantur peccata, non homines. 27 Corripiantur tumidi, tolerentur infirmi: & quod in peccatis severius castigari necesse est, non sævientis plectatur animo, sed medentis. 28 Ac si vehementior tribulatio incubuerit, non ita expavescamus, quasi illi adversitati propriis viribus resistendo, cum & consilium nostrum, & fortitudo sit Christus, 29 ac sine quo nihil possumus, per ipsum cuncta possimus. Qui confirmans prædicatores Evangelii & sacramentorum ministros, *Ecce ego*, inquit, *vobiscum sum omnibus diebus usque ad consummationem sæculi*. Et iterum: *Hæc*, inquit, *locutus sum vobis, ut in me pacem habeatis*. 30 *In hoc autem mundo tribulationem habebitis; sed bono animo estote, quia ego vici mundum*. Quæ pollicitationes quia sine dubio manifestæ sunt, nullis debemus scandalis infirmari: ne electioni Dei videamur ingrati, cujus tam potentia sunt adjutoria, quam vera promissa.

Jo. 10. 12.

Distinct. 86. *Odio habeantur* cap. 2.

Nihil sine Christo, omnia per Christum possumus.

Joan. 15. 5. Matth. 28. 20.

Jo. 16. 33. Promissorum Christi veritas non infirmitate voluntatis humanæ nititur, sed ope gratiæ divinæ.

De consultationibus autem dilectionis tuæ, quas separatim conscriptas Archidiaconus 31 tuus detulit, quid sentiendum sit, inter præsentes opportunius quæreretur de singulis, si nobis tui conspectus copia proveniret. Nam cum quædam 32 interrogationes modum diligentiæ videantur excedere, intelligo eas colloquiis aptiores esse quam scriptis. Quia sicut quædam sunt, quæ nulla possunt 33 ratione convelli, ita multa sunt, quæ aut pro consideratione ætatum, aut pro necessitate rerum oporteat temperari: illa semper conditione servata, ut in his, quæ vel dubia fuerint, aut obscura, id noverimus sequendum, quod nec præceptis evangelicis contrarium, nec decretis sanctorum patrum inveniatur 34 adversum.

Distinct. 14. *Sicut quædam*, cap. 2.

Quænam [...] dubiis mor[...] servanda r[...] gula.

35 *Incipiunt ad Inquisitiones ejusdem Episcopi subjecta responsa.*

(*a*) INQUISITIO I.

36 *De Presbytero, vel Diacono, qui se Episcopos esse mentiti sunt: & de his quos ipsi Clericos ordinarunt.*

RESPONSUM.

NUlla ratio sinit ut inter Episcopos habeantur, qui 37 nec a Clericis sunt electi, nec a plebibus sunt expetiti, nec a provincialibus Episcopis cum Metropolitani judicio consecrati. Unde cum sæpe quæstio de male accepto honore nascatur, quis ambigat, nequaquam istis esse tribuendum, quod 38 non docetur fuisse collatum? 39 Si qui autem Clerici (*a*) ab istis pseudoepiscopis in eis Ecclesiis ordinati sunt, qui ad proprios Episcopos pertinebant, & ordinatio eorum consensu & judicio Præsidentium facta est, potest rata haberi; ita ut in ipsis Ecclesiis perseverent. Aliter autem vana habenda est 40 creatio, quæ nec loco fundata est, nec 41 auctore munita.

Dist. 6[...] *Nulla ratio* cap. 1.

1. quæst. [...] *Si qui Cler*[...] cap. 40.

I N-

BALLER. NOTÆ.

27 MS. Vat. collect. XXIV. *nunc corripiantur tumidi, nunc tolerentur infirmi*. Unus cod. Vercell. per errorem utrobique habet *Nec* pro *Nunc*. Paullo post pro *in peccatis* codd. Barb. coll. III. & Vindeb. collect. v. habent *in peccantibus*. Utrumque deletur in Vat. Dionysii, in Veron. 58. & in Vat. Hispan. ac Isidor. non tamen in puriori Vindebonensi Hisp.

28 Editi *At si*. Melior visa est lectio MSS. Vat. Reg. Veronen. & utriusque Vindeb. collect. v. & Hispan. Dein Quesnellus *quasi ulli*. Id in duobus tantum codd. reperimus. Revocavimus autem lectionem ante vulgatorum, quam cetera melioris notæ exemplaria tuentur. Vat. Hisp. & Isid. voces *ulli*, & *illi* prætereunt. Mox editi ante Quesn. habebant cum MS. Vat. coll. XXIV. *propriis sit viribus resistendum*. Hanc lectionem libenter inseruissemus textui, nisi alii omnes codices Quesnelli emendationem probarent.

29 Editi Leonis ante Quesn. cum Merlino & Vat. coll. XXIV. *ut sine quo*. In Vindeb. Hisp. cum per errorem desideretur *ac*, vel saltem *ut*; emendatum fuit in Vat. Hisp. & exinde in Isid. aliisque ejusdem originis codicibus *sine quo nihil possumus, sed per ipsum cuncta possumus*. Justellus servata lectione textus habet *cuncta possumus*.

30 Vulgati anteriores Quesnello cum Vat. coll. XXIV. *In mundo autem*. Mox pro *bono animo estote* MS. Vat. Dionysii cum Vat. Hisp. & Isidor. aliisque nonnullis codd. habet *confidite*. Dein *quia vici* omisso pronomine *ego* est in Vat. Hisp. ac Isid.

31 In Vat. Dionysii deest *tuus*. Dein voces *de singulis* a Quesnello insertas non tantum invenimus in posteriorum collectionum MSS. verum etiam in antiquissimis Vat. Reg. coll. I. Barb. coll. III. & Vindebon. coll. v. Desunt tamen in MSS. Lucensi coll. IV. Veronensi 58. in Vat. Dionysii, in utrisque Hisp. in Vat. Isidor. & in alio Vat. coll. XXIV. Mox *copiam præbuisses* pro *copia perveniret* in utrisque Hisp. & in Vat. Isid.

32 Codd. Vat. Hisp. Isid. ac tres alii cum Justello *interrogationis modum videantur excedere*. Vindeb. Hisp. cum Vat. Dionysii omittit tantum vocem *diligentiæ*.

33 Codd. Grim. & Vat. collect. XXIV. *traditione*. Dein *pro necessitudine rerum*, erat in editis Leonis ante Quesn. In margine editionis Sirmondi *temporum* pro *rerum*, & *consideratione* pro *conditione*.

34 Idem Sirmondus vocem *adversum* rejecit in marginem, in textu autem posuit *diversum*, quod nullibi invenimus.

35 Hunc titulum conservavit Dionysius, licet inquisitiones omiserit. In MSS. coll. v. idem titulus legitur omisso tantum verbo *Incipiunt*. In codd. Barb. & Vat. coll. III. ac in Veronensi 58. hæc epistola, & inquisitiones cum responsis distincto numero describuntur. In Veronensi enim codice epistola præmissa ponitur num. L. & inquisitiones cum responsis num. LI. In MSS. autem coll. III. epistola legitur num. LV. & inquisitiones ac responsa num. LVI. In his vero MSS. hic titulus habetur. *Incipiunt inquisitiones*, vel *Inquisiti ones & responsa*.

36 MS. Vat. coll. III. titulum Dionysianum pro hac tantum prima inquisitione exhibet, quod collectionis auctori haud tribuendum videtur. In Veronensi *De Presbyteris vel Diaconis qui* &c. ac similiter plurali numero in inquisitionibus sequentibus.

37 Vide not. 5. Quesn. Dein *a comprovincialibus* apud Justellum in editione coll. Dionysii atque Cresconii.

38 Sex MSS. optimæ notæ cum Justello *non doceatur*.

39 Vide not. 6. Quesn. Mox Vindeb. Hisp. delet *istis*, & dein cum Veronensi præterit *eis*. Vat. Hispan. & Isid. cum Merlino habent *in eorum Ecclesiis*. Dein *quæ ad proprios* erat in editis ante Quesn. ita ut relativum *quæ* ad *Ecclesias* referatur. Sed relativum *qui* plerisque codicibus vindicatum ad *Clericos* referendum est.

40 Ita codd. Grim. & Thuanei duo Quesnelli, & nostri Vat. Reg. coll. I. Vindeb. coll. v. Vat. Dionysii, Veron. 58. & alius Veron. 60. Cresconii, ac nonnulli alii. Codices vero coll. III. utrique Hisp. Vatt. Isidor. unus Vercell. & quatuor alii Vat. cum Justello & MS. Cantabrig. ac tandem Veron. 60. secunda manu *consecratio*. Vulgati ante Quesn. cum MS. Vat. coll. XXIV. *ordinatio*.

41 Ita cum Quesnello MSS. coll. I. III. XII. & XXIV. ac Vindeb. Hisp. Aliæ editiones cum ceteris nostris codd. & apud Hincmarum opusculo 33. *auctoritate*.

A

INQUISITIO II.

De Presbytero, vel Diacono, qui si cognito crimine suo pœnitentiam 42 publicam petat, utrum ei per manus impositionem danda sit?

RESPONSUM.

Dist. 50. *Alienum est a consuetudine.* cap. 67.

ALienum 43 est a consuetudine (*b*) ecclesiastica, ut qui in presbyterali honore, aut in Diaconii gradu fuerint consecrati, ii pro crimine aliquo suo per manus impositionem remedium accipiant pœnitendi: quod sine dubio ex apostolica traditione descendit, secundum quod scriptum est: *Sacerdos si peccaverit, quis orabit pro illo?* Unde hujusmodi lapsis, ad promerendam misericordiam Dei, privata 44 est expetenda secessio, ubi illis satisfactio, si fuerit digna, sit etiam fructuosa.

Reg. 2. 25.

INQUISITIO III.

De his qui altario ministrant, & conjuges habent, utrum eis licito misceantur?

RESPONSUM.

Dist. 31. *Lex continentiæ.* cap. 10.

LEX continentiæ 45 eadem est ministris altaris, (*c*) quæ Episcopis atque Presbyteris: qui cum essent laici sive lectores, licito & uxores ducere, & filios procreare potuerunt. Sed cum ad prædictos 46 pervenerunt gradus, cœpit eis non licere quod licuit. Unde, ut de carnali fiat spirituale conjugium, oportet eos 47 nec dimittere uxores, & quasi non habeant, sic habere: quo & salva sit caritas 48 connubiorum, & cesset opera nuptiarum. (*)

INQUISITIO IV.

De Presbytero, vel Diacono, qui filiam suam virginem illi viro 49 in conjugium dederit, qui jam habebat conjunctam mulierem, ex qua etiam filios susceperat.

RESPONSUM.

NON omnis 50 mulier (*d*) juncta viro, uxor est viri, quia nec omnis filius heres est patris. Nuptiarum autem fœdera inter ingenuos sunt legitima, & inter æquales; 51 multo prius hoc ipsum Domino constituente, quam initium Romani juris existeret. Itaque aliud est uxor, aliud concubina; sicut aliud ancilla, aliud libera. Propter quod etiam Apostolus ad manifestandam harum personarum discretionem, testimonium ponit ex Genesi, ubi dicitur Abrahæ: *Ejice ancillam & filium ejus: non enim heres erit filius ancillæ 52 cum filio meo Isaac.* Unde cum societas nuptiarum ita ab initio constituta sit, ut præter sexuum conjunctionem haberet in se Christi & Ecclesiæ 53 sacramentum: dubium non est eam mulierem non pertinere ad matrimonium, in qua docetur nuptiale non fuisse mysterium. 54 Igitur cujuslibet loci Clericus, si filiam suam viro habenti concubinam in matrimonium dederit, non ita accipiendum est, quasi eam conjugato dederit; nisi forte 55 illa mulier, & ingenua facta, & dotata legitime, & publicis nuptiis honestata videatur.

32. qu. 2. *Non omnis.* cap. 12.
Gen. 2. 21.
B
Galat. 4. 30.
Gen. 21. 10.
Matrimonii sacramentum in quo consistat?
Eph. 5. 32.
27. qu. 2. *Cum societas.* cap. 17. *Et in decret.* Ivo. lib. 6.
C

INQUISITIO V. 56

De puellis quæ viris concubinas habentibus nupserint.

RESPONSUM.

D

PAterno (*e*) arbitrio viris junctæ carent culpa, si mulieres, quæ a viris habebantur in matrimonio 57 non fuerunt.

INQUISITIO VI.

De his, qui mulieres, ex quibus filios habent, relinquunt, & uxores accipiunt.

RESPONSUM.

QUia aliud est nupta, aliud concubina; 58 ancillam a toro abjicere, & uxorem certæ

32. qu. 2. *Ancillam a toro.* cap. 11.

BALLER. NOTÆ.

42 Addidimus *publicam* ex codd. qui inquisitiones exhibent, uti etiam eamdem vocem præfert Sirmondus, qui inquisitiones primus edidit.

43 Vide not. 7. Quesn. Post pauca: *qui presbyteralem honorem, aut Diaconi gradum fuerunt consecuti* in Vat. coll. XXIV. 44 Cod. Vat. coll. III. *est expectanda secessio, ut illis.* Cod. Veron. 60. Cresconii *uti in illis.*

45 Vide not. 8. Quesn. 46 Editi ante Quesn. cum Vindeb. Hisp. & Vat. coll. XI. *pervenerint.*

47 Vide not. 9. Quesnell.

48 Al. *conjugiorum.* Mox Vat. coll. XI. cum Vulgatis Quesnello anterioribus *cessent opera.* Justellus cum MSS. Vat. Dionys. & aliis Hadrian. *cesset operatio.* 49 Cod. Veron. 58. *in conjugio junxerit.*

50 Duo Vatt. coll. XXI. *mulier jure uxor est viri.*

51 Justellus cum quatuor nostris codd. addit conjunctionem &. Dein *extiterit* pro *existeret* in cod. Vat. coll. XI.

52 Codd. Vindeb. Hisp. & Vat. coll. XI. cum Vulgatis ante Quesn. *cum filio liberæ. Unde* &c.

53 Vide not. 10. Quesn. Dein *in qua non docetur nuptiale fuisse mysterium* est in Vat. coll. XI. & antiquioribus Vulgatis. Codices Vat. Hisp. & Isid. qui sequuntur lectionem textus pro *mysterium* habent *ministerium.*

54 Cod. Lucensis coll. IV. omissis verbis *Igitur cujuslibet loci Clericus* periodum sic incipit: *Si quis igitur filiam suam.* 55 MS. Veron. 58. *ea mulier ingenua facta . . . honesta videatur.* Alius Veron. Cresc. 60. prima manu *honesta*, secunda vero manu *honestata.*

56 Sex nostri codices, qui Inquisitiones præferunt, hoc membrum a superiori distinguunt; cum in aliis exemplaribus, quæ Inquisitionibus carent, ex Dionysio istud cum antecedenti conjungatur; sed perperam, ut apud Quesnellum videre licebit not. 11. MSS. Lucens. coll. IV. & Vindeb. coll. V. in ipsa Inquisitione delent *viris.*

57 Cod. Vat. Reginæ *non fuerint.* Porro in omnibus editionibus & in MSS. codd. qui Inquisitiones prætermittunt, ac etiam in illis coll. V. licet Inquisitiones præferant, post voces *non fuerunt* hæc subjiciuntur: *quia aliud est nupta, aliud concubina.* Hæc autem verba nos auctoritate ceterorum codicum Inquisitiones præferentium rejecimus in initium sequentis responsi, ad quod sane ex ipso contextu pertinere noscuntur.

58 Cresconius etiam in MS. Veron. *ancillam matrona accepta abjicere.*

(*) Juvat hic ea dare, quæ in Vallicellano Codice ita margini Inquisitionis II. adnotata P. Cacciarus reperit: *hoc est per manus impositionem non possint accipere remedium pœnitendi, quia reconciliatio restituendorum ad pristinum statum per manus impositionem agenda est, quia per fructuosam pœnitentiam satisfactio ad laicam communionem eum recipit, quibus est privata expetenda secessio ad promerendam Dei misericordiam, uti in decreto Papæ Syricii tit.* II. Mansi.

certæ ingenuitatis accipere, non duplicatio A conjugii, sed profectus est honestatis.

INQUISITIO VII.

De his qui in ægritudine pœnitentiam accipiunt, & 59 cum revaluerint, agere eam nolunt.

RESPONSUM.

Culpanda (,) est 60 talium negligentia, B sed non penitius deserenda: ut crebris cohortationibus incitati, quod necessarie expetierunt, fideliter exequantur (*e*). Nemo enim desperandus est, dum in hoc corpore constitutus est: quia nonnumquam quod diffidentia ætatis differtur, consilio maturiore perficitur.

De pœnitentia dist. 7. *Nemo desperandus*. cap. 1.

INQUISITIO VIII.

De his, qui 61 jam deficientes, pœnitentiam accipiunt, & ante communionem moriuntur.

RESPONSUM.

Horum caussa 62 Dei judicio (*f*) reservanda est, in cujus manu fuit, ut talium obitus usque ad communionis remedium 63 differretur. Nos autem quibus viventibus non communicavimus, mortuis communicare non possumus.

24. quæst. 2. *De communione privatis*, cap. 1.

INQUISITIO IX. C

De his, qui dolore 64 nimio perurgente rogant dari sibi pœnitentiam, & cum venerit Presbyter daturus quod petebant, si dolor parum perquieverit, excusant & nolunt accipere quod offertur.

RESPONSUM.

Dissimulatio hæc potest non de contemtu esse remedii, sed de metu gravius delinquendi (*g*). Unde pœnitentia, quæ dilata est, cum studiosius petita fuerit, non negetur, ut quoquo modo ad indulgentiæ medicinam anima vulnerata perveniat.

De pœnitentia dist. 1. *Pœnitentia quæ*. cap. 62.

INQUISITIO X.

De his, qui pœnitentiam professi sunt, si in foro litigare cœperint.

RESPONSUM.

Aliud quidem est (*h*) debita 65 justa reposcere, aliud propria perfectionis amore contemnere. Sed illicitorum veniam postulantem oportet 66 a multis etiam licitis abstinere, dicente Apostolo: *Omnia 67 mihi licent, sed non omnia expediunt*. Unde si pœnitens habet caussam, quam negligere forte non debeat, melius 68 expetit ecclesiasticum, quam forense judicium.

De pœnitentia dist. ... *Aliud quidem est*. cap. ... & 11. qu. ... cap. 34. 1. Cor. 6. ...

INQUISITIO XI.

De his qui in pœnitentia, vel post pœnitentiam negotiantur.

RESPONSUM.

Qualitas lucri negotiantem aut excusat, aut arguit: quia est & honestus quæstus, & turpis. Verumtamen pœnitenti utilius est dispendia pati, quam periculis negotiationis obstringi: quia difficile est inter ementis vendentisque commercium non intervenire peccatum.

* De pœnitentia distinct. 5. *Qualitas lucri*. cap. 2.

INQUISITIO XII.

De his, qui post pœnitentiam ad militiam revertuntur.

RESPONSUM.

Contrarium est omnino ecclesiasticis regulis, post pœnitentiæ actionem redire ad militiam sæcularem, cum Apostolus dicat: *Nemo militans Deo implicat se negotiis sæcularibus* 69. Unde non est liber a laqueis diaboli, qui se militia mundana voluerit implicare.

De pœnitentia dist. 5. *Contrarium*. cap. 3. 2. Ti... 2. 4.

INQUISITIO XIII.

D *De his, qui post pœnitentiam uxores accipiunt, 70 vel concubinas sibi conjungunt.*

RESPONSUM.

In adolescentia constitutus, si urgente aut metu mortis, aut captivitatis periculo, pœnitentiam gessit, & postea timens lapsum incontinentiæ juvenilis, copulam uxoris elegit, ne

33. qu. 2. *adolescentia*. cap. 12.

BALLER. NOTÆ.

59 Cod. Lucensis coll. IV. *cum se levaverint*. Veron. 58. *cum relevati fuerint*.

60 Vide not. 12. Quesnell. Cod. Vat. Dionysii cum Cresconio & uno Vercell. Hadrian. *Culpanda sit sane talium negligentia, sed non penitus desperanda*. Eadem lectio est in alio Vercell. Hadrian. & Vindeb. Hispan. atque in Vulgatis Leonis ante Quesn. excepto *sit*, pro quo habent *est*. Dionysius Justelli & Sirmondus lectioni textus, quæ est in aliis plerisque & præstantioribus codd. tum nostris tum Quesnelli, post voces *Culpanda est* addunt *sane*. 61 Sirmondus & Quesnellus inserunt *animo*: delevimus auctoritate nostrorum codicum.

62 Confer not. 13. Quesnell.

63 Unus cod. Vercell. *differatur*. Alius Vercell. & secunda manu in Veron. 60. Cresc. *non differretur*. Justellus *non differatur*. Paullo post *non communicamus* in Veron. 58.

64 Cod. Lucensis coll IV. & Veron. 58. *nimis perurgente*. Mox in eodem Veron. *parvus fuerit* pro *parum perquieverit*. 65 Vat. Reg. coll. 1. *juste*.

66 Vat. Dionysii & Hadrian. cum Cresc. *etiam a licitis*. Veron. 58. *a multis etiam placitis*.

67 Sex probæ notæ codices & Cresconius delent *mibi*. Mox unus cod. Vercell. cum Justello *si pœnitentes habeant .... non debeant*.

68 Cod. Veron. 58. *expetat*. Vat. Dionysii cum Cresc. Veron. & duobus aliis Vatt. *expetit quis*. Alius Vat. cum Burb Victor. & secunda manu in Vindebon. coll. V. *exigit* pro *expetit*. Confer not. 14. Quesnell.

69 Cod. Vat. coll. XI. addit, *ut ei placeat, cui se probavit*. Postea *militiæ mundanæ* in quinque MSS. & in vetustioribus Leonis vulgatis. 70 Vide not. 15. Quesn. Post pauca in Leonis responso codd. Veron. 58. & Vat. Reg. delent *mortis*.

ne crimen fornicationis 71 incurreret, rem videtur fecisse venialem, si præter conjugem, nullam omnino cognoverit. In quo tamen non regulam constituimus, sed quid sit tolerabilius, æstimamus. Nam secundum veram cognitionem nihil magis ei congruit, qui pœnitentiam gessit, quam castitas perseverans & mentis, & corporis. A

INQUISITIO XIV.

De Monachis, qui aut militare cœperint, aut uxores 72 accipere.

RESPONSUM.

o. qu. 3. ropositum. p. 1. eut. 23. 21. al. 49. 14. 115. 6. ona 2. 10.

PRopositum (*i*) monachi 73 proprio arbitrio aut voluntate susceptum, deseri non potest absque peccato. Quod enim quis vovit Deo, debet & reddere. Unde qui relicta singularitatis professione, ad militiam, vel ad nuptias devolutus est, publicæ pœnitentiæ satisfactione purgandus est: quia etsi innocens 74 militia, & honestum potest esse conjugium, electionem meliorum deseruisse transgressio est.

INQUISITIO XV.

De puellis, quæ aliquandiu in habitu religioso fuerunt, non tamen consecratæ, si postea nupserint.

RESPONSUM.

o. qu. 1. ellæ. c. 8.

PUellæ, quæ non coactæ (*k*) parentum imperio, sed spontaneo judicio virginitatis 75 propositum atque habitum susceperunt, si postea nuptias eligunt, prævaricantur, etiam si consecratio non accessit; cujus utique non fraudarentur munere, si in proposito permanerent. 76

INQUISITIO XVI.

77 De his, qui a parentibus christianis parvuli derelicti sunt, & utrum baptizati sint, non potest inveniri: an debeant baptizari?

RESPONSUM.

De consecr. distinct. 4. *Si nulla existant.* cap. 113. & in decr. Ivo. lib. 1

SI nulla existant (*l*) indicia inter propinquos 78 aut familiares, nulla inter Clericos aut vicinos, quibus hi, de quibus quæritur, baptizati fuisse doceantur, agendum est ut renascantur; ne manifeste pereant, in quibus quod non ostenditur gestum, ratio non sinit ut videatur iteratum. B

INQUISITIO XVII.

De his, qui parvuli ab hostibus capti sunt, & non se sapiunt baptizatos; 79 sed sciunt se aliquoties ad Ecclesiam a parentibus ductos: utrum possint vel debeant, cum ad Romaniam venerint, baptizari?

RESPONSUM.

C QUi possunt meminisse, quod ad Ecclesiam veniebant cum parentibus suis, possunt recordari, an quod eorum parentibus dabatur, acceperint. Sed 80 si hoc etiam ab ipsorum memoria alienum est, conferendum eis videtur, quod collatum esse nescitur: quia non temeritas intervenit præsumtionis, ubi est diligentia pietatis.

INQUISITIO XVIII.

D *De his, qui ex Africa, vel de Mauritania venerunt, & nesciunt in qua secta sint baptizati, quid circa eos debeat observari?*

BALLER. NOTÆ.

71 Quesnellus cum aliquibus MSS. *incurrat*. Prætulimus lectionem antea editorum, quippe quam & plures & vetustiores nostri codices approbant. Mox pro *venialem* cod. Veron. 58. *jubenalem*, Vat. Reg. *juvenalem*; forte *juvenilem*. Dein post voces *nullam omnino* Sirmondus addit *aliam*.

72 MSS. Vat. Reg. & Lucen. *acceperint*.

73 Cod. Veron. 58. *proprii arbitrii voluntate*: Vindeb. Hisp. *proprio arbitrio ac voluntate*.

74 Vindeb. coll. v. addit verbum *sit*. Dein post *electionem* Sirmondus cum anterioribus editis adjicit *tamen*. Mox unus cod. Vercell. cum Justello *meliorem* pro *meliorum*.

75 Vide not. 16. Quesnell. Deinde *etiamsi consecratio non accessit* est lectio omnium codicum, qui Inquisitiones præmittunt; nec non Vat. coll. xxiv. Ceteri, qui Dionysianam lectionem sequuntur, habent: *etiamsi nondum eis gratia consecrationis accessit*.

76 In vulgatis ante Quesnellum adjicitur capitulum cum titulo *De his quæ jam consecratæ sunt, si postea nupserint*. Capituli autem verba hæc sunt: *Ambigi vero non potest magnum crimen admitti, ubi & propositum deseritur, & consecratio violatur. Nam si humana pacta* (al. *facta*) *non possunt impune calcari; quid eas manebit, quæ corruperint divini* (al. *divina*) *fœdera sacramenti?* Hæc omnia Quesnellus expunxit, & vel a Gratiano, vel ab alio studioso margini apposita in textum irrepsisse censuit iis argumentis, quæ legi poterunt nota ejusdem 17. Ea vero inveniuntur textui inserta in antiquissimis codicibus Vindeb. & Vat. collectionis Hispanicæ, ac in Isidorianis omnibus, qui ex Hispanica proficiscuntur, nec non in aliis collectionibus, quæ ex eodem fonte dimanant: adeo ut mirum acciderit ea abesse in editione Merlini, qui Isidorianam collectionem cum multis additamentis evulgavit, ut videtur, ex aliquo MS. coll. xii. In cujus MS. Vat. 1340. eadem verba deprehendimus. Immo hæc pariter verba posteriori, sed antiqua manu addita leguntur in margine vetustissimi cod. Vat. 5845. qui puram Dionysianam collectionem exhibet. Cum vero desint in omnibus codicibus Inquisitiones præferentibus, qui sunt præstantissimi omnium, nec non in textu MSS. Dionysianæ, & Hadrianeæ collectionum, in MS. Grimanico, necnon in codd. coll. xxiv. ea uti Leonina textui non inseruimus. Unde vero auctor præstantis collectionis Hispanicæ, quæ, paullo ante medium sæculum septimum compacta nihil apocryphum continet, hoc additamentum sumpserit, cum alias omnes Dionysianæ collectionis epistolas sine ulla additione receperit, divinare non licet. In nonnullis posteriorum collectionum MSS. hoc membrum jungitur cum responso ad Inquisitionem præcedentem, sicut etiam in editione Sirmondi. Is tamen in notatione dubitationem indicavit ex codicibus, qui Inquisitiones sine hoc capitulo exhibent.

77 Cod. Veron. 58. hanc Inquisitionem sic effert. *De his qui a parentibus parvuli derelicti sunt, & utrum baptizati sint ignoratur*. Codex Lucensis omittit tantum vocem *christianis*.

78 Quesnellus *& familiares . . . atque vicinos*. Prætulimus lectionem antea editorum, quam potiores codices approbant. 79 Cod. Veron. 58. *sed putant*; & post pauca *cum ad Romanam venerint patriam*. Porro *Romania* pro Romano imperio adhibetur a Possidio in Vita Augustini cap. 30. & ab Orosio lib. 7. cap. 4. ex quo etiam vulgaris locutio colligitur. In Vulgatis ante Quesnell. & in MSS. Dionys. Hisp. Isid. & aliis ejusdem originis hoc membrum cum antecedenti jungitur, ac idcirco fere habent: *Qui autem possunt meminisse*, addita particula *autem*. 80 Laudatus cod. Veron. *etiamsi hoc etiam*. Mox Sirmondus & editiones vetustiores *ab eorum memoria*.

RESPONSUM.

De consecr. dist. 4. *Hi de quibus.* c. 38. & in dec. Ivo lib. 1.

81 NON se isti baptizatos nesciunt, sed cujus fidei fuerint qui eos baptizaverunt, se nescire profitentur; unde quoniam quolibet modo formam baptismatis acceperunt, baptizandi non sunt; sed per manus impositionem, invocata virtute Spiritus sancti, quam ab hæreticis accipere non potuerunt, catholicis copulandi sunt.

INQUISITIO XIX.

82 *De his, qui parvuli quidem baptizati, a Gentilibus capti sunt, & cum illis gentiliter convixerunt; cum* 83 *ad Romaniam adhuc juvenes venerint, si communionem petierint, quid erit observandum?*

RESPONSUM.

84 SI convivio solo (*m*) gentilium, & escis immolatitiis usi sunt, 85 possunt jejuniis & manus impositione purgari: ut deinceps ab idolothytis abstinentes, sacramentorum Christi possint esse participes. Si autem aut idola adoraverunt, aut homicidiis, vel fornicationibus contaminati sunt, ad communionem eos, nisi per pœnitentiam publicam, non oportet admitti.

NOTÆ JACOBI SIRMONDI S. J.

(α) Inquisitiones Rustici, quæ Leonis responsionibus singulis præmittuntur, nunc primum prodeunt in lucem ex diversis manuscriptis, hactenus non sine incommodo prætermissæ, cum sine his plerumque intelligi responsiones non possint.

(β) *Paterno arbitrio*) In codice canonum Dionysii Exigui inter Leonis decreta cap. 18. & apud Gratianum 32. qu. 2. *Non omnis mulier*, itemque apud Burchardum, & Ivonem, membrum hoc inepte cum superiori capite conjungitur.

(γ) *Culpanda est sane.*) Hic rursum a Dionysio c. 19. & a Gratiano ibidem cap. *Ancillam a toro*, membrum hoc fœdo errore cum præcedenti connectitur; cum, ut ex inquisitione patet, ad res plane diversas pertineant: tanti erat Inquisitiones istas, ut diximus, non omitti.

JACOBI SIRMONDI S. J.

Notæ postumæ.

NUnc primum in lucem editæ sunt inquisitiones Rustici, ad quas Leo respondet: magno hactenus incommodo prætermissæ, cum sine his plerumque intelligi responsiones non possint. In epistola autem Rusticum hortatur, primum ut mitius agat cum Sabiniano & Leone presbyteris, qui zelo pudicitiæ, in adulterorum ultione modum excesserant. Deinde ut in suscepto labore episcopatus, cujus vacationem optabat, constanter permaneat. Postremo indicat, quid de responsionibus ipsis sentiendum sit, quas ad ejus inquisitiones transmittit.

(a) *Si qui autem Clerici.*) Inquisitionis verba ostendunt de presbytero vel diacono agi, qui se episcopos mentiti, clericos ordinarant, subdiaconos fortasse, vel

A alios inferiorum graduum. Quorum ordinationem Leo ita ratam haberi posse respondet, si episcoporum voluntate in propriis eorum ecclesiis facta sit. Quamquam ergo episcoporum proprium est munus ordinatio, non presbyterorum, qui χειροθεσίαν τοῦ χειροθετεῖν impositionem manuum ad ordinandum non habent, ut contra Aerianos differit Epiphanius hæresi LXXV. apparet tamen Leonis judicio raros fuisse ordines inferiores, quos presbyteri episcoporum auctoritate tribuerent. Nec dispar, opinor, sententia Gelasii papæ in epistola ad episcopos Lucaniæ cap. VI. cum presbyteros negat sine summo pontifice jus habere faciendi subdiaconum vel acolythum. Eos enim tantum reprehendere videtur, qui sine jussu episcopi, suoque, ut ait, motu id sibi assumant: & constat, auctoritate apostolica nonnullis abbatibus permissam fuisse inferiorum ordinum collationem. Ceterum diversa superiorum ordinum est ratio, diaconorum ac presbyterorum, ut ex iis patet, quæ de concilio II. Hispalensi dicta sunt ad canonem ultimum synodi Arausicanæ. Quare in epistola cleri Mareotici, quam in Apologia II. recitat Athanasius, Ischyram negant esse presbyterum, quippe ordinatum a Collutho falso episcopo, reipsa tantum presbytero. ὑπὸ γὰρ
B Κολλούθου τοῦ πρεσβυτέρου φαντασθέντος ἐπισκοπὴν κατεστάθη.

(b) *Alienum est a consuetudine.*) Lapsis in crimen presbyteris vel diaconis pœnitentia publica per manus impositionem non dabatur. Concilium Carthaginense can. XXVII. *Confirmatum est, ut si quando presbyteri vel diaconi in aliqua graviore culpa convicti fuerint, qua eos a ministerio necesse sit removeri, non eis manus tamquam pœnitentibus, vel tanquam fidelibus laicis imponatur.* Quod vero in his non licebat, multo minus in episcopis. Quare damnatus est in synodo Romana Donatus, quod contra morem ecclesiæ lapsis episcopis manus imponeret. Optatus lib. I. *Decem & novem considentibus episcopis in Donatum sunt hæ sententiæ lata, quod confessus sit se rebaptizasse, & episcopis lapsis manum imposuisse, quod ab ecclesia alienum est.* Idem lib. II. *Multis notum est & probatum, persecutionis tempore episcopos aliquos inertia a confessione Dei delapsos thurificasse: & tamen nullus eorum qui evaserunt, aut manuum lapsis imposuit, aut ut genu figerent imperavit.* In Hispania tamen & presbyteros & episcopos pœnitentiam per manus impositionem aliquando suscepisse docet can. X. synodi XIII. Toletanæ.

C (c) *Ministris altaris.* Diaconis seu levitis, quos abstinere ab uxoribus suis debere docuit Innocentius epistola ad Victricium cap. IX. & synodus Arausicana can. XXIII. tum alii plurimi canones Galliæ.

(d) *Non omnis mulier.*) Cum aliud sit uxor, & aliud concubina, non censendæ sunt conjugatis nubere, quæ concubinas habentibus nubunt: nec duplicare matrimonium continuo dicendus est, qui relicta concubina uxorem ducit.

(e) *Quod expetierunt exequantur.*) Qui pœnitentiam in ægritudine accipiunt, ubi revaluerint exequi debent, non solum si eam expetierant, verum etiam si nescientibus data est, ex canone II. synodi Toletanæ XII. *Sicut baptisma*, inquit, *quod nescientibus parvulis sine ulla contentione, in fide tantum proximorum accipitur, ita pœnitentiæ donum quod nescientibus illabitur, absque ulla repugnantia inviolabiliter hi qui illud exceperint observabunt.* Quare multo magis qui expetierunt, incitandi sunt ut peragant.

(f) *Horum causa Dei judicio.*) Sic & in epistola ad Theodorum: *Cum Dominus Deus noster, cujus judicia nequeunt reprehendi, quod ministerium sacerdotale implere non potuit, suæ justitiæ reservarit.* Horum itaque me-
D moriam Leo in ecclesia fieri, vel oblationem recipi, non probabat, contra quam diversis Africæ, Galliæ, Hispaniæ conciliis placuisse ostendimus ad canonem II. synodi Vasensis.

(g) *De metu gravius delinquendi.*) Metuebant nimirum, ne aut susceptæ pœnitentiæ laboribus succumberent, aut in eadem postea relaberentur, cum jam pœnitendi, ut loquitur Siricius, suffugium non haberent. Propterea pœnitentiam publicam multi olim, sicut baptismum, differre studebant.

(h) *Aliud quidem est.*) Pœnitentiam professi, a sæcularibus studiis omnibus abstinere jubebantur, in quibus

BALLER. NOTÆ.

81 Vetustiores codices Inquisitionibus carentes sic habent: *Hi autem* (vel *Si autem*), *de quibus scripsisti, non se baptizatos nesciunt.* Alii recentiores codices: *Si autem, de quibus scripsisti, qui non se baptizatos nesciunt* (editi ante Quesn. *qui se baptizatos sciunt*) *sed cujus fidei fuerint, qui eos baptizaverunt, se nescire profitentur: quoniam quolibet modo* &c. Mox *invocata* in MSS. Lucensi coll. IV. Veron. 58. nec non in utrisque Hispan. & Isid. ac in editione Justelli. Confer not. 18. Quesnelli.

82 Hanc ultimam Inquisitionem & subjectum Responsum codices coll. III. dividunt in duo, ita ut Inquisitiones & Responsa sint viginti hoc modo: Inquisit. XIX. *De Gentilibus, qui escis immolatitiis usi sunt.* Responsum: *Si convivio* usque ad *participes.* Inquisit. XX. *De his, qui idola adoraverunt, aut homicidiis, vel fornicationibus inquinati sunt.* Responsum: *Si autem aut idola* &c.

83 Cod. Veron. *ad Romanam provinciam.* Confer adnot. 79.

84 Utrique codd. Hisp. Vat. Isid. & alius coll. XXIV. cum editis ante Quesn. *Qui convivio.*

85 Confer not. 19. Quesnell.

bus inesset aliquid periculi vel illecebræ. Utrum ergo litigare, negotiari, militare, aut conjugia inire, post pœnitentiam liceat, aut quatenus liceat, ordine respondet. Primum quidem, litigare si cogantur, ecclesiastico potius quam forensi judicio, uti eos debere. Negotiationem vero ita respuere, ut dispendia pati malint, quam ejus se periculis exponere. Ad justitiam porro sæcularem redire nullo modo eis fas esse. De conjugiis denique, tametsi post pœnitentiam sint vetita, veniam tamen dari posse adolescentibus, si incontinentiæ metu uxores eligant. Quam Leonis indulgentiam tractans synodus VI. Toletana can. VIII. conditionem adjecit, ut si superstites uxoribus fuerint, alias ne ducant. Leonis deinde verba interpretati sunt de pristinis uxoribus, ad quas adolescentes conjugati post pœnitentiam redirent: cum Rustici interrogatio de novis conjugiis sermonem fuisse doceat.

(i) *Propositum monachi.*) Hinc petitus, ut videtur, canon. XXXII. synodi Romanæ sub Leone IV. *Qui sponte ad monasterium venerit, & postmodum ad nuptias vel ad militiam devolvitur, publicæ satisfactionem pœnitentiæ gerat.* Monachos etiam qui nuptias inierint, synodus Calchedonensis excommunicari jubet canone XVI.

(k) *Puellæ quæ non coactæ.*) Puellis nondum velatis, sed quæ virginitatis proposito tenebantur, si postea nupserint, agendam aliquanto tempore pœnitentiam rescripsit Innocentius epist. I. ad Victricium cap. XIII. De his solum inquisierat Rusticus. Quæ vero subjiciuntur hoc loco de virginibus consecratis, de quibus inquisitum non fuerat, ea in quibusdam manuscriptis non exstant.

(l) *Si nulla extant indicia.*) Qui ignorant an sint baptizati, baptizandi sunt: qui sciunt se baptizatos, sed ignorant cujus fidei fuerint qui eos baptizarunt, per manus impositionem, ut in re dubia, recipiendi. Quo de capite vel ex hac ipsa Rustici, vel ex simili quorumdam de infantibus captivis consultatione, actum statutumque in synodo Romana docet idem Leo epistola XXXV. ad Leonem episcopum Ravennatem.

(m) *Si convivio solo.*) De iis qui apud barbaros gentili ritu vixerunt, pro culpæ modo aliter, cum in Romanum solum redeunt, recipiendos docet eos, qui immolatitiarum escarum esu tantum, aliter eos, qui se sacrificiis, vel aliis capitalibus criminibus polluerunt. Romaniam ergo vulgari vocabulo appellavit Rusticus Romanum imperium, ut Orosius lib. VII. cum de Ataulfo Gothorum rege loquens, ex ejus familiari se audisse narrat, inhiasse illum, *ut obliterato*, inquit, *Romano nomine, Romanum omne solum Gothorum imperium & faceret & vocaretur, essetque ut vulgariter loquar, Gothia, quod Romania fuisset.* Sic & Salvianus in libris de providentia Romanos opponens barbaris, non Romanos tantum cives intelligit, sed quotquot ubique gentium Romano adhuc imperio & legibus parebant.

---

* Alias XXXVI. Martii, an. …

EPISTOLA CLXVIII. *

1 Ad universos Episcopos per Campaniam, Samnium, & Picenum constitutos.

SYNOPSIS.

ex collectione Hispanica.

I. *Ut non omni tempore baptismi regeneratio detur, nisi in Pascha & Pentecoste, & nisi periculosa infirmitas oppresserit.*

II. *De pœnitentia fidelium, ut confessio eorum non publicetur.*

LEO universis Episcopis per Campaniam, Samnium, & Picenum constitutis.

CAP. I. Tempora baptismi ex apostolica traditione.

MAgna indignatione commoveor, & multo dolore contristor, quod quosdam ex vobis comperi ita esse apostolicæ traditionis oblitos, & studio sui erroris intentos, ut præter [2] paschalem festivitatem, cui sola Pentecostes solemnitas comparatur, audeant sibimet, non aliqua humanæ infirmitatis necessitate cogente, sed sola indisciplinati arbitrii libertate, [3] jus baptismatis vindicare; & in natalibus Martyrum, quorum finis aliter honorandus est, quam dies dominicæ passionis, [4] regenerationis celebrare mysteria, ac sine ullis spiritualium eruditionibus præparationum, ita rudibus & imperitis tradere sacramentum, ut circa renovandos nihil doctrinæ ecclesiasticæ, nihil in exorcismis impositio manuum, nihil ipsa jejunia, quibus vetus homo destruitur, operentur; neque [5] in tanto mysterio salutis humanæ ulla ejus diei habeatur exceptio, [6] quo ipsum donum est conditum renascendi. Admonemus igitur, & non sine periculo status eorum, qui hoc faciunt, protestamur, ut ab hac præsumtione cessetur; & summam hanc potentissimamque Dei gratiam, non nisi in paschali & Pentecostes die desiderantibus & credentibus conferatis: manente quolibet tempore [7] gravioris necessitatis ac periculorum consideratione, secundum quam oporteat subvenire; ne conditione mortali coarctata infirmitas necessaria liberatione fraudetur: cum, servata, sicut prælocuti sumus, duarum tantummodo festivitatum reverentia, propter multa pericula sit cavendum, ne cuiquam aut in desperata ægritudine, in hostilitatis incursu, aut in timore naufragii, per Sacerdotem Domini regeneratio denegetur. Si quis vero post hoc interdictum, in eadem fuerit usurpatione detectus; dignam pertinaciæ suæ incidet ultionem: quoniam ostendit se turpe potius lucrum, quam religionis cultum esse sectatum.

Impositio manus, catechismus, exorcismus, & jejunia ante baptismum.

Quando liceat præter statuta tempora baptizare.

CAP. II.

Illam etiam contra apostolicam regulam præsumtionem, [8] quam nuper agnovi a quibusdam illicita usurpatione committi, modis omnibus constituo submoveri. [9] De pœnitentia scilicet, quæ a fidelibus postulatur, ne de singulorum peccatorum genere, libello scripta professio publice recitetur; cum reatus con-

---

BALLER. NOTÆ.

1 Exstat in MSS. coll. Hisp. Isid. XI. XII. & XX. usque ad XXIV. ac in exemplo Sichardi.

2 Vulg. ante Quesnell. cum MS. Vat. coll. XXIV. & Sichardo *paschæ festum*.

3 Vat. Hisp. & Isid. cum ceteris inde profectis *usum baptismatis*. Mox Vat. coll. XI. *in natalitiis Martyrum*.

4 Vindeb. Hisp. addit *&*, quæ conjunctio cum sensui non congruat, in Vat. Hisp. & aliis ejusdem originis mutata in *eo die*, sed perperam.

5 Vindebon. Hispan. & alii codd. inde profecti *in tot mysteriis*. Vat. Hisp. & Isid. errore librariorum *ministeriis*. Soli codd. coll. XXIV. ac exempla Merlini & Sichardi ut in textu.

6 Vindeb. Hisp. *quia in ipsum donum*. Vat. Hisp. & Isidor. atque alius cod. coll. XI. *quia in ipso donum*. Mox *renascentibus* in editis ante Quesn. cum Merlino & Sichardo.

7 Vulg. ante Quesn. cum Vat. coll. XXIV. & Sichardo *gravium necessitatum*.

8 Vat. Hisp. & Isid. cum aliis coll. XXI. *quam nunc per ignaviam a quibusdam illicita usurpatione videmus committi*. Mox *constituimus* in iisdem Vat. Hisp. & Isid.

9 Ita nostri codd. diversarum licet collectionum constanter exhibent cum exemplis Merlini atque Sichardi. Ita etiam legit antiquissimus auctor collectionis Herovalliani codicis a Jacobo Petit editi post Theodori Pœnitentiale cap. 68. pag. 257. Ita quoque editiones omnes Quesnello anteriores, quæ solum pro *scilicet* habent *videlicet*, & ante voces *a fidelibus* addunt *ita*, ut additur in Vat. Hisp. ac Isidor. & in duobus coll. XXI. Quesnellus verba, *De pœnitentia scilicet (aut videlicet) quæ a fidelibus postulatur*, expunxit: quippe *quæ*, inquit in

Confessio secreta solis Sacerdotibus

conscientiarum sufficiat solis Sacerdotibus indicari confessione secreta. Quamvis enim plenitudo fidei videatur esse laudabilis, quæ propter Dei timorem apud homines erubescere 10 non veretur; tamen quia non omnium hujusmodi sunt peccata, ut ea, 11 qui pœnitentiam poscunt, non timeant publicare; removeatur tam improbabilis consuetudo: ne multi a pœnitentiæ remediis arceantur, dum aut erubescunt, aut metuunt inimicis suis sua facta 12 reserari, quibus possint legum constitutione percelli. Sufficit enim illa confessio, quæ primum Deo offertur, 13 tum etiam Sacerdoti, qui pro delictis pœnitentium precator accedit. Tunc enim demum plures ad pœnitentiam poterunt provocari, si populi auribus non publicetur conscientia 14 confitentis. Datum pridie Nonas Martii, *Recimere* Consule.

De penitent. dist. 1. Quamvis plenitudo. c. 89.

De penitent. dist. 1. Sufficit penit. cap. 61.

Sacerdotis precibus collata remissio peccatorum.

---

* Alias CXXXVII. 17. Junii an. 460.

EPISTOLA CLXIX.*

1 Ad LEONEM Augustum.*

SYNOPSIS.

I. *De ejecto Timotheo Æluro ab Alexandrina Ecclesia, & catholico Præsule in ejus locum eligendo.*

II. *Et fidei integritatem & probitatem morum in Sacerdote requiri.*

III. *Impium Ælurum, etsi fides ejus forte integra, restitui non posse.*

LEO Episcopus LEONI Augusto.

CAP. I.

Si gloriosum Pietatis vestræ in fidei defensione propositum tanta prosequi laude cupiamus, 2 quanta rerum ipsarum magnitudo deposcit; inveniemur impares in actione gratiarum, si nostri tantum oris angustiis universalis Ecclesiæ gaudia celebremus. Sed 3 dignius illius remuneratio vestris actibus meritisque 4 servabitur, in cujus caussa & speciali excellitis animo, & optato triumphatis eventu 5 claræ gloriæ. Sciat igitur Clementia vestra omnes Ecclesias Dei cum laude vestra exultare pariter & lætari, quod ab Alexandrinæ Ecclesiæ jugo improbus parricida depulsus est; & populus Dei, cui prædo nefarius incubabat, in antiquam fidei libertatem reductus, potest jam in salutis viam fidelium Sacerdotum prædicatione revocari, cum videat omne seminarium venenorum in ipso auctore projectum. Nunc ergo quia hoc constanti proposito & magna mente peregistis, consummato operi fidei illud adjungite, ut de catholico civitatis illius Præsule quod Deo placeat decernatis, qui nulla damnatæ toties impietatis sit infectus aspergine: ne fortasse tectum vulnus sub specie obductæ cicatricis increscat, & plebs christiana, quæ vobis agentibus aperte ab hæreticorum perversitate liberata est, letalibus iterum obnoxia sit venenis.

Timotheus Ælurus Alexand. sedis invasor & Proterii Alexand. Episcopi parricida.

CAP. II.

Vides autem, venerabilis Imperator, & evidenter agnoscis, quod in persona, de cujus abscissione agitur, non sola est fidei integritas intuenda: quæ etiamsi ullis correctionibus profes-

Non sola fides verum Pontificem facit.

BALLER NOTÆ.

in postilla, *tituli aut marginalis annotationis vice fuisse indicant codices MSS.* Quos codices intelligat, aut cur ex iisdem titulum vel marginalem annotationem indicatam elicuerit, ignoramus. Nostra sane exemplaria licet vetustissima, & diversæ originis sint, ea verba præferunt in textu, quod adnotationem, ac titulum excludit. Quæ enim ex margine alicubi irrepserunt in textum, si in pluribus MSS. libris æque inveniantur inserta, ii fere, ne dicam semper, ad eamdem collectionem pertinebunt, vel si diversarum collectionum sint, ab alia vetustiore omnes originem ducent. Ita eadem additamenta, sicuti & iidem saltus, ac eædem arbitrariæ lectiones, quæ reperiuntur in cod. Vat. Hispan. originis Gallicanæ, reperiuntur non solum in omnibus codicibus Hispano Gallicanis, sed etiam in Isidorianis, aliisque collectionum XI. XXI. &c. qui ex Hispanica Gallicanæ originis prodeunt: nec tamen inveniuntur in aliis exemplaribus, quæ aliam originem habent. In casu autem præsenti duo saltem sunt fontes diversi, ex quibus hæc epistola derivata fuit: alter est collectio Hispanica, alter vero ille, ex quo ab auctore coll. XXIV. eadem epistola sumpta fuit: unde in codicibus hujus postremæ collectionis deest chronica notatio, quæ in aliis ex Hispanica profectis reperitur. Cum ergo in utriusque originis exemplaribus eadem verba legantur, de assumento inducto suspicari non possumus. Enimvero hæc verba, si bene expendantur, superflua non sunt. Præsumptio enim, quam Leo submoveri jubet, versabatur circa pœnitentiam, quum fideles petebant: quippe nonnulli pastores nimium excedentes, inter pœnitentiæ opera peccatorum publicationem præcipiebant. Hac mente *De pœnitentia scilicet* idem significat ac *Quod attinet ad pœnitentiam*; & tum exclusa particula *ita*, *ne* vetantis vim habet, ac sententia optime constat. Quesnellus laudatis verbis expunctis sic prosequitur: *ne videlicet de singulorum* &c. ubi *videlicet* nullius nostri codicis auctoritate fulcitur. Dein Merlinus & Sichardus cum MS. Vindeb. Hisp. habent *libellis*: Vat. Hisp. & Isid. & alii coll. XXI. *libelli*. Postea *publicetur* pro *publice recitetur* apud Quesnellum, non autem in nostris codd. Deinde Merlinus delet *solis*; & cum Sichardo atque cum Vat. coll. XXIV. præfert *indicare*. Ex hoc autem textu palam colligitur, in ipsa pœnitentia publica peccatorum confessionem fuisse secretam, ita ut pœnitentiæ caussæ laterent; nec omnia saltem peccata ipsorum pœnitentium manifestatione in publicum prodiisse.

10 Cod. Vindebon. Hisp. *non verentur*. Dein apud Sichardum, *quia non omnia peccata hujusmodi sunt, ut ea sicut penitentia publica poscit, velint publicare*.

11 Ita codices Quesnelli & nostri; aliæ editiones *quæ*.

12 Alias *reserare*.

13 Sichardus *tunc etiam sacerdos pro delictis pœnitentium* &c. Mox *accedat* in nonnullis MSS. Dein Vat. Hispan. & Isidor. delent *demum*.

14 Quesnellus in margine. Al. *pœnitentis*.

1 Quinque sequentes epistolæ in una collectione XXV. inveniuntur, quam Avellanam in Præfatione vocavimus. Quesnellus nullum codicem reperit: unde aliqua ex conjectura correxit, rejecta ad marginem vulgata editorum lectione. Nos plura exemplaria consulere potuimus, quæ nacti sumus in bibliothecis Vaticana, Angelica, & Veneta Sancti Marci.

2 Vulgati *quantu*. Emendationem suggessit codex S. III. 9. bibliothecæ Angelicæ patrum Eremitanorum S. Augustini Romæ.

3 Vulgatam lectionem, quam omnes codices præferunt, revocavimus, neque enim necessaria videtur emendatio Quesnelli *dignior*.

4 Erat in vulgatis Leonis *servabatur*, uti in duobus codicibus Sancti Marci, & in Vat. 3787. Quesnellus ex conjectura emendavit *servatur*. Sed melius nos ex antiquissimo Vat. 4961. & ex MS. Angelicæ lectionem in editione Conciliorum receptam prætulimus.

5 Erat in editis *gloriæ*. Hinc Quesnellus in postilla suspicatus est forte pro *gloriæ* legendum *Gloriosissime Auguste*, ut alibi. Hanc vero conjecturam excludunt vetustiores codices Vatt. 4961. & 3787. qui habent *claræ gloriæ*.

fessionibusque purgari, & in integrum valeret qualibet conditione restitui; nequaquam tamen quæ scelestе cruenteque commissa sunt, possunt probabilium verborum protestationibus aboleri: quia in Pontifice 6 Dei, ac maxime tantæ Ecclesiæ Sacerdote, non sufficit sonus linguæ & sermo labiorum; & nihil prodest, si Deus voce prædicatur, & mens 7 in impietate convincitur. De talibus enim per Apostolum sanctus Spiritus loquitur: *Habentes speciem pietatis, virtutem autem ejus abnegantes*: & iterum alibi: *Deum profitentur se scire, factis autem negant*. Unde cum 8 in omni Ecclesiæ membro & integræ fidei veritas, & bonorum operum plenitudo quæratur: quanto magis in summo Pontifice debent utraque præcellere: quia alterum sine altero non potest cum Christi corpore 9 habere compagem?

[Margin: 2. Tim. 3. 5. — Tit. 1. 16.]

[Margin: CAP. III.] Nec necesse est nunc omnia, quæ *Timotheum* execrabilem faciunt, enarrare cum copiose atque manifeste in totius mundi notitiam, quæ per ipsum ac propter ipsum sunt gesta, processerint; & si quid ab incomposito vulgo contra justitiam perpetratum est, in hujus omnia verticem confluant, cujus desideriis manus furentium servierunt. Unde 10 si etiam in professione fidei nihil hic negligat, nihil fallat, aptissimum gloriæ vestræ est ab hoc appetitu illum prorsus excludere, quia in tantæ urbis Antistite 11 universam Ecclesiam decet sancta exultatione gaudere, ut vera pax Domini non solum prædicatione fidei, sed etiam morum clarificetur exemplo. Data XV. Kalendarum 12 Juliarum, *Magno* & *Apollonio* Consulibus. *Per Philoxenum agentem in rebus*.

EPISTOLA CLXX.*

[Margin: * Alias CXXXVIII. ... Junii an. ...]

Ad GENNADIUM Episcopum Constantinopolitanum.

SYNOPSIS.

Queritur quod Timotheus Constantinopolim venire sit permissus: nullam ei restitutionis spem esse relinquendam: cavendumque ne se publicis privatisve colloquiis immisceat.

A LEO Episcopus GENNADIO Episcopo Constantinopolitano.

Dilectionis tuæ litteris, & fratrum Coepiscoporumque nostrorum *Domitiani* & *Geminiani* sermone agnovi, *Timotheum* postquam Ecclesia Alexandrinæ civitatis expulsus est, Constantinopolim, nonnullis hoc fidei adversariis agentibus, venire permissum: ut, quantum datur intelligi, 1 quia universorum Domini Sacerdotum sententiis coarctatus, invitus saltem ad catholicum se dogma convertat: & tamquam propter hanc tantummodo 2 caussam videatur ejectus, hæreticæ perversitatis errore damnato, doctrinæ apostolicæ, ut ad Alexandrinam redeat, acquiescat: cum illi, etiamsi catholicus probaretur, hoc vehementer obsistat, B quod vivente Episcopo, tantæ sedis invasor est, 3 & auctor apparuit inauditæ crudelitatis admissæ. Et ideo dilectio tua sollicitudine, qua 4 clares, eniti & elaborare debebit, ne cum tam nefario homine sermo aliquis privatim, vel publice misceatur, neve sub specie correctionis ejus quorumdam conventui præbeatur occasio: ne redeundi integram capiat libertatem, de quo jam edictis suis Princeps christianissimus 5 judicavit. Omni igitur labore & circumspectione pervigili unitati ecclesiasticæ profuturus enitere, frater carissime, ut spes suffragatoribus ipsius adimatur, & Alexandrinis ex Clero suo catholicus Episcopus secundum morem veterem per orthodoxos 6 Ægyptios consecretur: quia parricida ille non alias a suis defensoribus 7 deseritur, nisi Alexandrina Ecclesia, quæ patrum honori & suæ C restituenda est libertati, rectorem sanandis omnibus, quæ male gesta sunt, probatissimum fuerit consecuta. Datum XV. Kalend. Julias, *Magno* & *Appollonio* Consulibus. *Per Philoxenum agentem in rebus*.

[Margin: De cæde Proterii Episcopi.]

EPISTOLA CLXXI.*

[Margin: * Alias CXXXIX. 18 Augusti an. 460.]

1 Ad TIMOTHEUM Episcopum Alexandrinum.

SYNOPSIS.

D I. *De electione ejus gratulatur, caritatemque commendat.*

II. *De*

[Margin: BALLER. NOTÆ.]

6 In vulgatis Leonis ante Quesnell. ac in MSS. corrupte *de hac maxime*. In editis Conciliorum *de hoc maxime*. Quesnelli emendationem satis æquam retinuimus.

7 Editi Conciliorum omittunt *in*. Quesnellus in margine *forte de impietate*.

8 Supplevimus præpositionem *in* ex nostris codd. & editione Conciliorum.

9 Ita ex codicibus, qui probant Rainaudi correctionem. Antiquæ editiones habebant tantum *compagem*. Binius correxit *compagem facere*. Editi Conciliorum & Quesnellus *compaginari*.

10 Revocavimus lectionem codicum & editorum ante Quesnellum, cui placuit edere *etiamsi*.

11 Codex, ex quo prima hujus epistolæ editio prodiit, habebat *universa Ecclesiæ*, & adnotatum fuit *videtur deesse membra*, quæ adnotatio in plurium editionum textum perperam irrepsit. Labbeus & Quesnellus ediderunt tantum *universa Ecclesiæ membra*. Nomen *membra* in omnibus codicibus deest. Veram lectionem suppeditavit codex Angelicæ. 12 In codicibus loco mensis est sigla ℞. sed Julium mensem, recte appositum liquet ex epistola sequenti, quæ eodem die ac de re eadem scripta fuit.

1 Cod. Angelicæ *qui*. Paullo post antiquiores editiones *ut tamquam*. Quesnelli emendationem codices probant.

2 Vulgati cum MSS. Venetis *culpam*. Antiquiorum MSS. lectionem prætulimus.

3 Codd. Vaticani & Veneti *& cum auctor*. Codex Angelicæ melius *& quod auctor*.

4 Ita cod. Angelicæ: alii *clareas*: vulgati *clares*. 5 Al. *indicavit*.

6 Vulgati *Episcopos*. Codicum lectionem inseruimus; qua Leo canonum sanctiones, & veterem morem servandum præcipiens, cavere voluit, ne alterius provinciæ Episcopus ita novum Alexandrinum Antistitem consecraret, uti Maximum Antiochenum consecravit Anatolius Constantinopolitanus, quod ab ipso Leone reprobatum fuit epist. 106. cap. 2. 7 Cod. Angelicæ *deseretur*.

1 Is est Timotheus Solofaciolus catholicus, qui in Timothei Æluri hæretici ac usurpatoris locum subrogatus est. Creditur autem esse ille *Timotheus Presbyter & œconomus Ecclesiæ* Alexandrinæ, qui cum aliis catholicis ex Ægypto pulsus an. 457. libellum supplicem adversus eumdem Ælurum Imperatori porrexit. Vide codicem encyclium cap. 7. tom. 4. Concil. col. 1843. ed. Albrit.

II. *Ut fidei rebus invigilet, frequenterque ad ipsum scribat.* A

LEO Episcopus TIMOTHEO Episcopo catholico Alexandrinæ Ecclesiæ.

CAP. I. *Rom. 8. 28.*

EVidenter apparet sub apostolicæ splendore sententiæ, *quoniam diligentibus Deum omnia cooperantur in bonum:* & divinæ dispensatione pietatis ubi excipiuntur adversa, ibi donantur & prospera. Quod Alexandrinæ Ecclesiæ experimenta demonstrant, in qua multos sibi patientiæ thesauros 2 humilium modestia & tolerantia congregavit: quia *juxta est Dominus his qui tribulato sunt corde, & humiles spiritu salvabit* (*Ps. 33. 19.*): glorificata in omnibus inclyti Principis fide, per quem *dextera Domini fecit virtutem* (*Ps. 117. 16.*), ne in thronum beatorum Patrum Antichristi diutius sederet opprobrium: cujus impietas nemini magis quam sibi nocuit: quia etsi aliquos ad societatem facinoris impulit, 3 se tamen inexpiabiliter cruentavit. Unde de eo, quod instinctu fidei 4 in fraternitate tua Cleri & plebis, atque omnium fidelium egit electio, universam mecum Ecclesiam Domini gaudere rescribo, utque hoc benignitas divinæ pietatis multiplicata gratia confirmet, exopto; ita ipsi per omnia tua devotione famulante, ut etiam eos, qui veritati aliquatenus restiterunt, reconciliandos Deo per Ecclesiæ preces instanter acquiras; & 5 sacramento catholicæ fidei, cujus soliditas nullam divisionem recipit, sollicitus rector adjungas: illum imitatus verum piumque pastorem, qui animam suam posuit pro ovibus suis, & errantem unam ovem non flagellis coercuit, sed ad ovile proprium suis humeris reportavit.

Reconciliatio per Ecclesiæ preces. *Jo. 10. 11. Luc. 15. 5.*

CAP. II.

Agat ergo dilectio tua, frater carissime, ne vel Nestoriani dogmatis, vel Eutychiani erroris ullum in Dei populo possit vestigium reperiri: quia *nemo potest fundamentum ponere, præter id quod positum est, qui est* CHRISTUS JESUS: qui universum mundum non reconciliaret Deo Patri, nisi per fidei regenerationem omnes in nostræ carnis veritate susciperet. Cum ergo scribendi opportunitates, quibus fraternitas tua utatur, extiterint, sicut 6 necessarie & ex more fecisti, ut per filios nostros *Danielem* Presbyterum & *Timotheum* Diaconum ordinationis tuæ ad nos scripta dirigeres; ita omni tempore in hoc officio perseveres, 7 & de provectibus pacis sæpe, quantum fieri potest, sollicitudini nostræ mittantur indicia: ut per alterna colloquia sentiamus, *quia caritas Dei diffusa est in cordibus nostris per Spiritum sanctum, qui datus est nobis.* Datum XV. Kalend. Septemb. *Magno* & *Apollonio* Consulibus.

1. Cor. 3. 11. Incarnationis ad reconciliationem mundi necessitas. *Rom. 5. 5.*

EPISTOLA CLXXII. *

* Alias CXL. 18. August. an. 460.

Ad Presbyteros & Diaconos Ecclesiæ Alexandrinæ.

SYNOPSIS.

Ad concordiam in Ecclesia Alexandrina servandam augendamque invitat: & ut qui ab hæreticis seducti sunt, ad pœnitentiæ remedium provocentur.

LEO Episcopus Presbyteris & Diaconibus Ecclesiæ Alexandrinæ, dilectissimis filiis in Domino salutem.

B GAudeo exultanter in Domino de piissimo, quem inter vos habetis, affectu; dum sicut scripta vestra manifestant, & pastor gregem, & grex ostenditur amare pastorem. *Solliciti* ergo *in invicem*, sicut Apostolus ait, *servare unitatem spiritus in vinculo pacis* (*Ephes. 4. 3.*), properate 1 ad fructum veræ pervenire patientiæ. Quid enim dignius aut velle potestis aut agere, quam ut auxiliante Dei gratia, gloriosissimi Principis fide ad profectum solidissimæ pacis utamini, remota procul ea bestia, quæ vineam plantationis dominicæ, sicut Psalmus propheticus canit (*Ps. 79. 14.*), singulari feritate vastabat? Quia ergo in ovili dominico nec furum jam insidiæ, nec latronum timentur incursus; redeat universitas vestra in concordiam, & magisterio Spiritus sancti illa in omnibus unitas expetatur, propter quam dicit Apostolus: C *Non quærens quod mihi utile est, sed quod multis, ut salvi fiant* (*1. Cor. 10. 33.*). Idipsum dicant & sentiant omnes, nulla sint sensuum disputationumque certamina. Quod usque ad catholicos Præsules in Alexandrina Ecclesia discipuli veritatis didicerunt atque docuerunt, eadem a cunctis fidelibus confessione promatur: quia *varietatem* veritas, quæ est simplex atque una, non recipit. Si quos autem cujuslibet ordinis christianos impia hæreticorum conturbavere mendacia; ad satisfactionis remedia provocate, & in spiritu mansuetudinis cum benignitate corripite: quia, sicut ait beatus Apostolus Petrus, *non tardat Dominus promissum, sed patienter agit propter vos, nolens aliquos perire, sed omnes ad pœnitentiam converti* (*2. Pet. 3. 9.*). Agendum ergo est ne difficultas veniæ curationem faciat D tardiorem. Data decimoquinto Kalend. Septemb. *Magno* & *Apollonio* Consulibus.

Veritas simplex & una varietatem non recipit.

EPISTOLA CLXXIII. *

* Alias CXLI. 18. Aug. an. 460.

Ad quosdam Ægypti Episcopos.

SYNOPSIS.

De electo Timotheo catholico in locum Timothei Æluri gratulatur: unitatem commendat: & ut

---

BALLER. NOTÆ.

2 Ita ex codicibus. Vulg. *humilitas*.

3 Vulg. *se tantum denique inexpiabiliter*. Lectionem prætulimus omnium nostrorum codicum, qui solum pro *se* habent *sed*.

4 Sic quatuor potiores codices. Vulgati *in fraternitatem tuam*.

5 Vulgati *sacramenta*. Emendavimus ex codicibus.

6 Quesnellus in marginali postilla explicat, *idest incessanter, ut alibi notatum*. Sed debitum indicatur referendi ad Romanum Pontificem ordinationem Episcoporum majorum sedium, ut ostendimus adnot. 1. in ep. 149.

7 Sic codices. Editi *ut*.

1 Vulgati addunt in margine *ut possitis*, sed codices ignorant. Exemplaria Veneta pro *vera* habent *vestræ*.

ut sollicitudinem suam ejus curæ jungant ad reducendos errantes, invitat.

LEO Episcopus THEOPHILO, JOANNI, ATHANASIO, ABRAHÆ, DANIELI, 1 JOHÆ, PAPHNUTIO, MUSÆO, PANULVIO, & PETRO, Episcopis Ægyptiis.

LItteris fraternitatis vestræ, quas ad me filii nostri *Daniel* Presbyter & *Timotheus* Diaconus detulerunt, cognovisse me gaudeo, quod gloriosi & venerandi Principis fides, propheticis & evangelicis unita doctrinis, ad sanctos & Deo placitos dispositionum suarum pervenit effectus, ut cruentissimo Alexandrinæ Ecclesiæ pervasore dejecto, & in longinquiora translato, dignum sua gubernatione rectorem totius civitatis mereretur electio, ad cujus vos consecrationem nullus ambitus traheret, nulla seditio impelleret, nulla iniquitas incitaret; sed in medio constituta meritorum sanctitate, eum cunctis non dubitaret præponere, quem sibi universitas cuperet præsidere. Unde reddita populis christianis Dei pace gaudentes, commendamus vobis invicem vestri operis dignitatem, ut religiose per omnia ordinatus Antistes, fraterno 2 se juvari experiatur assensu, & ad abolenda scandala, quæ error hæreticus excitaverat, cooperatione vestra gaudeat adjuvari. 3 Extruso enim qui imitator diaboli fuit & *in veritate non stetit*, male utens specie pervasi honoris & nominis, congruit ut Alexandrina Ecclesia eum veneretur & diligat, quem & probitate morum, & integritate catholicæ fidei, dignum tanto Sacerdotio comprobavit: cui mutuæ caritatis plenum animi nostri præbemus affectum: cohortantes, fratres carissimi, & fiducialiter exigentes, ut in prædicatione verbi, in eruditione præcepti illam formam custodiatis caritatis, sine qua nullæ possunt prodesse virtutes. Quod autem fratri & Coepiscopo nostro *Timotheo* de revocandis his, qui a veritatis itinere deviantes, inconsultius se ferociusque gesserunt, scriptum esse cognoscitis, dilectio quoque vestra ad curam suam intelligat pertinere: ut quia late sese pestilens illa ægritudo diffudit, ubique omnibus eadem adhibeatur medicina vulneribus: ut per diligentiam pastoralem in cunctis Ecclesiis Domini ovile reparetur, & per sollicitudinem caritatis atque doctrinæ, omnes Christi oves unum se sentiant habere pastorem. Data XV. Kalend. Septembris, *Magno* & *Apollonio* Consulibus.

Joan. 8. 44.

Nullæ virtutes possunt prodesse sine caritate.

Nescio qua oscitantia Typothetarum evenit ut textui Græco respondentes notæ omissæ sint Pag. 217. Ne autem quoad nos vel minimi quidem defectus argui possimus, hic eas afferendas duximus, uti eodem loco monuimus. Sunt porro sequentes.

f διαμανάσης. Optimam hanc lectionem MS. Vat. debes; διαμενάσης, quæ lectio est vulgatorum, rejicienda.
g διαβεβαιωμένης. Supplendum hic aliquid necessario, puta ὑπὸ, vel quid simile, ut legas, ὑπὸ διαβεβαιωμένης, &c.
h τῶν ἀνοδιῶν. Ita & MS. Vat. nisi quod caret articulo τῶν; Ceterum si a recto ἀνοδία hanc vocem deducas, ut nos fecimus in translatione, non ἀνοδιῶν scribendum est, sed ἀνοδίων.
i ἐν Κωνςαντινουπόλει. MS. Vat. ἐκ Κωνςαντινουπόλει: sed perperam. Si enim ἐκ retineas, scribere debes deinceps Κωνςαντινουπόλεως.

1 Ita MSS. Vulg. *Johaa*. Dein *Panulino* pro *Panulvio* in Vat. 4961.
2 Ita codd. Vaticani & Veneti. MS. Angelicæ *se incitari*. Editi *se vivere*.
3 Vulg. *Excluso*. Lectionem omnium codicum secuti sumus.

☞ PRÆMONITIO BALLERINORUM

in sequentia Græca fragmenta.

Post vulgatum tomum primum nostræ editionis, in quo præter sermones epistolæ etiam S. Leonis ad codices præsertim Romanos exactæ & emendatæ continentur, e Romanis typis Josephi Collini prodiit in lucem illa pars operum ejusdem S. Doctoris, quæ ipsius epistolas ad eosdem fere codices recognitas exhibet. Circa hos vero codices, qui & nostræ & Romanæ editioni usui fuere, unum monere necessarium ducimus, ne quis forte de fide nostra in iisdem MSS. exemplaribus allegandis addubitet. In præfatione Romanæ editionis hæc admonitio legitur pag. LIII. *In hac nostra* (editione) *erudito lectori notæ manuscriptorum indices, quæ in omnibus aliis desiderantur, occurrunt: quod ea quidem ducti ratione fecimus, ut a lectorum animo omnem suspicionem removeremus, nos potius conjecturis indulsisse, quam religiose eorumdem MSS. codicum lectionibus & auctoritatibus institisse. Quare in posterum cuique de nostra fide dubitanti omnino facile esse poterit ad nostros indicatos fontes provocare, atque subinde cognoscere, an variæ lectiones, vel a nobis ad calcem cujuscumque epistolæ, aut monumenti adnotatæ, vel in textum inductæ, vere atque sincere iis fontibus respondeant, ex quibus easdem haustas fuisse indicavimus*. Conferentes vero Vaticanos codices in hac editione ad cujusque epistolæ marginem indicatos cum iis, quos nos in nostra editione allegavimus, deprehendimus, nonnumquam in ea Romana editione notari, hanc vel illam Leonis epistolam inveniri in aliquibus Romanis codicibus, qui eis certissime carent. Exactissimum enim catalogum epistolarum, quæ in quovis codice describuntur, separatis paginis, ne confusio irreperet, contexuimus: nec plures, vel pauciores in singulis codicibus, seu MSS. collectionibus reperiri Leonis epistolas, quam quæ a nobis vel in præfatione, vel in notis recensitæ fuerunt, certissimi sumus: ut & conferentibus ipsos codices palam fiet. Romana autem editio codices non raro adsignat epistolis, quæ in ipsis desunt, idque certo errori tribuendum ex eadem editione evincere possumus.

In notitia manuscriptorum Vaticanæ bibliothecæ, quæ præfationi ejusdem editionis subjicitur, pag. LXVI. scribitur, Vaticanum codicem 1341. continere epistolas Leoninas *unam & quadraginta*: ubi legendum *unam de quadraginta*: ille enim codex pertinet ad collectionem Hispanicam, quæ complectitur tantum Leoninas epistolas XXXIX. a nobis exacte recensitas in præfatione ad epistolas §. X. pag. 522. & 523. At in editione epistolarum præter quam quod hujus codicis allegatio omittitur in epistolis decem, quæ in eo leguntur, numerus ipsius codicis Vat. 1341. affigitur epistolis XLV. ex quibus sexdecim in eodem codice desunt, nimirum epistolæ 24. 34. 35. 36. 39. 46. 48. 58. 68. 98. 99. nec non una Valentiniani ad Theodosium, Marciani ad Leonem, Pulcheriæ, Ceretii ac Salonii, & Synodi Calchedonensis ad eumdem Pontificem, quæ in nostra editione sunt epistolæ 54. 37. 38. 39. 42. 50. 51. 72. 67. 123. 124. 55. 73. 77. 68. & 98. In eadem manuscriptorum notitia pag. LXV. Vaticano MS. 1342. collectionis tertiæ adscribuntur *sexdecim S. Leonis epistolæ*, quot quidem in eodem invenimus. At in corpore editionis numerus ipsius codicis 1342. adnotatur epistolis 21. ita ut omissa allegatione ejusdem ad epistolas sex, quæ in eo continentur, perperam addatur idem numerus epistolis undecim, quas in ipso nequaquam invenies, nimirum epistolis ejus editionis 3. 7. 8. 14. 15 73. 81. 91. 95. 139. & synodicæ Ravennii ac aliorum Gallorum ad Leonem; nobis vero epist. 3. 2. 7. 18. 15. 93. 106. 115. 120. 166. & 99. Similes lapsus occurrunt in allegandis aliquot aliis codicibus. Epistolæ ex. gr. 24. nobis 54. apponuntur in margine codd. Vatt. 1340 1341. 1343. 1353. & 3791. cum tamen eadem epistola inveniatur in uno MS. 1340. in ceteris desideretur. Epistolæ 39. nobis 42. quæ exstat in sola collectione Arelatensi, ex qua reperire licuit unum codicem Vallicellanum G. 99. adscribuntur in margine codd. Vatt. 541. 542. 1340. & 1341. qui ad alias collectiones ea epistola expertes spectant. Idem referre de aliis epistolis supersedemus, cum hactenus indicata sufficiant. Hi errores partim operarum oscitantiæ, partim vero confusioni adnotationum in adversariis, quæ separatam cujusque codicis descriptionem non præferrent, tribuendi videntur.

Num vero aliquis pariter error lateat in quibusdam lectionibus huic vel illi codici in eadem editione adscriptis, non vacavit expendere. Certe pag. 1. not. a dum traditur, omnes Vatt. codd. *antiquiores & insignioris notæ* excepto Vat. regio 1997. habere hæc verba, *In caussa Lupicini Episcopi*, manifestus est error: quippe *antiquiores* quidem, & *insignioris notæ* codices in margine laudati Vat. 1341. & 1342. non solum carent iisdem verbis, verum etiam in corpore ipsius epistolæ primæ, nobis 12. omittunt illud caput, quod ad Lupicini caussam pertinet. Pag. 62. not. e in epistolam 15. ad Turribium affirmatur, codicem Vat. Reg. 1997. habere *sentinam*, cum *sententiam* ibidem legerimus. Pag. 194. not. b & f in epist. 47. nobis 59. lectiones afferuntur ex codd. Vat. 3787. & 4961. qui cum sint collectionis Avellanæ, eadem epistola carent: eæ autem lectiones a nobis fuerunt repertæ in MSS. collectionis XXI. ad quam spectant MSS. codd. Vatt. 542. & 543. quos una cum duobus memoratis collectionis Avellanæ in ejusdem editionis margine indicatos invenies. Alia observare, quæ ad editionem nostram vindicandam necessaria non sunt, prætermittimus.

Porro in eadem editione Romana, in qua lucubranda Cl. Auctor plurimum operæ & laboris impendens, Græcos etiam codices recolendos curavit, tria fragmenta Græca antea inedita inveni-

venimus, quæ in hac Appendicula recudenda credidimus. Primum e MS. Vat. Græc. 720. sæculi, uti traditur, decimi eductum fuit. Hic codex multa Græcorum Patrum opuscula seu fragmenta continet. Inter hæc legitur pars epistolæ S. Leonis ad Imperatorem Theodosium. Nihil ex stylo conjicere licuit, cum sit Græca versio. Substantia vero ipsius fragmenti nihil repugnat: nam rectam fidem eamdemque doctrinam exhibet, quam Leo docuit. Auctor Romanæ editionis censet, hoc fragmentum pertinere ad epistolam, quæ a Leone indicatur ep. 24. nobis 54. ad eumdem Imperatorem illis verbis: *A me autem atque ab omnibus catholicis Sacerdotibus, quæ evangelicæ fidei pietas defendatur, satis plene ac lucide litteris meis, quas Clementiam vestram per famulum vestrum Epiphanium Tribunum, qui pro hac caussa missus est, arbitror accepisse, reseratum est.* Id autem ille censuit deceptus erronea hujus epistolæ chronica notatione, qua in vulgatis signabatur data VIII. *Kal. Junias*, idest ante epistolam nobis 44. ad ipsum Imperatorem; unde recitatis verbis alia epistola e Sacerdotum Synodo scripta atque deperdita significari videbatur. Emendata vero ea chronica nota ex nostro optimo Codice Ratisponensi sic VIII. *Kal. Januarias*, idest die 25. Decembris anni 449., statim liquet, memoratis verbis indicari ipsam epistolam 44, quæ quidem jamdiu ante laudatam epistolam 54. nimirum III. Idus, vel Idibus Octobris anni ejusdem data fuerat e Synodo. Quid ergo? Si huic fragmento, quod ex Græca miscellanea collectione sumtum est, fidendum omnino sit; multo est credibilius, huc Leonem respicere in epist. 69. dum ad eumdem Imperatorem scribit c. 2. *Quæ nostræ forma sit fidei, manifestatis instructionibus quas misimus, possitis dignanter agnoscere.* In hanc quidem rem a Leone missa fuerunt in Orientem Theodosio tradenda testimonia Patrum, quibus probaret sese in dogmatica epistola 28. non aliam doctrinam docuisse, quam quæ a Sanctis & Latinis & Græcis Patribus tradita fuerat. Vide epist. 71. Sed ex hoc fragmento, si genuinum sit, missa simul videtur alia epistolica declaratio ad Imperatorem directa, quæ testimoniis Patrum & Legatorum instructioni addita dicenda esset. Cum vero sola epistola 28. celebris sit, huicque uni testimonia Patrum subjecta fuerint in MSS. Græcis vetustissimæ collectionis Calchedonensis ante hujus Concilii gesta, nec præter hanc ulla uspiam fiat mentio alius Leoninæ declarationis ac veluti formulæ fidei ad Imperatorem Theodosium, quæ post editam dogmaticam epistolam 28. superflua videri potest; hinc de hujusmodi fragmento aliqua suspicio nec omnino levis ingeritur. Quidquid autem id est, ipsum fragmentum in hac Appendicula exhibebimus, uti editum fuit.

Secundum est fragmentum libelli S. Flaviani Constantinopolitani Episcopi ad S. Leonem, quod suppeditavit codex Vat. Græc. 451. In hoc fragmento nonnulla paullo difficiliora occurrunt. Duæ in eo partes distinguendæ, prior qua libellus quidam fidei proponitur, posterior qua gesta circa Joannem & Gregorium describuntur. In priori parte, seu in libello fidei laudatur dogmatica Leonis epistola 28. qua duæ naturæ & una persona declarantur in Christo. *In unam enim personam*, inquit, *sicut & TUA SANCTITAS DOCET* (in epist. 28.) *duæ naturæ concurrunt*. Hæc autem Leonis epistola 28. Flaviano tradita fuit non Constantinopoli, sed Ephesi, quo Flavianus ad Concilium accesserat. Legati enim Pontificis, qui easdem litteras perferendas acceperant, ob indicti Concilii tempus non Constantinopolim, sed Ephesum contendere compulsi fuerunt. Porro gesta, quæ in posteriori parte narrantur, Constantinopoli evenerunt. Joannis enim & Gregorii condemnatio a Flaviano peracta, ac plebis tumultus in eosdem, non Epheso, nec tempori latrocinii Ephesini, quo Eutychianorum factio prævalebat, sed Constantinopoli convenit ante tempus ejusdem latrocinii, cum Flavianum damnato Eutyche catholicam fidem libere propugnabat, populusque favebat. Neque enim rejici potest post idem latrocinium: nam tunc Flavianus non rediit Constantinopolim, sed in exilium pulsus in ipso itinere supremum diem obiit. Vide nostram admonitionem in epist. 53. Cum vero prior pars hujus fragmenti, in qua epistolæ Leonis fit mentio, eum fidei libellum contineat, qui ante hæc Constantinopolitana gesta circa Joannem & Gregorium lectus traditur (*Hæc cum libellus contineret*, *EO LECTO* &c.) ipse quoque libellus Constantinopoli scriptus fuerat, antequam Flavianus Ephesum pergeret. Quomodo igitur in eo laudari potuit Leonis epistola 28. quæ solum Ephesi a Flaviano accepta fuit? Adde quod dum hic libellus Constantinopoli legeretur, Eutyches depositus fuerat. Qui autem Flavianus hominem abs se jam depositum & Archimandritæ dignitate privatum, *Archimandritam* in ipso libello appellasset? Cum integrum documentum, ex quo hoc fragmentum excerptum fuit, desideretur, nihil certi affirmari potest. Ne vero suppositionis nota eidem inuratur, suspicari licet, hoc fragmentum pertinere ad libellum appellationis Flaviani, qui Ephesi scriptus & Legatis Leoni traditus fuit. In hoc autem insertus dicendus est libellus fidei, qui Constantinopoli lectus fuerat, & gesta de Joanne & Gregorio pariter inserta. Verba, quibus laudatur Leonis epist. 28. eidem libello, dum Ephesi exscriberetur, adjecta. Tum vero Flavianus Eutychem vocavit *Archimandritam*, quia is in pseudosynodo restitutus pro Archimandrita se se gerebat.

Tertium fragmentum sumptum ex MS. Vat. Græc. 1455. mera paraphrasis est capitis octavi epistolæ 14. Leonis ad Anastasium.

FRAGMENTUM I.

ex cod. Vat. Græc. 720.

Leonis Papæ ad Theodosium Imperatorem, de divini Verbi incarnatione.

LEONIS *Romæ Episcopi exemplum interpretationis partis epistolæ, quam ad Imperatorem* THEODOSIUM *scripsit de divina incarnatione, & contra eos qui credunt abominandis dogmatibus hæresiarcharum Photini & Apollinaris atque horum similium.*

A Λέοντος Ἐπισκόπου Ῥώμης ἀντίγραφον ἑρμηνείας μέρους ἐπιστολῆς, ἧς ἔγραψε τῷ βασιλεῖ Θεοδοσίῳ, περὶ τῆς θείας ἐνανθρωπήσεως, καὶ κατὰ τῶν πιστευόντων τοῖς μυσαροῖς δόγμασι τῶν αἱρεσιαρχῶν Φωτινοῦ, καὶ Ἀπολιναρίου, καὶ τῶν τούτων ὁμοίων.

Credimus Filium Dei ab æterno, & sine exteriori principio, qui cum Patre & Spiritu Sancto est, in extremis sæculis perfectum nostræ naturæ suscepisse hominem ex Maria semper virgine, & quod Verbum caro factum fuerit, hominem suscipiendo, neque Divinitatem mutasse, neque, ut quidam impie existimarunt, Sanctum Spiritum B pro semine fuisse; sed per virtutem & sapientiam conditoris genitum confitemur Christum unam esse personam Filii, duas vero perfectas integrasque substantias Divinitatis atque humanitatis, quæ ex anima & corpore constat. Anathema dicimus contra Photinum, qui Christum purum nudumque hominem asserit: similiter & contra Apollinarium, illiusque similes, qui dicunt Filium Dei minus quiddam humana natura suscepisse sive in carne, sive in anima, sive in mente, sive in hominis assumtione, & dissimilem nobis fuisse in eo quod assumtum est: quem hominem sine sola macula peccati (quod peccatum physicum non est) C ejusdem formæ cum nostra per omnia factum esse credimus. Illorum quoque blasphemiam execramur, qui nova inventione dicere conantur, a tempore susceptæ carnis omnia divinæ naturæ in humanam, atque omnia humanæ in divinam commutata fuisse, quod nulla umquam hæresis dicere ausa est. Per hujusmodi enim confessionem, utramque Divinitatis atque humanitatis naturam in aliud quidpiam commutatam esse autumant, neque Deum perfectum, neque perfectum hominem secundum veritatem Filium confitentur.

Nos vero ita dicimus assumtam a Filio Dei naturam nostram, Divinitate impati- D bili permanente: passus est enim Dei Filius non opinione, sed re vera, quæcumque Scriptura testatur, hoc est famem, sitim, defatigationem, laborem, mortem, & reliqua hujusmodi. Secundum autem illud passus est, secundum quod pati potuit, idest non secundum assumentem, sed secundum assumtam naturam. Ipse enim Dei Filius secundum Divinitatem impatibilis est, sicut Pater, invisibilis, sicut Pater, sub tactum non cadens, sicut Pater, immutabilis. Propria enim persona Filii Deus Verbum assumens hominem patibilem, atque in ipso habi-

Πιστεύομεν τὸν υἱὸν τοῦ Θεοῦ τὸν ἀϊδίως, καὶ ἀνάρχως μετὰ τοῦ πατρὸς, καὶ τοῦ ἁγίου πνεύματος ὄντα, ἐπ᾽ ἐσχάτων τῶν αἰώνων, τέλειον ἄνθρωπον τῆς ἡμετέρας φύσεως ἀνειληφέναι ἐκ Μαρίας ἀειπαρθένου, καὶ τὸν λόγον σάρκα γεγενῆσθαι τῷ ἀναλαβεῖν ἄνθρωπον, οὔτε μεταλλάξαι τὴν θεότητα, καὶ οὐχ᾽ B ὥστινες μυσερῶς ὑπέλαβον τὸ ἅγιον πνεῦμα ἀντὶ σπορᾶς γεγενῆσθαι, ἀλλὰ τῇ δυνάμει καὶ τῇ σοφίᾳ δημιουργοῦ γενόμενον ὁμολογοῦμεν τὸν χριστὸν ἓν εἶναι πρόσωπον υἱοῦ. δύο δὲ τελείας καὶ ὁλοκλήρους οὐσίας θεότητος καὶ ἀνθρωπότητος, τῆς ἐκ ψυχῆς καὶ σώματος συνεστώσης. ἀναθεματίζομεν Φωτεινὸν τὸν λέγοντα τὸν χριστὸν ψιλὸν καὶ γυμνὸν ἄνθρωπον. ὡσαύτως δὲ καὶ Ἀπολινάριον, καὶ τοὺς τούτου ὁμοίως, τοὺς λέγοντας τὸν υἱὸν τοῦ Θεοῦ ἔλαττόν τι τῆς ἀνθρωπίνης φύσεως ἀνειληφέναι. ἢ ἐν σαρκὶ, ἢ ἐν ψυχῇ, ἢ ἐν νῷ, ἢ ἐν τῇ προσλήψει τοῦ ἀνθρώπου. καὶ ἀνόμοιον γεγενῆσθαι ἡμῖν, δι᾽ οὗ προσηλήφθη. ὅν τινα ἄνθρωπον ἄνευ μόνου τοῦ σπίλου τῆς ἁμαρτίας. ἥτις ἁμαρ- C τία φυσικὴ οὐκ ἔστιν. σύμμορφον ἡμῖν κατὰ πάντα γεγενῆσθαι πιστεύομεν. κἀκείνων δὲ ὁμοίως τὴν βλασφημίαν ἀναθεματίζομεν, τῶν ξένῃ ἐννοίᾳ ἐπιχειρούντων λέγειν, ἀπὸ τοῦ καιροῦ τῆς ἀναληφθείσης σαρκὸς πάντα τὰ τῆς θεότητος εἰς τὸν ἄνθρωπον, καὶ τὰ τῆς ἀνθρωπότητος εἰς τὸν Θεὸν μεταβεβλῆσθαι. ὅπερ οὐδεμία πώποτε αἵρεσις εἰπεῖν ἐτόλμησε, διὰ γὰρ τῆς τοιαύτης ὁμολογίας ἑκατέραν φύσιν θεότητός τε καὶ ἀνθρωπότητος εἰς ἄλλο τι μεταβεβλῆσθαι νομίζουσι. καὶ οὔτε Θεὸν τέλειον, οὔτε ἄνθρωπον τέλειον κατὰ τὸ ἀληθὲς τὸν υἱὸν ὁμολογοῦσιν. ἡμεῖς δὲ οὕτω φαμὲν ἀνειλῆφθαι παρὰ τοῦ υἱοῦ τοῦ Θεοῦ τὴν ἡμετέραν φύσιν. τῆς θεότητος ἀπαθοῦς D διαμεινάσης. ἔπαθε γὰρ ὁ υἱὸς τοῦ Θεοῦ οὐ δοκήσει, ἀλλὰ ἀληθείᾳ πάντα ἅπερ ἡ γραφὴ μαρτυρεῖ, τουτέστι πεῖναν, δίψαν, κόπον, πόνον, θάνατον, καὶ τὰ λοιπὰ τοιαῦτα. κατ᾽ ἐκεῖνο δὲ ἔπαθεν καθότι καὶ παθεῖν ἠδύνατο. τουτέστιν οὐ κατὰ τὴν ἀναλαβοῦσαν, ἀλλὰ κατὰ τὴν προσληφθεῖσαν φύσιν. αὐτὸς γὰρ ὁ υἱὸς τοῦ Θεοῦ κατὰ τὴν θεότητα ἀπαθής ἐστιν. ὡς ὁ πατὴρ ἀόρατος, ὡς ὁ πατὴρ ἀψηλάφητος, ὡς ὁ πατὴρ ἀναλλοίωτος. τὸ γὰρ κύριον πρόσωπον τοῦ υἱοῦ ὁ Θεὸς λόγος προσλαβόμενος παθητὸν ἄνθρωπον καὶ κατοικήσας ἐν αὐτῷ οὐδὲν ἔπαθεν, ὡς ὁ πατὴρ, καὶ τὸ ἅγιον πνεῦμα. πᾶσα

γὰρ

γὰρ ἀνάγκη τὴν τριάδα ἀπαθῆ ὁμολογεῖν. ἀποθανὼν τοίνυν ὁ υἱὸς τοῦ Θεοῦ κατὰ τὰς γραφὰς καθὸ ἀποθανεῖν ἠδύνατο. ἀνέστη ἐκ νεκρῶν τῇ τρίτῃ ἡμέρᾳ. ἀνῆλθεν εἰς τοὺς οὐρανούς. καθέζεται ἐκ δεξιῶν τοῦ Θεοῦ· μενούσης τῆς οὐσίας αὐτῆς τῆς σαρκὸς, ἐν ᾗ ἐγεννήθη, καὶ ἔπαθε, καὶ ἀνέστη. οὔτε γὰρ διελύθη ἢ μετεβλήθη ἡ οὐσία τῆς ἀνθρωπότητος. ἀλλὰ δεδόξασται εἰς τὸ διηνεκὲς ἐν τῇ θεότητι μένουσα.

A tans, nihil passa est, sicut Pater, & Spiritus Sanctus: omnino enim Trinitatem impatibilem confiteri debemus. Cum mortuus igitur Filius Dei fuisset secundum Scripturas, quatenus mori potuit, surrexit ex mortuis tertia die, ascendit ad cælos, sedet ad dexteram Dei, manente substantia carnis ipsius, in qua genitus est, & passus fuit, & resurrexit. Non enim dissoluta aut commutata fuit humanitatis substantia; sed permanens in Divinitate in perpetuum glorificata est.

FRAGMENTUM II.

ex cod. Vat. Græc. 451.

FLAVIANI Episcopi Constantinopolitani ad Sanctum LEONEM Papam.

B Φλαβιανοῦ ἐπισκόπου Κωνσταντινουπόλεως, ἐκ τοῦ τόμου οὗ ἔγραψε πρὸς τὸν Λέοντα πάπαν Ῥώμης περὶ τῆς Ἐνσάρκου οἰκονομίας τοῦ κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ, τοῦ ἀληθινοῦ Θεοῦ ἡμῶν.

FLAVIANI Episcopi Constantinopolis ex Libello quem scripsit ad LEONEM *Romanum Pontificem de Incarnationis dispensatione Domini nostri* JESU CHRISTI *veri Dei nostri.*

1. 14. Ὁ λόγος, φησὶ, σὰρξ ἐγένετο, καὶ ἐσκήνωσεν ἐν ἡμῖν. ἕτερον δέ τι ἡ σκηνὴ, καὶ ἄλλο τὸ κατασκηνοῦν. οὐ λέγω ἄλλος καὶ ἄλλος, ὡς ἐπὶ δύο προσώπων. ἀλλ' ἕτερον καὶ ἕτερον, ὡς ἐπὶ δύο φύσεων. πᾶσα γὰρ εὐαγγελικὴ καὶ ἀποστολικὴ παραίνεσις καὶ μαρτυρία περὶ τοῦ Ἐμμανουὴλ εἰς δύο διαιρεῖται τρόπους, πῇ μὲν τὸ μοναδικὸν αὐτοῦ δηλοῦσα πρόσωπον. πῇ δὲ τὰς δύο αὐτοῦ σαφῶς μαρτυροῦσα φύσεις. καὶ γὰρ ἦν καὶ ἔστι διπλοῦς ὁ εἷς καὶ μόνος υἱὸς καὶ χριστὸς, καὶ διπλοῦς ὁ ἐπ' αὐτῷ λόγος, οὐ πρὸ τῆς ἑνώσεως, ἀλλὰ μετὰ τὴν ἄφραστον ἕνωσιν. τέλειος ὁ αὐτὸς ὥσπερ ἐν θεότητι, οὕτω καὶ ἐν ἀνθρωπότητι. εἰ γὰρ ἦν ἁπλοῦς, πῶς πάσχειν καὶ θνήσκειν ἠδύνατο; πῶς τύπτεσθαι, καὶ προσηλοῦσθαι, καὶ ῥαπίζεσθαι, εἰμὴ τῇ τοῦ σώματος παθητῇ καὶ γηγενεῖ φύσει; ὥσπερ γὰρ ὁμοούσιος ὢν τῷ Θεῷ καὶ πατρὶ τέλειος ἐστιν ἐκ τελείου Θεὸς, οὕτω καὶ ὁμοούσιος ἡμῖν ὑπάρχων, τέλειος τυγχάνει ἄνθρωπος. ὁ γὰρ ἐν μορφῇ Θεοῦ ὢν, μορφὴν δούλου ἔλαβε δι' ἡμᾶς. ἡ δὲ μορφὴ Θεοῦ οὐσίαν σημαίνει Θεοῦ, ὥσπερ καὶ ἡ μορφή. τοῦ ἀνθρώπου φύσιν ἀνθρωπίνην δηλοῖ. αἱ μὲν οὖν πληγαὶ καὶ ὁ σταυρὸς καὶ ὁ θάνατος ἐστὶ τοῦ ἀνθρώπου, ἐν ᾧ ἐστιν ὁ δεσπότης ὁ Θεὸς λόγος. ἡ δὲ δόξα καὶ τὸ κράτος ἐστὶ τοῦ δεσπότου, περὶ ὃν ἐστιν ὁ δοῦλος. τουτέστιν ὁ ἄνθρωπος. εἰ οὖν τὸ ἀπαθές ἐστι περὶ τὸ θεῖον, τὰ δὲ πάθη περὶ τὸ ἀθρώπινον, πῶς ἄν τις τῶν εὖ φρονούντων μίαν λέξειε τὰς δύο αὐτοῦ φύσεις; εἰ δὲ μία ἐστὶν, ἄρα ἂν ἡμίθεος ἐσαρκώθη Θεὸς, καὶ ἡμιφυὴς ἀνελήφθη ἄνθρωπος. ἀλλ' οὐδ' οὕτως διδάσκει τῆς εὐσεβείας ὁ θεσμὸς, ὃν διεκρούσατο Εὐτυχὴς ὁ ἀρχιμανδρίτης, μίαν κηρύττων φύσιν τῆς ἀκτίστου θεότητος, καὶ τῆς καθ' ἡμᾶς ἀνθρωπότητος τοῦ Χριστοῦ. ὁ δὲ πᾶς τῶν ἁγίων χορὸς διττὸν τὴν οὐσίαν εἶναι, ἤτοι τὴν φύ-

VErbum, dicit, caro factum est, & habitavit in nobis. Aliud vero habitatio, & aliud est habitans. Non dico, alius & alius, ut de duabus personis, sed diversum & diversum, ut in duabus naturis. Omnis enim evangelica & apostolica adhortatio & testificatio de Emmanuel in duos modos dividitur: aliquando quidem solitariam ipsius personam significans, aliquando (C) vero perspicue ipsius duas naturas declarans. Etenim erat duplex, & est unus & solus Filius & Christus, & duplex in ipso ratio, non antequam copularetur, sed post inexplicabilem conjunctionem: perfectus ille tum in Divinitate, tum in humanitate. Si enim simplex erat, quo pacto pati & mori poterat? quo pacto verberari, & clavis affigi, & colaphis cædi, nisi in patibili corpore & terrena natura? Quemadmodum consubstantialis Deo & Patri, quum sit Deus, est perfectus ex perfecto; sic etiam eamdem nobiscum naturam habens, homo perfectus existit. Qui enim in forma Dei erat, formam servi propter nos accepit. Dei vero forma substantiam Dei significat, sicut & (D) forma hominis humanam naturam declarat. Plagæ igitur & crux & mors ad hominem pertinent, in quo Dominus Deus Verbum est; gloria vero & potentia Domini est, in quo est servus, idest homo. Si igitur quod pati non potest, ad Divinitatem spectat, perpessio autem in humanitate est; quis recte sentientium unam dixerit, quæ duæ naturæ in ipso sunt? Si vero una est, scilicet semideus carnem assumsit Deus, & dimidiatæ naturæ assumtus est homo. Verum non ita pietatis sanctio docet, quam repulit Eutyches Archimandrita unam prædicando naturam increatæ Divinitatis, & humanitatis Christi, quæ cum nostra eadem est. Universus autem Sanctorum chorus duplicem

cem substantiam, sive naturam esse Christum confitetur; non vero duplicem subsistentiam, sive personam. In unam enim personam, sicut & vestra Sanctitas docet, duæ naturæ concurrunt, quas etiam dixi & immutabili ratione conservari, & indivisibili modo in Christo confitemur. Est enim unus & solus unigenitus Filius & Verbum Dei, non quod illius naturæ in duas subsistentias diversæ sint; sed quod Verbum inexplicabile in unam subsistentiam duas naturas copulaverit: interius quidem sacrosancto corpore per divinum Verbum exornato, exterius vero Spiritu custodiret, ut ex utrisque naturarum perspicuitatem ostendat. Sic enim & manducare illum dicimus, non ante passionem solum, verum etiam postquam resurrexit, naturam credimus corporis ipsius. Si enim corpus, contra quod hæretici dubitationes movent, natura & substantia appellatur; manifestum porro est in uno Christo utramque naturam, hoc est divinam atque humanam, conservari, & in divina quidem quæ Deo conveniebant accepisse, in nostra vero rursus ipsum proferre humana & misera, qui non inquinamentum aliquod, non confusionem, non divisionem circa naturas habet, sed unus Filius & Christus & Dominus & Salvator existit iis qui pie volunt in ipsum credere. Hæc cum libellus contineret, eo lecto, respuerunt, abjecerunt, anathemate perculerunt quæ in hoc scripta sunt, & Joannes & Gregorius: quibus maledictis atque anathemate proscissis, in medium attulimus Sanctorum Patrum libros, ex quibus erant cuncta testimonia quæ in libello existunt. Habebamus etiam ea in manibus parata, & ex quacumque responsione redargutiones expressas; cumque ostendissemus ex propriis ipsorum libris, non Flavianum maledictis & anathemate perculsum fuisse, sed sanctos Patres, minutus populus surrexit, summopere contemnens, & ferme volens eos lapidibus obruere. Hic triumphus, & dedecus fuit, quod Joannes & illius gregales publice passi sunt.

A σιν ὁμολογεῖ τὸν Χριστόν. οὐ δὲ γὰρ διττὸν τὴν ὑπόστασιν ἤτοι τὸ πρόσωπον. εἰς ἓν γὰρ πρόσωπον, καθὼς καὶ ἡ ὑμετέρα διδάσκει ἁγιωσύνη, συνέδραμον αἱ δύο φύσεις. ἅσπερ καὶ εἶπον καὶ σώζεσθαι ἀτρέπτως καὶ ἀδιαιρέτως ἐν Χριστῷ ὁμολογοῦμεν. ἐστὶ γὰρ εἷς καὶ μόνος μονογενὴς υἱὸς καὶ λόγος τοῦ Θεοῦ. οὐ τῶν δύο φύσεων αὐτοῦ εἰς δυάδα ὑποστάσεων τεμνομένων. ἀλλὰ τοῦ ἀῤῥήτου λόγου εἰς μίαν ὑπόστασιν τὰς δύο φύσεις ἑνώσαντος, ἔνδοθεν μὲν κοσμουμένου τοῦ παναγίου σώματος διὰ τοῦ θείου λόγου, ἔξωθεν δὲ τῷ πνεύματι φρουρουμένου, ἵνα ἐξ ἀμφοτέρων τὸ περιφανὲς τῶν φύσεων ἀποδείξῃ. οὕτω γὰρ καὶ ἐσθίειν αὐτὸν φαμὲν, οὐ B πρὸ τοῦ πάθους μόνον, ἀλλὰ καὶ μετὰ τὴν ἀνάστασιν τὴν φύσιν τοῦ σώματος αὐτοῦ πιστεύομεν. εἰ δὲ τὸ σῶμα, εἰς ὃ οἱ αἱρετικοὶ διαμφιβάλλουσι, φύσις καὶ οὐσία προσαγορεύεται, εὔδηλον λοιπὸν φυλάττεσθαι ἐν τῷ ἑνὶ Χριστῷ ἑκατέραν φύσιν, τουτέστι τὴν θείαν, καὶ τὴν ἀνθρωπίνην. καὶ ἐν μὲν τῇ θείᾳ λαβεῖν αὐτὸν τὰ θεοπρεπῆ. ἐν δὲ τῇ ἡμετέρᾳ πάλιν φθέγγεσθαι αὐτὸν τὰ ἀνθρώπινα καὶ πτωχὰ, οὐ φυρμόν τινα, οὐ σύγχυσιν, οὐ διαίρεσιν περὶ τὰς φύσεις ἔχοντα, ἀλλ' ἕνα υἱὸν καὶ Χριστὸν καὶ κύριον καὶ σωτῆρα ὑπάρχοντα τοῖς εὐσεβῶς πιστεύειν εἰς αὐτὸν βουλομένοις. ταῦτα δὴ τοῦ τόμου περιέχοντος καὶ ἀναγνωσθέντος, ἐβδελύξαντο, ἀπώ- C σαντο, ἀναθεμάτισαν τὰ ἐν τούτῳ γεγραμμένα, ὅτε Ἰωάννης καὶ Γρηγόριος. καὶ μετὰ τὸ καταράσασθαι καὶ ἀναθεματίσαι. προηγάγομεν εἰς μέσον τὰς βίβλους τῶν ἁγίων πατέρων ἐξ ὧν ὑπῆρχον πᾶσαι αἱ χρήσεις, αἱ ἐν τῷ τόμῳ ὑπάρχουσαι. εἴχομεν καὶ αὐτὰς αὐτόθι μετὰ χεῖρας ηὐτρεπισμένας. καὶ ἐξ ἑκάστης χρήσεως τὸ ἐλέγχειν δεδηλωμένον, καὶ ὅτε ἀπεδείξαμεν ἐκ τῶν ἰδίων αὐτῶν βίβλων ὅτι οὐ Φλαβιανὸν, ἀλλὰ τοὺς ἁγίους πατέρας κατεράσαντο καὶ ἀνεθεμάτισαν, ἀνέστη ὁ λεπτὸς δῆμος ἐσχάτως ἀτιμάζων, καὶ σχεδὸν λιθοβολῆσαι αὐτοὺς θέλων. οὗτος ὁ θρίαμβος, καὶ αἰσχύνη ἦν, καὶ Ἰωάννης καὶ οἱ σὺν αὐτῷ δημοσίως ἔπαθον.

FRAGMENTUM III.

ex MS. Vat. Græc. 1455.

LEONIS Papæ ad ANASTASIUM Episcopum Thessalonicensem.

LEO *Episcopus Romæ*, ANASTASIO *Episcopo Thessalonicæ*.

SI quis Episcopus propriæ urbis tenuitatem aspernatus fuerit, ad illustrioris loci ministerium transierit, & ad majorem populum stulto consilio se ipsum transtulerit; tum ex aliena Cathedra expelletur, tum propria privabitur, ut neque illis præsit quos propter cupiditatem affectavit, neque iis quos ob superbiam despexit. Propriis igitur finibus quis-

D Λέων Ἐπίσκοπος Ῥώμης (a) Ἀναστασίῳ Ἐπισκόπῳ Θεσσαλονίκης.

ΕΙ' τις ἐπίσκοπος τῆς εὐτελείας τῆς οἰκείας πόλεως καταφρονήσῃ, ὑπηρεσίαν περιφανεστέρου τόπου μετέλθοι, καὶ πρὸς μείζονα δῆμον διανοίᾳ ἀλόγῳ ἑαυτὸν μετενέγκοι, ἐκ μὲν τῆς ἀλλοτρίας καθέδρας ἀπελαύνεται, στερηθήσεται δὲ καὶ τῆς οἰκείας ὡς· μήτε ἐκείνων προΐστασθαι, οὓς διὰ τῆς πλεονεξίας ἐπεθύμησεν, μήτε τούτων, οὓς δι' ὑπερηφανίας ὑπερι-

(a) Amanuensis errore in cod. legitur Ἀθανασίῳ pro Ἀναστασίῳ.

ρίδιον. τοῖς οἰκείοις τοίνυν ἕκαστος ὅροις ἀρκείσθω, μὴ δ᾽ ὑπὲρ τὸ μεῖζον δυνάμεως ἐπιθυμείτω αὐξάνεσθαι. ἴσθι ἀδελφὲ ποθεινότατε, ἄλλην μὲν οὖσαν τῆς ἀνάγκης, καὶ ὠφελείας, ἑτέραν δὲ τὴν τῆς προπετείας καὶ τοῦ ἰδίου θελήματος, ἢ τῆς οἰκείας ἡδονῆς μεταβαίνειν ἐκ πόλεως εἰς πόλιν, ἀλλ᾽ αἰτία ἀνάγκης καὶ ὠφελείας μετατίθεσθαι. καὶ γὰρ τὴν τῶν πλειόνων ὠφέλειαν τῆς τοῦ ἑνὸς ὠφελείας, ἢ θελήματος προτιμᾷν χρή. ἕτερον γάρ ἐστι τὸ μεταβαίνειν. καὶ ἕτερον τὸ μετατίθεσθαι. καὶ γὰρ ἕτερόν ἐστι τὸ ἑκουσίως μεταβαίνειν, ἕτερον δὲ τὸ βίᾳ, ἢ ἀνάγκῃ ἐλθεῖν, ὅθεν οὐχ᾽ οὗτοι τὴν πόλιν ἀμείβουσιν, ἀλλ᾽ ἀμείβονται. οὐδὲ γὰρ αὐθαιρέτως, ἀλλ᾽ ἀναγκαστῶς τοῦτο ποιοῦσιν. οὐκ ἄρα νοοῦσιν τοὺς ἐκκλησιαστικοὺς κανόνας οἱ τοῦτο ἀρνούμενοι, τὸ χάριν ὠφελείας, ἢ ἀνάγκης μὴ δύνασθαι γίνεσθαι, ὁσάκις ἂν κοινὴ ἀνάγκη, ἢ ὠφέλεια τοῦτο πείθῃ.

A que contentus sit, neque modum potestatis augeri concupiscat. Scias, frater carissime, aliam esse necessitatis, atque utilitatis; aliam vero temeritatis ac propriæ voluntatis, vel privatæ voluptatis (*caussa*) transeundi de civitate in civitatem, sed ob necessitatem atque utilitatem transferri. Nam plurium utilitatem unius utilitati vel voluntati anteponere oportet; aliud enim est transire, aliud transferri: illud enim sponte transcendere est, hoc coacte atque invite progredi. Quapropter hi non urbem mutant, sed mutantur: non enim sua sponte, sed per vim illatam hoc faciunt. Non igitur sciunt ecclesiasticos canones, qui inficiantur utilitatis ac necessita-B tis caussa fieri non posse, quoties communis necessitas utilitasque id suadeat.

☞ JOANNES DOMINICUS MANSI
AD LECTOREM.

BAllerinorum Fratrum consilio inhærens, & a servata hucusque in conciliis methodo non recedens, sinceris S. Leonis Magni litteris, paucas, quæ sequuntur, suspectas adjungo. Ac principio quidem comparet *sententia Papæ Leonis*, quo titulo inscribitur in cod. 277. Vat. Palat. & ex cod. Herovallianæ collectionis vulgavit Jacobus Petit post Theodori Pœnitentiale, sicut ex eodem Palat. cod. P. Joseph Blanchinius Congreg. Orat Romani Presbyter vir doctissimus, & amicus meus singularis in *Vindic. Canon. Script.* pag. ccccv. Constat equidem primum ejus caput ex S. Leonis epistola ad Turribium; cætera nihil minus quam Leonianum sapiunt.

Altera est Epistola ad Episcopos Provinciæ Viennensis, quæ argumenta plurima præbet fraudis, cum ficto consulatu notetur, insuetam & insulsam inscriptionem præferat, ac tandem ex alias suspecto Viennensis Ecclesiæ Archivo prodierit.

Superest epistola tertia, Leoni pariter attributa ab antiquis nonnullis, quam tamen Quesnellus instituta collatione purum esse putumque canonem Concilii Hispalensis demonstrat.

Sententia Papæ LEONIS.

De apocryphis Scripturis.

CUrandum ergo est, & Sacerdotali diligentia maxime providendum, ut falsi codices & a sincera veritate discordes, in nullo usu lectionis habeantur. Apocryphæ Scripturæ, quæ sub nominibus Apostolorum multarum habent semina falsitatum, non solum interdicendæ sunt, sed etiam penitus auferendæ, atque ignibus concremandæ. Quamvis enim sint in illis quædam, quæ videantur speciem habere pietatis; numquam tamen vacua sunt venenis; & per fabularum illecebras hoc latenter operantur, ut mirabilium narratione seductos, laqueis cujuscumque erroris involvant. Unde si quis Episcoporum, vel apocrypha haberi non probibuerit, vel canonicorum codicum nomine eos libros in Ecclesia permiserit legi, qui Priscilliani sunt adulterina emendatione vitiati, hæreticum se noverit judicandum: quoniam qui alios ab errore non revocat, se ipsum errare demonstrat.

Legitur autem omnis Scriptura divina sancti Canonis ab initio anni usque ad finem in Ecclesia S. Petri hoc ordine. Tempore veris,

C hoc est VII. diebus ante initium Quadragesimæ usque ad octavam diem ante Pascha, leguntur quinque libri Moysi, cum Jesu Nave, & Judicum. Et VII. dies ante Pascha liber Isajæ Prophetæ, unde ad passionem Christi cum venit, & lamentationes Hieremiæ. Diebus autem Paschæ epistolæ Apostolorum & actus Apostolorum, atque Apocalypsis usque Pentecostem. In tempore autem æstatis Regum, & Paralipomenon usque ad medium autumni, hoc est XV. Kal. Novembris: deinde liber Salomonis, & Mulierum, atque Machabæorum & liber Jobi usque ad Kal. Decembris. Ante autem Natalem Domini nostri Jesu Christi, Isajæ, Hieremiæ, & Daniel usque ad Epiphaniam. Post-D ea quidem Ezechiel, & Prophetæ minores, atque Job usque Idus Februarias. Psalmi omni tempore. Evangelium, & Apostolum similiter. Tractatus vero Sancti Hieronymi, Ambrosii, & ceterorum Patrum prout ordo poscit, leguntur.

EPISTOLA

Ad Episcopos Gallicanos Provinciæ Viennensis.

Dilectissimis Fratribus per Gallias, & Viennensem Provinciam Episcopis constitutis, LEO *Episcopus.*

QUali pertinacia Hilarius Arelatensis Episcopus judicium nostrum effugerit, sancta vestra fraternitas non ignorat. Unde & justum esse videmus, ut quia Principis Apostolorum magnam in judiciis moderationem, quam in potestate per Vicarios suos semper exhibet, Arelatensis Episcopus non expectavit, a privilegio suæ civitatis submotus humili loco discat, quod in magno gratis munere prædecessorum nostrorum concesso tenere noluit. Sitque redintegratum Viennensi Archiepiscopo privilegium & jus antiquum, quod Apostolica benignitas ad Arelatensem ex parte transtulit civitatem, ut tali severitate Hilarius coercitus, discat non temere transgredi terminos antiquos canonica prolatione fundatos. Data octavo Idus Januarii, Valentiniano Augusto IV. & Avieno Consulibus.

EPISTOLA

De Privilegio Chorepiscoporum, sive Presbyterorum.

LEO *Romanæ Ecclesiæ, & Apostolicæ sedis Episcopus universis Germaniarum, & Galliarum regionum Episcopis salutem.*

CUM in Dei nomine in Romana Ecclesia Synodum Episcoporum, sive ceterorum consacerdotum Christique fidelium coadunatam habuissemus, & de ordinationibus illicitis, super quibus crebrior ad nos illarum partium commeantium sermo pervenerat, atque de aliis necessariis ecclesiasticis negotiis tractantes, sacrosque canones relegentes, solerter e issemus,
A a multis lacrimabili vultu relatum est nobis, quod quidam Germaniarum, ac Galliarum urbium Episcopi frequenter Chorepiscopos, qui juxta canones Neocæsarienses, sive secundum aliorum decreta Patrum iidem sunt, qui & Presbyteri, vel Presbyteros destinarent qui absente Pontifice altaria erigerent, Basilicasque consecrarent. Quod quidem non est mirum, id præcepisse viros ecclesiasticæ disciplinæ ignaros, quod est canonicæ regulæ contrarium, & statim a sæculari militia in communi sententia statuendum oportuit: scientes quia sicut Presbytero illicita consecratio est altaris, ita & constitutio. In divinis enim litteris præcipiente Domino, solus Moyses in Tabernaculo
B Dei erexit altare, solus ipse unxit: utique quia summus Sacerdos Dei erat; sicut scriptum est: *Moyses & Aaron in Sacerdotibus ejus.* Ideoque id quod tantum facere principibus Sacerdotum jussum est, quorum typum Moyses & Aaron tenuerunt, Presbyteri, qui filiorum Aaron gestant figuram, arripere non præsumant. Nam quamvis cum Episcopis plurima illis ministeriorum communis sit dispensatio, quædam novellis, & ecclesiasticis regulis sibi prohibita noverint; sicut Presbyterorum, & Diaconorum ac virginum consecratio; sicut altaris constitutio, benedictio, vel unctio. Si quidem nec licere eis Ecclesiam vel altaria consecrare, nec per impositionem manus fidelibus
C baptizatis, vel conversis ex hæresi Paracletum Spiritum tradere, chrisma conficere, nec chrismate baptizatorum frontem signare; sed nec publice quidem in Missa quemquam pœnitentium reconciliare, nec formatas cuilibet epistolas mittere. Hæc enim omnia illicita esse Presbyteris, quia pontificatus apicem non habent, atque solis deberi Episcopis, auctoritate canonum præcipitur: ut per hoc & discretio graduum, & dignitatis fastigium summi Pontificis demonstretur. Sed neque coram Episcopo licere Presbyteris in baptisterium introire; nec præsente Antistite infantem tingere aut signare; nec pœnitentes sine præcepto Episcopi sui reconciliare; nec eo præsente Sacramentum
D Corporis & Sanguinis Christi conficere; nec eo coram posito populum docere, vel benedicere, aut salutare, nec plebem utique exhortari.

FRAGMENTUM VETUSTISSIMUM,

Quo Manichæorum hæresis damnatur.

Ex Suppl. P. Mansi tom. 1. pag. 321.

QUandoquidem fragmentum istud ad ætatem S. Leonis magni pertinere arbitretur Cl. Muratorius Anecdot. tom. II. pag. 112. qui primus illud ex MS. Ambrosiano codice vulgavit; ideo hic dandum censui. Hos vero anathematismos sive in concilio quodam cusos idem Muratorius optime deducit, sive forte, ait, ipsos dedit S. Leo: hanc præscribens formulam hæresis ejurandæ Manichæis illis, quos detexisse se Romæ, & ad errores suos damnandos coegisse in epistola ad Episcopos per Italiam commemorat.

ANATHEMATISMI IN MANICHÆOS.

.... quod Christus est, faciens Deum verum, anathema sit; homo enim per adoptionem & sanctificationem, fidei potestatem Dei Filius efficitur, Christus autem verus Deus veri Dei Patris est filius per naturam.

Si quis animam hominis non confitens creaturam, sed ex substantia eam adserat creatoris, vel dicat Dei portionem, anathema sit.

Si quis Patrem, & Filium animam, & sensum dicit esse, anathema sit.

Si quis Patrem, & Filium, & Spiritum Sanctum totam Dei in terrena humilitate, vel animalem evaquans Deitatem hominem vult intelligi, anathema sit.

Si quis doctrinam potestatem dans hoc vult intelligi Trinitatem, & non potius inseparabilem unam eandemque adsignet potestatem, anathema sit.

Si

Si quis dixerit de Deo Patre omnipotente, ipse est Jesus, ipse est Christus, ipse Filius, ipse Pater, ipse Spiritus homo, anathema sit.

Si quis animam cointemporalem adserat Deo, & non ei, postquam a Deo creata est, æternitate fuisse donatam, anathema sit.

Si quis duas animas in homine esse, unam de substantia Dei, & alteram carnis, anathema sit.

Si quis peccatum carnis non dicit pertinere ad animam, anathema sit.

Et si quis carnem hominis a Diabolo, vel A Angelis factam esse dicit, & non a Deo, anathema sit.

Et si quis hujus mundi Principem, hoc est Diabolum, & tenebrarum globum adserit procreatum; & non a Deo bonum Angelum factum, & propria postremum perversitate mutatum, anathema sit.

Si quis dicit animam de sede cælesti propriis desideriis ad terrena adductam, & non corpori, jubente Domino, copulatam, anathema sit.

Si quis dixerit pluvias, coruscationes, fulmina, nubes, grandines, non Dei nutu fieri, vel moveri, anathema sit.

[a] CONCILIUM [b] ARAUSICANUM I. *

Justianense. * Constitutiones Sanctæ Synodi habitæ in territorio Arausico, in ecclesia Justinianensi, sub die VI. Idus Novembris [c] Cyro consule, anno Christi CCCCXLI. Valentiniani III. Augusti decimoseptimo, [d] Leonis I. papæ secundo.

TITULI CANONUM.

I. *De hæreticis, si in mortis discrimine convertantur.*

II. *De non iteranda chrismatis benedictione.*

III. *De pœnitentibus qui de corpore recedunt.*

IV. *Pœnitentiam clericis non negandam.*

V. *Qui ad ecclesiam confugiunt tradi non debent.*

VI. *De iis qui ecclesiæ mancipia occupant pro suis.*

VII. *De manumissis in ecclesia, vel ecclesiæ per testamentum commendatis.*

VIII. *Si quis alibi consistentem clericum ordinandum putarit.*

IX. *De iis qui alienos cives ordinant.*

X. *Si quis ecclesiam in alienæ civitatis territorio ædificet.*

XI. *Quod episcopus ei, qui ab alio excommunicatus est, communicare non debeat.*

XII. *Subito obmutescenti danda est pœnitentia, si petat.*

XIII. *Amentibus quæ pietatis sunt conferenda.*

XIV. *Energumenis baptizatis, si monitis obtemperant, danda communio.*

XV. *Energumenis catechumenis de baptismate consulendum.*

XVI. *Arreptitii clerici ne fiant, & qui ordinati sunt, ab officio repellantur.*

XVII. *Ut in unum propositio sacramenti consecretur.*

XVIII. *Ut catechumeni lectionem evangelii audiant.*

XIX. *Ut catechumeni ad baptisteria non accedant.*

XX. *Ut catechumeni benedictionem cum fidelibus non accipiant.*

XXI. *Si duo episcopum ordinare præsumpserint, gradum amittant.*

XXII. *Ut clerici conjugati, nisi castitatem professi fuerint, diaconi non fiant.*

XXIII. *Ut diaconus qui ab uxore sua non abstinet, ab officio abjiciatur.*

B XXIV. *Qui prius ordinati incontinentes fuerunt, ulterius non promoveantur.*

XXV. *De viris probatis, si qui e bigamis clerici fiant, ne ultra subdiaconatum provehantur.*

XXVI. *De diaconissis non ordinandis, & iis quæ jam sunt revocandis.*

XXVII. *De viduis professis, si nupserint, aut raptæ fuerint.*

XXVIII. *Professæ castitatis prævaricatoribus pœnitentia consulendum.*

XXIX. *Ut nullus conventus sine alterius conventus denuntiatione solvatur.*

XXX. *Ut episcopus infirmus non per presbyteros, sed per alium episcopum agenda curet quæ propria sunt episcopi.*

☞ VETERES TITULI EJUSDEM Concilii ex Cod. MS. *Luc. num.* 490.

C I. *Hæreticus in morte positus a presbytero catholico recipiatur absente episcopo.*

II. *Cui licet baptizare, sine chrisma non ambulet.*

III. *Baptizatus a quocunque in necessitate mortis ante reconciliationem accipiat communionem; & si supervixerit, agat pœnitentiam.*

IV. *Clericis non detur pœnitentia.*

V. *Confugiens in Ecclesiam non tradatur.*

VI. *Et si peregrinaverit servus clericorum dominus excommunicetur.*

VII. *Nulli liceat manumissum in servitio, vel in colonario addicere.*

VIII. *Nullus clericum ordinet alienum; civem alterius alter non ordinet.*

IX. *Si episcopus in possessione sua sive in aliena ecclesiam fabricaverit, ad episcopum Diœcesanum pertineat; & rogatus episcopus alter in aliena Diœcesi ecclesiam non benedicat.*

D X. *Reus sit episcopus monitus ab alio si excommunicatum acceperit. Alienatus pœnitentiam accipiat, si testes sunt dum petivit.*

XI. *Amen-*

* In Collectione Isidori Mercatoris his titulus est: *Incipit Concilium Auraicense, tempore Theodosii junioris & Cyri Consulum VI. Idus Novembris in Ecclesia Justinianensi.* In alio MS. Parisiensi legitur: *Justianensi.* Harduinus.

XI. *Amentibus quæcumque pietatis sunt conferenda.*

XII. *Inergumeni communicent si purgati fuerint.*

XIII. *Inergumenus baptizetur.*

XV. (Sic) *Qui palam adreptus fuerit in clero non ingrediatur; aut si est deponatur.*

XVI. *In unum propositio sacramenti consacretur.*

XVII. *Catechumenus audiat evangelium.*

XVIII. *Catechumeni in baptisterio non ingrediantur.*

XIX. *Semotæ benedictionem, & orationem accipiant.*

XX. *Episcopus qui (a) duobus episcopis (per) vim ordinatus fuerit in ordinatorum Ecclesia ponatur; si certe voluntarie deponatur.*

XXI. *Diaconus non ordinetur conjugalis; si ante annos confessus fuerit separari.* (Sic) *Si certe post ordinationem commixtus fuerit uxori, deponatur.*

XXII. *Clericus bigamus subdiaconus non fiat.*

XXIII. *Diaconus non ordinandæ* (sic)

XXIV. *Viduæ professæ viduitatem ab episcopo vestem ponendam.*

XXV. *Raptores damnari oportet.*

XXVI. *In utroque sexu professi desertores pœnitentiam agant.*

XXVII. *Nullus de concilio episcopi sine consensu ambulet. Non excuset episcopus ire in concilium. Infirmus episcopus alium roget ad ordinationem Clericorum.*

CANONES.

I.

Damus nunc primum variantes ex MS. Cod. Lucensi signato n. 124. c. 16. Epaunensis.

HÆRETICOS 2 in mortis discrimine positos, si catholici esse desiderant, (a) si desit episcopus, a presbyteris cum chrismate & benedictione consignari placuit.

II.

De cons. dist. 4. Nullus ministrorum.

Nullum ministrorum, qui baptizandi recepit officium, sine chrismate usquam debere progredi, quia inter nos placuit 3 semel chrismari. De eo autem, qui in baptismate quacumque necessitate faciente non chrismatus fuerit, in confirmatione sacerdos commonebitur. Nam inter (b) quoslibet chrismatis ipsius non nisi una benedictio est: non ut præjudicans quidquam, sed ut α non necessaria habeatur repetita chrismatio.

OBSERVATIO PHILIPPI LABBE, S. J.

Quoniam de canone hoc Arausicano, (quem alii plerique codices cum miss. tum excusi, primum esse jubent non secundum) ante hosce 30. annos acris admodum ac tantum non decretoria concertatio inter doctissimos viros agitata est, placuit Sirmondianæ canonis editioni quam secutus est κατὰ πόδας collector Regius, Isidorianam, Crabbianam, aliasque subjicere, ut utriusque partis defensores ex nostro conciliorum amplissimo syntagmate, tanquam ex armamentario, valeant ad disputandum arma depromere.

Isidorus Mercator in v. c. ms. Henr. Justelli, quo usus sum, sic habet:

Nullus ministrorum qui baptizandi recipit officium sine chrismate usquam debere progredi, quia inter nos placuit semel in baptismate chrismari: de eo autem qui in baptismate quacumque necessitate faciente non chrismatus fuerit, in confirmatione sacerdos commonebitur. Nam inter nos chrismatis ipsius non nisi una benedictio est; non ut præjudicans quicquam dico, sed ut non necessaria habeatur ω rechrismatio.

Jacobus Merlinus in utraque editione Isidorum graphice expressit, præterquam in extrema clausula, a qua negationem aut substulit, subveritus ne a Gratiano recederet longius; sic enim habet: (sed ut necessaria habeatur rechrismatio) aut certe ab aliis sublatam in suis codicibus non reperit.

Petrus Crabbe O. M. in postrema editione anni 155-. tum quædam mutavit in textu, tum ad oram canonis quasdam varietates lectionum adjecit in hunc modum.

Nullus ministrorum qui baptizandi recipit officium sine chrismate usquam debet progredi, quia inter nos placuit semel in baptismate chrismari. De eo autem, qui in baptismate, quacumque necessitate faciente non chrismatus fuerit, in confirmatione sacerdos * commonebitur. Nam inter nos chrismatis ipsius non nisi una benedictio est, non * ut præjudicans quicquam dico, sed ut * necessaria habeatur * chrismatio repetita.

** non commonebitur.*
** Præjudicantes cuiquam hoc dicimus.*
** non necessaria.*
** rechrismatio.*

Crabbum secutus est Surius nulla facta in textu mutatione: in hoc tantum mihi visus aberrasse, quod varias lectiones diligenti Crabbi opera ad oram annotatas sustulerit. Surium, ut assolet, secuti sunt Nicolinus ac Binius sublatis iisdem a margine libri observatiunculis. Visus est damnum resarcivisse in altera editione Binius, dum collectas a R. P. Frontone Ducæo S. J. theologo varias lectiones subjecit: can. 1. nullus ministrorum (*in codice Tiliano hic canon secundus est: primus autem qui sequitur*. Hæreticos in mortis discrimine. *Isidorus tamen ordinem non mutat, sed pro illis verbis*, chrismatio repetita, *legit* rechrismatio. In confirmatione sacerdos) in chrismatione sacerdos commonebitur. Nam inter quoslibet chrismatis ipsius; *quæ vero sequuntur ad hunc canonem non spectant sed ad sequentes.*

Gratianus can. 125. dist. IV. de consecratione habet: *Non præjudicantes cuiquam hoc dicimus:* in ceteris adhæsit vulgatæ quæ a Merlini ævo in excusis regnat conciliorum editionibus lectioni: Burchardus vero atque Ivo pro istis, *Sacerdos commonebitur*, legunt *in confirmatione sacerdotis perficietur*, sive *perficiatur*, ibique caput concludunt quod citant ex Vasensis concilii canone 5. ut notarunt Romani decretorum editores atque emendatores. At plura de his differere non est hujus loci. Extant in omnium manibus doctorum virorum de hoc argumento commentarii antirrhetici ac polemici.

III.

26. quæst. 7. Qui recedunt de.

Qui recedunt de corpore, pœnitentia accepta, placuit sine reconciliatoria manus

---

α De hac præsentis canonis particula negativa acris orta est controversia, variisque scriptis agitata inter Petrum Aurelium, qui negationem auferendam putabat, & Jacobum Sirmondum, qui hunc Canonum cum præfata negatione ediderat. Vide Sirmondi operum Tomum IV. & Petri Aurelii opera edita Paris. 1646. fol.

ω Sic etiam Gratianus dist. 4. de Consecr. §. ex MS. Pithæano, & nova editione. *Harduin.*

(a) Cod. Luc. *si non desit episcopus aut presbyter.*

(b) *Quos;* sic legit, non *quoslibet* ut cæteri. Est autem & in hoc codice canon secundus, & in reliquis omnibus lectionem hic in textu positam sequitur.

nus impositione eis communicari; quod morientis sufficit consolationi, secundum definitiones patrum, qui hujusmodi communionem congruenter viaticum nominarunt. Quod si supervixerint, stent in ordine pœnitentum, & ostensis necessariis pœnitentiæ fructibus, legitimam communionem cum reconciliatoria manus impositione percipiant.

IV.

bidem. etiam.

Pœnitentiam desiderantibus * clericis non negandam.

V.

Dist. 87. Eos qui ad ecclesiam.

Eos qui ad ecclesiam confugerint tradi non (c) oportere, sed loci reverentia & intercessione defendi.

VI.

bidem.

Si quis autem mancipia clericorum pro suis mancipiis ad ecclesiam confugientibus crediderit occupanda, per omnes ecclesias districtissima damnatione feriatur.

VII.

bidem.

In ecclesia manumissos, vel per testamentum ecclesiæ commendatos, si quis in servitutem, vel obsequium, vel ad colonariam conditionem imprimere tentaverit, animadversione ecclesiastica coerceatur.

VIII.

Si quis alibi consistentem clericum ordinandum putaverit, prius definiat, (d) ut cum ipso habitet. Sic quoque non sine consultatione ejus episcopi, cum quo ante habitavit (e) eum, qui fortasse non sine causa diu ab alio ordinatus non est, ordinare præsumat.

IX.

Si qui autem alienos cives, aut alibi consistentes ordinaverint, nec ordinati in ullo accusantur, aut ad se eos revocent, aut gratiam ipsis eorum impetrent, cum quibus habitant.

X.

Si quis episcoporum in alienæ civitatis territorio ecclesiam ædificare disponit, ¹ vel (f) pro fundi suo negotio, aut ecclesiastica utilitate, vel pro quacumque sua opportunitate, * permissa licentia ædificandi, quia prohibere hoc votum nefas est, non præsumat dedicationem, quæ illi omnimodis reservatur, in cujus territorio ecclesia assurgit (g) reservata ædificati episcopo hac gratia, ut quos desiderat clericos in re sua videre, ipsos ordinet is cujus territorium est; vel si ordinati jam sunt, ipsos habere acquiescat. Et omnis ecclesiæ ipsius gubernatio ad eum, in cujus civitatis territorio ecclesia surrexit, pertinebit. Quod si etiam sæcularium quicumque ecclesiam ædificaverit, & alium magis, quam eum in cujus territorio ædificat, invitandum putaverit: tam ipse, cui contra constitutionem ac disciplinam gratificari vult, quam omnes episcopi, qui ad hujusmodi dedicationem invitantur, a conventu abstinebunt. Si quis excesserit, in reatum devocabitur: si quis excesserit, ordinem recognoscat.

* præmissa.

XI.

Placuit in reatum venire episcopum, qui admonitus de excommunicatione cujuscumque, sine reconciliatione ejus qui excommunicavit, ei communicare præsumpserit (h) ut integra omnia, si reconciliatio intercesserit, de justitia vel de iniquitate excommunicationis, proximæ synodo reserventur.

* Aug. ep. 235. ad Quintianum.

XII.

Subito obmutescens, prout (i) status ejus est, baptizari aut pœnitentiam accipere potest, si voluntatis aut præteritæ testimonium aliorum verbis habet, aut præsentis in suo nutu.

26. q. 6. Qui recedunt.

XIII.

Amentibus quæcumque pietatis sunt conferenda.

Ibidem.

XIV.

Energumeni jam baptizati, si de purgatione sua (k) curant, & se sollicitudini clericorum tradunt, monitisque obtemperant, omnimodis communicent, sacramenti ipsius virtute vel muniendi ab incursu (l) dæmonii, quo infestantur; vel purgandi, quorum jam ostenditur vita purgatior.

Ivo part. 1. cap. 247.

XV.

Energumenis catechumenis, quantum vel necessitas exegerit, vel opportunitas permiserit, de baptismate consulendum.

Ivo ibidem, cap. 248.

(c) Debere. (d) & (e) addit nec.
(f) pro fundi sui aut ecclesiastici vel pro quacumque suorum opportunitate.
(g) sed reservat ædificator episcopus hanc gratiam & quos.
(h) Si integra reconciliatio intercesserit. (i) statutum est.
(k) curantes. (l) dæmonis.

XVI.

Qui palam aliquando arrepti sunt, non solum non assumendi ad ullum ordinem clericatus, sed etsi jam aliqui ordinati sunt, ab imposito officio repellendi.

XVII.

Cum (*m*) capsa & calix *offerendus est, & admixtione eucharistiæ consecrandus.

* inferendus est.

XVIII.

* cap. I. Valentini Hisp.

Evangelia deinceps placuit catechumenis legi apud omnes provinciarum nostrarum ecclesias.

XIX.

Ivo part. I. cap. 213. *addit nisi prius baptizentur.*

Ad baptisterium catechumeni nunquam admittendi.

XX.

* Ivo ibid. cap. 214.

A fidelium benedictione, etiam inter (*n*) domesticas orationes, in quantum caveri potest, segregandi informandique sunt, ut se revocent, & signandos vel benedicendos semotim offerant.

XXI.

Dist. 64. De abjectione. Conc. Regense. Ivo P. V. c. 141.

(*o*) In nostris provinciis placuit de præsumptoribus, ut sicubi contigerit duos episcopos episcopum invitum facere, auctoribus damnatis, (*p*) unius eorum ecclesiæ ipse qui vim passus est substituatur, si tamen vita respondet: & alter in alterius dejecti loco nihilominus ordinetur. Si (*q*) voluntarium duo fecerint, & ipse damnabitur, quo cautius ea quæ sunt antiquitus statuta serventur.

XXII.

Sedit præterea, ut deinceps non ordinentur diacones conjugati, nisi qui prius (*r*) conversionis proposito professi fuerint castitatem.

XXIII.

Si quis autem post acceptam benedictionem leviticam cum uxore sua incontinens invenitur, ab officio *abjiciatur.

* removeatur.

XXIV.

Concilio Taurin. Can. 8.

De his autem qui prius ordinati hoc ipsum inciderunt, Taurinatis synodi sequendam esse sententiam, qua jubentur non ulterius promoveri.

XXV.

De idoneis autem, & probatioribus viris, quos clericatui alligari ipsa vitæ gratia (*s*) suggerit, si forte inciderunt duplicata matrimonia, ut non ultra subdiaconatum ecclesiasticas capiant dignitates.

XXVI.

Epaun. 81. Aurel. II. 18.

Diaconæ omnimodis non ordinandæ: si quæ jam sunt, benedictioni quæ populo impenditur capita submittant.

XXVII.

27. q. 1. Viduitatis servandæ.

Viduitatis servandæ professionem, coram episcopo in secretario habitam, imposita ab episcopo veste viduali α (*t*) indicandam. Raptorem vero talium, vel ipsam talis professionis desertricem, merito esse damnandam.

XXVIII.

In utroque sexu desertores professæ castitatis prævaricatores habendi, & his omnibus per pœnitentiam legitimam consulendum.

XXIX.

Hæc quæ (*u*) subscripsimus, cum eorum quoque concordia, qui consensus dederunt, rata deinceps inter nos ac nostros haberi volumus, & habenda sancimus: non ita prætereuntes eos, qui synodo aut per se, aut per consensus suos, vel ad vicem sui per legatos destinandos adesse detrectant, ut sibi supra nos illi placeant, qui patrum statuta despiciunt, quibus bis in anno, quod nobis pro temporum qualitate difficile est, sanctum est conveniri. Adjicientes, quod si similibus deinceps paginis pro salubritate ac remediis ecclesiasticis (*x*) congregare conventus voluerimus, constituamus, ut nullus conventus sine alterius conventus denuntiatione solvatur. Itaque sequenti anno, si domino, ac Deo nostro Jesu Christo permittente (*y*) conceditur, die decimoquinto Kalendas *Novembres β (*z*) Luciano in Arausico territorio conventum habebimus. Qui ideo tanto prius (*a*) per conventum ipsum denuntiantur, ut tam excusatio-

* Vide can. 18. conc. III. Tol certi.

α Ita MS. Paris. Quidam legi volunt, *vindicandam*. Hard. β MS. Paris. *Justiano*. Hard.

(*m*) *capsa calix & inferendus est.* (*n*) *domesticos ordines.*

(*o*) In codice Lucensi sic exorditur iste canon: De abjectione ejus, quem duo præsumpserint ordinare episcopi. *In nostris provinciis &c.* (*p*) *in jus.*

(*q*) *si autem.* (*r*) *confessionis.*

(*s*) *ita egerit.* (*t*) *indicendam.*

(*u*) *subscriptores sumus.* (*x*) *congregandis adjicere optamus.*

(*y*) *concedetur.* (*z*) *Justiniano.*

(*a*) *per conventum deest.*

sationis libertas, quam invitationis necessitas non sit. De die enim ac loco per nosipsos commonebimur, singulî nobiscum in exemplaribus ea quæ per nos sunt constituta referentes: reliquos qui defuerunt, beatissimi fratris nostri Hilarii sollicitudini relinquimus, datis ad ipsos horum exemplaribus commonendos.

XXX.

art. 5. ... Post omnia occurrit de imbecillitatibus fragilitatis humanæ, ut si quis episcopus per infirmitatem (*b*) debilitatemve aliquam, aut hebetudinem sensus inciderit, aut officium oris amiserit, ea quæ non nisi (*c*) per episcopos geruntur, non sub præsentia sua presbyteros agere permittat, sed (*d*) episcopum evocet, cui quod in ecclesia agendum fuerit imponat.

SUBSCRIPTIONES.

Ego γ Hilarius Episcopus subscripsi.
Ego Claudius Episcopus subscripsi.
ε Ego Constantinus episcopus subscripsi.
Ego Audentius Episcopus subscripsi.
Ego Agrestius Episcopus subscripsi.
Ego Julius Episcopus subscripsi.
Ego δ Auspicius Episcopus subscripsi.
Ego Theodorus Episcopus subscripsi.
Ego Maximus Episcopus subscripsi.
Ego ε Eucherius Episcopus subscripsi, sanctorum sacerdotum comprovincialium meorum super his expectaturus assensum.
ζ Nectarius Episcopus subscripsi.
Ingenuus Episcopus subscripsi.
θ Ceretius Episcopus subscripsi.
Justus Episcopus subscripsi.
η Augustalis Episcopus subscripsi.
κ Salonius Episcopus subscripsi.
Superventor pro patre & Episcopo meo Claudio subscripsi & recognovi. (*e*)

DECRETA ALIQUA HUIC CONCILIO

Gratiani & aliorum decretis adscripta, quæ non habentur in superioribus. Primo ex decreto Gratiani.

Modus & forma excommunicationis.

... q. 11. ...onica in... Canonica instituta & sanctorum patrum exempla sequentes, ecclesiarum Dei violatores, auctoritate Dei & judicio sancti Spiritus, a gremio sanctæ matris ecclesiæ & a consortio totius Christianitatis eliminamus, quousque resipiscant, & ecclesiæ Dei satisfaciant.

Ex eodem partim, & partim ex alio codice decretorum librorum 16. cap. 7. lib. 11.

Reconciliatio excommunicatis.

Cum aliquis excommunicatus, vel anathematizatus, pœnitentia ductus, veniam postulat, & emendationem promittit, episcopus qui eum excommunicavit, ante januas ecclesiæ venire debet, & duodecim presbyteri cum eo, qui eum hinc & inde circumstare debent. Ubi etiam esse debent illi, quibus injuria vel damnum commissum debet emendari: aut si jam emendatum est, eorum testimonio comprobari. Deinde interroget episcopus, si pœnitentiam, juxta quod canones præcipiunt, properpetratis sceleribus suscipere velit. Et si ille, terræ prostratus, veniam postulat, culpam confitetur, pœnitentiam implorat, & de futuris cautelam spondet, tunc episcopus apprehensa manu ejus dextra, in ecclesiam illum introducat, & * ei communionem & societatem Christianam reddat, & septem psalmos pœnitentiales decantet cum istis precibus, Kyrie eleison, Pater noster, Et ne nos: Salvum fac servum tuum, Deus meus, sperantem in te: Mitte ei domine auxilium de sancto, Et de Sion tuere eum: Nihil proficiat inimicus in eo, Et filius iniquitatis non apponat nocere ei: Esto ei domine turris fortitudinis, a facie inimici: domine exaudi orationem meam, &c. dominus vobiscum, &c.

11. q. 11. Cum aliquis excommunicatus.

* communioni Christianæ.

ORATIO.

PRæsta, quæsumus domine, huic famulo tuo dignum pœnitentiæ fructum, ut ecclesiæ tuæ sanctæ, a cujus integritate deviaverat peccando, admissorum veniam consequendo, reddatur innoxius: per Christum dominum nostrum, Amen.

ALIA ORATIO.

MAjestatem tuam quæsumus, domine sancte, pater omnipotens, æterne Deus: qui non mortem, sed peccatorum vitam semper inquiris, respice flentem famulum tuum, attende prostratum, ejus planctum in gaudium tuæ miserationis converte, scinde delictorum saccum, & indue eum lætitia salutari, ut post longam peregrinationis famem, de sanctis altaribus satietur, ingressusque cubiculum regis, in ipsius aula benedicat nomen gloriæ tuæ semper. Amen.

ALIA ORATIO.

DEus misericors, Deus clemens, qui secundum multitudinem miserationum tuarum peccata pœnitentium deles, & præteritorum criminum culpas venia remissionis evacuas: respice super hunc famulum tuum N. & remissionem omnium peccatorum suorum sibi tota cordis confessione poscentem, deprecatus

γ MS. Paris. *Elarius*: alter: *Helarius* Hard.
δ MS. Paris. *Hospicius*. Hard.
ε MS. Paris. *Euchirius*. Hard.
ζ MS. Paris. *Necterius*. Hard.
η MS. Paris. *Augustalis*. Hard.
κ MS. Paris. *Salius*. Hard.
(*b*) *debilitatemve deest.*
(*c*) *propriis episcopis operantibus.*
(*d*) *episcopus sine voce cuique quod in ecclesia &c.*
(*e*) In subscriptionibus deest *Claudius*. In fine vero ubi sola nomina subscriptorum hoc ordine ibi ponuntur. *Nectarius*, *Justus*, *Ceretius*, *Augustalis*, *Ingentius*, *Superventori* (sic) *Salonius pro patre meo &c.*

catus exaudi: innova in eo, piiſſime Pater, A quidquid diabolica fraude violatum eſt: & unitati corporis eccleſiæ membrum redemptionis anne&te. Miſerere domine gemituum, miſerere lacrymarum ejus, & non habentem fiduciam, niſi in tua magna miſericordia, ad tuæ ſacramentum reconciliationis admitte: per Chriſtum dominum noſtrum. Amen.

Poſt hæc, ſecundum modum culpæ, pœnitentiam ei injungat, & literas per parochiam ſuam dirigat, ut omnes noverint eum in ſocietate Chriſtiana receptum. Aliis etiam epiſcopis hoc notum faciat. Nullus autem epiſcopus alterius Parochianum excommunicare vel reconciliare præſumat, ſine conſenſu vel conſcientia proprii epiſcopi.

Ex eodem, libro 14. capite 6.

Ut in ſabbato ſancto jejunia non ſolvantur.

Ut in ſabbato ſancto, hoc eſt, in vigilia B paſchæ, jejunium ante noctis initium, niſi a parvulis & infirmis, non ſolvatur, nec in paraſceve: quia cœna domini, & paraſceve, & ſabbatum, ad illos quadraginta dies reſpiciunt:

* for. nec. * vel divina myſteria his duobus diebus celebrantur, canonibus quippe jubentibus, in biduo iſto, id eſt, paraſceve & ſabbato, ſacramenta penitus non celebrari.

NOTÆ JACOBI SIRMONDI S. J.

1 *Conſtitutiones.*) De titulo conſentiunt vetera exemplaria: *Conſtitutiones ſanctæ ſynodi habitæ in territorio Arauſicano, ſub die* VI. *Idus Novembris, Cyro conſule, in eccleſia Juſtinianenſi*: niſi quod in paucis legitur *Juſtianenſi*: unde & infra in cauſa Contumelioſi epiſcopi ſynodus Juſtianenſis appellatur.

2 *Hæreticos in mortis.*) Hic etiam libri omnes conſentiunt, primo loco ſtatuentes canonem qui ſecundus erat in vulgatis, & contra primum ſecundo.

3 *Semel chriſmari.*) Vulgati codices, & Gratianus, aliique collectores, *ſemel in baptiſmate chriſmari*. Et vero certum eſt de baptiſmate agi. Sed cum hæc verba in antiquis exemplaribus non ſint, & gloſſema ſapiant, religio fuit ea retinere.

4 *Vel pro fundi ſuo negotio.*) Brevius in codice Lugdunenſi, Foſſatenſi, Rhemenſi, & aliis: *vel pro fundi ſui, aut eccleſiaſtici, vel pro quacumque ſuorum opportunitate.* C

5 *Impoſita ab epiſcopo.*) Ita vetuſtiſſimi & optimi quique codices, Lugdunenſis, Rhemenſis, Foſſatenſis, Tilianus, & alii. Pauci recentiores, *a presbytero*: quod inde ortum videtur, quia viduas velare poſtea licuit etiam presbyteris. Gratianus & alii collectores legunt *ab epiſcopo.*

6 *Novembres Luciano.*) Variant hic etiam manuſcripti. Nam Foſſatenſis, Tilianus, & alii quidam habent *Decembris Luciano*: Lugdunenſis & Rhemenſis cum reliquis habent *Novembris*, ſed pro *Luciano* hic *Juſtiniano* legit, ille *Juſtiano*, ut ſtatui certi nihil poſſit.

7 *Ego Conſtantinus.*) Lugdunenſis, ut in concilio Regenſi, *Conſtantianus*, quomodo & alii nonnulli.

8 *Ceretius.*) Ita diſerte Virdunenſis, ſicut ſupra in epiſtola ad Leonem Foſſatenſis & Tilianus, *Caretius*; Lugdunenſis *Cereſius*; Pithœanus *Ceterius*. Rhemenſis vero, ut olim vulgati, *Cæſarius.*

EJUSDEM JACOBI SIRMONDI SOC. JESU NOTÆ POSTUMÆ,

nunc primum editæ.

ARauſicanum dicitur, non quod apud civitatem ipſam Arauſicanam, ſed quod in vicino ejus territorii

Ex Labbei Append. Tom. 3. vico Juſtiniano, ſive ut alii legunt, Juſtiano, habitum ſit, ſicut Vaſenſe II. appellatum eſt, quod in vico Vaſenſi. Arauſicanum vero concilium II. ut ejus præfatio indicat, in civitate ipſa celebratum eſt.

Can. I. *Hæreticos in mortis.*) Hæreticis, qui ſub mortem convertuntur, indulget ſynodus, ut a presbyteris chriſmate & benedictione conſignari, id eſt confirmari poſſint: quod alioqui, ſi ſani eſſent, per epiſcopos præ- D ſtandum foret, ut declarat ſynodus Epaonenſis can. XVI. Ab hæreticis porro venientes confirmandos eſſe, docuit A canon VIII. Arelatenſis. Hinc Iſidorus de eccleſiaſticis officiis cap. XXIV. *Hæretici*, inquit, *non iterum baptizandi, ſed ſolo chriſmate & manus impoſitione purgandi ſunt.* Cujus moris illuſtria paſſim ſunt exempla, ut Lantildis ſororis Clodovei regis noſtri, quæ ex hæreſi Ariana, in quam dilapſa fuerat, converſa, chriſmata eſt, ut refert Gregorius Turon. lib. II. hiſtoriæ Francorum cap. XXXI. & Herminichildi regis Gothorum in Hiſpania filii, qui, ut Gregorius idem narrat lib. V. cap. XXXIX. Ingundis Sigiberti regis filiæ conjugis ſuæ prædicatione converſus eſt ad legem catholicam, & dum chriſmaretur Joannes eſt vocatus. Chararici denique regis Suevorum in Gallæcia, de quo idem Gregorius de miraculis S. Martini lib. I. cap. VI. *Rex*, ait, *unitatem Patris, & Filii, & Spiritus ſancti confeſſus, cum omni domo ſua chriſmatus eſt.* Quod vero in ſubita converſione decumbentium hæreticorum, ne hoc ſacramento deſtituti abirent e vita, conceditur hoc loco, ut a presbyteris chriſmentur: idem olim univerſe conceſſum a Silveſtro papa neophytis omnibus videtur ob periculum mortis. Sic enim de eo legitur in geſtis pontificum: *Hic & hoc conſtituit, ut baptizatum liniat presbyter chriſmate, levatum de aqua, propter periculum mortis.*

Can. II. *Nullum miniſtrorum.*) Duplex hodie cujuslibet Chriſtiani eſt unctio chriſmatis in eccleſia catholica: una in capite, quæ fit in baptiſmo; altera in fronte, quæ in confirmatione. At ſynodus unicam chriſmationem vult B fieri, eamque in baptiſmo. Ideo miniſtrum baptiſmi chriſma ſemper in promptu habere jubet, ut baptizatum mox liniat. Quod ſi quo caſu chriſmatus in baptiſmo quiſpiam non fuerit, tunc in confirmatione commoneri epiſcopum, ut chriſmet, ipſe nimirum priuſquam manum imponat. Quæ quidem a priſca eccleſiæ diſciplina abhorrent. Primis enim ſæculis, cum poſt baptiſmum chriſmatio mox, tum euchariſtia ſequebatur: unica ut apparet, in uſu fuit unctio chriſmatis, qua epiſcopus baptizatos conſignabat. Itaque unicam commemorant Tertullianus de baptiſmo cap. VII. Cyprianus epiſtola lxx. & alii patres antiqui. Poſt tempora Silveſtri, qui presbyteris liniendi chriſmate baptizatos poteſtatem fecit, ut dictum eſt, cum alio jam tempore baptizarentur infantes, & alio chriſmarentur, variique eſſent ritus apud diverſos: invaluit tandem, ut alia baptiſmi, alia confirmationis ſit chriſmatio, ut eſt in epiſtola Innocentii papæ ad Decentium Eugubinum cap. III. & apud rituum eccleſiaſticorum ſcriptores. Eandem docet eſſe Beda in Pſalm. 26. Hieronymus adverſus Luciferianos cap. 4. *Inde venit, ut ſine chriſmate & epiſcopi juſſione neque presbyter, neque diaconus, jus habeant baptizandi; quod frequenter, ſi tamen neceſſitas cogit, ſcimus etiam licere laicis.*

Can. III. *Qui recedunt de corpore.*) Qui pœnitentiam publicam acceperant, euchariſtiæ non participabant, priuſquam peracto pœnitentiæ curſu per manus impoſitionem reconciliati eſſent. Pœnitentium tamen, quibus mors imminebat, ſemper habita eſt ratio. De his ergo, qui pœnitentiam agentes ad vitæ finem veniunt, ſtatuit C ſynodus Nicæna cap. XIII. ut viatico non priventur, & ſi revaluerint ad pœnitentium loca redeant. *De iis vero, qui ſub ipſum vitæ finem pœnitentiam acceperint,* ſtatuit ſimiliter hoc loco ſynodus euchariſtiam illis dari, ſed ſine reconciliatoria manuum impoſitione: ita ut ſi revaluerint, non ſe credant penitus abſolutos, ſed ſtent inter pœnitentes, ut expleta pœnitentia, legitimam, hoc eſt pœnitentibus in eccleſia dari ſolitam, communionem cum reconciliatione recipiant. Nec diſſimilia ſunt quæ de utriſque ſanciuntur in ſynodo IV. Carthaginienſi can. lxxvi. lxxvii. lxxviii. niſi quod pœnitentiam in exitu poſcentibus, reconciliationem ſimul tribuendam decernit; ita tamen, ut pœnitentiæ legibus ſubdantur, ſi revaluerint.

Viaticum nominaverunt.) Synodus Nicæna ἐφόδιον can. XIII. ἔτις ἐξοδεύοι, τοῦ τελευταίου καὶ ἀναγκαιοτάτου ἐφοδίου μὴ ἀποστερεῖσθαι. *Si quis vita excedat, ultimo & maxime neceſſario viatico non defraudetur.* Supra Innocentius epiſt. II. ad Exuperium cap. II. *Communionem dari abeuntibus placuit, quaſi viaticum profecturis.* In concilio Agathenſi can. XV. & in aliis Gallicanis. Paulinus presbyter de obitu ſancti Ambroſii: *Corpus Domini ubi glutivit, emiſit ſpiritum, bonum viaticum ſecum ferens.* Præclare vero Gaudentius Brixianus, qui euchariſtiam nobis non ſolum abeuntibus e vita, ſed vitæ hujus viam decurrentibus, perpetuum viaticum eſſe docet: *Hoc eſt*, inquit, *viaticum noſtri itineris, quo in hac via vitæ alimur & nutrimur, donec ad ipſum pergamus de hac vita recedentes.*

Can. IV. *Pœnitentiam clericis.*) Pugnare hic canon videtur cum verbis Siricii in epiſtola ad Himerium cap. XIV. *Pœnitentiam agere cuiquam non conceditur clericorum.* Sed D Siricium conſtat de ea pœnitentia loqui, in qua capitalis alicujus criminis, quod a clerici gradu abhorreat, fit confeſſio; ſynodum vero de pœnitentia, quæ nullam ejuſ-

ejusmodi criminis notam habeat: quam quidem a clericis salvo gradu & officio accipi agique posse docet can. x. concilii Toletani XIII. *Sancta*, inquit, *synodus definivit, ut quicumque pontificum vel sacerdotum, deinceps per manus impositionem pœnitentiæ donum exceperint, nec se mortalium criminum professione notaverint, tenorem retentandi regiminis non amittant, sed per metropolitanum reconciliatione pœnitentium more suscepta, solita compleant ordinis sui officia, vel cetera mysteriorum sibi credita sacramenta.*

V. *Eos qui ad Ecclesiam confug.*) Confugiebant ad ecclesiam remedii causa rei criminum, servi culpa in dominum admissa, miseri omnes quos pœnæ metus, vel alia necessitas impellebat. Quos ut per vim abstrahere nefas erat, ita ecclesiæ præpositis religio eos tradere, vel intercessione sua non sublevare. Ac mira olim in eo fuit sanctorum pontificum pietas & industria: ut sancti Ambrosii, qui teste Paulino in ejus vita, raptum ab altari Crescentium reum diu flevit, multatisque a Deo raptoribus mirabiliter recepit, Eugenianis deinde, qui ad ecclesiam confugerant, veniam ab imperatore impetravit; & sancti Augustini, qui, ut est in ejus epistola ccxv. ad Hipponenses, Fastii cujusdam, qui cum æs alienum solvere non posset, ad ecclesiam confugerat, ne pœnam corporalem pateretur, creditori, mutua pecunia accepta, pro eo satisfecit. Idem etiam epistola ccxxx. ad Fortunatum episcopum: *Faventium*, inquit, *bene novit sanctitas tua, quia Paratianensis saltus conductor fuit. Is cum ab ejusdem possessionis domino nescio quid sibi metueret, ad Hipponensem confugit ecclesiam: & ibi erat, ut confugientes solent, expectans quomodo per intercessionem nostram sua negotia terminaret, &c.*

VI. *Si quis mancipia clericorum.*) Pro servis qui ad ecclesiam libertatis vel indulgentiæ causa confugerant, domini eorum, ægre id ferentes, ecclesiæ servos interdum invadebant. Quod qui fecerint, hos synodus summa districtione feriendos decernit.

VII. *In Ecclesia manumissos.*) Ut manumitti a dominis servos in ecclesia liceret, concessum est a Constantino magno, cujus ea de re gemina lex est Cod. De his qui in ecclesiis manumittuntur. Tertiæ autem meminit Sozomenus lib. I. historiæ cap. IX. Quo jure cum antea careret Africa, exemplo Italiæ postulandum decrevit, ut est in synodi Africanæ canone XXXI. & XLIX. *Placuit ut de manumissionibus in ecclesia celebrandis ab imperatore petatur.* Augustinus in sermone nuper edito: *Servum tuum manumittendum ducis in ecclesiam, recitatur libellus, aut fit desiderii tui prosecutio. Dicis te servum tuum manumittere, quod tibi in omnibus servaverit fidem.* Libelli vero hujusmodi, & manumissionis in ecclesia factæ, insigne apud Ennodium est exemplum in Opusculo VIII. cui titulus: *Petitorium quo absolutus est Gerontius puer Agapiti.* Alii liberos suos ecclesiæ morientes commendabant. De quibus in concilio II. Matisconensi can. VII. & in Toletano IV. can. LXXII. Utrosque synodus vexari a quoquam vetat.

VIII. IX. *Si quis alibi consistentem.*) De alienis civibus ordinandis vel ordinatis duo hi canones præcipiunt: prior quidem, ut si episcopus clericum ordinare velit eum qui in alterius episcopi est diœcesi, prius efficiat ut cum ipso habitet, deinde ab episcopo, sub quo ille antea versabatur exquirat numquid causæ sit, cur ab eo non fuerit ordinatus: posterior, ut si quos ejusmodi alibi consistentes ordinavit, qui idonei sint, aut illos ad se revocet, aut illis episcopi cum quo habitant, impetret gratiam.

X. *Si quis episcoporum.*) De ecclesia quam episcopus in alterius episcopi territorio ædificaturus est, quatuor observanda constituit. Primum, ut ædificandi licentiam ab illo accipiat: alterum, ut ecclesiæ dedicationem illi reservet: tertium, ut eidem clericos, quos ecclesiæ illi ministrare cupit, vel ordinandos offerat, vel si jam sunt ordinati, approbandos. Postremum, ut tota ecclesiæ illius gubernatio ad eumdem pertineat. De ecclesiis etiam, quascumque sæculares ædificant, si quis episcopus præter eum cujus est territorium, ad novam ecclesiam dedicandam invitatus venerit, ut nullis deinceps episcoporum conventibus intersit.

XI. *Placuit in reatum.*) Vetus & perpetua ecclesiæ lex fuit, quam synodus Nicæna can. v. confirmat, τοὺς ὑφ' ἑτέρων ἀποβληθέντας, ὑφ' ἑτέρων μὴ προσίεσθαι: *ut ab aliis ejecti ab aliis non recipiantur.* Qua ex disciplina S. Augustinus ad Quintianum presbyterum ab episcopo suo excommunicatum sic rescribit epistola ccxxxv. *Manifestum est quidem, quod si ad nos venires venerabili episcopo Aurelio non communicans, nec apud nos posses communicare: sed ea caritate nos faceremus, qua & illum facere non dubitamus.* Hanc ob causam, ut excommunicati omnibus innotescerent, admonere per litteras vicinos episcopos solebant qui excommunicarant. Cujus generis est illa Caldonii episcopi & aliorum ad clerum Carthaginiensem brevis epistola apud Cyprianum XXXIX. *Abstinuimus communicatione Felicissimum & Augendum, item Repositum de extorribus, & Irenem Rutilorum, & Paulam sarcinatricem, quod ex adnotatione mea scire debuistis.* Idem Augustinus epistola lxxiv. ad Deuterium episcopum de Victorino subdiacono, quem ob Manichæorum hæresim suo gradu dejecerat. *Nec mihi*, inquit, *hoc satis fuit, nisi & tuæ sanctitati eum meis litteris intimarem, ut a clericorum gradu congrue ecclesiastica severitate dejectus, cavendus omnibus innotescat.*

Proximæ synodo reservetur.) In synodo enim provinciæ discutiebantur inter cetera causæ excommunicatorum. Quare synodi judicio integra omnia reservanda erant, ut quos episcopus ejecerat, jure excommunicati haberentur, donec, ut est in eodem Nicæno canone v. episcoporum cœtui placeret humaniorem pro iis ferre sententiam. μέχρις ἂν τῷ κοινῷ τῶν ἐπισκόπων δόξῃ τὴν φιλανθρωποτέραν ὑπὲρ αὐτῶν ἐκθέσθαι ψῆφον.

Subito obmutescens.) Vi morbi, aut alio casu. De baptismo idem statuerat synodus III. Carthaginiensis, Can. XII.
canone XXXIV. ad quem alludens Fulgentius in libello quem ad Ferrandum diaconum scripsit, de Æthiope respondens, qui dum baptismo parabatur, in letalem morbum inciderat, & sensu ac vocis usu destitutus baptismum acceperat: *Proinde*, inquit, *firmissima tenenda est illa canonum sententia paternorum, qua infirmos jubet, si pro se respondere non valeant, sed eorum voluntati testimonium sui periculo proprio dixerint, baptizari.* De pœnitentia synodus II. Carthaginiensis can. LXXVI. *Qui pœnitentiam in infirmitate petit, si casu, dum ad eum sacerdos invitatus venit, oppressus infirmitate obmutuit, vel in phrenesim versus fuerit, dent testimonium qui eum audierunt, & accipiat pœnitentiam.* Et postea Leo magnus epist. x. ad Theodorum Forojuliensem.

Amentibus conferenda.) Ut baptismus & eucharistia, Can. XIII.
prout illorum status id requirit, aut patitur. Baptizari enim solent qui mentis compotes numquam fuerunt, itemque qui ante amentiam, aut per lucida intervalla, baptismum expetierunt: eucharistia vero iis tantum & in morte dari, qui ante amentiam desiderarunt. Oblationem etiam pro eo qui sibi per amentiam mortem consciverit, fieri posse, respondit Timotheus Alexandrinus, canone XIII.

Energumeni baptizati.) Energumeni fideles, si bene se gerunt, eucharistia minime privandi sunt. Quare apud Can. XIV.
Cassianum collatione VII. cum Germanus cap. XXIX. diceret, energumenos a communione in quibusdam provinciis perpetuo abstineri, respondet abbas Serenus his verbis cap. XXX. *Communionem eis sacrosanctam a senioribus nostris numquam meminimus interdictam: quin immo si possibile esset, etiam quotidie eis impertiri eam debere censebant.* Eliberitana quoque synodus can. XXXVII. absolute definit: *His qui ab immundis vexantur spiritibus, si fideles fuerint, dandam esse communionem.* Nec tempus ullum præscribit. Nam qui communionem illis a synodo in exitu vitæ tantum concedi putant, falluntur mea sententia, & sequentibus synodi verbis refelluntur. Timotheus denique Alexandrinus can. III. energumenum fidelem, si absit periculum, sacris mysteriis participare ait debere, non quidem quotidie, sed quod ei satis sit, temporibus opportunis: μεταλαμβανέτω, inquit, μὴ μέντοι καθ' ἑκάστην. ἀρκεῖ γὰρ αὐτῷ κατὰ καιροὺς μόνον.

Vel muniendi vel purgandi.) Ita & Cassianus, Sereni abbatis verbis eodem loco, sacrosanctam communionem energumenis ad purgationem & tutelam corporis animæque prodesse docet. Ad tutelam videlicet, ut muniantur adversus dæmonis insultus: *Magis namque*, inquit, *ac magis inimicus insultabit obsesso, cum eum a cælesti medicina viderit segregatum: tantoque durius ac frequentius attentabit, quanto eum de spiritali remedio longius senserit abdicatum.* Ad purgationem vero, ut purgato spiritu curentur. *Hoc namque*, ait, *modo curatum & abbatem Andronicum nuper adspeximus, aliosque quamplures.* Quo sane in numero censeri illa poterat Araba puella, quam Carthagine particula corporis Domini ab episcopo percepta, per hosce annos Aspare consule liberatam narrat Prosper, aut quisquis librorum de promissionibus & prædictionibus Dei est auctor, in Dimidii ternionis cap VI.

Energumenis catechumenis.) Synodus Eliberitana Can. XV.
can. XXXVII. *Eos qui ab immundis spiritibus vexantur, si in fine mortis fuerint constituti, baptizari placet.* Sed de iis loqui synodus illa videtur qui catechumeni non sunt. Timotheus vero Alexandrinus can. II. de catechumenis agens nihilo secius definit. Interrogatus enim de energumeno catechumeno an baptizari debeat, si ipse velit, aut sui pro eo: respondet, priusquam ab immundo spiritu liberetur, baptizari non posse, præterquam in exitu vitæ: ἐὰν, inquit, δαιμονιζόμενος μὴ καθαρισθῇ ἀπὸ τοῦ ἀκαθάρτου πνεύματος, οὐ δύναται λαβεῖν τὸ ἅγιον βάπτισμα· περὶ δὲ τὴν ἔξοδον βαπτίζεται. Arausicani patres hoc loco non solum cum exigit necessitas, id est in periculo vitæ, sed prius etiam si opportunitas fuerit, baptizandum censent, quia catechu-

meno

meno jus est ad baptismum, sicut fideli ad eucharistiam.

Can. XVI. *Qui polam arrepti.*) Arreptitios ordinari prohibet: quod si ordinati fuerint, repelli jubet. Arreptitii ne fiant clerici, cautum est can. apostolorum XXXVIII. Qui ordinati sunt, ne ministrent, vetat can. XXIX. Eliberitanus: removendos a sacris ministeriis statuit Gelasius decreto XIX. Inde concilium Toletanum XI. can. XIII. *Bene*, inquit, *majorum regulis definitum est, ut dæmoniis aliisque passionibus irretitis ministeria sacra tractare non liceat.*

Can. XVIII. *Evangelia deinceps.*) Idem postea decretum in synodo Valentina Hispaniæ can. I. Ordo Romanus de divinis officiis, docet moris fuisse, ut catechumenis in tertio scrutinio legerentur explicarenturque quatuor evangeliorum initia, præfante diacono: *State cum silentio, audientes intente.* Unde & in Missis fidelium, qui intererant catechumeni, evangelium audiebant, & postea exire jubebantur ante munerum illationem. Quod igitur hoc loco statuitur, ut evangelia deinceps catechumenis legantur, indicio est alium antea in his provinciis morem fuisse, jussosque ante evangelium recedere catechumenos. Quod in Metensi ecclesia suo etiam tempore solitum fieri, observat, meritoque improbat Amalarius diaconus lib. III. de ecclesiasticis officiis, cap. XXXVI. *Consuetudo*, inquit, *nostra tenet, ut catechumenos repellamus ante evangelium. Non mihi hoc videtur ex ratione incumbere, cum procul dubio prædicatoribus gentium præceptum sit, ut evangelium eis prædicent.*

Can. XIX. *Ad baptisterium.*) Arceri solitos ab ingressu baptisterii catechumenos idem Ordo Romanus ostendit. Prius enim quam ad sacrum fontem perducerentur qui baptizandi erant, archidiaconus denunciabat, *Catechumeni recedant. Si quis catechumenus est, recedat. Omnes catechumeni exeant foras.* Ita nemo illuc præter renatos & perfectos descendebat. Quo alludens, ut videtur, Paulinus epistola XII. ad Severum, qui Paulini imaginem in baptisterio collocarat: *Noster vero*, inquit, *quis illic locus est, qui nec infantibus innocentia, neque viris concurrimus sapientia, & ab immaculatis malitia, a perfectis infirmitate distinguimur?*

Can. XX. *A benedictione fidelium.*) Etiam in domesticis orationibus benedictionibusque segregandi sunt, quoad fieri potest, a fidelibus catechumeni, cum in his ecclesiæ nondum communicent. Quo nomine contra hæreticos merito ridet Tertullianus libro de præscriptionibus cap. XVI. quod nullum apud eos fidelis & catechumeni discrimen esset: *In primis*, inquit, *quis catechumenus, quis fidelis, incertum est: pariter adeunt, pariter audiunt, pariter orant.*

Can. XXI. *De præsumptoribus.*) Duos episcopos, qui soli episcopum ordinare præsumpserant, synodus Regensis can. I. hac pœna multarat, ut nullis deinceps ordinationibus, nullisque conciliis interessent: hæc acrius in posterum vindicat, statuitque ut episcopali honore priventur. Si duo, inquit, invitum episcopum ordinarunt, unius eorum sedem obtineat qui vim passus est, & in alterius locum alter ibidem subrogetur: sin volentem, & hic simul honore careat. Temeritatis hujus exemplum aliud suppeditat synodus III. Carthaginiensis can. XXXIX. duorum Numidiæ episcoporum, qui ordinare præsumpserant pontificem: sed qua pœna sint affecti, non declarat.

Can. XXII. XXIII. & XXIV. *Diacones conjugati.*) Tria de diaconis, tribus his canonibus sanciuntur. Primum, ut non ordinentur in posterum diacones, nisi cum uxoribus professi fuerint castitatem: alterum, ut si quis cum uxore postea incontinens fuerit, ab officio repellatur: tertium, ut qui antehac ordinati ad uxores redierunt, hi juxta canonem VIII. synodi Taurinensis, ad superiorem gradum non promoveantur.

Can. XXV. *De idoneis autem.*) Bigamos ordinari clericos non posse, synodus Valentina docuit, & alii passim canones vetant. Permittit autem synodus hoc loco, ut si quos e bigamis eximia vitæ gratia in clerum adsciscí suadeat, usque ad subdiaconatum, sed non ultra hunc gradum, promoveantur.

Can. XXVI. *Diaconæ non ordinandæ.*) Diaconissæ olim, ut docet Epiphanius hæresi LXXIX. in ecclesia institutæ honestatis causa, ut mulierum curam gererent, dum baptismo initiabantur, ne coram viris indecentius nudarentur. Epiphanius idem in expositione fidei: *καὶ διακόνισσαι δὲ καθίσανται εἰς ὑπηρεσίαν γυναικῶν, μόνον διὰ τὴν σεμνότητα, ἄν χρεία καταςαίη, λουτροῦ ἕνεκα, ἢ ἐπισκέψεως σωμάτων. καὶ αὗται δὲ μονόγαμοι ἐγκρατευσάμεναι. ἢ χηρευσάσαι ἀπὸ μονογαμίας, ἢ ἀειπαρθένοι οὖσαι. Diaconissæ*, inquit, *ad hoc unum fiunt, ut mulieribus honestatis causa operam navent, si opus sit, cum aut baptizandæ sunt, aut earum corpora inspicienda. Et hæ quidem vel univiræ esse debent continentiam professæ, vel post unas nuptias viduæ, vel perpetuæ virgines.* In synodo IV. Carthaginiensi can. XII. *Viduæ vel sanctimoniales quæ ad ministerium baptizandarum mulierum eliguntur.* Has synodus hoc loco, quod ad gradum & nomen attinet, non penitus abrogat, sed prohibet ne in posterum ordinentur. Ordinari enim ab episcopo solebant per manuum impositionem. Synodus Calchedonensis can. XV. *Διάκονον μὴ χειροτονεῖσθαι γυναῖκα πρὸ ἐτῶν τεσσαράκοντα· Diaconissam mulierem ante annum quadragesimum non ordinandam.* Epiphanius ad Joannem Hierosolymitanum apud Hieronymum epistol. LX. *Numquam ego ordinavi diaconissas, & ad alienas misi provincias.* Itaque in clero censebantur, & clero plane accenset Nicænus canon XIX. *περὶ τῶν διακονισσῶν, καὶ ὅλως περὶ τῶν ἐν τῷ κλήρῳ ἐξεταζομένων. De diaconissis, & de omnibus qui in clero censentur.* Quod enim ibidem mox dici videtur, diaconissas impositionem manuum non habere, non de ecclesiæ catholicæ diaconissis dictum est, sed de iis quæ apud Paulianistas nullam revera ordinationem acceperant. Quare viderint, qui ad eum canonem aliter sentiunt, cum diaconissarum consecrationem, sacramque ordinationem aperte asserant synodus Epaonensis can. XXI. & Novella VI. Justiniani cap. VI. Nunc ergo ut ad canonem nostrum redeam, diaconissas synodus non solum deinceps ordinari vetat: sed & eas quæ jam ordinatæ sunt, extra clerum habendas decernit, ac proinde ut laicas benedictioni quæ populo impenditur subjiciendas, cum clerici huic benedictioni capita submittere non soleant.

Viduitatis professionem.) Ritum indicat, quo viduæ sacrabantur, & damnationem quæ prævaricantes sequebatur. Vidua, quæ sanctæ religionis proposito tenebatur, ante omnia professionem suam episcopo, in secretario ecclesiæ, scriptam dabat, continentem, se & castitatis propositum velle, & hoc perpetuo servaturam. Post hæc vidualem habitum ab episcopo suscipiebat, vestem nimirum religioni congruentem, & velum, sive pallium, ut est in concilio Toletano X. can. IV. In ordine Romano *consecrationis viduæ, quæ fuerit castitatem professa*, vidua consecratum ab episcopo velamen de altari accipit, & ipsa sibi, non episcopus, imponit. Viduas porro professionem conjugio violantes, earumque raptores, synodus IV. Carthaginiensis excommunicatione damnat canone CIV. *Si quæ viduæ*, inquit, *se devoverunt Domino, & veste laicali abjecta, sub testimonio episcopi & ecclesiæ religioso habitu apparuerunt, postea vero ad nuptias sæculares transierunt, tales personæ sine Christianorum communione maneant: quæ etiam, nec in convivio cum Christianis communicent.* Can. X

Imposita ab episcopo) Ita veteres libri, præter paucos recentiores, in quibus scriptum est *a presbytero*, quod inde ortum videtur, quia viduas velare licet etiam presbyteris.

Desertores prof. castitatis.) Diversa erant genera eorum qui castitatem profitebantur, ut conjuges conversi, viduæ religionis propositum amplexæ, virgines Deo dicatæ, monachi, pœnitentes. Quod ergo universe hoc loco de professæ castitatis desertoribus præcipitur, hoc singillatim observare est in aliis canonibus, qui legitimas in unoquoque genere lapsis pœnitentias irrogant.

Nullus conventus.) In unaquaque synodo proxime futuram synodum denunciari jubet, atque ex hoc suo decreto sequentis anni synodum denunciat. Cujus rei exemplum alterum extat in ejusdem provinciæ concilio Carpentoratensi, in iis verbis, quæ ex codice Lugdunensi adjecimus: *Hoc*, inquit, *etiam placuit custodiri, ut sequenti anno in vico Vasensi, VIII. idus Novembres debeat concilium congregari.* Can. XX

Si quis episcopus.) Non debet episcopus propter infirmitatem ea quæ episcopi sunt propria presbyteris permittere, sed alium episcopum evocare, qui ejus vices suppleat. Sed in ea re non hujus tantum sæculi error fuit. In concilio sane Hispalensi II. can. V. Egabrensis episcopi fit mentio, qui oculorum dolore detentus, dum clericorum unus ad presbyterium, alter ad diaconatum sacrarentur, ferebatur manum suam super eos tantum posuisse, & presbyter quidam benedictionem dedisse. Quam proinde ordinationem synodus irritam declarat. Rursumque can. VI. perstringitur Agapius Complutensis quondam episcopus, quem fama erat frequentes presbyteros destinasse, qui absente pontifice altaria erigerent, basilicas consecrarent, quæ propria sunt munera episcoporum. Quare talem ultra licentiam usurpari vetat. Can. XX

SUBSCRIPTIONES.

Ego Eucherius episcopus.) Comprovincialium episcoporum mentio Lugdunensem Eucherium fuisse confirmat: de quo præclare inter ceteros, idem qui synodo præfuit Hilarius Arelatensis in homilia de sancto Honorato: *Unde pulcherrime*, inquit, *splendidus mundo, splendidior Christo, æmulus virtutis ejus beatus Eucherius, cum ab eremo in tabulis, ut assolet, cera illitis, in proxima ab ipso degens insula, litteras ejus suscepis-*

ſcepiſſet, mel, inquit, ſuum ceris reddidiſti. Eucherius viciſſim, quanti faceret Hilarium, teſtatus eſt libello de laude eremi, quem ad eum ſcripſit, cum Lirinenſem inſulam repeteret: *Domino ſancto, & meritis beatiſſimo & in Chriſto glorioſiſſimo Hilario, Eucherius.* Neuter enim adhuc erat epiſcopus.

NOTÆ SEVERINI BINII.

Acta concilii.

a *Concilium.*) Hoc concilio actum eſt de diſciplina eccleſiaſtica, & de recipiendis variorum generum pœnitentibus, ac demum ut nullus conventus ſine alterius futuri conventus denuntiatione ſolvatur. Appendix ſuperaddita præſcriptam formam excommunicandi & reconciliandi excommunicatum continet. Hæc ſynodus, clariſſimorum antiſtitum corona illuſtrata, nobiliſſima eſt. In ea quindecim epiſcopi Narbonenſis & Lugdunenſis provinciæ ſuo more convenientes, viginti novem canones, ad jura & diſciplinam eccleſiæ ſpectantes, ſanxerunt. Baronius anno 441. num. 3. & 17.

Canones quot.

Arauſica civitas quæ & qualis.

b *Arauſicanum*) Arauſica eſt civitas in Gallia Narbonenſi, non procul Avenione, eſtque nobiliſſimo principatu inſignis, alias nominatur Arauſia, vulgo dicitur *Orange*. Meminit illius Plinius lib. 3. cap. 4. Ptolomæus lib. 2. cap. 10. Strabo lib. 4.

Lectio mendoſa.

c *Cyro conſule.*) Recte id in Nicoliniana editione emendatum fuit. Lectio enim hæc. *Tempore Theodoſii junioris, & Cyri conſulum*, quam aliquot anteriores editiones habent, plane mendoſa eſt. Nam faſti omnes & vetera monumenta, non niſi unicum hoc anno conſulem referunt.

Tempus concilii.

d *Leonis I. papæ* 2.) Anno pontificatus illius ſecundo, qui eſt Chriſti nati quadringenteſimus quadrageſimus primus: Theodoſii imperatoris trigeſimus quartus, & Valentiniani decimusſeptimus. Prædicta enim tempora cum conſulatu Cyri coincidunt, ut ex faſtis emendatioribus conſtat.

Hilarius Arelatenſis ſcriptorum S. Auguſtini defenſor. *Errat Binius in utraque nota.* Eucherius Lugdunenſis auctor homiliarum, quæ hactenus ſub nomine Euſebii Emiſſeni editæ fuerunt. Duo Eucherii. Duo Cæſarii.

e *Hilarius.*) Inter eos qui ſynodo ſubſcripſerunt, celebriores ſunt, Hilarius, Eucherius, Salonius, Maximus, Conſtantinus & Auguſtalis. Quorum omnium ſacra & ſolennis memoria anniverſaria in eccleſia colitur. Hilarius eſt ille celebris Arelatenſis epiſcopus, qui antehac presbyter, una cum ſancto Proſpero Aquitano epiſcopo inſectatus eſt Pelagianos; & adverſus Maſſilienſes presbyteros, alioſque S. Auguſtini ſcripta impugnantes, ſtrenue inſurrexit. Eucherius Lugdunenſis epiſcopus ſenior: auctor quarumdam homiliarum Latinarum, quæ falſo titulo Euſebii Emiſſeni Græci & Ariani ſcriptoris, hactenus editæ fuerunt. Hujus honorifice meminit Claudianus libro 2 de ſtatu animæ. 1 Alterius cujuſdam Eucherii Lugdunenſis eccleſiæ epiſcopi memoria reperitur apud Cyprianum in vita Cæſarii apud Surium, qui cum eodem Cæſario Arauſicano concilio ſecundo anno domini 529. celebrato interfuit & ſubſcripſit. Cæſarium hic ultimo loco ſubſcriptum, omnino alium eſſe oportet ab illo magni nominis Arelatenſi epiſcopo, qui cum Eucherio juniore Arauſicanæ ſecundæ aliiſve quibuſdam ſynodis interfuit, C nominiſque ſui ſubſcriptione approbavit. Nam tempore hujus concilii Arelatenſis epiſcopus erat Hilarius, de quo ſupra. Defuncto Hilario non Cæſarius, ſed poſt Ravennium Eonius: atque demum poſt Leontium, Eonio cuidam Cæſarius ſucceſſit. Is ergo Cæſarius, qui huic primæ Arauſicanæ ſynodo ſubſcripſit, non tantum alius eſt & diverſus epiſcopus ab eo Cæſario, qui Arauſicano ſecundo, aliiſve pluribus conciliis interfuit & ſubſcripſit, verum etiam alterius, quam Arelatenſis eccleſiæ antiſtes extitit. Hæc ex Baronio anno 441. num. 3. & ſeqq. Item ex ejuſdem appendice, quæ extat in fine tomi decimi, ad annum Chriſti 529. Plura hac de re dicemus infra in notis concilii Carpentoratenſis, Vaſenſis, Arelatenſis, &c. hinc cauſam reddentes, cur prædicta concilia, hactenus ſub Leone collocata, ad tempora Felicis papæ IV. retulerimus.

OBSERVATIO P. ANTONII PAGI
ad An. CHRISTI 441. num. 3. & ſeq.

CUm Arauſicano huic Concilio Hilarius Arelatenſis, Eucherius Lugdunenſis, & Ingenuus Ebredunenſis Epiſcopi ſubſcripſerint, Baluzius in ſupplem. ad lib. 5. Marcæ de Concordia cap. 31. arbitratur illud fuiſſe generale. Verum cum in Canone XXI. dicatur, *in noſtris provinciis placuit* &c. & in Canone XXIX. *quibus bis in anno, quod nobis pro* temporum qualitate difficile eſt, ſanctum eſt conveniri, & ſtatim indicetur alia ſynodus *Luciano in Arauſico territorio celebranda*, hæc ſynodus trium tantum Provinciarum memoratarum fuiſſe videtur. Epiſcopum Viennenſem, qui D hoc tempore de Primatu cum Arelatenſi contendebat, A unum fuiſſe ex illis, qui Synodo intereſſe noluere, pronum eſt ſuſpicari. Huic etiam ſynodo interfuere Maximus, & Conſtantinus, quos Baronius ad an. 441. num. 24. & ſeqq. exiſtimat eſſe S. Maximum Taurinenſem, & S. Conſtantinum Vapincenſem Antiſtites. Verum Maximus ille alius non eſt, quam ſanctus Maximus ex Abbate Monaſterii Lerinenſis ann. 433. Epiſcopus Reginenſis in Gallo-Provincia renunciatus; (Proſper enim Aquitanus nunquam Regienſis Epiſcopus fuit:) S. vero Conſtantinus Epiſcopus Vapincenſis ſub Regibus Burgundionum ſubſcripſit Concilio Epaunenſi ann. 517. celebrato, his verbis: *Conſtantius in Chriſti nomine Epiſcopus civitatis Vapincenſis.* Quare Conſtantinus, qui Concilio Arauſicano hoc anno interfuit, incertæ ſedis Epiſcopus fuit, idemque ac ille; qui in Concilio Gallicano ſubſcripſit epiſtolæ ſynodali ad S. Leonem Romanum Pontificem ſcriptæ. Conſtantinus igitur, qui in tabulis Eccleſiaſticis & Vapinci colitur die XII. Aprilis, diverſus eſt a Conſtantino ex Epiſcopis ſynodi Arauſicanæ primæ uno.

NOTÆ GABR. ALBASPINEI EP. AUR.
AD CANON. III. CONCILII ARAUSICANI I.

QUæ in hoc canone quæſtio pertractatur, ea niſi me fallit animus, una eſt: ſi pœnitenti, quem dum pœnitentiæ quaſi curſum propoſitum definitumque B percurrit, & antequam confecerit, mors opprimit, euchariſtia, qua ei aditus ad communionem in poſterum pateat, porrigi debeat; propterea quod non deerant, qui exiſtimarent euchariſtiam illi eſſe tribuendam, nec tali beneficio illum privandum, atque ob id patres ſimplicem reconciliationem prætermiſſa illa maxima, eaque quæ *altario & myſteriis* reconciliabat, ad ſalutem ſatis præſidii ac virium habere ſanxerunt: hoc eſt ſine euchariſtia, nec enim unquam maximæ reconciliationis fuit uſus, quin eodem tempore euchariſtiæ fuerit conceſſa perceptio: imo qui reconciliabatur *altario & myſteriis*, jus ad ſumendam euchariſtiam acquirebat.

Reconciliatoria manus: duplex erat reconciliatio, de majori hic loquuntur patres.

Placuit eos communicare, id eſt jubemus eos admitti in communionem fidelium & abſolvi per ſimplicem reconciliationem eiſque reddi ſimplicem communionem, non autem communionem altaribus, myſteriis & euchariſtiæ.

Qui ejus communionem, id eſt ſimplicem illam reconciliationem & communionem.

Congruenter viaticum nominaverunt, id eſt exiſtimarunt illam ſufficere ſaluti eorum, qui in pœnitentia moriuntur, quamvis neque maximam reconciliationem, neque euchariſtiam recipiant.

Legitimam communionem, aut euchariſtiam intelligas, aut ſimplicem communionem quæ dabatur expleta & finita pœnitentia, quæ dicitur magis legitima, quam quæ dabatur in caſu neceſſitatis, & non abſoluta pœnitentia; quia pœnitentes pœnitentiam peregerant, qua pro peccatis ſatisfecerant, & communionis participes meritiſſimi fuerant.

Cum reconciliatoria, cum reconciliatione myſteriis & altaribus.

Denique canon iſte, ut ego quidem ſentio, conſentit cum canone 13. conc. Nicæn. & 1. concil. Carth. quorum decretis illud ratum, non dari poſſe euchariſtiam pœnitenti moribundo, niſi permiſerit expenderitque epiſcopus.

Sunt qui exiſtimarent totum hunc canonem ita concipiendum, moribundis excommunicatis ſatis ad ſalutem eſſe, ſi pœnitentia ſine ſimplici communione concedatur, quia ea ſufficiens eſt viaticum: ſi vero ſupervixerint peracta pœnitentia, utramque communionem & reconciliationem conſequantur: huic ſenſui priſca illa diſciplina ſubſcribere poſſet, ni a canone & decreto Innocentii diſſentiret, quod hos patres latuiſſe non eſt veriſimile.

AD CANON. VI. EJUSDEM CONCILII.

NUm ſatis verba iſta indicant duas olim fuiſſe pœnitentias? Nam cum ea quæ ob merita imponeretur clericis infamiæ notam aliquam aſpergeret: eoſque gradus honore & officio indignos redderet, veriſimile mihi non fit id ab ipſis deſideratum & efflagitatum, quo impetrato, tam multa mala patiebantur, quoque expleto inter laicos recenſebantur: ſed erat quid amplius: recuſantes ad eam ultro compellebantur; & ita attenta invigilabat eccleſia, ne quis in culpa hæreret diu, ut nihil opus eſſet eam petere; cum compertum eſſet quempiam peccaſſe, volens nolenſque ad ſatisfactionis remedium adigebatur. Quapropter mihi incidit

1 Sententia de duobus Eucheriis refellitur a Pagio ad ann. Chriſti 441. num. 5. & ſeqq.

incidit suspicio, quæ non vana est, de pœnitentia concilium loquutum, quæ pietatis causa & quadam religione vovebatur: ea enim ætate qua habitum est hoc concilium, tametsi omnem extra noxiam nonnulli essent, nullaque satis vehemens esset causa ad pœnitentiam subeundam, tamen pœnitentium modo & ritu ætatem aut aliquod se tempus acturos profitebantur, solemniterque hanc religionem atque hoc votum vovebant. De hac igitur religiosa pœnitentia, ut ita dicam, hunc canonem intelligo, quam clericis eo magis concedere verebantur, quo rebus sacris, ea accepta & professa, minus idonei fieri videbantur.

AD CANON. XII. EJUSDEM CONCILII.

Nihil magnopere difficile est in hoc canone, qui de gentilibus est accipiendus, non vero de catechumenis; quibus, etsi nullum voluntatis suæ testimonium haberent, baptismus esset conferendus.

Pœnitentiam accipere potest, Excommunicatus obmutescens subito non solum pœnitentiam, sed etiam reconciliationem: canone septuagesimo sexto Carthag. concilii quarti.

AD CANON. XIV. EJUSDEM CONCILII.

Si de purgatione sua curent, si ad ecclesiam crebro sese repræsentent ut exorcizentur.

Omnimode communicent, non solum primam communionem accipiant, sed etiam majorem & absolutissimam, eucharistiam scilicet: de energumenis accipiendum qui non perpetuo vexarentur.

Vel purgandi, eucharistia dæmones fugari satis compertum est.

Vita purgatior, peccata omnia in baptismo excusserant.

AD CANON. XVIII. EJUSDEM CONCILII.

Evangelia olim catechumenorum sacris peractis, iisque semotis, legebantur. Ita esse ex constitutionibus Clementis liquet: postea vero melius visum est si ad lectiones & explicationes scripturarum admitterentur. Valentinum Hispaniæ, *ut sacrosancta evangelia, ante munerum illationem, in missa catechumenorum, in ordine lectionum post apostolum legantur: quatenus salutaria præcepta domini nostri Jesu Christi, vel sermonem sacerdotis, non solum fideles, sed etiam catechumeni, ac pœnitentes, & omnes qui ex diverso sunt, audire licitum habeant*. Ex his etiam verbis *norunt fideles*, quæ in sermonibus patrum reperiuntur, sciri potest aut nusquam catechumenos iisdem sermonibus & evangeliorum expositionibus interfuisse: iis enim absentibus nihil vereri poterant, illud quidquid esset exponere. Ex iis igitur utraque lectio retineri potest aut respui.

Legi, non solum legi, sed etiam explicari & episcoporum expositiones & sermones exaudire.

AD CANON. XX. EJUSDEM CONCILII.

In matutinis, in missa, in vesperis, fidelibus benedictio ab episcopo tribuebatur. Hoc igitur canone jubetur ne eamdem benedictionem neque eodem tempore percipiant catechumeni: non eamdem, quia aliis verbis alioque ritu fidelium benedictio concipiebatur & celebrabatur, quam catechumenorum: non eodem tempore, quia sive in sacris fidelibus benedictio esset impertienda, ab iis segregandi erant catechumeni; sive in vesperis & matutinis, paululum submoveri debebant, ne ad eos fidelium benedictio pertinere videretur; sed si episcopi benedictionem optarent, semotim & separatim eam accipere debebant.

Ut se revocent, ut recedant.

AD CANON. XXVI. EJUSDEM CONCILII.

Episcopus sacris peractis clero primum, subinde laicis suam benedictionem impertiebatur. Hoc igitur diaconissæ quod non amplius inter cleros numerarentur jubentur, non primæ, sed secundæ benedictioni capita submittere, hoc est recipere.

[1] a CONCILIUM b VASENSE c II.

Ex Baronii Binii & aliorum sententia quam falsi redarguit Sirmondus qui I. dumtaxat asserit.

d Constitutiones sanctæ synodi habitæ in civitate Vasensi [2] apud Auspicium episcopum ecclesiæ catholicæ, sub die Iduum Novembrium, Dioscoro α viro clarissimo consule, anno Christi CCCCXLII. Valentiniani III. Augusti decimooctavo, e Leonis I. papæ tertio.

TITULI CANONUM.

I. *Ut Gallicani episcopi supervenientes in Galliis non discutiantur.*
II. *De pœnitentibus subito mortuis, ut eorum oblationes recipiantur.*
III. *Ut ab alieno episcopo chrisma nullus petat, sed tantum a proprio.*
IV. *Ut qui oblationes defunctorum retinent, excommunicentur.*
V. *Ut qui sententiæ episcopi sui non acquieverit, recurrat ad synodum.*
VI. *De epistola S. Clementis, quod ab iis averti debeant qui subsunt, a quibus qui præest aversus est.*
VII. *Accusandi licentia etiam in episcopis reprimenda.*
VIII. *De correptione in criminibus occultis.*
IX. *De expositis collectis quid sit observandum.*
X. *De iis qui expositos, per calumniam repetunt.*

TITULI VETERES EX COD. Luc. 490.

Ex concilio Vasense sub die Iduum Novembrium Dioscoro Cons.

I. *Gallicani episcopi in Gallia non discutiantur.*
II. *Pœnitentes utiliter si subito mortui fuerint oblationes eorum recipiantur.*
III. *Ab alieno episcopo chrisma nullus accipiat, & subdiaconus portet.*
IV. *Oblationes defunctorum qui retinent, excommunicentur.*
V. *Excommunicatus obaudiat episcopo.*
VI. *Accusatores de levibus causis audiantur, de criminibus discutiantur.*
VII. *Episcopus alienum clericum peccantem redarguant sic.*
VIII. *Expositum qui invenerit, ecclesiæ contestetur.*

CANO-

α Isidorus in collect. *Temporibus Theodosii junioris, & Dioscori Consulis*. In MS. Paris. *Diuscoro Consule*. Hard.

CANONES.

I.

Dantur va- ...tes ex ...d. Luc.

PLACUIT ergo tractatu habito, episcopos (a) de Gallicanis provinciis venientes inter (b) Gallias non discutiendos: sed solum sufficere, si nullus communionem alicujus interdixerit; quia inter circumhabitantes, ac sibi pene invicem notos, non tam testimonio indigent probi, quam denotatione ac (c) denuntiationibus depravati.

II.

Pro his qui pœnitentia accepta, in bonæ vitæ cursu satisfactoria compunctione viventes, sine communione inopinato nonnunquam transitu, in agris aut itineribus præveniuntur, oblationem recipiendam, & eorum funera, ac deinceps memoriam ecclesiastico affectu prosequendam; quia nefas est eorum commemorationes excludi a salutaribus sacris, qui ad eadem sacra fideli affectu contendentes, dum se diutius reos statuunt, indignos salutiferis mysteriis judicant, ac dum purgatiores restitui desiderant, (d) absque sacramentorum viatico intercipiuntur: quibus fortasse nec absolutissimam reconciliatonem sacerdos denegandam putasset.

III.

pag. 1. 272.

Per singula territoria presbyteri, vel ministri, ab episcopis, non prout libitum fuerit, a vicinioribus, sed a suis propriis, per annos singulos chrisma petant, appropinquante solennitate paschali: nec per quemcumque ecclesiasticum, sed si qua necessitas aut ministrorum occupatio est, per * subdiaconem: quia inhonorum est inferioribus summa committi. Optimum autem est, ut ipse suscipiat, qui in tradendo usurus est. Si quid obstat, saltem is, cujus officii est sacrarium disponere, & sacramenta suscipere.

...e VII. or...bus To... IX. Hier.

IV.

...q. 2. Qui ...tiones.

f Qui oblationes defunctorum fidelium detinent, & ecclesiis tradere demorantur, ut infideles sunt ab ecclesia abjiciendi: quia usque ad exinanitionem fidei pervenire certum est hanc divinæ pietatis exacerbationem: qua & fideles de corpore recedentes votorum suorum

D

A plenitudine, & pauperes collatu alimoniæ & necessaria sustentatione fraudantur. Hi enim tales, quasi egentium necatores, nec credentes judicium Dei habendi sunt. Unde (e) & [3] quidam patrum hoc scriptis suis inseruit congruente sententia, qua ait: *Amico quippiam rapere, furtum est: ecclesiam fraudare, sacrilegium.*

Hier. epist. 2. ad Nepotianum.

V.

Si quis episcopi sui sententiæ non acquiescit, recurrat ad synodum.

VI.

(f) Ex epistola S. Clementis utilia
B quæque præsenti tempore ecclesiis necessaria, sunt honorifice proferenda, & cum reverentia ab omnibus fidelibus, ac præcipue clericis, percipienda. Ex quibus (g) quod specialiter placuit, propter venerandam antiquitatem statutis præsentibus roboramus, quod suprascriptus beatus martyr de beatissimi apostoli Petri institutione commemorat, dicens: *Quædam autem etiam ex vobismetipsis intelligere debetis, si quæ sint, quæ ipse propter insidias hominum malorum non potest evidentius & (h) manifestius proloqui. Verbi gratia: si inimicus est alicui pro actibus suis, vos nolite expectare ut ipse vobis dicat. Cum illo nolite amici esse: sed prudenter observare debetis, & voluntati ejus, videlicet qui ecclesiæ curam gerit, absque commonitione obsecundare, & averti ab eo, cui ipsum sentitis adversum: sed nec loqui his quibus ipse non loquitur, ut unusquisque qui in culpa est, dum cupit omnium vestrum sibi gratiam reparare, festinet citius reconciliari ei qui omnibus præest, ut per hoc redeat ad salutem, cum obedire cœperit monitis præsidentis*, &c. quæ in consequentibus denotant amicos eorum qui veritatis inimici sunt. (i) Sciat itaque deinceps clerus ad reatum, sed & populus fidelium ad culpam sibi ascribendum, si quis hoc in vitio malorum confortator, & disciplinæ subversor agnoscatur.

S. Clemens epist. 1.

Vide Tomi I pag. 97. D.

Ivo part. 14. cap. 22. Dist. 93. Si inimicus.

C

Abest omnino hic Canon sextus a ms. Paris. At in Pithœano sic legitur: Ex epistola S. Clementis: Utile satis & Ecclesiis necessarium, & cum reverentia a fidelibus proferendum, maximeque a clericis recipiendum, quod ait suprascriptus martyr, velut ex beatissimi Petri Apostoli institutione dicens: *Quædam autem ex vobismetipsis intelligere debetis, si qua sunt quæ episcopus vester propter insidias malorum hominum non potest, &c.*

Ex Hard. tom 2. col. 1789.

(a) codex Lucensis inserit *post*. (b) *intra*.
(c) *denuntiationibus denotatione depravati*.
(d) *ab his quæ*. (e) *quisquam*.
(f) deest Ex. (g) *quidquid*. (h) *magnificentius*.
(i) *scitote*.

VII.

Placuit prætereà accuſandi licentiam etiam in noſtri ordinis, ſi qua exiſtit, levitate comprimere. Ut (*k*) ſe epiſcopus, ſi quem judicat abſtinendum, & pro humiliatione & correctione fratris aſſurgit, exorari a ceteris acquieſcat, fratri, de quo agitur, correptione & comminatione adhibita. Sin autem de crimine aliquem putet eſſe damnandum, accuſatoris vice diſcutiendum ſciat. Fas eſt enim, ut quæ uni probantur, probentur omnibus.

VIII.

Quod ſi ſe tantum epiſcopus alieni ſceleris conſcium novit, quamdiu (*l*) probare non poteſt nihil proferat; ſed cum ipſo ad compunctionem ejus ſecretis correptionibus elaboret. Qui ſi correptus pertinacior fuerit, & ſe communioni publicæ ingeſſerit; etiamſi epiſcopus in redarguendo illo, quem reum judicat, probationibus deficiat, indemnatus licet, ab his qui nihil ſciunt ſecedere ad tempus pro perſona majoris (*m*) auctoritatis jubeatur, illo quamdiu probari nihil poteſt, in communione omnium, præterquam ejus qui eum reum judicat, permanente.

IX.

Ivo part. 3. cap. 254.

De expoſitis, quia conclamata ab omnibus querela proceſſit, eos non miſericordiæ jam, ſed canibus exponi, quos colligere calumniarum metu, quamvis inflexa præceptis miſericordiæ mens humana detrectet; id ſervandum viſum eſt, ut ſecundum ſtatuta fideliſſimorum, piiſſimorum, auguſtiſſimorum principum, quiſquis expoſitum colligit, eccleſiam conteſtetur, conteſtationem colligat: nihilominus de altario dominico die miniſter annuntiet, ut ſciat eccleſia expoſitum eſſe collectum, ut infra dies decem ab expoſitionis die expoſitum recipiat, ſi quis ſe comprobaverit agnoviſſe; collectori pro ipſorum decem dierum miſericordia, prout maluerit, aut ad præſens ab homine, aut in perpetuum cum Deo gratia perſolvenda.

X.

4 Sane ſi quis poſt hanc diligentiſſimam ſanctionem expoſitorum hoc ordine collectorum repetitor, vel calumniator exſtiterit, ut homicida (*n*) eccleſiaſtica diſtrictione feriatur.

NOTÆ JACOBI SIRMONDI S. J.

1 *Concilium Vaſenſe.*) Qui pro duobus conciliis Vaſenſibus tria fuiſſe contendunt, fruſtra ſe torquent, & nodum, quod ajunt, in ſcirpo quærunt. Duo quippe, nec plura, in omnibus antiquis exemplaribus leguntur, ſuis apte diſtincta canonibus: hoc primum ſub Leone papa, & alterum poſt annos fere 90. ſub Felice IV. Neque in his ulla, quod putant, eſt confuſio. Sed ut tertium his antiquius Vaſenſe concilium fingerent, impulit falſa opinio, qua ſibi concilium Arelatenſe II. in quo ſynodi Vaſenſis mentionem fieri videbant, multo ante hæc tempora celebratum perſuaſerant, cum ex Vaſenſis contra ſynodi mentione poſteriorem illa fuiſſe Arelatenſem conjici debuerit.

2 *Apud Auſpicium epiſcopum.*) Editiones vulgatæ, *apud Urbicum epiſcopum*. Sed Auſpicium habent omnes manuſcripti, eum videlicet qui proxime concilio Regenſi & Arauſicano cum ceteris ſubſcripſit: ex hoc vero loco Vaſionenſem epiſcopum fuiſſe intelligimus. Quamquam autem ſubſcriptiones hic nullæ ſunt, quæ aliorum epiſcoporum nomina indicent, ſunt tamen qui epiſcopos ad hanc ſynodum conveniſſe tradant numero xv. alii duodeviginti.

3 *Quidam patrum.*) S. Hieronymus in epiſtola 2. ad Nepotianum. Jugulat ergo hic locus errorem illorum qui concilium Vaſenſe, in quo editus eſt hic canon, & Arelatenſe II. a quo laudatur, ad Julii papæ tempora referri poſſe augurati ſunt.

4 *Sane ſi quis.*) Rectius, opinor, codex Lugdunenſis, item & Foſſatenſis, novum hic canonem non ſtatuunt, ſed hoc membrum cum ſuperiore velut ejus partem conjungunt.

EJUSDEM JACOBI SIRMONDI SOC. JESU. NOTÆ POSTUMÆ,

nunc primum editæ.

Ex Lab. Append. Tom. 3.

QUi pro duobus conciliis Vaſenſibus tria fuiſſe contendunt, fruſtra ſe torquent, & nodum, quod ajunt, in ſcirpo quærunt. Duo quippe in omnibus antiquis exemplaribus leguntur, ſuis apte diſtincta canonibus, hoc primum ſub Leone Papa, & alterum poſt annos fere xc. ſub Felice IV. Neque in his ulla, quod putant, eſt confuſio. Sed ut tertium his antiquius Vaſenſe concilium fingerent, impulit falſa opinio, qua ſibi concilium Arelatenſe II. in quo ſynodi Vaſenſis mentionem fieri videbant, multo ante hæc tempora celebratum perſuaſerant: cum ex Vaſenſis contra ſynodi mentione, atque in Arauſicanis canonibus, qui in eo inſerti ſunt, poſterius his fuiſſe Arelatenſe colligi debuerit. Fucum etiam fecit chronici Adoniani locus, qui antiquiorem quandam ſub Nectario epiſcopo ſynodum Vaſenſem expromere videtur. Sed quam fidem in epiſcoporum Viennenſium rebus mereatur chronicum illud, jam animadverſum eſt in concilio I. Arelatenſi. Nunc autem, ut aliam olim ſynodum Vaſenſem fuiſſe concedamus, ad illam certe non pertinent conciliorum Vaſenſium canones quos habemus. Quare diſtrahi non debent.

Vaſenſe.) Uſus obtinuit, ut Vaſenſe concilium dicatur, quod, ſi originem ſpectes, Vaſionenſe potius aut Vaſienſe dici debuit. Nam civitas ipſa Vaſio Vocontiorum, & cives in antiqua inſcriptione Vaſienſes Vocontii nuncupantur.

Epiſcopos de Gallic.) Peregrinum epiſcopum ſine commendatitiis ſive formatis ſuſcipi vetat canon apoſtolorum XXXIV. atque his oblatis, diſcuti ἀνακρίνεσθαι eos jubet, priuſquam ſuſcipiantur. Cui conſentit & canon LVIII. ſynodi Eliberitanæ. *De iis qui communicatorias literas portant, ut de fide interrogentur.* Hic vero canon Gallicanos epiſcopos, velut notos, intra Gallias diſcuti non debere ſtatuit, nec formatas, ut opinor, accipere. Quod apud alias quoque gentes obſervatum hinc apparet, quod epiſcopis formatas tum ſolum imperant, cum ad comitatum, vel ad exteras gentes profecturi ſunt: ut in Oriente, concilii Antiocheni canone XI. epiſcopus ad imperatorem pergens, epiſcoporum provinciæ, ac præcipue metropolitani, literas accipere jubetur; & in Africa, concilii III. Carthaginienſis canone XXVIII. *Placuit ut epiſcopi trans mare non proficiſcantur, niſi conſulto primæ ſedis epiſcopo, ſive cujuſque provinciæ primate, ut ab eo præcipue poſſint ſumere formatam vel commendationem.* Sic igitur Can. I.

(*k*) *ſi*. (*l*) deeſt *probare non*. (*m*) *auctoritate*.
(*n*) deeſt *eccleſiaſtica diſtrictione*.

tur in Galliis episcopi cum per Gallicanas tantum provincias peregrinabantur, formatis non egebant: extra Gallias profecturi, ab Arelatensi episcopo sumebant, ut alibi dictum est.

Can. II. *Pro his qui pœnitentia acc.*) Pro iis qui in pœnitentiæ decursu ante reconciliationem subita morte abripiuntur, oblationes recipi, & sepulturam illis ac deinceps memoriam concedi oportere statuit. Quod disertis quoque verbis sancitum est canone LXXIX. concilii IV. Carthaginiensis: *Pœnitentes*, inquit, *qui attente leges pœnitentiæ exequuntur, si casu in itinere vel in mari mortui fuerint, ubi eis subveniri non possit, memoria eorum & orationibus & oblationibus commendetur.* Toletani etiam concilii XI. Patres canone XII. etsi diversas de hoc capite sententias fuisse significant, in humaniorem tamen conspirant, *ut & memoria talium in ecclesiis commendetur, & oblatio pro eorum dedicata spiritibus accipiatur.*

Can. III. *Per singula territoria.*) Presbyteri ecclesiarum chrisma quotannis sub paschæ tempus a proprio episcopo petant per diaconum vel subdiaconum. Ut diaconi vel subdiaconi destinentur, probat etiam concilium Toletanum I. can. XX. & Bracarense II. can. II. Synodus nostra etsi permittit, ut occupatis ministris, id est diaconis, destinare liceat subdiaconos: præstare tamen ait, ut chrisma presbyter ipse suscipiat, aut certe diaconus, *qui sacrario præest*. Quæ itidem est sententia concilii IV. Carthaginiensis can. XXXVI. *Presbyteri*, inquit, *qui per diœceses ecclesias regunt, non a quibuslibet episcopis, sed a suis, nec per juniorem clericum, sed aut per seipsos, aut per illum qui sacrarium tenet, ante paschæ solemnitatem chrisma petant.* Montanus episcopus Palentinus ad clericos ecclesiæ suæ: *An forsitan sanctorum patrum regulas & constitutiones synodices ignoratis, quibus præcipiuntur parochenses presbyteri, ut non per viliores personas, sed aut per semetipsos, aut per rectores sacrariorum, annuis vicibus chrisma a præsidente sibi episcopo petant?*

Can. IV. *Qui oblationes defunctorum.*) Excommunicandi sunt, qui retinent oblationes defunctorum. Concilium Arelatense II. canone XLVII. editionis nostræ: *Secundum constitutionem synodi Vasensis, qui oblationem fidelium suppresserit aut negaverit, ab ecclesia cui fraudem fecerit excludatur.* Ad hunc etiam locum, tacito nomine, attendit canon IV. synodi Agathensis, & de reorum pœna consentit, ut *ab ecclesiis excludantur*. Synodus III. Aurelianensis canon. XXII. ut *a communione ecclesiastica suspendantur*. Synodus V. can. XVI. ut *communione priventur*. Synodus I. Matisconensis, canone IV. ut *ab ecclesiæ liminibus arceantur*.

Unde & quidam patrum.) S. Hieronymus epistola II. ad Nepotianum sub finem. Jugulat ergo hic locus errorem illorum, qui concilium Vasense, in quo editus est hic canon, & Arelatense II. a quo laudatur, ad Julii papæ tempora referri posse augurati sunt. Qui enim tum potuit Hieronymus citari, qui scholas vix attigerat? aut quis non intelligat, concilium Vasense, a quo Hieronymus patris titulo decoratur, & Arelatense quod Vasensis utitur testimonio, post Hieronymi ætatem collocari necessario debere?

Can. V. *Si quis episcopi sui.*) Episcoporum erat, clericos judicare ac distringere: clericis licebat, si episcoporum sententiæ non acquiescerent, ad synodum provinciæ recurrere. De clericis enim hic sermo est. Concilium Carthaginiense IV. can. LXVI. *Clericus, qui episcopi circa se districtionem injustam putat, recurrat ad synodum.* Concilium item Aurelianense III. can. XX. *Si quis clericorum, circa se aut districtionem aut tractationem episcopi sui putat injustam, juxta antiquas constitutiones recurrat ad synodum.*

Can. VI. *Ex Epistola S. Clementis.*) Quæ subjiciuntur ex epistola S. Clementis ad Jacobum fratrem Domini, verba sunt B. Petri, quem loquentem inducit: eoque a synodo referuntur, ut ejus admonitu studeant omnes cum episcopo suo ita conspirare, ut quos ille communione & caritate sua conjunctos habet, hos & ipsi ament, & cum his consocientur: quos ille contra rejecerit, hos pariter aversentur.

Can. VII. *Placuit præterea.*) Episcopus ea moderatione in accusationibus uti debet, ut si quem ob leviores culpas abstinendum a communione vel officio judicat, flecti se sinat, si ceteri pro eo intercedant: si de crimine damnandum putat, meminerit, sibi accusatoris partes in synodo esse sustinendas, ut crimen quod ipsi probatum est, omnibus probetur.

Can. VIII. *Quod si tantum episcopus.*) Si cujus crimen solus episcopus novit, & ille pertinacior communioni se publicæ ingesserit, indemnatum licet, ab iis qui nihil sciunt, secedere jubeat episcopus: ne illius scilicet communionem ferre cogatur, cujus perspectum crimen habet, illo interim in aliorum omnium communione, quamdiu probari nihil potest, permanente.

Can. IX. *De expositis.*) Expositi liberi aut servi, quos pa-

A rentes vel domini scientes propria voluntate domo recens natos abjecerant, collectorum fiebant, si qui eos collegissent, & suis alimentis educassent: nec repeti poterant, Constantini l. I. cod. Theod. *De expositis.* Sed quia repeti nihilominus non sine collectorum injuria solebant, adjecit lege sua Honorius, ne repetendi jus esset, si modo apud ecclesiam contestatus esset qui collegerat. Verum ne hoc quidem satis fuit ad compescendam repetitorum importunitatem, quæ tanta erat, ut plerique calumniatorum metu expositos colligere detrectarent. Quare synodus, ut prospiciat in posterum, ad legem Honorianam hoc rursus addit, ut in ecclesia die Dominico denuncietur, & omnibus patefiat facta collectio, tum ut nisi intra decem dies ab expositionis die repetitus & agnitus fuerit expositus, qui eum postea repetierit, ecclesiasticis legibus, velut homicida, plectatur. Honorianæ porro legis, quam designat, caput est ejusmodi codice eod. l. II.

Impp. Honorius & Theodosius Augg. Militio PF. P.

Nullum dominis vel patronis repetendi aditum relinquimus, si expositos quodammodo ad mortem voluntas misericordiæ amica collegerit. Nec enim dicere suum poterit, quem pereuntem contempsit, si modo testes episcopalis subscriptio fuerit subsecuta, de qua nulla penitus ad securitatem possit esse cunctatio. Datum XIV. Kalendas Apriles Ravennæ, Honorio IX. & Theodosio V. Augustis Coss.

Sane si quis.) Rectius, opinor, codex Lugdunensis, item & Fossatensis, novum hic canonem non statuit, sed hoc membrum cum superiore velut ejus partem conjungit. Can. X.

NOTÆ SEVERINI BINII.

a *Concilium.*) Sicut acta & decreta hujus concilii propter miram canonum confusionem incerta sunt, ita quam ob causam celebratum sit certo affirmari nequit. Si communem sententiam sectantes decem capitula, hactenus edita sub nomine Vasensis illius quod tempore Leonis celebratum est, eidem adscribamus, quid in hoc concilio actum sit, ex titulis eorumdem capitulorum cognosci potest. Et quamquam manifestum sit ex iis quæ supra dixi in notis concilii Vasensis I. sub Julio capitulum quartum non in hoc, sed potius illo priore constitutum esse, ad evitandam tamen majorem lectoris confusionem, omnia capitula hactenus sub nomine hujus Vasensis edita, huic loco relinquere volui. Qua de causa celebratum sit, incertum est. Canones Vasenses confusi.

b *Vasense.*) Sic dictum a Vasione, quæ est civitas in Gallia Narbonensi. Unde rectissime & convenientissime alio nomine Vasionense concilium appellatur. Quod supra in notis Vasensis primi dictum est, hanc synodum rectius Vasatensem nominari, perspectis iis quæ Baronius in appendice tomi decimi correxit & emendavit circa annum domini 442. erroneum & emandandum esse cognovi. Vasates enim sunt populi prope Burdigalam; ut ex allegata ibidem auctoritate Sidonii constat. Episcopi autem qui huic synodo interfuerunt, Arelatensis provinciæ fuisse certum est. Unde procul abhorret, ut ipsi Vasatis convenisse dicantur. Vasense unde sic dictum. Superius dicta corriguntur.

c *Secundum.*) Quod ut verum esse cognoscas, vide quæ notavi supra in concilio Vasensi sub Julio, verbo *concilium*. Quotum Vasense.

d *Constitutiones sanctæ.*) Præter ea quæ hic de nota consulari afferuntur, nihil est quod ad synodum Vasensem secundam pertinere certo constet.

e *Leonis papæ I. tertio.*) Anno pontificatus illius tertio, qui est Christi nati quadringentesimus quadragesimus secundus, Theodosii trigesimusquintus & Valentiniani decimusoctavus. Nam principio actorum hanc synodum celebratam fuisse scribitur sub Dioscori consulatu, qui cum prædictis Christi, pontificum & imperatorum chronologiis coincidit, ut ex emendatioribus fastis constat. Tempus habiti concilii Vasensis.

f *Qui oblationes defunctorum.*) Vide quæ diximus supra in notis concilii Vasensis primi sub Julio.

NOTÆ GABR. ALBASPINEI EP. AUR. AD CANON. II. CONCILII VASENSIS I.

De iis in hoc canone mentio fit, qui cum pœnitentiam agerent, ante vitam desererent, quam eam perfecissent, quique ante peccatorum relaxationem, aut condonationem, accedente mortis necessitate intercepti, e vita demigrarent, pro quorum salute dubitaret ecclesia, admitterentur ne oblationes parentum, precesque eorum causa funderentur: non quod sempiterno quidem eos exitio addictos existimarent; sed quod eorum oblationes admittere, eosdemque nominatim

tim publicis deprecationibus ecclesiæ appellare, aliud nihil esset, quam ad communionem fidelium mortuum adsciscere. Ideoque id non facile concedebatur, ne a vetere ecclesiæ disciplina descisceretur, quæ hoc cavebat, prospiciebatque, ne communione aut societate eorum quis familiarius uteretur, quos non omni fæce & colluvione vitiorum perpurgatos esse constaret: idem Arelatensi concilio canone 12. & 14. responso Timothei.

Pœnitentia accepta, quam non absolverant, cujus neque communionem, neque absolutionem acceperant.

Bono vitæ cursu, si pœnitentiam probe peragerent, alioquin non fuissent in bono vitæ cursu, si eam neglexissent.

Sine communione, sine absolutione.

Oblationem, quam eorum parentes & agnati offerrent,

Fideli affectu, ardore quodam pœnitentiæ, æquo, patienti & forti animo, omnes ejus acerbitates perferendo.

Diutius reos statuunt, dum longiorem volunt protrahere pœnitentiam, qua posita acceptaque reos se esse coarguebant, sed necdum absolutos.

Dum purgatiores, dum dant operam, ut crebra impositione manuum expientur, orationibusque tertii gradus pœnitentium: quæ proprie purgabant, & ut ita loquar, pœnitentes exorcismis non secus ac energumenos divexabant & emundabant.

Nec absolutissimam reconciliationem, duplicem fuisse reconciliationem convincit, minimam & maximam. Id enim eo spectat, ut asserere videatur, si præsens adfuisset episcopus morienti, non potuisse denegari altario & mysteriis reconciliationem: ac forte potuisset fieri, ut cum illum nactus esset, vere & ex animo pœnitentem, illi non absolutionem noxarum modo & simplicem reconciliationem cum grege fidelium; verum etiam altario & mysteriis impertiisset: multo magis ejus oblationes suscipiendæ fuissent, provocationesque pronunciandæ; atque hic est horum verborum sensus.

Sacerdos, hoc est episcopus, ita omnino reddendum & explicandum, quod solus esset episcopus, qui qua auctoritate & potestate est, pœnitentibus eucharistiam præbere posset morientibus. Cum igitur de *absolutissima reconciliatione* loquatur, quæ verba non nisi eucharistiæ perceptionem sonant, loquitur de eo, qui ejus omnino dandæ potestatem haberet, non de simplici sacerdote.

AD CANON. VIII. EJUSDEM CONCILII.

Major in Gallia episcopis reverentia, quam in Africa; nam hic secedere, in Africa remanere jubetur: canon. 5. concil. 7. Carthag. Quid autem sit, & quomodo intelligendum, quod eodem tempore secedit, & in communione permanet: a sacris & eucharistia aliquo tempore removebatur, & episcopi conspectum vitabat; hoc est secedere, ceteris tamen fidelibus præterquam episcopo communicabat, & Christiana communione & societate fruebatur: quomodo autem aliquis societatis & pacis Christianæ particeps esse posset, qui tamen cum aliquo fidelium non communicaret, alias dicendi locus. Ceterum non mirum si hujusce canonis titulus cum sensu non congruat, nam plerique omnes ab aliis quam ab auctoribus & patribus conciliorum inscripti sunt.

a CONCILIUM [1] ROMANUM I.

IN CAUSA MANICHÆORUM.

Causa & tempus concilii.

a *Concilium.*) Postquam S. Leo Manichæos Romæ occulte latitantes comperisset, iisque publicam quamdam notam infamiæ, qua a catholicis discernerentur, inussisset, tandem (ut constat ex ejus epist. 2. hoc anno, mense Januario ad episcopos Italiæ scripta) anno pontificatus sui quinto, qui est Christi 444. & Theodosii imperatoris 37. adversus eosdem

Qui qualesve interfuerint.

Romæ concilium indixit. Cui, ut Manichæorum scelera notiora redderentur, non tantum episcopos & presbyteros, sed & senatores complures, illustresque viros, imo & plebis partem præsentem esse voluit. Quid in hoc concilio actum fuerit, S. Leo serm. 5. de jejunio

Acta concilii.

decimi mensis describit his verbis: *Residentibus itaque mecum episcopis ac presbyteris, ac in eumdem consessum Christianis viris ac nobilibus congregatis, electos & electas eorum jussimus præsentari. Qui cum de perversitate dogmatis sui, & de festivitatum suarum consuetudine multa reserarent, illud quoque scelus, quod eloqui verecundum est, prodiderunt. Quod tanta diligentia investigatum est, ut nihil minus credulis, nihil obtrectatoribus maneret ambiguum. Aderant enim omnes personæ, per quas nefandum facinus fuerat perpetratum: puella scilicet, ut multum decennis, & duæ mulieres, quæ ipsam nutrierant, & huic sceleri præpararant. Præsto erat etiam adolescentulus vitiator puellæ, & episcopus ipsorum detestandi criminis ordinator. Omnium par fuit horum & una confessio, & patefactum est execratum, quod aures nostræ vix ferre potuerunt. De quo ne apertius loquentes castos offendamus auditus, gestorum documenta sufficiant, quibus plenissime docetur, nullam in hac secta pudicitiam, nullam honestatem, nullam penitus reperiri castitatem; in qua lex est mendacium, diabolus religio, sacrificium turpitudo. Hos ideo homines, dilectissimi, per omnia execrabiles atque pestiferos, quos aliarum regionum perturbatio nobis intulit crebriores, ab amicitia vestra penitus abdicate, vosque præcipue mulieres a talium notitia & colloquiis abstinete; ne dum fabulosis narrationibus incautus delectatur auditus, in diaboli laqueos incidatis.*

Eadem prolixius commemorantur in epistola secunda Leonis, quam instar aliarum ad alios scriptarum dederat ad episcopos Italiæ, ut de rebus in hac synodo Romæ adversus Manichæos gestis, certiores fierent, omnesque pestilentissimam luem præcognitam, præcavere & longius propulsare discerent. Hæc ex Leonis sermonibus & epistolis Baron. anno 444. num. 1. 2. & seqq.

CON-

1 Sanctus Leo epist. xv. ad Turibium, conventum hunc & *judicium*, & *consessum*; Valentinianus Aug. in Novella adversus Manichæos anno 445. emissa *consessum* vocat, cum Baronio vero Editores Conciliorum dicunt Concilium. Sed neque S. Prosper in Chronico, ubi de ea re agit sub anni 443. Coss. quique forte Conventui interesset, Concilium commemorat, neque illud opus erat; cum non ageretur de fide asserenda, sed de pœna juxta Canonem Ecclesiæ sancienda. *Pagius ad ann. Chr.* 444. *n.* 2.

[margin, cut off at the page edge:] Vesontio- … quidam … proba- … nuncu- … : vide … notas Sir- … di, tum … ntionem … is Jacobi … etii.

CONCILIUM * INCERTI LOCI,

[1] In quo Chelidonius Episcopus Vesontionensis, tamquam viduæ maritus, & qui capitalibus aliquando judiciis præfuisset, episcopatu dejectus est.

Huic concilio præfuit Hilarius Arelatensis: interfuisse autem cum aliis & Germanum episcopum Antisiodorensem, innuit Honoratus Massiliensis, seu quis alius vitæ Hilarii ejusdem est auctor. Ceterum Chelidonius in hac synodo damnatus Romam ad Leonem papam contendit, nec multo post secutus est Hilarius: sed suggestione Leoni oblata, moræ impatiens exitum judicii non expectavit. Ex quo nata est illa Leonis in Hilarium indignatio, quam ejus ad episcopos provinciæ Viennensis epistola declarat. Chelidonium porro absolvit Leo, non quod justam exauctorationis causam non duceret illam quæ obtendebatur, sed quod falso ei objecta, nec satis probata videretur. Auctor vitæ Hilarii, quamquam synodi judicium sic exponit, quasi legitimæ testium probationi nihil defuisset; Hilario tamen fraudi fuisse non dissimulat, quod conscientia fretus nimia erga Leonem libertate usus esset. Scribit ergo in hunc modum: In excursibus autem quis ut dignum est explicabit, quantum ejus præsentia profectum contulerit civitatibus Gallicanis, sanctum Germanum sæpius expetendo, cum quo sacerdotum ministrorumque vitam, nec non profectus excessusque tractabat? Ubi ejus adventus innotuit, flammata ad utrumque nobilium & mediocrium studia convolarunt, adstruentes Chelidonium internuptam suo adhibuisse consortio, quod apostolicæ sedis auctoritas, & canonum prohibent statuta: simul ingerentes, sæculi administratione perfunctum capitali aliquos condemnasse sententia. Tantæ rei novitate permoti testes imperant præparari. Conveniunt ex aliis locis probatissimi sacerdotes: res omni ratione prudentiaque discutitur, accusatio testimoniis confirmatur. Adhibetur vera simplexque definitio, ut quem scripturarum regulæ removebant, voluntate propria se removere deberet. Ille urbem credidit expetendam, ibique se injusto rigore adstruit condemnatum. Quod ubi comperit vir beatus, pedibus iter aggrediens, Romam sine equo, sine sagmario festinus intravit. Apostolorum, martyrumque occursu peracto, beato Leoni papæ illico se præsentat, cum reverentia impendens obsequium, & cum humilitate deposcens, ut ecclesiarum statum more solito ordinaret: adstruens aliquos apud Gallias publicam merito excepisse sententiam, & in urbe sacris altaribus interesse. Rogat atque constringit, ut si suggestionem suam libenter excepit, secreto jubeat emendari; se ad officia non ad causam venisse; protestandi ordine, non accusandi, quæ sunt acta suggerere: porro autem si aliud velit, non futurum esse molestum. Et quia tantorum virorum, præsertim jam ad supernam gratiam vocatorum, nec in narratione audeo judicia ventilare, hoc breviter tetigisse sufficiat, quod solus tantos sustinuit, quod nequaquam minantes expavit, quod inquirentes edo- A cuit, quod altercantes vicit, quod potentibus non cessit, quod in discrimine vitæ positus communioni ejus, quem cum tantis viris damnaverat, conjungi nullatenus acquievit. In civitatis recessu totum se ad placandum animum sancti Leonis inclinata humilitate convertit, misso primitus S. Ravennio, tunc presbytero, postmodum proprio successore: deinde sancto Nectario, sanctoque Constantio præcipuis sacerdotibus. Et quia quantum in hac causa dictaverit, huic operi nulla possum ratione connectere, Auxiliaris tunc præfecti quæ fuerit sententia credidi inserendum, cujus hæc verba sunt.

Sanctos Nectarium & Constantium sacerdotes ex beatitudinis tuæ parte venientes digna admiratione suscepi. Cum his sæpius sum lo- B cutus de virtute animi atque constantia, contemptuque rerum humanarum, quo inter fragilitates nostras semper beatus es. Nam quid potest in hac corporea vita esse jucundum, quæ cum sit misera, tamen non potest esse perpetua? Locutus sum etiam cum sancto papa Leone. Hoc loco, credo, aliquantum animo perhorrescis. Sed cum propositi tui tenax sis, & semper æqualis, nulloque commotionis felle rapiaris, sicut nullis extolleris illecebris gaudiorum, ego nec minimum quidem factum beatitudinis tuæ arrogantiæ memini contagione fuscari. Sed impatienter ferunt homines, si sic loquamur, quomodo nobis conscii sumus. Aures præterea Romanorum quadam teneritudine plus trahuntur: in quam si se sanctitas tua subinde demittat, plurimum C nihil perditurus acquiris. Da mihi hoc, & exiguas nubes parvæ mutationis serenitate compesce.

NOTA JACOBI SIRMONDI S. J.

1 *In quo Chelidonius episcopus.*) Vesontionis episcopum fuisse docet in codice Jurensis monasterii vetus auctor vitæ sancti Romani abbatis, quem ab Hilario Arelatensi presbyterum per id tempus factum narrat haud procul ab urbe Vesontionensi: unde & concilium hoc nonnulli Vesontione habitum tradunt.

Damnatus in hac synodo Chelidonius Romam, ut est in vita sancti Hilarii, ad Leonem papam se contulit, eodemque mox Hilarius aspera hieme profectus est, ut de Chelidonii causa responderet. Post hujus ab urbe discessum missa est in Galliam sequens epistola Leonis ad episcopos provinciæ Viennensis, & cum epistola, Valentiniani novella ad Aetium. Quam cum Junio mense datam liqueat anno CCCCXLV. reliquum est, ut Chelidonii damnatio in præcedentem annum conjicienda sit.

OBSERVATIO PHILIPPI LABBE, S. J.

Mirum vero est omissa fuisse in Regia collectione, quæ Sirmondus idem addendis in primo tomo conciliorum Galliæ inseruerat: In vetere scheda sequens epistola Leonis, * non ad Viennensis tantum provinciæ, sed etiam ad Maximæ Sequanorum episcopos missa inscribitur hoc modo: *Dilectissimis universis episcopis per provincias Maximam Sequanorum & Viennensium constitutis Leo.* Quæ res & probabilem de loco synodi conD jecturam facit, & Chelidonium Vesontionis, quæ Maximæ Sequanorum est metropolis, episcopum fuisse confirmat.

[margin:] * ea est ordine 89.

CON-

☞ CONCILIUM CONSTANTINOPOLITANUM

Inter annum 440. & 444. celebratum.

Mansi Suppl. tom. I. p. 321.

Concilii hujus fit mentio in litteris S. Cyrilli ad Domnum Antiochenum episcopum in causa Athanasii Pertæ episcopi, quem clerici sui multis plane criminibus reum oneraverant. Hæc igitur S. Cyrillus: *Tanta passum se dicit reverendissimus episcopus Athanasius, ut etiam congregata in regia civitate Synodus lacrymas daret*. Ab ea synodo, cui Proclus præsidebat, B impetratas credo litteras synodicas, quas sibi a Proclo datas una cum literis S. Cyrilli eadem occasione scriptis Athanasius proferebat. Ex his colligas concilium istud habitum fuisse ante obitum S. Cyrilli, qui cum anno 444. componitur, ex post assumptionem Domni, ad quem S. Cyrilli, & Procli literæ diriguntur, quæ sane assumptio anno 440. assignatur. ☞

[a] CONCILIUM ROMANUM II.

SUB LEONE I.

In causa Hilarii Arelatensis episcopi anno domini 445. celebratum.

Cur Hilarius apud sedem apostolicam denuntiatus fuerit.

a *Concilium Romanum.*) Cum Hilarius Arelatensis episcopus, Patrocli aliorumque antecessorum suorum vestigiis insistens, contra Taurinensis concilii definitionem, Bonifacii & Cœlestini pontificum constitutionem, in Viennensi & Narbonensi provincia, episcopos deponere, aliosque in locum adhuc viventium substituere præsumpsisset; apud sedem apostolicam jure meritoque hanc ob rem denuntiatus, ad sui defensionem sponte se Romam contulit. Hac synodo Romæ anno domini 445. celebrata convictus, nulla licentia expectata, nullaque abeundi licentia impetrata, Arelaten rediit. Quæ post abitum illius in concilio acta fuerint, sanctus Leo in epistola 89. (*hic X.*) ad Viennenses scripta prolixe recenset. Sententiam in eum pronuntiatam, Leonis pontificis rogatu, Valentinianus imperator dato rescripto ad Aetium magistrum militiæ in Gallia executus fuit. Extat rescriptum Valentiniani inter novellas Theodosii cod. Theod. tit. 24. de episcopis ordinandis: quod inter cetera præclara de auctoritate Romani pontificis hæc habet: *Et erat* C *ipsa quidem sententia* (Romani pontificis) *per Gallias etiam sine imperiali sanctione valitura. Quid etiam tanti pontificis auctoritate in ecclesias non liceret? sed nostram quoque præceptionem hæc ratio provocavit, ne ulterius vel Hilario, quem adhuc episcopum nuncupari sola mansueti præsulis permittit humanitas, nec cuiquam alteri ecclesiasticis rebus arma miscere, aut præceptis Romani pontificis liceat obviare: ausibus enim talibus fides & reverentia nostri violatur imperii*. Et paullo post: *Hac perenni sanctione decernimus, ne quid tam episcopis Gallicanis, quam aliarum provinciarum contra veterem consuetudinem liceat sine viri venerabilis papæ urbis æternæ auctoritate tentare. Sed illis omnibusque pro lege sit, quidquid* D *sanxit vel sanxerit apostolicæ sedis auctoritas*, &c. Integrum edictum recenset Baronius anno 445. num. 9. & 10. *

Hilarius in synodo convictus Arelaten. redit.

Apostolic... dis aucto... quæ & qu...

* Vide pag. 1243. Tomi V.

☞ AD IDEM ROMANUM CONCILIUM ADDITIO.

Ex Supplem. Mansi tom. I. pag. 322.

Concilii hujus canones nulli apud Labbeum extant, sed omissorum locum tenet epistola S. Leonis LXXXIX. in qua plura continentur ad providendum ecclesiasticæ per Galliam disciplinæ ab ejus concilii Patribus sancita. Mihi unicum hujus canonem exsculpere obvenit ex epistola S. Leonis ad metropolitanos Achajæ, quæ occurrit inter epistolas summorum pontificum in concilio Romano III. sub Bonifacio II. recitatas. Ibi enim hæc legas: *Nos vestra noverit dilectio definisse, ut quisquis superbo animo cum nulla corporis, vel causæ fuerit necessitate detentus, fraternum sæpius voluerit vitare conventum, se sciat esse judicandum*. Data est epistola die VIII. id. Januarias Aetio III. & Symmacho, idest anno 446. quare canon iste ad concilium præcedentis anni referri merito potest, cum præsertim in eo concilio de conciliis indicendis quædam constituta sint, ut ex epistola 89. S. Leonis §. VI. discimus. ☞

CON-

CONCILIUM ANTIOCHENUM

In causa Athanasii Parrhensis.

Ex P. Pagi ad an. Ch. 445. num. 29.

ANno 445. celebratum Concilium Antiochenum in causa Athanasii Parrhensis Episcopi furti accusati, quod integrum recitatur in Act. XIV. Concilii Calchedonensis. Athanasius enim loquens de Domno Patriarcha Antiocheno ait: *cum cognovisset mortem beati Cyrilli, resilivit, & ad judicium evocavit*. Quare cum Cyrillus anno 445. ad Deum migrarit, eo, vel sequenti anno ea synodus habita. Athanasius Parrhæ Antiochiæ vicinæ, duabus tantum mansionibus ab ea dissitæ, Episcopus erat in Euphratesia provincia; eumque ecclesiæ suæ clerici apud Domnum Patriarcham Antiochenum accusarunt de argentearum columnarum furto, & de quibusdam aliis criminibus. Domnus causam delegavit Panolbio Hierapolitano Episcopo, ejus Metropolitæ atque amico, qui Alexandro successerat. Panolbius ter Athanasium ad synodum vocavit, qui se nolle comparere professus tertio Episcopatum renunciavit, Panolbiumque rogavit, ut alium pro se ordinaret. Sed cum hic statim alium non ordinasset, Athanasius propria auctoritate Episcopatum resumpsit. Ejus clerici apud Joannem Panolbii successorem intercessere, sicque eum, ut coram se compareret, vocavit. Sed Athanasius causam suam sacra Principis jussione aliis judicibus delegari supplicavit, ea ratione quod Joannes Metropolita ejus foret; cumque Cyrillus Constantinopoli esset, celebrata ibidem
B synodus a Proclo Regiæ civitatis episcopo, & Cyrilli ac Procli commendatione Athanasius obtinuit sacram ab Imperatore, qua Domno Antiochiæ Patriarchæ causa ejus commissa fuit, idque antequam Cyrillus vitam cum morte commutaret. Athanasius sacra divali & litteris Cyrilli ac Procli se restitutum existimabat, ideoque a Domno tantum petebat, ut eas executioni mandaret. Verum Domnus postulationem hanc merito rejecit, tandemque synodum Antiochenam, cui episcopi XXVIII. interfuere, coegit; ad quam ter vocatus Athanasius venire noluit, dicens eos sibi inimicos esse. Quare Domnus, & tota ejus synodus Joanni ejus Metropolitæ hujusque episcopis præcepere, *alium*
C *pro eo Parrhenorum sanctæ Dei ecclesiæ episcopum ordinare*. Ex hacne vero, an ex altera Antiochena synodo emiserit Domnus synodicam ad Theodosium Augustum contra Eutychetem, a Facundo lib. 8. cap. 5. allatam, videant eruditi.

CONCILIUM HIERAPOLITANUM

Habitum circa annum 445.

Ex nova Baluzii Collectione.

EX libello precum quem Sabinianus Episcopus Perrhensis obtulit synodo Calchedonensi in actione XIV. discimus Athanasium decessorem ejus fuisse depositum in Antiochensium splendidissima civitate a multis Deo amantissimis Episcopis; cujus synodi acta habentur in eadem actione. In fine vero ejusdem actionis gloriosissimi judices ajunt Sabinianum, post depositionem Athanasii, ordinatum esse a provinciali Concilio in Perrhenorum civitatis episcopatu, a Stephano nimirum Episcopo metropolitano Hierapolis cum provincialibus Episcopis, ut ipse Sabinianus scribit in libellis oblatis Marciano Imperatori & synodo Calchedonensi. Illum postea deposuit Dioscorus, & Athanasium
D reposuit; ut constat ex iisdem libellis.

FULGENTII FERRANDI

CARTHAGINIENSIS ECCLESIÆ DIACONI

BREVIATIO CANONUM.

Incipit Breviatio Canonum.

I.

Ut Neophyti non ordinentur. *Concilio Nicæno, titulo II. Concilio Sardicensi, tit. XIV. Concilio Laodicensi, tit. III.*

II.

Ut quicumque Laicus ad episcopatum eligitur, prius annum in ministerio ecclesiastico per omnes gradus transeat. *Concilio Sufetulensi.*

III.

Ut qui post Baptismum sæculari militiæ nomen dederit, ab ordinatione arceatur. *Concilio Zellensi.*

IV.

Ut episcopus a tribus ordinetur, consentientibus aliis per scripta, cum confirmatione Metropolitani, vel Primatis. *Concilio Nicæno, tit. IV. item tit. VI. Concilio Antiocheno, tit. XIX. Concilio Laodicensi, tit. XII. Concilio Carthaginensi sub Antistite Genethlio, tit. X. Concilio Universali Carthaginensi, tit. XLIX. Concilio Zellensi, ex Epistola Papæ Sirici.*

V.

Ut in ordinando episcopo alii quoque episcopi super tres addantur, si ab aliquo fuerit contradictum. *Concilio Carthaginensi, tit. L.*

VI.

Ut unus episcopus episcopum non ordinet: excepta Ecclesia Romana. *Concilio Zellensi, ex Epistola Papæ Sirici.*

VII.

Ut episcopus, qui suscepta manus impositione ministerium recusaverit, excommunicatus maneat, donec consentiat. *Concilio Antiocheno, tit. XVII.* Si autem volens a plebe non suscipitur, ad plenariam Synodum salvo suo honore sustinere debebit. *Concilio Antiocheno, tit. XVIII.*

VIII.

Ut episcopus, qui ordinatus non suscipitur, aliam Ecclesiam non occupet: sed in Ecclesia, ubi Presbyter fuerat, tamquam Presbyter sedeat. *Concilio Anquiritano, tit. XVIII.*

IX.

Ut episcopo ordinato statuta Conciliorum primitus inculcentur. *Concilio Carthaginensi, tit. X.*

X.

Ut episcopus ordinatus, ab ordinatore suo litteras subscriptas accipiat, ordinationis ejus diem simul & Consulem continentes. *Concilio Milevitano, tit. IV.*

XI.

Ut ad eligendum episcopum sufficiat matricis arbitrium. *Concilio Septimunicensi. Concilio Macrianensi.*

XII.

Ut episcopus in villa, vel vico non ordinetur. *Concilio Laodicensi, tit. IV.*

XIII.

Ut episcopus non ordinetur in Diœcesim, quæ episcopum nunquam habuit, nisi cum voluntate episcopi, ad quem ipsa Diœcesis pertinet: ex Concilio tamen plenario & Primatis auctoritate. *Concilio Carthaginensi, tit. LII. item LIV. Concilio Carthaginensi in Basilica, tit. V.*

XIV.

Ut episcopus, in Diœcesim ordinatus, ipsam solam teneat. *Concilio Carthaginensi, tit. LIV.*

XV.

Ut episcopi, & Presbyteri, & Diaconi non ordinentur, nisi omnes suos Christianos fecerint. *Concilio Carthaginensi, tit. III.*

XVI.

Ut episcopi, Presbyteri, & Diaconi ab uxoribus abstineant. *Concilio Carthaginensi, tit. I. Concilio Zellensi.*

XVII.

Ut nullus episcopus, dimissa matrice, in Diœcesi se constituat. *Concilio Carthaginensi, tit. VI.*

XVIII.

Ut episcopi, vel Clerici de civitate ad civitatem, non transeant, neque de provincia ad provinciam. *Concilio Nicæno, tit. XI. Concilio Sardicensi, tit. II. item III. Concilio Antiocheno, tit. III. item tit. XXI. Concilio Constantinopolitano, tit. II. item tit. III.*

XIX.

Ut episcopi in aliena civitate tres tantummodo faciant septimanas. *Concilio Sardicensi, tit. XV.*

XX.

Ut qui metu persecutionis in aliena civitate demorari voluerint, non prohibeantur. *Concilio Sardicensi, tit. XXII.*

XXI.

Ut nullus episcopus, etiamsi a plebe eligatur, vacantem Ecclesiam obtineat, nisi ex auctoritate plenarii Concilii. *Concilio Antiocheno, tit. XVI.*

XXII.

Ut nullus episcopus cathedram, cui datus fuerit inventor, plusquam annum teneat: sed ipse eis episcopum petat. *Concilio Carthaginensi, tit. IX.*

XXIII.

Ut interventores episcopi conveniant plebes, quæ episcopum non habent, ut episcopum accipiant. Quod si accipere neglexerint, remoto interventore, sic remaneant, quandiu sibi episcopum quærant. *Concilio Macrianensi.*

XXIV.

A

XXIV.

Ut nullus episcopus plebem alienam usurpet. *Concilio Carthaginensi sub Sancto Grato, tit. IX. Concilio Carthaginensi sub Antistite Genethlio, tit. IX. item Concilio Carthaginensi, tit. V.*

XXV.

Ut episcopus, qui sine episcoporum judicio plebem aliquam, quam ad suam cathedram existimat pertinere, tenuerit, causam amittat. *Concilio Carthaginensi, tit. XII.*

XXVI.

Ut in plebe aliena nullus sibi episcopus audeat vindicare. *Concilio Juncensi.*

XXVII.

Ut episcopus alienum clericum non suscipiat, neque ordinet. *Concilio Nicæno, tit. XII. Concilio Sardicensi, tit. XIX. item XX. Concilio Antiocheno, tit. XXII. Concilio Carthaginensi sub Sancto Grato, tit. IV. item Concilio Carthaginensi, tit. XXVIII. item tit. LIII.*

XXVIII.

Ut nullus episcopus alienum monachum vel in Ecclesia ordinet, vel in Monasterio suo Præpositum faciat. *Concilio Carthaginensi, tit. XIV.*

XXIX.

Ut episcopus, præsentibus catechumenis ordinationem non faciat. *Concilio Laodicensi, tit. IV.*

XXX.

Ut episcopus, qui necessitate compellente ante vigintiquinque annos virginem velaverit, nihil ei obsit Concilium, quod de isto numero annorum constitutum est. *Concilio Carthaginensi, tit. XVIII.*

XXXI.

Ut res episcopi non sint obnoxiæ rebus ecclesiasticis, sed de his ipse quod voluerit, ordinet. *Concilio Antiocheno, tit. XXIV.*

XXXII.

Ut nullus episcopus hæredes extraneos, vel hæreticos, etiam consanguineos faciat. *Concilio Carthaginensi, tit. XV.*

XXXIII.

Ut episcopi, vel Clerici his, qui catholici non sunt, nihil per donationes conferant. *Concilio Carthaginensi, tit. XXIII.*

XXXIV.

Ut episcopi sive Presbyteri ea, quæ sunt in locis ubi ordinantur, ad alia loca non transferant, nisi causas ante reddiderint. *Concilio Hipponiregiensi, tit. V.*

XXXV.

Ut episcopi, quidquid nomine suo comparaverint, cogantur Ecclesiæ refundere: quidquid autem eis donatur, cui voluerint, conferant. *Concilio Hipponiregiensi, tit. VIII.*

XXXVI.

Ut rebus ecclesiasticis dispensandis episcopus potestatem habeat. *Concilio Antiocheno, tit. XXV.*

XXXVII.

Ut præter conscientiam episcopi, oblationes fructuum Ecclesiæ debitas nul-
B lus vel dare, vel accipere audeat. *Concilio Gangrensi, tit. VII. & VIII.*

XXXVIII.

Ut episcopus matricis, non usurpet quidquid fuerit donatum Ecclesiis, quæ in Diœcesi constitutæ sunt. *Concilio Hipponiregiensi, tit. IX.*

XXXIX.

Ut filii episcoporum gentilibus, vel hæreticis, aut schismaticis matrimonio non conjungantur. *Concilio Carthaginensi, tit. XXI.*

XL.

Ut filii episcoporum, aut clericorum,
C spectacula non exhibeant, nec spectent. *Concilio Carthaginensi, tit. XX.*

XLI.

Ut episcopi filios suos non emancipent nisi jam probatos. *Concilio Carthaginensi, tit. XXII.*

XLII.

Ut Episcopi non passim ad comitatum pergant. *Concilio Sardicensi, tit. IX. item tit. X. item tit. XI. Concilio Antiocheno, tit. XI.*

XLIII.

Ut quicumque episcopus ab Imperatore publicum judicium postulaverit, honore proprio privetur. *Concilio Carthagi-*
D *nensi, tit. IX.*

XLIV.

Ut liceat unicuique episcopo preces constituere, quando de judiciis publicis contra hæreticos aliquid est petendum. *Concilio Marazanensi.*

XLV.

Ut episcopus sine Metropolitani consilio nihil agat, nisi ea tantum, quæ ad gubernationem Ecclesiæ suæ pertinent. *Concilio Antiocheno, tit. IX.*

XLVI.

Ut episcopi sine formata Primatis non navigent. *Concilio Carthaginensi, tit. XXXVI.*

XLVII.

Ut episcopi rem Ecclesiæ sine Primatis consilio non vendant. *Concilio Carthaginensi, tit. V. Concilio Hipponiregiensi, tit. IX.*

XLVIII.

Ut episcopi providentia virginibus, quæ pupillæ fuerint, ubi habitent, eligatur. *Concilio Carthaginensi, tit. L.*

XLIX.

Ut episcoporum judicio pœnitentiæ tempora pœnitentibus decernantur. *Concilio Carthaginensi, tit. XXXIX.*

L.

Ut episcopi judicio, Donatistæ, qui apud suos acta pœnitentia convertitur, tempus pœnitentiæ, vel reconciliationis decernatur. *Concilio Carthaginensi, tit. II.*

LI.

Ut episcopus accusatos Presbyteros convocatis quinque episcopis audiat; Diaconorum cum tribus, reliquorum vero causas ipse solus discutiat. *Concilio Carthaginensi, tit. XVII.*

LII.

Ut autem unus episcopus cognitionem sibi non vindicet, hoc in alio Concilio Carthaginensi actum est.

LIII.

Ut nullus episcopus, vel Presbyter, vel Diaconus excommunicatus communicet. *Concilio Nicæno, tit. V. Concilio Sardicensi, tit. XVII. Concilio Carthaginensi, tit. VIII. Concilio Antiocheno, tit. II.*

LIV.

Ut si quis episcopus a Synodo fuerit excommunicatus, communicare non audeat: & si fecerit, spem restitutionis non habeat. *Concilio Antiocheno, tit. IV. Concilio Hipponiregiensi, tit. III.*

LV.

Ut episcopus si causam habuerit, a duodecim episcopis audiatur. *Concilio Carthaginensi sub S. Genethlio, tit. VIII.*

LVI.

Ut episcopi, qui in causa judices dantur, definito temporis die cognoscant. *Concilio Septimunicensi.*

LVII.

Ut si duo episcopi in una provincia A contentionem habuerint, ex alia provincia non advocent episcopos ad judicium. *Concilio Sardicensi, tit. IV.*

LVIII.

Ut si de accusato episcopo multæ sententiæ fuerint episcoporum, Metropolitanus alterius Provinciæ convocetur. *Concilio Antiocheno, tit. XIV.* Quid in accusationibus episcoporum observari debeat. *Concilio Carthaginensi, tit. XV.*

LIX.

B Ut adjudicatus episcopus, ad apostolicam Sedem, si voluerit, appellet. *Concilio Sardicensi, tit. V.*

LX.

Ut si appellaverit in cathedra ipsius non ordinetur. *Concilio Sardicensi, tit. VI.*

LXI.

Ut si a judicibus, quos Primas dederit, appellaverit, alii judices amplioris numeri decernantur. Ut si & ab ipsis appellaverit, ad sententiam Concilii differatur. *Concilio Thenitano.*

LXII.

C Ut episcopis judicantibus condemnatus episcopus, si fuerit apud potiores episcopos absolutus, nihil eis noceat si bono animo judicaverint. *Concilio Carthaginensi, tit. XIX.*

LXIII.

Ut episcopus, qui ab omnibus episcopis provinciæ fuerit condemnatus, facultatem judicii repetendi non habeat. *Concilio Antiocheno, tit. XV.*

LXIV.

Ut episcopus ab eis episcopis, quos elegerit judices, condemnatus, appellare alibi non audeat. *Concilio Carthaginensi, tit. III. item Concilio Carthaginensi, tit. XV.*

LXV.

D Ut episcopi, qui in aliqua causa judices dantur, ipsi locum audientiæ deligant. *Concilio Zellensi.*

LXVI.

Ut depositus episcopus ad Imperatorem causam suam non deferat. *Concilio Antiocheno, tit. XII.*

LXVII.

Ut accusatus episcopus, vel quicumque ex Clero fuerit apud Ecclesiam accusatus ad judicia publica non transeat. *Concilio Carthaginensi, tit. XVIII.*

LXVIII.

A

LXVIII.

Ut episcopus, qui secunda, vel tertia auctoritate conventus fuerit, venire contempserit, ab episcoporum consortio suspendatur. *Concilio Zellensi.*

LXIX.

Ut nullus episcopus, vel Presbyter, vel Diaconus cum Judæis Pascha celebret. *Concilio Antiocheno, tit. I.*

LXX.

Ut episcopi, Presbyteri, vel Diaconi non sint conductores, aut procuratores. *Concilio Carthaginensi, tit. XXIV.*

LXXI.

Ut episcopi, sive clerici in Ecclesia non conviventur, nisi transeuntes. *Concilio Carthaginensi, tit. XXXVIII.*

LXXII.

Ut episcopi, & Presbyteri in domo sua oblationes non faciant. *Concilio Laodicensi, tit. LVI.*

LXXIII.

Ut episcopus a communione non suspendat eum, quem adserit de peccato aliquo sibi soli fuisse confessum. *Concilio Carthaginensi, tit. II.*

LXXIV.

Ut episcopus sibi successorem non eligat. *Concilio Antiocheno, tit. XXIII.*

LXXV.

Ut episcopi ad Concilium occurrant: aut non occurrentes, in tractoria, vel apud Primatem excusationes suas allegent. *Concilio Laodicensi, tit. XXXVIII. Concilio Carthaginensi, tit. XI.*

LXXVI.

Ut exceptis senibus, qui loco moveri non possunt, & infirmis episcopis, qui admonitus ad Concilium non occurrerit, communione privetur. *Concilio Marazanensi, Concilio Thusdritano. Item Concilio Thenitano. Concilio Septimunicensi.*

LXXVII.

Ut episcopus, qui non suscepta legatione, universali Concilio interesse præsumpserit, ab eis episcopis, qui legationem suscipiunt, ad ipsum Concilium non admittatur. *Concilio Thusdritano.*

LXXVIII.

Ut nullus episcopus prioribus suis se audeat anteponere. *Concilio Milevitano.*

LXXIX.

Ut Chorepiscopus, idest Vicarii episcoporum, nec Presbyteros, nec Diaconos ordinent: nisi tantum Subdiaconos. *Concilio Anquiritano, tit. XIII. Concilio Antiocheno, tit. X.*

LXXX.

Ut Vicariis episcoporum liceat formatas facere. *Concilio Antiocheno, tit. VIII.*

LXXXI.

Ut primæ Sedis episcopus non appelletur Princeps Sacerdotum, vel Summus Sacerdos. *Concilio Carthaginensi, tit. XXXIV.*

LXXXII.

Ut Primatem proprium Mauritania Sitifensis habeat. *Concilio Carthaginensi, tit. VI.*

B

LXXXIII.

Ut primæ Sedis episcopi, ex Concilio Carthaginensi episcopi constituantur, quando fuerit oborta contentio. *Concilio Carthaginensi, tit. VII.*

LXXXIV.

Ut Primates diversarum Provinciarum, nomina episcoporum ad Ecclesiam Carthaginensem mittant. *Concilio Carthaginensi, tit. III.*

LXXXV.

C

Ut Presbyter ante triginta annorum ætatem, quamvis sit dignus, non ordinetur. *Concilio Novacæsariensi, tit. X.*

LXXXVI.

Ut qui in ægritudine fuerit baptizatus, non ordinetur Presbyter, nisi forte propter vitam bonam, aut hominum raritatem. *Concilio Novacæsariensi, tit. XI.*

LXXXVII.

Ut Presbyter ordinatus, si de aliquo crimine confessus fuerit, aut de his, qui lapsi sunt, non suscipiatur. *Concilio Nicano, tit. VIII. Concilio Novacæsariensi, tit. IX.*

D

LXXXVIII.

Ut Presbyter in convivio secundarum nuptiarum non intersit. *Concilio Novacæsariensi, tit. VII.*

LXXXIX.

Ut de oblatione Presbyteri conjugati nullus audeat non communicare. *Concilio Gangrensi, tit. IV.*

XC.

Ut Presbyter inconsulto episcopo in quolibet loco agenda non audeat celebrare. *Concilio Carthaginensi, tit. VII.*

XCI.

XCI.

Ut Presbyter inconsulto episcopo virgines non consecret: chrisma vero nunquam conficiat. *Concilio Carthaginensi, tit. XLVIII.*

XCII.

Ut Presbyteri civitatis sine jussu episcopi nihil jubeant, nec in unaquaque Parœcia aliquid agant. *Concilio Anquiritano, tit. XIII.*

XCIII.

Ut Presbyteri abstinentes a carnibus, tangant eas: ita ut etiam olera quæ cum carnibus coquuntur comedant. *Concilio Anquiritano, tit. XIV.*

XCIV.

Ut Presbyteris formatas dare non liceat. *Concilio Antiocheno, tit. VIII.*

XCV.

Ut Presbyteri rem Ecclesiæ sine conscientia episcopi non vendant. *Concilio Anquiritano, tit. XV. Concilio Hipponiregiensi, tit. IX.*

XCVI.

Ut Presbyter, qui reatum incurrerit, a sex, vel a septem episcopis audiatur. *Concilio Carthaginensi sub Antistite Genethlio, tit. VIII.*

XCVII.

Ut Presbyter, qui immolavit Idolis, & postea pro fide conflixit, honore quidem non privetur; tamen nec sacrificet, nec sermonem faciat.

XCVIII.

Ut Presbyter, si uxorem duxerit, deponatur: si autem fornicatus fuerit, etiam pœnitentiam agere compellatur. *Concilio Novacæsariensi, tit. I.*

XCIX.

Ut Presbyter, vel Diaconus, qui deserta Ecclesia sua ad aliam transiverit, si post evocationem episcopi sui reversus non fuerit, deponatur. *Concilio Antiocheno, tit. III.*

C.

Ut Presbyter, vel Diaconus, si a proprio episcopo exauctoratus, sancti ministerii quidpiam præsumpserit, spem restitutionis non habeat. *Concilio Antiocheno, tit. IV.*

CI.

Ut Presbyter, vel Diaconus, qui se ab Ecclesia sequestraverit, & in domo sua altare erexerit, deponatur. *Concilio Antiocheno, tit. V. Concilio Carthaginensi, tit. VII.*

A

CII.

Ut liceat sive Presbyteris, sive Diaconibus, si injuste excommunicati fuerint, finitimos episcopos interpellare. *Concilio Sardicensi, tit. XVIII.*

CIII.

Ut Presbyteri alterius regionis, præsentibus Presbyteris non sacrificent. *Concilio Novacæsariensi, tit. XII.*

CIV.

Ut Diaconi septem esse debeant. *Concilio Novacæsariensi, tit. XIII.*

CV.

B Ut Diaconi judicio populi non eligantur. *Concilio Laodicensi, tit. XIII.*

CVI.

Ut Diaconi ante Presbyterum non communicent. *Concilio Nicæno, tit. XIV.*

CVII.

Ut Diaconus, præsente Presbytero, non sedeat, nisi jussus. *Concilio Laodicensi, tit. XIX.*

CVIII.

Ut Subdiaconus panem non eroget, nec calicem benedicat. *Concilio Laodicensi, tit. XXIV.*

CIX.

C Ut Diaconus, vel quilibet Clericus ad agapem vocatus, partem non tollat. *Concilio Laodicensi, tit. XXVI.*

CX.

Ut Diaconus, aut Clericus, magus, & incantator non sit, neque phylacteria faciat. *Concilio Laodicensi, tit. XXXVI.*

CXI.

Ut Diaconus, vel etiam Laicus sine formata alicubi non proficiscantur. *Concilio Laodicensi, tit. XXXIX.*

CXII.

D Ut Diaconi, vel quilibet Clerici, præter jussionem episcopi, ad peregrina non proficiscantur. *Concilio Laodicensi, tit. XL.*

CXIII.

Ut Diaconi, vel Clerici spectaculis quæ in nuptiis exhibentur non intersint. *Concilio Laodicensi, tit. LII.*

CXIV.

Ut Diaconi, vel quilibet Clerici, aut etiam Laici Christiani, ex symbolis convivium non celebrent, *Concilio Laodicensi, tit. LIII.*

A

CXV.

Ut Diaconi, vel quicumque in sacerdotali ministerio constituti, usuras, & lucra, idest sescupla non exigant. *Concilio Laodicensi, tit. V.*

CXVI.

Ut Diaconi, qui immolaverunt, & postea reluctati sunt, in honore quidem suo permaneant, sed ab omni altaris ministerio repellantur.

CXVII.

Ut Diaconus, qui in corporale peccatum incidit, ab ordine ministerii abstineatur. *Concilio Novacæsariensi, tit. IX.*

CXVIII.

Ut Diaconi, vel Presbyteri, si a ministerio remoti fuerint, non eis manus, vel tanquam pœnitentibus, vel tanquam fidelibus Laicis imponantur. *Concilio Carthaginensi, tit. XII.*

CXIX.

Ut Diaconi non ordinentur, qui procuratores, & actores, & tutores, & curatores pupillorum fuerunt, nisi post deposita universa, & reddita ratiocinia. *Concilio Carthaginensi, tit. VII.*

CXX.

Ut Diaconis solis liceat ad Altare ingredi, & communicare. *Concilio Laodicensi, tit. XVIII.*

CXXI.

Ut ante viginti quinque annos nec Clerici ordinentur; nec virgines consecrentur. *Concilio Carthaginensi, tit. IX.*

CXXII.

Ut Clerici cum mulieribus extraneis non habitent: *Concilio Nicæno, tit. III. Concilio Carthaginensi sub sancto Grato, tit. III. Concilio universali Carthaginensi.*

CXXIII.

Ut nullus Clericus fœneret. *Concilio Nicæno, tit. XIV. Concilio Carthaginensi sub Sancto Grato, tit. XII.*

CXXIV.

Ut lectores orario non utantur, sive legant, sive psallant. *Concilio Laodicensi, tit. XXII.*

CXXV.

Ut Clericis non liceat administrationem, aut procurationem domorum suscipere. *Concilio Carthag. sub Sancto Grato, tit. V.*

CXXVI.

Ut Clericus, vel Laicus non communicet in alia Plebe. *Concilio Carthaginensi sub sancto Grato, tit. VI.*

CXXVII.

Ut Clerici sine formata, & conscientia Episcopi per alienas plebes non vagentur. *Concilio Marazanensi.*

CXXVIII.

Ut superbi Clerici coerceantur. *Concilio Carthaginensi sub Sancto Grato, tit. X.*

CXXIX.

B

Ut lectores, dum ad annos pubertatis venerint, cogantur aut uxores ducere, aut continentiam profiteri. *Concilio Carthaginensi, tit. XXVII.*

CXXX.

Ut mulierem Clericus non ducat uxorem. Et ut is qui laicus viduam duxerit, non admittatur ad Clerum. *Concilio Zellensi ex Epistola Papæ Sirici.*

CXXXI.

Ut non liceat præter canonicos psaltas qui pulpitum ascendunt, & de codice legunt, alium quemlibet in Ecclesia psallere.

CXXXII.

C

Ut Clerici vel continentes ad viduas, vel virgines sine jussu, vel permissu Episcopi vel Presbyteri non accedant. *Concilio Carthaginensi, tit. XXXIII.*

CXXXIII.

Ut Clerici, apothecarii, vel ratiocinatores non ordinentur. *Concilio Carthaginensi sub Sancto Grato tit. VIII.*

CXXXIV.

Ut Clerici edendi, vel bibendi causa tabernas non ingrediantur, nisi peregrinationis necessitas coegerit. *Concilio Laodicensi, tit. VII. Item XXIV. item XXV.*

D

Concilio Carthaginensi, tit. XXXV.

CXXXV.

Ut Clerici in aliena civitate non immorentur, nisi causas eorum justas episcopus loci, vel Presbyteri locorum perviderint. *Concilio Carthaginensi, tit. XLIV.*

CXXXVI.

E

Ut accusatus Clericus intra annum causam suam agere debeat. *Concilio Carthaginensi, tit. XIII.*

CXXXVII.

A

CXXXVII.

Ut Clericus non fiat, cujus uxor, cum adhuc eſſet laicus, adulterata eſt. Et ut Clericus uxorem adulteram deſerat. *Concilio Novacæſarienſi, tit. VIII.*

CXXXVIII.

Ut abjectum Clericum alia Eccleſia non admittat: *Concilio Zellenſi ex epiſtola Papæ Sirici.*

CXXXIX.

Ut non liceat Clericum a populo excommunicari, ſive præſente, ſive abſente Epiſcopo. *Concilio Septimunicenſi.*

CXL.

Ut miniſtri non habeant licentiam in ſecretario ingredi. *Concilio Laodicenſi, tit. XXI.*

CXLI.

Ut miniſtri orario non utantur, nec relinquant oſtia. *Concilio Laodicenſi, tit. XXI. item tit. XLI.*

CXLII.

Ut non exorcizent illi, qui necdum ab epiſcopo ſunt provecti. *Concilio Laodicenſi, tit. XXV.*

CXLIII.

Ut bis in anno per ſingulas Provincias concilia fiant. *Concilio Nicæno, tit. V. Concilio Antiocheno, tit. XX. Concilio Carthaginenſi, tit. III.*

CXLIV.

Ut Concilium univerſale non fiat, niſi cauſa communis, ideſt, totius Africæ coegerit. Ut Synodus plenaria tunc dicatur, cum epiſcopus Metropolitanus adfuerit. *Concilio Antiocheno, tit. XVI.*

CXLV.

Ut hi, qui ſe abſciderunt, de clero eximantur. *Concilio Nicæno, tit. I.*

CXLVI.

Quæ ſint pœnitentiæ tempora iis, qui prævaricaverunt decernenda. *Concilio Nicæno, tit. IX. Concilio Anquiritano tit. III. item IV. V. VI. VII. VIII. & IX.*

CXLVII.

Ut ſponſatæ puellæ, ſi ab aliis raptæ fuerint, ſponſo priori reddantur. *Concilio Anquiritano, tit. XI.*

CXLVIII.

Quemadmodum hi, qui irrationabiliter vixerint, ſuſcipi debeant. *Concilio Anquiritano, tit. XVI.*

CXLIX.

Ut hi, qui ſicut muta animalia vixerunt, inter energumenos orent. *Concilio Anquiritano, tit. XVII.*

CL.

Ut quicumque virginitatem profitentes, propoſitum violant, Bigamorum conſtitutum impleant gradum. *Concilio Anquiritano, tit. XIX.*

CLI.

Ut qui adulterium commiſerit, ſeptem annos pœnitentiam agat. *Concilio*

B *Anquiritano, tit. XX.*

CLII.

Ut mulieres fornicantes, quæ parvulos ſuos necant, aut aborſu, decem annis pœnitentiam agant. *Concilio Anquiritano, tit. XXI.*

CLIII.

Ut qui voluntarie homicidium fecerint, in noviſſimo vitæ reconcilientur. *Concilio Anquiritano, tit. XXII.*

CLIV.

Ut qui caſu homicidium fecerit, quinque annis pœnitentiam agat. *Concilio*

C *Anquiritano, tit. XXIII.*

CLV.

Ut qui ariolantur, vel in domo ſua hujus artis alios introducunt, quinque annis pœnitentiam agant. *Concilio Anquiritano, tit. XXIV.*

CLVI.

Ut mulier, quæ duobus fratribus nupſerit, in extremis ſuis reconcilietur. *Concilio Novacæſarienſi, tit. II.*

CLVII.

Ut quicumque concupiſcentiam non

D conſummat, per divinam judicetur gratiam liberatus. *Concilio Novacæſarienſi, tit. IV.*

CLVIII.

Ut catechumeni peccantes, niſi ſe correxerint, abjiciantur. *Concilio Novocæſarienſi, tit. V.*

CLIX.

Ut qui manducantem carnes, ex fide condemnandum crediderit, anathema ſit. *Concilio Gangrenſi, tit. II.*

CLX.

Ut qui domum Dei contemptibilem duxerit, anathema ſit. *Concilio Gangren-*

E *ſi, tit. V.*

CLXI.

A

CLXI.

Ut qui nuptias condemnat, anathema ſit. *Concilio Gangrenſi, tit. IX. & X.*

CLXII.

Ut ſi qua mulier virilem habitum adſumpſerit, anathema ſit. *Concilio Gangrenſi, tit. XIII.*

CLXIII.

Ut hi, qui uxores, aut viros dimittunt, alteri non nubant: ſed aut continentes maneant, aut ſibi reconcilientur. *Concilio Carthaginenſi, tit. VII.*

CLXIV.

Ut ſi qua mulier quaſi religionis cauſa virum dimiſerit, anathema ſit. *Concilio Gangrenſi, tit. XIV.*

CLXV.

Ut quicumque continentiæ cauſa die Dominico jejunaverit, anathema ſit. *Concilio Gangrenſi, tit. XVIII.*

CLXVI.

Ut quicumque ſanus corpore jejunia communia diſſolverit, anathema ſit. *Concilio Gangrenſi, tit. XX.*

CLXVII.

Ut quicumque martyrum memorias contempſerit, anathema ſit. *Concilio Gangrenſi, tit. XXI.*

CLXVIII.

Ut quicumque non communicantes, nec orationem facientes, Scripturas tantum divinas in Eccleſia audire voluerint, abjiciantur. *Concilio Antiocheno, tit. II.*

CLXIX.

Ut quicumque poſt diverſa peccata pœnitentiam fideliter geſſerit, ad communionem revocetur. *Concilio Laodicenſi, tit. II.* D

CLXX.

Ut ſcenicis, atque hiſtrionibus reconciliatio non negetur. *Concilio Carthaginenſi, tit. XLII.*

CLXXI.

Ut ad falſas memorias martyrum nullus accedat. *Concilio Carthaginenſi, tit. XVII.*

CLXXII.

Ut hi, qui nominantur Cathari, accedentes ad Eccleſiam, ſi ordinati ſunt, ſic maneant in Clero. *Concilio Nicæno, tit. VII.*

CLXXIII.

Ut Pauliani baptizentur. *Concilio Nicæno, tit. XV.*

CLXXIV.

Ut venientes a Novatianis, vel Montenſibus, per manus impoſitionem ſuſcipiantur. *Concilio Zellenſi ex Epiſtola Papæ Syrici.*

CLXXV.

Ut non liceat hæreticum rebaptizari, baptizatum in nomine Patris, & Filii, & Spiritus ſancti. *Concilio Carthaginenſi ſub Sancto Grato, tit. I. Item Carthaginenſi, tit. XLVIII.*

B

CLXXVI.

Ut hæretici in hæreſi permanentes domum Dei non ingrediantur. *Concilio Laodicenſi, tit. VI.*

CLXXVII.

Ut Novatiani, vel etiam Quartadecimani, non recipiantur, niſi prius hæreſim ſuam condemnaverint; ita ut Symbolum Fidei doceantur, & chriſmate ungantur. *Concilio Laodicenſi, tit. VII.*

CLXXVIII.

Ut quicumque convertuntur ab hæ-
C reſi, qui dicuntur ſecundum Phrygas baptizentur. *Concilio Laodicenſi, tit. VIII.*

CLXXIX.

Ut non liceat in hæreticorum cœmeteria ad orationem faciendam, Catholicis introire. *Concilio Laodicenſi, tit. IX.*

CLXXX.

Ut nullus ad Eccleſiam pertinens, filios ſuos hæreticorum nuptiis ſociet. *Concilio Laodicenſi, tit. XXX.*

CLXXXI.

Ut Chriſtiani non Judaizent, nec in ſabbato vacent. *Concilio Laodicenſi, tit. XXVIII.*

CLXXXII.

Ut nullus cum hæreticis connubia miſceat. *Concilio Laodicenſi, tit. XXX.*

CLXXXIII.

Ut nullus cum hæreticis, aut ſchiſmaticis oret, aut ad falſos martyres eat. *Concilio Laodicenſi, tit. XXXII. Concilio Carthaginenſi, tit. II.*

CLXXXIV.

Ut nullus ad Angelos congregationem faciat. *Concilio Laodicenſi, tit. XXXIII.*

CLXXXV.

Ut nullus a Judæis, vel hæreticis feriatica accipiat. *Concilio Laodicensi, tit. XXXV.*

CLXXXVI.

Ut nullus a Judæis azyma accipiat. *Concilio Laodicensi, tit. XXXVI.*

CLXXXVII.

Ut nullus cum Paganis festa celebret. *Concilio Laodicensi, tit. XXXVII.*

CLXXXVIII.

Ut nullus Christianus ballare, vel cantare in nuptiis audeat. *Concilio Laodicensi, tit. XLI.* B

CLXXXIX.

Ut Donatistarum Clerici in suis honoribus suscipiantur. *Concilio Carthaginensi, tit. II.*

CXC.

Ut quæcumque Ecclesiæ Donatistarum catholicæ factæ sunt, ad eam cathedram pertineant, ad quam Catholica, quæ jam ibi fuerat, pertinebat. *Concilio Carthaginensi, tit. X.*

CXCI.

Ut quæcumque Episcopus ex Donatistis conversus fuerit, plebesque utrasque Ecclesias habent, cum Episcopo catholico æqualiter dividant. *Concilio Carthaginensi, tit. XI.* C

CXCII.

Ut hæreticorum benedictiones nullus accipiat. *Concilio Laodicensi, tit. XXXI.*

CXCIII.

Ut qui parvuli apud Donatistas baptizantur, ab ordinatione non prohibeantur, si conversi fuerint. *Concilio Carthaginensi, tit. I.*

CXCIV.

Ut qui aliquibus sceleribus irretitus est, vocem accusandi non habeat. *Concilio Carthaginensi sub Sancto Genethlio, tit. VI. Hoc & in Concilio Thenitano statutum est.*

CXCV.

Ut excommunicatis, sive Clericis, sive Laicis accusare non liceat. *Concilio Carthaginensi, tit. II.*

CXCVI.

Ut omnes servi, vel proprii liberti, vel omnes, quos ad accusanda publica crimina leges publicæ non admittunt: histriones etiam, hæretici, Pagani, &

A Judæi ad accusationem non admittantur. *Concilio Carthaginensi, tit. III.*

CXCVII.

Ut qui unum crimen non probaverit, ad aliud non admittatur. *Concilio Carthaginensi, tit. IV.*

CXCVIII.

Ut accusator, si in loco ubi est ille, qui accusatur, violentiam timuerit, locum sibi proximum eligat. *Concilio Hipponiregiensi, tit. V.*

CXCIX.

Ut baptizandi Symbolum Fidei discant. *Concilio Laodicensi, tit. XLIV.*

CC.

Ut qui in ægritudine baptizantur, sani facti symbolum doceantur. *Concilio Laodicensi, tit. XLV.*

CCI.

Ut Baptizati, post Baptismum chrismate ungantur. *Concilio Laodicensi, tit. XLVI.*

CCII.

Ut ægrotantibus, quando ipsi loqui non possunt, si pro eis alii testimonium dixerint, Baptismum non negetur. *Concilio Carthaginensi, tit. XLI.*

CCIII.

Ut quando de infantibus ignoratur utrum Baptizati sint, sine ulla dubitatione Baptizentur. *Concilio Carthaginensi, tit. VII.*

CCIV.

Ut prægnantes mulieres Baptizentur, quando voluerint. *Concilio Novacæsariensi, tit. VI.*

CCV.

Ut Christiani cum mulieribus lavaD cra non habeant. *Concilio Laodicensi, tit. XXIX.*

CCVI.

Ut post duas hebdomadas Quadragesimæ, ad Baptismum nullus suscipiatur. *Concilio Laodicensi, tit. XLII.*

CCVII.

Ut in Quadragesima, sabbato tantum, & Dominico offeratur. *Concilio Laodicensi, tit. XLVII.*

CCVIII.

Ut in Quadragesima, quinta feria ultimæ hebdomadæ, jejunium non dissolvatur. *Concilio Laodicensi, tit. XLVIII.*

CCIX.

CCIX.

Ut in Quadragesima natalitia Martyrum non celebrentur. *Concilio Laodicensi, tit. XLIX.*

CCX.

Ut in Quadragesima nuptiæ non celebrentur. *Concilio Laodicensi, tit. L.*

CCXI.

Ut nullus peregrinus sine formata Episcopi accipiatur. *Concilio Antiocheno, tit. VII.*

CCXII.

Ut die Quintæ feriæ septimanæ Sanctæ Paschæ, secundo offeratur. *Concilio Septimunicensi.*

CCXIII.

Ut in Sacrificio, absque pane, & vino, nullus offerat. *Concilio Carthaginensi, tit. XXXII.*

CCXIV.

Ut diebus Quinquagesimæ genua non flectantur. *Concilio Sardicensi, tit. I.*

CCXV.

Ut ante Pentecosten nullus audeat jejunare. *Concilio Septimunicensi.*

CCXVI.

Ut non liceat in Dominicis agapem facere, vel in Ecclesiis: aut intus accubitus sternere. *Concilio Laodicensi, tit. XXVII.*

CCXVII.

Ut custodiatur fides Patrum trecentorum decem, & octo. *Concilio Constantinopolitano, tit. X.*

CCXVIII.

Ut Conciliorum statuta priscorum ab omnibus observentur. *Concilio Zellensi.*

CCXIX.

Ut nullus in precibus, nisi ad Patrem dirigat orationem, & ut prius eas cum instructioribus tractet. *Concilio Carthaginensi, tit. XXXI. Item Concilio Carthaginensi, tit. VII.*

CCXX.

Ut una sit in Sacramentis per omne Bizantium disciplina. *Concilio Maradianensi.*

CCXXI.

Ut mulieres, quæ apud Græcos presbyteræ appellantur (apud nos autem viduæ seniores, univiræ, & matriculæ) in Ecclesia tanquam ordinatas constitui non liceat. *Concilio Laodicensi, tit. XI.*

CCXXII.

Ut mulieres ad altare non ingrediantur. *Concilio Laodicensi, tit. XLIII.*

CCXXIII.

Ut sanctæ oblationes ad vices Eulogiarum non dirigantur. *Concilio Laodicensi, tit. XIV.*

CCXXIV.

Ut sabbatis evangelia legantur. *Concilio Laodicensi, tit. XVI.*

CCXXV.

Ut de diversis versibus, & sensibus libri unum canticum non connectatur. *Concilio Laodicensi, tit. XVII.*

CCXXVI.

Ut etiam per solemnissimos Paschales dies Sacramentum catechumenis non detur, nisi solitum salis. *Concilio Carthaginensi, tit. XII.*

CCXXVII.

Ut corporibus defunctorum Eucharistia non detur. *Concilio Carthaginensi, tit. XII.*

CCXXVIII.

Ut præter scripturas canonicas nihil in Ecclesia legatur. *Concilio Laodicensi, tit. XLVII. Concilio Carthaginensi, tit. XLV.*

CCXXIX.

Ut liceat Passiones Martyrum legere in natalibus eorum. *Concilio Carthaginensi, tit. XLVI.*

CCXXX.

Ut soli Ecclesiæ Carthaginis liceat alienum clericum ordinare. *Concilio Carthaginensi, tit. LIV.*

CCXXXI.

Ut omnes Ecclesiæ ab Ecclesia Carthaginis diem Paschæ audiant tempore Concilii. *Concilio Carthaginensi, tit. V.*

CCXXXII.

Ut nullus ordinetur nisi probatus, vel Episcoporum examine, vel populi testimonio. *Concilio Carthaginensi, tit. XXIX.*

CONCILIUM [1] INCERTI LOCI

Ex quo S. Germanus, & S. Lupus episcopi in Britanniam ad profligandam hæresim Pelagianam missi sunt Aetio III. & Symmacho coss. hoc est anno Christi 446. Valentiniani III. Augusti XXI. Leonis Magni papæ V.

GRASSANTE *in Britannia hæresi Pelagiana cum postulassent per legatos ab episcopis Galliæ Britanni, ut fidei catholicæ periculo subvenirent, congregata est, incertum quo loco, episcoporum synodus, delectique in ea sunt ad Britannicam expeditionem virtute & doctrina præstantes episcopi duo, Germanus Aniisiodorensis & Lupus Tricassinus, qui totam insulam ab ea labe repurgarunt, ut Constantius presbyter in vita S. Germani narrat lib. 1. cap. XIX. & aliis deinceps*. Eodem, *inquit*, tempore ex Britannis directa legatio Gallicanis episcopis nunciavit Pelagianam perversitatem in locis suis populos occupasse, & quamprimum fidei catholicæ debere succurri. Ob quam causam synodus numerosa collecta est, omniumque judicio duo præclara religionis lumina universorum precibus ambiuntur Germanus & Lupus apostolici sacerdotes, terram corporibus, cœlum meritis possidentes. Et quanto laboriosior necessitas apparebat, tanto etiam promptius heroes devotissimi susceperunt celeritatem negotii fidei stimulis maturantes, *& cetera quæ sequuntur*.

NOTÆ JACOBI SIRMONDI S. J.

UT synodi hujus de loco non constat, ita tempus quoque incertum est. Sigebertus enim ad annum Christi CCCCXLVI. Britannicam Germani cum Lupo legationem manifeste refert. Et Sigeberto favere videntur quæ Beda narrat libro 1. historiæ Anglicanæ. At Prosper in chronico Germanum a Cælestino papa in Britanniam missum tradit anno CCCCXXIX. cui adhærens Baronius synodum hanc illo anno habitam censuit.

EJUSDEM JACOBI SIRMONDI S. J.

Nota postuma, nunc primum edita.

Ex Labbei Append. Tom. 3.

SYnodum istam, prioremque S. Germani legationem in Britanniam, anno Christi CCCCXLVI. perspicue adscribit Sigebertus in Chronico. Beda etiam libro 1. historiæ gentis Anglorum cap. XVII. post Saxonum in Britanniam adventum Germani legationem commemorat. Et vero postea contigisse necesse est; cum ex legationis istius historia quam Constantius presbyter in S. Germani vita descripsit, Britannos constet præsente Germano cum Pictis & Saxonibus conflixisse. Saxones autem quo anno in Britanniam irruperint etsi non omnes consentiunt, tamen ante hunc annum irrupisse nemo tradit. Adde quod idem Constantius auctor est, Germanum ex Britannia reversum, alterum mox iter iniisse Arelatum, quo tempore Galliarum prætorio præfectus erat Auxiliaris. At Auxiliarem hoc anno & proximis præfecturam gessisse, vel ex iis patet quæ paulo ante dicta sunt in synodo de causa Chelidonii. Quare quod in vulgari chronico Prosperi, Cœlestini papæ temporibus, anno CCCCXXIX. affixa est Germani legatio, insititii, ut apparet, mendi suspicione non caret, ab iis fortasse qui cum Palladium in eas oras a Cælestino missum legissent, Germanum itidem ab eodem in Britanniam destinatum credidere: quod neque a Beda, neque a Constantio, vel Erico, neque ab ullo scriptore antiquo est proditum.

OBSERVATIO P. ANTONII PAGI ad An. CHRISTI 429. num. 6. & seqq.

SIrmondus in notis postumis existimat synodum Gallicanam, & priorem Germani legationem pertinere ad an. 446. quam in rem laudat Sigebertum in Chronico, & Bedam lib. 1. cap. 17. ubi post Saxonum in Britanniam adventum Germani legationem commemorat. Verum hæc Sirmondi opinio ab Auctore Vitæ S. Lupi evertitur (ut adnotavit etiam Labbeus supra t. 3. p. 551.) eique Sigebertus contrarius est: cum hic diserte duas Germani Legationes Britannicas referat, & in eo solum peccet, quod eas suis annis non reddiderit. Priorem Lupo comite factam dicit an. 436. quod in causa fuit, cur posteriorem Baronius in ann. 435. congesserit. Secundam recitat Sigebertus an. 448. non vero 446. aitque, Severum Trevirensem Episcopum Germani socium fuisse. Præterea in rerum Anglicanarum Chronologia hoc sæculo alii duces a Sigeberto sequendi, quia is plerumque in magnos anachronismos incidit. Quoad Bedam a Sirmondo citatum hic Socratis, Sozomeni, & Theodoreti exemplo sæpe res, quæ diversis annis contigere, ne narrationem interturbet, uno tenore recitat. Quare lib. 1. cap. 15. refert Anglorum & Saxonum adventum in Britanniam, quem certum esse debet an. 449. accidisse, & postea cap. 17. Germani & Lupi in Britanniam navigationem, tumque alteram Germani Legationem S. Severo Episc. Trevirensi comite factam. Quæ cum anno 447. obita fuerit, Beda utramque circa ea tempora, quibus prior Legatio peracta, narravit, ac statim de Legatione S. Augustini a S. Gregorio Papa decreta verba fecit, licet hæc ultima sæculo tantum sequenti in finem vergente missa fuerit.

Quoad pugnam Saxones inter & Britones habitam, quæ Sirmondum in transversum egit, Usserius in Antiq. Eccles. Britan. cap. 2. respondet, longe prius quam Hengistus cum suis Saxonibus in Britanniam appulisset, frequenter in eam Saxonas irrumpere solitos, ut colligitur ex Ammiano lib. 27. cap. 8. Claudiano lib. 2. de laud. Stiliconis, ac Notitia Imperii. Verum Saxones, de quibus loquitur Constantius in Vita S. Germani, in ipsamet Britannia habitabant: quod manifeste indicat Beda lib. 1. cap. 17. & seqq. ait enim: *Ante paucos sane adventus eorum annos* (nempe Saxonum, Anglorum, Jutarum) *hæresis Pelagiana per Agricolam inlata, Severiani episcopi filium fidem Britannorum fœda peste commaculaverat &c. quam ob causam collecta magna synodo &c. eligebantur Apostolici sacerdotes Germanus Antisiodorensis, & Lupus* &c. Tum cap. 20. *Interea Saxones, Pictique bellum adversus Britones junctis viribus susceperunt: & cum trepidi partes suas pene impares judicarent, sanctorum Antistitum auxilium petierunt, Germani scilicet & Lupi*. Quare ante adventum Anglo-Saxonum in Britanniam jam alii Saxones in ea insula sedem fixerant, & de istis Beda, & Constantius loquuntur. Hi vero alii non erant, quam Scoti ac Hiberni, quos scriptores Latini longe ante Constantium Saxones appellarant. Claudianus enim in IV. Consul. Honorii, quem anno 398. gessit, canit:

---- *Maduerunt Saxone fuso Orcades &c.*

Præterea Sidonius Apollinaris in Panegyrico Aviti an. 456. recitato versu 85. ait:

---- *Victricia Cæsar*
Signa Caledonios transvexit ad usque Britannos.
---- *Fuderit & quamquam Scotum, & cum Saxone Pictum &c.*

Loquitur Sidonius de Julio Cæsare, & Caledonios qui habitabant in finibus magnæ Britanniæ & in ejus Occidentali parte, Saxones & Pictos appellat. Quare jam a Romanorum temporibus Saxones in parte Septentrionali magnæ Britanniæ morabantur. Neque Sidonius, ut eum interpretatur Sirmondus in notis ad

illum

1 Hoc Concilium habitum fuit an. Chr. 429. ut supra docuit Labbeus tom. 3. pag. 551.

illum Panegyricum, intelligi potest de Anglo-Saxonibus, qui paucis annis antequam Panegyricum illum Sidonius haberet, in Britanniam venerant; Saxones enim Anglorum socii partem Britanniæ meridionalem non vero partem, quæ in septentrione posita est, incoluere, ut omnibus notum. Saxones autem a Sidonio nuncupantur Caledonii cum Pictis fœderati, qui uterque populus integram Caledoniorum gentem magnæ Bri- A tanniæ partes septentrionales habitantem conflabat. Ex quibus manifestum est Prosperum in Chronico priorem Germani Legationem Britannicam accurate ann. 429. retulisse, & verum esse, quod Constantius & Beda citati tradunt, Germano in Britannia agente, Britones ejus precibus Pictos Saxonesque in fugam compulisse, hosque Saxones in septentrionali parte Britanniæ, & in insulis Orcadibus sedes habuisse.

[1] SYNODUS MAGNA VEROLAMII,

Adversus Pelagianam hæresim ab Agricola in Britannia suscitatam celebrata.

Cui e Galliis aderant Germanus Antissiodorensis, & Lupus Tricassinæ ecclesiæ episcopi, a synodo etiam in hac causa illic habita delegati.

ANNO gratiæ 446. hæresis Pelagiana per Agricolam Pelagii discipulum allata, fidem Britonum fœda peste maculavit. Verum Britanni, cum neque suscipere dogma perversum, gratiam Christi blasphemando, ullatenus vellent, neque versutiam nefariæ persuasionis refutare verbis certando sufficerent, invenerunt salubre consilium, ut a Gallicanis episcopis auxilium belli spiritualis inquirant. Quamobrem collecta ibidem magna synodo, quærebatur in commune qui illuc in succursum fidei mitterentur. Tandem omnium judicio, eligebantur apostoli sacerdotes, Germanus Altissiodorensis, & Lupus Tricassinæ civitatis episcopi, qui ad confirmandam fidem in Britanniam pergere maturarent. Qui cum prompta devotione preces & præcepta sanctæ ecclesiæ suscepissent, intraverunt oceanum, & licet cum labore & periculo, decursis in brevi pelagi spatiis, optato litore quiete potiuntur. Collecta itaque apud Verolamium synodo, immensa multitudo virorum etiam cum conjugibus & liberis illuc excitata convenerat. Aderat populus, expectabatur futurus judex, astabant partes dispari conditione consimiles, inde divina fides, hinc humana præsumptio, inde Christus, hinc Pelagius auctor perversæ pravitatis. Primo in loco, beatissimi sacerdotes copiam disputandi proponendique adversariis præbuerunt, loquacitatisque garritum evomere permiserunt, qui sola nuditate verborum, diu & inaniter, audientium aures cum temporibus occuparunt: deinde antistites venerandi torrentes eloquii, cum apostolicis & evangelicis imbribus, perfuderunt. Miscebatur sermo proprius cum divino, & assertiones modestissimas lectionum testimonia sequebantur. Convincitur vanitas, perfidia confusa refutatur, ita ut ad singulas verborum objectiones B errasse se, dum neque aut respondere, confitentur. Populus arbiter vix manus continet judicium cum clamore contestando. *Hactenus Beda.*

Antistes vero omnibus ad votum feliciter consummatis, & quæ prius dissipata fuerant rite ordinatis, ad propria cum gaudio remeavit, Dei & beati Anglorum protomartyris Albani, cui victoriam adscripsit gratus acceptor beneficii, magnalia prædicando. Et his ita gestis, innumera utriusque sexus multitudo ad dominum est conversa. *Hæc Matthæus Vvestmonasteriensis ex Constantino presbytero.*

OBSERVATIO P. ANTONII PAGI AD AN. CHR. 429. num. 4.

C COllectores Conciliorum, & post eos Garnerius in Differt. de Synodis in causa Pelagianorum habitis scribunt S. Germanum, dum in Britannia esset, Verolamii Synodum celebrasse; quam in rem citant Bedam, & Constantium quamvis neuter Verolamii, quæ urbs erat Albitionis, cujus hodie nihil præter mœnium fragmina superest, mentionem faciat. Verolamii tamen Synodum collectam tradit Florilegus in hist. sua ad an. 446. pro quo faciunt, inquit Usserius in Britan. Eccles. Antiquit. cap. 11. & *antiquæ fani Albani membranulæ*, quæ eo in loco, ubi S. Germani sacellum etiamnum superest, hunc pro suggestu verbum divinum effatum fuisse testantur; & ipse Constantius lib. 1. cap. 25. quem S. Albani, qui Verolamii colebatur, sepulchrum aperiri tum jussisse refert: *Germanus*, inquit, *omnium Apostolorum, diversorumque martyrum reliquias secum habens, facta oratione, jussit revelli sepulchrum, pretiosa ibidem munera conditurus: arbitrans opportunum, ut membra Sanctorum ex diversis regionibus collecta, quos pares meritis receperat cœlum, sepulchri quoque unius teneret hospitium.* D *Quibus depositis honorifice atque sociatis, de loco ipso, ubi beati martyris effusus fuerat sanguis, massam pulveris secum portaturus abstulit: in qua apparebat, cruore servato, rubere martyrum cædem persecutore pallente.*

CONCILIUM ASTURICENSE

Habitum anno 446.

Nova Ba- l Colle- ne. ANtequam de rebus in hac synodo gestis agamus, necessarium arbitror aliquot exemplis ostendere veteres, quum de gestis E episcopalibus loquuntur, his verbis intelligere gesta synodalia, ab Episcopis confecta in synodis. Patet istud primo ex epistola synodi Afri-

1 Hujus Concilii Epocha pendet a superiori: Illud vero habitum fuit ann. 429. & quidem circa Autumnum, ut Anonymus in vita S. Lupi indicat, quando ait SS. Germanum & Lupum, a Concilio Gallico in Britanniam missos, profectos temporibus hybernis, idest sub anni finem: *Terribiles Oceani fluctus temporibus hybernis mari se committentes orationum gubernaculis mitigarunt.* Hoc igitur non ante initium insequentis anni, scilicet 430.

Africanæ ad Innocentium Papam ; in qua quæ de epiſcopalibus geſtis in oriente confectis dicuntur pro abſolutione Pelagii, de aliis geſtis explicari non poſſunt quam de ſynodo Dioſpolitana, in qua Pelagius abſolutus eſt. Leo Papa in epiſtola ad Theodoſium Imperatorem, in qua ſignificat ſe Legatos ad Epheſinam ſynodum mittere Julium, Renatum, & Hilarum, geſtorum epiſcopalium vocabulo intelligit ſynodum Conſtantinopolitanam ſub Flaviano, in qua Eutyches damnatus eſt. Idem in epiſtola ad Flavianum, quæ relecta eſt in actione ſecunda Concilii Calchedonenſis, agens de eadem ſynodo Conſtantinopolitana, geſta epiſcopalia vocat quæ ab Epiſcopis in ea decreta ſunt adverſus eundem Eutychen.

Leo I. epiſt. 12.

His ita prælibatis, agendum nunc eſt de rebus in hoc Aſturicenſi Concilio geſtis. Ejus mentionem facit unus Idatius in chronico. *In Aſturicenſi urbe Gallæciæ quidam ante aliquot annos latentes Manichæi geſtis epiſcopalibus deteguntur, quæ ab Idatio & Turibio Epiſcopis, qui eos audierant, ad Antoninum Emeritenſem Epiſcopum directa ſunt.* Horum unus fuit Paſcentius, de quo iſta paulo poſt ſcribit idem Idatius: *Paſcentium quendam urbis Romæ, qui de Aſturica diffugerat, Manichæum Antonius Epiſcopus Emeritæ comprehendit, auditumque etiam de provincia Luſitania fecit expelli.*

Si vera eſſet epiſtola Turibii Epiſcopi Aſturicenſis ad Idatium & Ceponium, quæ edita eſt ab Ambroſio Morale, proclive eſſet exiſtimare gloriam præclari facinoris refundendam eſſe in eundem Turibium. Verum gravis ſuſpicio eſt epiſtolam Leonis ad eum ſcriptam, in cujus fine jubet Leo Galliciæ ſacerdotes in unum convenire, quibus congregandis Idatius & Ceponius immineant cum Turibio, gravis, inquam, ſuſpicio eſt epiſto-A lam illam immiſiſſe alicui impoſtori cogitationem confingendi eam, quæ a Turibio ſcripta eſſe dicitur ad Idatium & Ceponium. Itaque ab illa abſtineo.

OBSERVATIO CARD. DE AGUIRRE
Tomo 2. Concil. Hiſp. p. 220. num. 140.

NOn miror Baluzium, ſatis conſcium innumerabilium fabularum in Pſeudo-Chronicis Higuerianis exſtantium rejeciſſe quæcumque in iis narrantur, dum aliunde non innitantur, aut confirmentur certo aliquo & firmo teſtimonio. At enim epiſtola hæc non eſt ejus generis, nec excogitata aut ficta a veteratoribus illis, qui tot commentis & abſurdis hiſtoriam Hiſpanicam B deturparunt: ſed inventa, & fideliter eruta ex Cod. MS. ſexcentorum circiter annorum antiquitatis, quem Philippus II. Rex tempore Ambroſii Moralis ex antiquiſſima Bibliotheca inſignis Monaſterii S. Æmiliani tranſtulit in aliam recentem S. Laurentii in Scoriali. Id contigit viginti circiter annis ante fictiones Dextri, Maximi, Juliani &c. Vetuſtas membranarum, & character Gothicus, aliaque id genus indicia, manifeſtabant antiquitatem ac fidelitatem Codicis: tanquam hic tempore Alphonſi VI. Hiſpaniæ regis, inclinante ſæculo XI. aut XII. inchoante, deſcriptus fuiſſet ex alio MS. longe antiquiore, ac fortaſſe ejuſdem quinti ſæculi, intra quod ii Patres floruere. Itaque non videtur eſſe ulla probabilis cauſa dubitandi epiſtolam (quam exhibemus) a Turibio Epiſcopo Aſturicenſi ſcriptam fuiſſe. Ea vero eſt hujuſmodi.

EPISTOLA S. TURIBII ASTURICENSIS,

C *De non recipiendis in auctoritatem fidei apocryphis ſcripturis, & de ſecta Priſcillianiſtarum.*

Sanctis, ac beatiſsimis, & omni veneratione colendis Idatio, & Ceponio Epiſcopis Turibius.

MOleſta ſemper eſt: *Extat inter Leonian. poſt Epiſt. XV.*

[a] CONCILIUM HISPANICUM [1] GENERALE,

SUASU LEONIS PONTIFICIS,

In cauſa Priſcillianiſtarum indictum, anno domini 447.

Præter regulam fidei, quæ ſupra in fine concilii Toletani primi excuſa eſt, nibil extat. Incipit prædicta regula fidei ſic.

CRedimus in unum Deum patrem omnipotentem, & Filium, & Spiritum ſanctum, viſibilium & inviſibilium factorem, &c. *Vide ſupra loco allegato.*

NOTÆ SEVERINI BINII.

Hiſpaniam a barbaris devaſtatam hæretici invaſerunt, & huic concilio celebrando cauſam dederunt.

a *Concilium Hiſpanicum.*) Cum ingruentibus barbaris, Vandalis primum, Gothis atque Suevis, florentiſſima illa Hiſpaniarum eccleſia, ſanctiſſimorum antiſtitum ſolita cultura careret, pulchra immutata facie, reddita eſt velut ager incultus, vepribus undique repletus ac ſpinis, in quibus feræ ſua latibula quærebant. Accidit, quod dum S. Turibius Aſturicenſis epiſcopus, vehementi catholicæ veritatis ardore ſuccenſus, hac de cauſa Hiſpaniæ eccleſias luſtraret, ejuſdem beſtiarum luſtra inveniens, ad eas pellendas, earumque latebras deſtruendas, apoſtolicæ ſedis, a qua Hiſpaniæ ſincerum evangelium acceperant, ſubſidium imploraverit, atque per diaconum ſuum, Romam ad hoc opus ablegatum, Leonem pontificem de his omnibus certiorem reddiderit. Quæ dum S. Leo exacte examinaſſet, redditis literis poſt alia eum admonuit, ut in Hiſpania generale concilium celebraretur. *Habeatur ergo*, inquit epiſtola 93. ad Turibium, *inter vos epiſcopale concilium, & ad eum locum, qui omnibus opportunus ſit, vicinarum provinciarum conveniant ſacerdotes, ut ſecundum ea*

quæ

S. Leo[nis] hortatu [con]cilium in [Hi]ſpania ce[le]bratum.

1 Cum poſt celebratum Aſturicæ an. 446. ab aliquibus Epiſcopis, Idatio præſertim & Turibio adverſus Priſcillianiſtas concilium, uterque eorum, aut alter ſaltem, certiorem reddiderit ſtatim S. Leonem perfidiæ illius in Hiſpania graſſantis, & actis Synodalibus detectæ, indixit S. Pontifex Concilium generale Hiſpaniæ celebrandum datis ad Turibium, ac quatuor provinciarum Hiſpanicarum Epiſcopos literis. Verum cum plenarium Hiſpaniæ in plures Dynaſtas diviſæ concilium cogi non potuiſſet, duplex eodem tempore Epiſcoporum conventus, juxta S. Leonis Papæ conſilium, habitus eſt: alter Celenis, in oppido Gallæciæ e Gallæcianis, alter, quo loco incertum, e quatuor provinciarum Luſitaniæ, Carthaginenſis, Tarraconenſis, ac Bæticæ Præſulibus conflatus, ut colligitur ex allocutione Lucretii in præfatione Concilii Bracarenſis I.

Quæ ad tria conſulta reſpondimus, pleniſſimo diſquiratur examine, an ſint aliqui inter epiſcopos qui hujus hæreſeos (Priſcillianiſtarum ſcilicet) *contagio polluantur, a communione ſine dubio ſeparandi, ſi nefandiſſimam ſectam per omnium ſenſuum pravitates damnare noluerint.* Et poſt nonnulla: *Dedimus itaque literas ad fratres & coepiſcopos noſtros Tarraconenſes, Carthaginenſes, Luſitanos atque Gallæcos, eiſque ſynodi generalis concilium indiximus*, &c.

Acta concilii. His literis in Hiſpaniam perlatis, ad celebrandum generale concilium, epiſcopi diverſarum provinciarum convenerunt, Priſcillianam hæreſim condemnarunt, atque contra eam, regulam quamdam fidei, de qua ſupra in principio diximus, cum aliquot capitulis ediderunt. Hæc ſummatim in actis concilii Bracarenſis I. in præfatione, Lucretius eſt prælocutus, his verbis: *Credo autem veſtræ beatitudinis fraternitatem noſſe, quia eo tempore quo in his regionibus nefandiſſimæ Priſcillianæ ſectæ venena ſerpebant, beatiſſimus papa urbis Romæ Leo, qui quadrageſimus ſeptimus fere apoſtoli Petri ſucceſſor extitit, per Turibium notarium ſedis ſuæ ad ſynodum Galliciæ contra impiam Priſcillianæ hæreſeos ſectam ſcripta ſua direxit: cujus etiam præcepto Tarraconenſes & Carthaginenſes epiſcopi, Luſitani quoque & Bætici, facto inter ſe concilio, regulam fidei contra Priſcillianam hæreſim cum aliquibus capitulis deſcribentes, ad Balconium tunc hujus Bracarenſis eccleſiæ præſulem direxerunt.* Hæc de rebus in ſynodo geſtis. Sed cum hæc ad Balconium Tarraconenſem epiſcopum, totius Galliciæ primatem & metropolitanum, ſcripta fuiſſe dicat Lucretius; præterea etiam Gallicii hoc tempore ſub Rechilla Suevorum rege fuerint, reli-

A quæ autem Hiſpaniarum provinciæ Theodorico, ejuſque filio Toriſmundo, & Gothorum regibus paruerint, probabile admodum eſſe apparet, quod ſupra in notis concilii Toletani I. verbo *Regulæ* diximus, duo habita fuiſſe concilia, quæ poſtea cum Toletano primo conjuncta fuerunt. Unum Toleti, cui Tarraconenſes, Carthaginenſes, Luſitani & Bætici epiſcopi interfuerunt, & de rebus in ſynodo geſtis ad Balconium Galliciæ primatem literas dederunt. Alterum collectum eſt in Gallicia ſub Balconio in municipio Celenenſi apud Lucenſem urbem. Quorum cum una conveniendi cauſa & auctoritas fuerint, inque unam & eamdem ſententiam convenerint, in unum conflata, & Toletano primo, collectoris errore, conjuncta fuerunt. Vide quæ diximus in notis concilii Toletani I. verbo *Regulæ fidei*, & in notis concilii Conſtant. I. verbo *Symbolum*, & quæ infra dicemus in notis concilii Bracarenſis I. verbo *Turibium*. B

Duo hæc de re concilia in Hiſpania celebrata fuerunt, unum Toleti, alterum in Gallicia.

OBSERVATIO PHILIPPI LABBE, S. J.

In ſchedis V. C. Petri Pithœi ad me Roma nuper tranſmiſſis, inter ea quæ novæ editioni conciliorum inſerenda proponebat Romanis VV. eruditis illi negotio a ſummo pontifice deputatis, pauca hæc obſervavi, quæ huc omnino ſpectare mihi videntur.

Thuribii epiſcopi epiſtola ad Idacium & Ceponium epiſcopos de non recipiendis in auctoritate fidei apocryphis ſcripturis & de ſecta Priſcillianiſtarum, quæ pertinet ad Galleccienſe concilium anno Chriſti ccccxlvii. *incipit, Moleſta ſemper*, &c. Hanc ſi nanciſci licuerit inter appendices lectoribus repræſentabimus.

CONCILIUM EPHESINUM

Habitum anno 447.

Ex nova Baluzii Collectione.

EX his quæ leguntur in actione undecima ſynodi Calchedonenſis collegiſſe mihi videor Imperatorem Theodoſium, permotum rumoribus obortis adverſus Baſſianum Epiſcopum Epheſinum, de eo retuliſſe ad Epiſcopum Alexandrinum, qui tum erat Dioſcorus, ut ejus ſtudio & auctoritate celebraretur ſynodus in qua cognoſceretur de criminibus ei objectis. Non invenio ubinam convenerint Epiſcopi, niſi quod ſeries narrationis indicare videtur eos congregatos fuiſſe apud Epheſum, præſide, ut videtur, Dioſcoro Alexandrino.

C In ſynodo autem lectæ fuiſſe videntur literæ ſancti Leonis ſcribentis iſtum non oportere eſſe Epiſcopum, id eſt, deponendum eum eſſe. Depoſitus ergo eſt ab Epiſcopo Romano, damnatus ab Alexandrino, ut legitur in geſtis Calchedonenſibus; & Stephanus in loco ejus ordinatus eſt. Iſta ſuſcepta ſunt a Flaviano Epiſcopo Conſtantinopolitano, & a Domno Antiocheno. Vide eandem actionem Concilii Calchedonenſis, ubi iſta fuſius explicantur.

☞CONCILIUM ROMANUM

Anni 447. ſub Leone.

Manſi Suppl. t. 1. p. 323.

EPiſcopi quidam Siciliæ nimis pro arbitrio agentes eccleſiarum ſuarum latifundia prodigis donationibus, ac venditione diſpergebant. Malo huic occurrens S. Leo, querelis clericorum Tauromenianæ & Panormitanæ eccleſiæ aures præbens benignas, ea decrevit quæ in literis ad univerſos epiſcopos Siciliæ directis expreſſit his verbis: *Panormitani clerici, quibus nuper eſt ordinatus Antiſtes, ſimilem querimoniarum* (forte querimoniam) *in ſancta ſynodo cui præſidemus de uſurpatione prioris epiſcopi cauſam detulerunt. Quamvis ergo ordinatum a nobis ſit, quemadmodum utriuſque eccleſiæ* (Tauromenianæ & Panormitanæ) *utilitatibus conſulatur; ne tamen hoc perniciosiſſimum nequiſſimæ deprædationis exemplum cuiquam poſthac fiat imitabile, hanc præcepti noſtri formam apud*

D *dilectionem veſtram volumus eſſe perpetuam, qua ſine exceptione decernimus, ne quis epiſcopus de eccleſiæ ſuæ rebus audeat quidquam vel donare, vel commutare, vel vendere; niſi forte aliquid horum faciat ut meliora proſpiciat, & cum totius cleri tractatu, atque conſenſu id eligat, quod non ſit dubium eccleſiæ profuturum. Nam presbyteri, vel diaconi, aut cujuſvis ordinis clerici, qui conniventiam in eccleſiæ damna miſcuerint, ſciant ſe ordine & communione privandos.* Data eſt epiſtola XI. Kal. Novembris Callepio V. C. Coſſ. ideſt anno 447. Acta hæc in annua ſynodo, quæ haberi tunc ſolebat III. Kal. Octobris, ex die, & menſe quo ſcripta eſt epiſtola minime dubito; ex quo decreta ſynodi anni 447. habemus. ☜

☞CON-

☞CONCILIUM ANTIOCHENUM

SUB DOMNO anno 448.

Ibid. pag. 323.

CONcilium Antiochenum sub Domno cur omissum sit a collectoribus miror, cum ejus actorum pars recitata prius fuerit in synodo Berytensi hujus anni, dein in concilio generali Calchedonensi actione X. cum de causa Ibæ Edisseni ageretur. Porro diebus paschæ anni 448. concilium istud habitum ex eo constat, quod in synodo Berytensi eodem anno exeunte habita *pridem* celebratum asseratur. In eo vero accusatores Ibæ episcopi Edisseni contra illum causam instituere tentarunt, sed excommunicatione damnati, recesserunt. ☜

[a] CONCILIUM CONSTANTINOPOLITANUM I.

ZENONE ET POSTUMIANO CONSULIBUS CELEBRATUM,

Quo sub præsidio Flaviani Eutyches archimandrita condemnatus est, sub pontificatu Leonis anno domini 448.

Acta bujus concilii extant apud concilium Calchedonense, actione 1. *Incipiunt sic:*

COnsulibus Flavio Zenone & Postumiano viris clarissimis, sub die sexto Idus Novembris, &c.

NOTA SEVERINI BINII.

Quare Eutyches accusatus.

a *Concilium.*) Cum in causa Florentii Sardiorum metropolitani adversus episcopos sub eo constitutos Joannem & Cossinium, Flavio Zenone & Postumiano consulibus, anno nimirum domini 448. concilium haberetur Constantinopoli, Eusebius Dorylæi episcopus, cum vulgatam incerto auctore novam hæresim, qua

Eutychiana hæresis quæ?

docebatur in Christo domino ante incarnationem duas, post incarnationem vero non duas, sed unam dumtaxat fuisse naturam, ab Eutyche archimandrita prædicati ac doceri præsens audivisset, nihilque piis admonitionibus apud eum profecisset, scriptum adversus eum querelarum libellum huic synodo legendum obtulit, petens, dum lectus esset, ejusdem copiam Eutycheti communicari, & ad sui defensionem citari. Cum citatio prima auctoritate concilii decreta & nondum e-

Secunda actione concilii Eusebius fidem orthodoxam profitetur & confirmat.

vecuta fuisset, secunda actione pridie Idus Novembris synodo præsto fuit Eusebius, eamque, quam semper coluit, fidem rectam, palam ex scriptis Cyrilli exponit, eademque se sapuisse ac etiamnum sapere profitetur: ostendit etiam sanctos & orthodoxos patres semper in Christo duas naturas in una eademque persona conjunctas agnovisse. Quæ quidem, ut sancte pieque dicta, ab omnibus qui præsentes erant patribus, singulis candidum calculum porrigentibus, recepta atque probata fuerunt.

Tertia actione 1. citatio cum responso Eutychetis reproducitur.

Inchoata rursum actione tertia, decimoquinto Novembris, feria 2. ad instantiam Eusebii contra Eutychetem querelam suam prosequentis, decreto synodi prima citatio per Joannem & Andream executa, in judicio reproducta fuit. Postquam autem uterque retulisset, Eutychetem respondisse, se monasterio suo non egressurum, dixisse etiam se paratum esse expositioni sanctorum patrum, qui in Nicæa, & in Epheso congregati sunt, consentire, eorumque interpretationibus, quatenus scripturæ conformes essent, & non aliter (quod hæreticorum est) subscribere, ad instantiam

Decernitur secunda citatio.

Eusebii per Mamantem & Theophilum presbyteros Eutyches secundo citari jussus est. Quibus abeuntibus, & scriptam citationem exequentibus, Eusebius ad suæ querelæ & accusationis probationem addidit, Eutychetem de sua hæresi libros scripsisse, eosque ad diversa monasteria misisse, eo fine, ut subscriptione abbatum & monachorum aliorum approbarentur. Quod cum Flavianus testimonio Abrahamii presbyteri verum esse cognovisset, ablegavit ex synodo diversos ad diversa monasteria, qui missum ab Eutychete fidei tomum in-

Post reproductam secundam citationem ad instantiam Eu-

quirerent, & ad synodum referrent. Cum post hæc responsum simile priori retulissent illi qui secundam citationem executi fuerant, institit tertio Eusebius accusator, ut vel invitus Eutyches ad synodum trahatur. Tum vero secundum judicii formam a sancta sy-

-sebii contra Eutychetem tertia citati[o] decernitur.

nodo decretum est, ut per Memnonem sacrorum vasorum custodem, Epiphanium presbyterum, & Germanum diaconum tertio citaret. Traditus est illis libellus citationis scriptus, quo significabatur, ut post diem sequentem, feria quarta, ad decimamseptimam mensis Novembris Eutyches judicio præsto esset.

Actione 4 Eutyches p[er] procuratorem quemdam, o[b] morbum se venire non posse allega[t]

Interea actione quarta, sequenti die, qui erat 16. Novembris, ad synodum venit Abrahamius archimandrita, allegans Eutychetem ob ingravescentem morbum venire non posse. Quam excusationem licet cum Flaviano reliqui patres acceptarent, per eumdem tamen Abrahamium Eutychetem moneri voluerunt, ut qui ad accusandum Nestorium monasterio egressus fuisset ad concilium Ephesinum, idem ad sui defensionem egredi, & ad concilium venire non recuset: maxime ideo quod plures verbo & opere scandalizasset, nihil peti aliud quam ut veniat, errorem suum aut defendat, aut deprecetur, & revocet.

Actione 5. tertia citatio cum respons[o] Eutychetis reproducitur

Actione quinta, quæ decimaseptima mensis Novembris habita fuit, ii qui ad tertiam citationem Eutycheti insinuandam missi erant, retulerunt se mandatum citationis fideliter executos fuisse: Eutychetem respondisse, quod Abrahamium archimandritam ad synodum destinarit, qui suo nomine diceret, se sanctorum patrum dictis & Nicænæ synodo acquiescere: quibus si sancta synodus contenta non esset, unius septimanæ inducias & dilationes peteret. Auditi sunt etiam illi qui a sancta synodo missi fuerant ad monasteria, inquisituri de voluminibus ab Eutychete ad ea missis, retuleruntque archimandritas volumen fidei ab Eutychete missum accepisse; sed subscribere noluisse. Cum

Eutyches dilationem unius septimanæ obtinuit

itaque Eusebius post causæ suæ defensionem instaret Eutychetem ex scriptis suis damnandum esse, ne tamen præcox videretur esse judicium, petitam septem dierum dilationem patres concilii ei concesserunt.

Post tertiam citationem executam, inveteratus dierum malorum hypocrita, qui sæpe contestatus fuerat, se e monasterio nequaquam egredi posse, licet totius synodi jussu urgeretur; dum hæc agerentur, ait Liberatus capite 11. refugiens Eutyches ad Theodosium imperatorem (more hæreticorum) impetravit ab eo per Chrysaphium eunuchum, quem ipse Eutyches susceperat in sacro baptismate, ut cum Florentio patricio & Magno consiliario concilium ingrederetur: dicebat enim se Flaviani calumnias timere.

6 actione, tertia citatio reproducitur.

Sexta actione ad instantiam Eusebii, vigesima secunda Novembris, audita est relatio eorum qui ad tertiam citationem peragendam deputati fuerant. Qui dum habitam cum ipso de fide disputatiunculam, ejusque responsum hoc, quod nulla pœna depositionis a sententia deterreri posset, exposuissent, adveniente præscripto septem dierum termino, qui vigesimasecunda

7 actione Eutyches apparitura militum stipatus comparuit; [...] de hæresi co[n]demnatus fu[it]

Novembris expiraverat, septima actione magna militum apparitura stipatus adfuit, & cum licentia & consensu patrum una cum Florentio patricio in synodum intromissus fuit. Cum in præsentia Florentii de hæresi convictus ad palinodiam induci non potuisset, judicio omnium patrum hæc sententia in eum prolata fuit:

Lacry-

Lacrymantes & lugentes perfectam ejus perditionem, decrevimus per dominum nostrum Jesum Christum ab eo blasphematum, extraneum eum esse ab omni officio sacerdotali & a nostra communione, & primatu monasterii. Scientibus hoc omnibus qui postea colloquentur ei, & ad eum convenerint, quoniam rei erunt & ipsi pœnæ excommunicationis, sicut non recedentes ab ejus collocutione. Huic sententiæ subscripserunt episcopi triginta duo, & archimandritæ qui aderant viginti tres. De rebus in synodo gestis Flavianus Leonem pontificem certiorem reddidit per epistolam, quæ extat post ep. 8. Leonis *, estque talis initii: *Nulla res diaboli venena compescit*, &c. Unde Eutyches quoque subdolas A & mendaciorum plenas scribit literas ad sanctum Leonem papam, quas per regios ministros, Flaviani literis malitiose detentis, citius Romam deferri obtinet. Ad pontificem quidem appellavit, eique blandis verbis correctionem pollicitus est; sed appellationi non est delatum. Mendacem quoque libellum & fraudulentum Theodosio imperatori offert, quo se vim passum esse prædicat. Ut celebriores episcopos Italiæ in suam sententiam pertraheret, literas ad eosdem scripsit. Hæc ex actis concilii recitatis in prima actione concilii Calchedonensis, item ex epistola Leonis * duodecima ad Flavianum, ex Liberato diacono cap. 11. Baron. ann. 448. n. 19. & sequentibus usque ad 55.

[Margin: ...stola Sy-...ca ad ...nem. ...ra Tomo ...ag. 1333.]

[Margin: Eutyches quid post condemnationem.]

[Margin: *Supra Tomo V. pag. 1366.]

CONSTANTINOPOLITANA FLAVIANI.

Ex Libello Synodico.

CYrillo igitur & Proclo ad immortalem B gloriam translatis: illi quidem Dioscorus, huic autem Flavianus beatus successit. Qui a sanctissimo Eusebio Dorylæi archiepiscopo interpellatus, divinam & sacram Constantinopoli convocavit synodum: quæ Eutychis archimandritæ Constantinopolitani causam cognovit, eumque ab ecclesia segregavit.

ΚΥριλλου τοίνυν καὶ Πρόκλου πρὸς τὴν ἀγήρω μετελθόντων λαμπρότητα Διόσκορος τὸν μὲν, τὸν δὲ Φλαβιανὸς ὁ μακάριος διαδέχεται. ὃς παρὰ τοῦ ὁσιοτάτου Εὐσεβίου τοῦ ἀρχιεπισκόπου Δορυλαίου παρενοχλούμενος, θείαν καὶ ἱερὰν ἐν Κωνσταντινουπόλει συνεκαλέσατο σύνοδον, τὴν κατὰ τὸν Εὐτυχὴν ἐξετάζουσαν, τοῦ Βυζαντίου ἀρχιμανδρίτην ὑπάρχοντα. καὶ τοῦτον τῆς ἐκκλησίας ἐχώρησεν.

[a] CONCILIUM VELPOTIUS JUDICIUM

Ecclesiasticum Tyri, in causa Ibæ episcopi Edessæ in Syria, [b] Flavio Zenone & Postumiano consulibus, celebratum.

Acta hujus concilii extant in concilio Calchedonensi, actione 9. & 10. Incipiunt sic.

POst consulatum Flavii Zenonis & Postu- C miani venerandorum virorum consulum, sub die quinto Kalendarum Martiarum, &c.

NOTA SEVERINI BINII.

a *Concilium.*) Ibas Edessæ in Syria episcopus, a quatuor presbyteris Edessenæ ecclesiæ, quos sua sententia excommunicaverat, principio apud Domnum Antiochenum de hæresi Nestoriana accusatus fuit, quasi post initam inter Cyrillum Alexandrinum & Joannem Antiochenum concordiam in antiqua sententia pro Nestorio contra Cyrillum perstaret. Cum mandato Domni Antiocheni Ibas excommunicatos absolvere, seque post festum paschæ synodali judicio præsentem sistere jussus fuisset, quatuor vero presbyteri accusatores, juramento præstito promisissent, se non ante finem synodi Antiochia discessuros, accidit quod duo ex illis, Samuel & Cyrus nominati, præstiti juramenti parum memores, isthinc discesserint, & imperatori supplicarint, petentes, ut quia Domnus Ibæ plus nimio faveret, aliis judicibus non partialibus causæ inquisitio committeretur. Interea Domnus Antiochiæ synodum celebravit, duobus tantum accusatoribus præsentibus, in qua post causam Ibæ innocenter accusati præcognitam, duo accusatores absentes velut perjuri & calumniatores condemnati fuerunt. De rebus gestis Domnus ad Flavianum Constantinopolitanum perscripsit. Cumque supplicantibus perjuris presbyteris imperator detulisset, judicium Ibæ tribus aliis episcopis, Photio nimirum Tyri, Eustathio Beryti, & Uranio Himeriæ commisit, Damascium tribunum & notarium judicem cognitorem misit, mandans ei, ut judicio præsens assisteret, quæque delecti a se in ea causa judices definirent executioni mandaret. Missus est etiam a Flaviano Constantinopolitano episcopus Eulogius diaconus. His omnibus Tyri præsentibus, vigesima quinta Februarii indictionis primæ, ad dissidia tollenda tres episcopi pacis sequestres agere cœperunt, idque convenientissime statuerunt; Ibas Nestorii hæresim, ob quam potissimum accusatus fuerat, omnesque ad eum spectantes execraretur: deinde fidem catholicam pure, sincere & integre profiteretur. Quod cum ille præstitisset, eum a suspicione hæreseos absolverunt, clericos etiam accusatores cum suo episcopo reconciliarunt. Hæc breviter ex actis hujus conventus prædicto loco extantibus Baron. anno 448. num. 57.

b *Flavio Zenone & Postumiano consulibus.*) Hoc manifeste colligitur ex altero Ibæ judicio ecclesiastico, quod habitum est mense Septembri, sub assignatis consulibus, postquam Tyrium judicium jam absolutum fuit. Nam illius acta exordiuntur: *Sub consulatu Flavii Zenonis & Postumiani*, &c. Accedit quod sequens D judicium Berytense dicatur ibidem habitum fuisse Theodosio imperatore & Flaviano Episcopo Constantinopolitano jubentibus: plane itaque liquet id hoc anno contigisse, non autem sequente, quo tempore jam Anatolius in locum Flaviani in pseudo-synodo Ephesina subrogatus erat: nam dicitur in actis ejusdem conciliabuli, quod mense Augusto Flavianus e gradu suo depositus fuerit. Unde patet, quod in exordium actorum, quæ habentur in hoc concilio Calchedonensi loco prædicto, mendum irrepserit, & pro eo quod legitur ibidem: *Post consulatum Zenonis*, &c. legendum esse: *sub consulatu Zenonis & Postumiani*. Baron. anno 448. num. 57.

[Margin: ...a qui-...quave de ...accu-...]

[Margin: ...nus An-...enus con-...m indi-... Ibas ab ...tur An-...iæ.]

[Margin: Acta hujus synodi.]

[Margin: Ibas secundo absolvitur.]

[Margin: Quo tempore habitum fuerit.]

[Margin: Actorum lectio mendosa corrigitur.]

[a] CONCILIUM SEU POTIUS JUDICIUM

Ecclesiasticum Beryti, in causa Ibæ, Flavio Zenone & Postumiano consulibus celebratum, mense Septembri, anno 448.

Acta synodi Berytensis extant act. 10. *concilii Calchedonensis. Incipiunt sic:*

SUb consulatu Flavii Zenonis & Postumiani virorum clarissimorum sub die Kalendarum Septembris, indictione secunda, (*verius prima*, &c.)

NOTA SEVERINI BINII.

Ibas tertio in judicium vocatus a diversis accusatoribus.

a *Concilium.*) Ibas cum duobus aliis episcopis de novo a tribus diversis Edessenæ ecclesiæ presbyteris in judicium vocatus, apud Flavianum Constantinopolitanum episcopum accusatus fuit: verum is cognitionem causæ tribus iisdem judicibus episcopis Beryti, Tyri & Himeriæ, qui præcedenti judicio interfuerant, commisit. Primo objectum est, quod blasphemiam horrendam dixisset hanc: *Non invideo Christo facto Deo: in quantum factus est, & ipse factus sum.* Vel, *Si voluero, & ipse ut ille fieri possum.* Quam Ibas testificatione totius cleri Edesseni ad episcopos judices transmissa, omnino diluit. Secundam calumniam hanc adduxerunt, quod sanctum Cyrillum hæreticum appellasset, ideoque non temere Nestorianus esse videretur. Respondit Ibas, id quidem ante initam cum Joanne Antiocheno concordiam a se factum esse; ab eo autem tempore quo opera & studio Pauli Emeseni inter utrumque pax composita fuit, nunquam accidisse. Cum illi contra ursissent, post factam utriusque reconciliationem Cyrillum ab Iba hæreticum esse nominatum, idque ex ejus epistola ad Marim Persam scripta probari posse asseruissent, illius epistolæ fragmentum, quod actis Calchedonensis concilii actione decima intextum habetur, editum fuit. Hanc epistolam suam esse agnovit Ibas, sed cum in ea nihil eorum quæ objiciebantur probari posset, episcoporum judicio absolutus fuit. Patres Calchedonensis concilii eamdem sententiam confirmarunt. Sed cum hac occasione Nestoriani spargerent epistolam Ibæ, qua laudes Theodori Mopsuesteni, & vituperia Cyrilli Alexandrini continentur, a patribus Calchedonensis concilii approbatam & receptam fuisse, quinta synodus œcumenica collatione octava eam merito condemnavit, quippe quæ in orthodoxum scriptorem, gravius quam oportebat, invehatur, & Theodorum Mopsuestenum hæreticum nimium laudet. Quod vero non epistolam, sed auctorem epistolæ tantum patres Calchedonensis concilii horum judicum sententiam imitati a calumnia adversariorum absolverint, judicaverintque eum fautorem Nestorianæ hæreseos esse desiisse, post initam Cyrilli cum Joanne Antiocheno concordiam, catholicum & orthodoxum, esse infra dicemus in notis concilii Calchedonensis, verbo *approbatum.* Vide Baronium anno 425. num. 11. & 12. & anno 448. num. 61. & sequentibus, usque ad 77. & quæ infra notabimus in concilio quinto, collatione octava.

Prima calumnia Ibæ objecta, & refutata. Secunda calumnia refellitur.

Ibas absolvitur.

Epistola Ibæ cur a quinta synodo œcumenica damnata sit.

OBSERVATIO P. ANTONII PAGI AD AN. CHR. 448. n. 9. & seq.

LIcet tam Baronius, quam Conciliorum Collectores Synodum *Berytensem* & *Tyriam* hoc anno collocent, utramque tamen ad sequentem pertinere, certum & indubitatum. Em. Card. Norisius in Dissert. IV. de anno & epochis Syromacedonum, utramque egregie exposuit, suoque anno reddidit, cujus ideo hic verbis summarie utar. Cum quidam Clerici Edesseni *Ibam* episcopum apud *Domnum* Patriarcham Antiochiæ accusassent, Domno Ibæ amico accusatoribus non obscure infesto, iidem in Regiam Urbem profecti, Theodosio Imper. ac S. Flaviano episcopo Constantinopolitano rem integram detulerunt. *Theodosius* die xxvi. Octobr. anni 448. Damascio Tribuno ac Notario mandatum dedit, ut in Phœniciam statim profectus a delegatis Judicibus *Ibæ* causam discutiendam curaret. Damascio a S. Flaviano, collega additus fuit *Eulogius* Diaconus: Judices vero designati sunt, *Photius* Tyri Metropolita, *Eustathius* Beryti in Phœnice maritima episcopus, ac *Uranius* Antistes Himerorum, quæ Urbs erat in Provincia Osrhoene, cujus *Ibas* erat Metropolita. *Photius* collegas Judices, *Ibam*, & ejus accusatores Tyrum advocavit. Clerici accusantes statim ac venere, tota passim urbe publicarunt, Ibam dixisse: *Non invideo Christo facto Deo: in quantum enim ipse factus*

A *est, & ego factus sum;* quæ blasphema verba eum Photius Tyriis scandalo esse intelligeret, *jussimus*, inquit Act. x. Synodi Calched. pag. 639. *eos egredi a Tyro; Scandalizabatur enim Civitas, quæ nunquam tale aliquid cogitaverat, vel audierat.* Ita judicium Berytum ejusdem Provinciæ Urbem Tyro M. P. LIV. distantem translatum fuit.

Ibas, quo objectam sibi hæreticæ propositionis calumniam repelleret, suum quendam Diaconum Beryto *Edessam* submisit, ut a Clero Edesseno literas obtineret, quibus testarentur, nunquam ea hæretica verba ab *Iba* prolata audivisse. Clerus Epistolam *Ibæ* favorabilem scripsit, quam recitat Baronius nu. lxiii. & seq. Quæ cum Calchedone coram Synodo generali legeretur, *Theophilus* novus Ibæ accusator reposuit, Diaconum epistolæ latorem, quod Ibæ erat amicus, verbum in eadem mutasse: *misit enim*, inquit, *eum a Beryto*, ut legitur in hac Act. X. Synodi Calchedon. Et sane Baronius fatetur, hanc epistolam a Clero Edesseno missam, cum causa Ibæ Beryti discuteretur. Verum animum non advertit ad verba sequentia ejusdem epistolæ. Nam postquam Clerus testatus fuisset, B verba illa hæretica nunquam *Ibæ* excidisse, rogant Photium ac Eustathium Judices, curent Ibam *velociter ad suum gregem reverti: & maxime salutari festo Sancti Paschatis appropinquante;* cum id temporis, addunt, *& propter catechismos, & propter eos qui digni sunt Sancto Baptismate, opus sit ejus præsentia.* Ex his intelligimus, judicium apud *Berytum* contigisse paulo ante tempus Paschale, non vero mense Septembri, ut Baronius num. LVII. opinatus est. Pascha autem anno sequenti die XXVII. Martii celebratum est; & Catechismi tempus in Palæstina Phœniciæ finitima quadraginta ante Pascha dierum tempore definit S. Cyrillus Hierosolymitanus in priori catechesi, ac baptizandos quadraginta diebus ante solennia Paschalia nomen coram Episcopo profiteri jubet *Siricius* Papa in epist. ad Himerium Tarraconensem. Hinc propter tempus proximi catechismi Clerus rogavit, ut judicio absoluto, *Ibas* Edessam reverteretur.

Ceterum cum *Ibas* & Cleri Edesseni testimonio & propria asseveratione immunis ab hæreseos crimine C appareret, & alia eidem objecta crimina partim diluisset, partim Judicum decreto correcta fuissent, Episcopi Judices sedulam operam navarunt, in Clericis accusatoribus cum suo Episcopo conciliandis; quod ubi se assecutos cognoverunt, *Tyrum* iterum reversi sunt, ut eidem Urbi, cui paulo ante ea Ecclesiasticorum litigia scandalo fuerant, mutuam inter eosdem redintegrandam concordiam ostenderent. Ita quibusdam conventionibus *Ibam* inter & accusatores pax inita fuit, quam *Ibas* dato Sacramento, alii subscriptione firmarunt apud *Tyrum*. Pacis formula cum subscriptionibus legitur Act. IX. Synodi Calched. Viri eruditi cum in ea Actione IX. legerent acta apud *Tyrum*, ac dein Actione sequenti X. gesta in eadem causa apud *Berytum*, & illa quidem die xxv. Februarii, hæc vero Kalendis Septembris, putarunt sex integros menses inter utrumque judicium intercessisse, ita ut die xxv. Februarii apud Tyrum inita fuerit inter eosdem concordia, a qua eodem anno Clerici resilientes, accusationem iterum apud Berytum contra Ibam mense Septem- D bri restaurarint. Sed hæc dubio procul falsa esse, ipsius Photii verba ostendunt. Nam hic apud Calchedonem in Synodo interrogatus, num *Ibas* ab accusatoribus in judiciis in Phœnicia habitis convictus fuisset, respondit Act. X. *Venerunt tres quidem cohabitatores ipsis Clericis injuriantibus & litigantibus, contra eum dicere testimonium. Nos diximus: quia non possunt cohabitantes inimici susceptibiles ad testimonium comprobari. Fecimus ergo eos amicos, & sancta munera rursus in Episcopio communicaverunt invicem Presbyteri & ipse.*

At illi tres testes contra *Ibam* a Clericis producti leguntur in gestis apud Berytum ubi Samuel Princeps accusatorum *Ibæ* jussus testes nominare: *Sunt quidem multi: coram omni Clero dixit, ex his autem sunt hi tres, & tres a Canonibus & legibus admittuntur.* Cum vero Samuel nominasset, Ibas unum eorum Maram præcipue excepit, quod palam cum accusatoribus Antiochiæ ac Constantinopoli in eodem hospitio degisset, Tum Episcopi Judices alios testes accusatoribus nomi-

nandos

nandos dixerunt, cum tres appellati, fidem in judicio non facerent: *Quoniam illos*, inquiunt, *Reverendiſſimus Ibas tamquam accuſatores vobiſcum hic aſſerit exiſtentes*. Quæ iterum repetunt: *Non ſuſcipimus trium teſtium, qui a vobis adducti ſunt, voces; & maxime cum ſuſpecti ſint eidem religioſiſſimo Epiſcopo Ibæ*. Hinc cum tres appellati Clerici teſtes, exceptionem paterentur, *quia eſſent cohabitantes inimicis Ibæ*, ac proinde in Berytenſi judicio non fuiſſent ſuſcepti, *Photius* ac Collegæ Clericos inter ac *Ibam* pacem certis conditionibus componerent, quæ paulo poſt apud Tyrum contigit, *die decima menſis Peritii anno Tyriorum DLXXIV.* juxta Romanos die XXV. Februarii, anno Chriſti CCCCXLIX. Quare *Ibas* pleno menſe ante Paſchalia feſta abſolutus, Edeſſenam ſuam Metropolim repetens conſueta Eccleſiæ inſtituta circa Catechumenos exercere potuit, priuſquam illos Sabbato Sancto ſalutaribus undis ablueret, quod enixe Clerus Edeſſæ ab Epiſcopis Judicibus poſtulaverat. Quid vero poſtea contigerit, anno ſequenti referemus.

Porro tam judicium *Berytenſe*, quam *Tyrium* anno ſequenti habitum fuiſſe, demonſtrant verba, quæ in Act. IX. Syn. Calch. leguntur: *Poſt Conſulatum Fl. Zenonis & Poſtumiani VV. CC. die V. kalendarum Martiarum, in colonia Tyro clariſſima Metropoli Conſulari, anno quingenteſimo ſeptuageſimo quarto, menſis Peritii die decima, ſecundum Romanos autem Februarii quinta & viceſima, Indictione prima, Photius Reverendiſſimus Epiſcopus Tyri Metropolis*, &c. Tomo ſuperiori anno CCLXXVII. inſinuavi, Æram Tyriam cœpiſse per autumnum anno Periodi Græco-Romanæ 5368. Quare annus *Tyriorum* DLXXIV. die X. Peritii, ſive Februarii XXV. concurrit cum ſequenti anno Chriſti. Præterea Zeno & Poſtumianus hoc anno Conſulatum geſſere; ideoque hæc formula, *poſt Conſulatum Fl. Zenonis & Poſtumiani*, annum ſequentem certo deſignat, ut ex iis quæ tam in Diſsert. Hyppatica, quam paſſim in hoc Opere obſervavi, extra omnem controverſiam eſse debet. Baronius tamen numer. LV. & ſeq. contendit, hoc ipſo anno judicium in cauſa *Ibæ* apud *Tyrum* habitum eſſe, additque, perperam ibi poni in cuſis in hunc diem Codicibus, depravato nimirum textu: *Poſt Conſulatum Fl. Zenonis & Poſtumiani, reſtituendusque*, inquit, *eſt, ut dicat*: Sub Conſulatu eorundem. Verum annus Tyrius, non in Conſulatum, ſed in Indictionem, mendum irrepſiſſe demonſtrat. Quare loco *Indictione prima*, legendum, *Indictione ſecunda*, quæ menſe Peritio, ſeu Februario ſequentis Chriſti anni in curſu erat. Vel, ut probabilius putat Em. Card. Noriſius, Indictio aliena ac poſteriori manu, & quidem erronea, inſerta fuit. Nam judicium de Iba habitum apud Berytum, his verbis inchoatur: *Poſt conſulatum Fl. Zenonis & Poſtumiani VV. CC. kalendis Septemb. Indictione ſecunda in colonia Chriſti amica Beryto, conſidentibus Photio & Euſtathio & Uranio Religioſiſſimis Epiſcopis, in novo Epiſcopio Beryti Sanctiſſimæ novæ Eccleſiæ*. Et tamen omnes illæ Chronologicæ notæ aliena manu aſſutæ fuerunt; cum Acta legitima ab illis verbis inciperent: *In colonia Chriſti amica Beryto*, &c. Nam annus, quo hæc formula, *poſt Conſulatum Zenonis & Poſtumiani*, uſurpata fuit, annus ſc. Chriſti CCCCXLIX. Kalendis Septembris Indictio tertia inchoabatur.

Præterea nec illud judicium haberi potuit apud *Berytum* eo Chriſti anno Kalend. Septembr. Photius enim & duo alii Epiſcopi, qui Judices delegati cauſam Ibæ apud Berytum diſcuſſerunt, eo anno die VIII. Auguſti, ſederunt apud Epheſum in Synodo latrocinali contra Sanctum *Flavianum* ſententiam pronuntiantes, nec una die Pſeudo-Synodus Epheſina peracta fuit; cum in eadem *Domnus* Patriarcha Antiochenus, *Ibas* Metropolita Edeſſæ, *Theodoretus* Cyri, aliique inſignes Epiſcopi Sedibus ſuis repulſi fuerint. Evagrius autem lib. 1. cap. 13. ſcribit, Epheſum diſtare ab urbe Antiochena itinere dierum XXX. & in Itinerario Antonini legitur, *Berytum* fuiſſe ultra Antiochiam M. P. CCLIII. Quare ſi *Photius*, & alii duo Judices anno ſequenti die VIII. Auguſti fuerunt Epheſi in Synodo latrocinali, non potuere poſt dies XXIII. convenire apud *Berytum* in Phœnice ad cauſam Ibæ cognoſcendam; quod & aliis argumentis demonſtrat Card. Noriſius, qui epocham Tyriam, ejuſque menſes ibidem doctiſſime explicat.

AD BERYTENSE CONCILIUM

Seu potius ECCLESIASTICUM JUDICIUM

ADNOTATIO CHRONOLOGICA.

Manſi Suppl. p. 313.

DE anno quo Judicium iſtud inſtitutum eſt, gravis agitatur controverſia inter eruditos. Baronius temporis notas concilio huic adſcriptas in vulgatis codicibus falſi arguens pro eo quod legatur in editis *Poſt conſulatum Flavii Zenonis & Poſtumiani ſub die Kalendarum Septembris indictione ſecunda*, quæ annum indicant 449. corrigendum cenſet *ſub conſulatu &c.* quæ emendatio annum 448. præfert. Cardinalis Noriſius cum Pagio in critica ad annum 448. num. 9. &c. purum textum rati, retinendum cenſent, *Poſt conſulatum*. Ego Baronio adſtipulans, conjecturam hanc meam hoc argumento fulcio. Eo tempore Beryti concilium agendum erat, quo Stephanus in cathedram Hierapolitanam aſſumptus fuit, ut Ibas in eodem Beryti concilio teſtatus eſt, narrans Domnum Antiochiæ archiepiſcopum Hierapolim perrexiſſe, ut *domnum Stephanum inthronizaret religioſiſſimum epiſcopum*; ſe vero euntem ea occaſione Hierapolim ad eundem Domnum ſalutandum intellexiſſe, quia *Samuel & Cyrus* (accuſatores ejus) *jam huc* (Berytum) *venerant ad ſe accuſandum*. Stephanus vero hic Hierapolitanus, quem Joſepho, vel Joanni (variant enim codices) ſucceſſiſſe ex fragmento ſynodi Antiochenæ, in actione XIV. concilii Calchedonenſis recitato, colligo, cathedram ſuam jam tenebat auguſto menſe anni 449. cum eo tempore latrocinio Epheſino adfuerit. Si ergo teneamus Berytinum concilium ſeptembri menſe (ut fert ejus inſcriptio) habitum fuiſſe, profecto hæc de menſe ſeptembri anni 448. non vero anni 449. accipi oportet. Quibus ſtantibus, concilii hujus inſcriptio ita legenda eſt. *Sub conſulatu Fl. Zenonis, & Poſtumiani &c. Kalendis Septembris indictione ſecunda*, tunc ſcilicet mutata. Concilii hujus acta relata ſunt in actione X. concilii Calchedonenſis.

[a] CONCILIUM CONSTANTINOPOLITANUM II.

In causa Eutychetis.

Acta hujus concilii extant in concilio Calchedonensi. Incipiunt autèm sic:

FLavio Protogene viro clarissimo, & qui fuerit nuntiatus, consulibus, sub die quinto Iduum Aprilium, *&c.*

NOTÆ SEVERINI BINII.

Chrysaphius eunuchus concilium impetravit.

a *Concilium.*) Damnato Eutychete (ut vidimus supra in Concilio Constantinopolitano I.) Chrysaphius eunuchus imperatorii cubiculi præfectus non movit lapidem, ut acta synodalia a Flaviano legitime confecta plane irrita reddat, & in ipsum Flavianum damnationis pœnam convertat. Permovit itaque imperatorem, ut pro Eutychete ad Leonem pontificem scribat: & ut judicium atque examen Eutychetis prius eludatur, persuadet imperatori, ut confestim Constantinopolim triginta episcopos convocet, qui sub præsidio Theodosii Cæsareæ Cappadociæ episcopi, Eutychetis causam potissime cognoscant. Mira celeritate res confecta est. Quinto Idus Aprilis anno Christi 449. qui est 10. Leonis, synodus inchoata est. Interfuerunt triginta episcopi, quorum nomina in actis concilii Calchedonensis prædicto loco recensentur. Inter eos Florentius patricius ab imperatore missus est, ut interesset. (a) Theodosius Cæsareæ Cappadociæ episcopus synodo præsidere jussus fuit. Interea ante omnia, contra jus & æquitatem omnem ab imperatore concessum est Eutycheti per procuratorem causam suam in synodo agere, accusatori nequaquam. De ordine judicii non observato, de querelis Eusebii episcopi Dorylæi non auditis exceptum est, sed nihil impetratum. Pro Eutychete causam acturi cum libello ejusdem Eutychetis intromissi sunt in synodum Constantinus, Eleusius & Constantius monachi. Quibus intromissis Macedonius tribunus & notarius nomine imperatorum ab omnibus episcopis juramentum assertorium exegit, sed intercessione Basilii obtentum est, ne episcopi jurare cogerentur. Post hæc ordine rerum oblatus est ad

Tempus concilii.

Numerus episcoporum.

a *Thalassius.*

Quid actum in concilio sessione 1.

B legendum libellus Eutychetis, quem jam ante damnatus imperatoribus obtulerat. Recitato libello, acta Constantinopolitani concilii vera & originalia a notariis ejusdem concilii exacta & lecta fuerunt. Ea quæ produxerunt Eutychetis procuratores, originalia quidem, sed aliunde mendose descripta esse cognitum fuit. Cum allegassent procuratores Eutychetis appellationem apud episcopos prioris Constantinopolitani concilii interpositam, ex actis omniumque episcoporum præsentia ostensum est, id nequaquam contigisse. Hæc cum prima sessione habita fuissent, contigit ut vigesimaseptima ejusdem mensis Aprilis iidem triginta episcopi convenissent. Ubi oblatus Eutychetis libellus legi jussus est, Silentiarius testatus est, se a Flaviano accepisse, quod Eutychetem ipse, concepta in scriptis sententia, condemnasset, antequam synodi actio cogeretur. Asterii cujusdam testificatione dictum & in acta relatum est, ipsa prioris synodi acta a notariis immutata fuisse. His cavillis legitimæ damnationi Eutychetis, a priore synodo

Sessionis secundæ acta quæ.

Acta synodalia a notarii corrupta.

C factæ, illusum fuit. Flavianus deinde fidei confessionem edere jussus, paruit, eamque, quæ extat initio præambularium in concilio Calchedonensi, epistolam, fidei dogmata continentem, scripsit, & ad imperatorem transmisit. *Postquam ergo nihil probatum est notariis,* (inquit Liberatus diaconus cap. 12.) *de falsitate gestorum, ad instantiam Eutychetis Dioscorus Alexandrinus aliam universalem synodum Ephesi celebrandam ab imperatore impetravit.* Vide Baron. anno 449. n. 11. & sequentibus.

[a] CONCILIABULUM EPHESINUM SECUNDUM,

[b] Universale, [c] reprobatum, [d] Quo centum & viginti octo episcopi, [e] anno domini 449. [f] Eutychetem absolverunt, hæresim ejusdem confirmarunt, & Flavianum cum quibusdam aliis episcopis condemnarunt.

[g] *Acta conciliabuli a notariis Dioscori confecta extant in concilio Calchedonensi, actione prima. Incipiunt mendose sic:*

[h] TEmpore Zenonis & Postumiani venerabilium consulum, sub quarta Idus Augusti, indictione tertia, *&c.*

NOTÆ SEVERINI BINII.

Hoc conciliabulum ab imperatore indictum.

Dioscorus est præses concilii.

a *Conciliabulum.*) Theodosius imperator, Chrysaphii eunuchi fraude & dolo inductus, usurpata sibi pontificia auctoritate, synodum œcumenicam contra jus & consuetudinem ecclesiæ indixit, datoque ad Dioscorum Alexandrinum rescripto, eum synodi præsidem constituit, concessa eidem facultate adducendi quos vellet episcopos, quique & Eutychetis causæ contra Flavianum faverent. Hæc Liberatus diaconus in breviario cap. 12. Nicephorus lib. 14. cap. 47. Qua occasione accidit, quod illi qui constantissime adversus Eutychetem fidem catholicam de duabus naturis in Christo propugnaturi erant, tamquam Nestorianæ hæreseos fautores, Ibas nimirum & Theodoretus, ab aditu concilii prohiberentur, contra vero illi qui Eutychetis studiosissimi erant, tamquam acerrimi Nestorianæ perfidiæ impugnatores, synodo interesse & præesse juberentur.

Episcopi quales convocati.

Quoniam vero imperator non ignorabat concilium œcumenicum nullum fore, quod absque Romani pontificis auctoritate indictum esset, illud iniit consilium, ut eum quidem vocaret, sed tamen ne vel per se, vel etiam per legatos adesset, caute admodum præcaveret. Et quomodo id factum? Primum angustissimo termino tempus clausit, ut non nisi magno incommodo adesse posset. Et quia præter antecessorum consuetudinem atque exemplum esse sciebat, ut ipse pontifex in persona propria concilio universali interesset, scribens ad Leonem pontificem, ejus personam huic synodo præsentem esse petivit. Hæc ex epist. Leonis 39. Cum pontifex

Pontifex vocatus ad concilium dolose.

D literas Theodosii accepisset, mala quæ ecclesiæ suæ imminere præsagiebat, antevertere conatus, persuasit imperatori, ut si in Italia conventus episcoporum haberi non posset, plane omitteretur, eo quod in re adeo perspicua tanta consultatio non esset adhibenda. Sed cum hac in re frustra laborasset, ne per absentiam Romani pontificis causa fidei aliquod dispendium pateretur, tres legatos a latere misit, Julianum Puteolanum episcopum, Renatum presbyterum cardinalem tituli sancti Clementis, atque Hilarum sanctæ Romanæ ecclesiæ cardinalem diaconum. His illam encyclicam epistolam ad Flavianum inscriptam, quæ supra inter Leonis extat 28., dedit, eo consilio, ut in conventu episcoporum legeretur, & quid de verbi incarnatione sentiendum sit, universa synodus intelligeret. Appropinquante jam die cogendæ synodo præstituta, imperator magistratui suo, quem interesse jusserat, scripto diligenter curare mandavit,

Pontifex restitit imperatori in principio.

Encyclicam epistolam ad Flavianum misit.

davit, ut episcopi qui in synodo Constantinopolitana causam Eutychetis judicassent, nihil interloquantur. Unde non immerito synodus prædatoria seu latrocinium Ephesinum est nominatum hoc concilium a quo veritatis defensores alii profugantur, alii in exilium deportati miserrime tandem occiduntur. Hæc ex actis conciliabuli, Liberati diaconi cap 12. Nicephor. lib. 4. cap. 47. ex Leonis epistolis, Evagrio lib. 1. cap. 9. & 10. Baronius anno 449. num 21. & sequentibus. Conciliabulum appello hunc malignantium episcoporum conventum, quod teste Liberato cap. 13. synodali judicio definitum, atque lege imperatoria sancitum fuerit, ne synagoga diaboli nomen concilii obtineret.

[margin: ...ynodus prædatoria seu ...phesinum ...trocinium.]

b *Universale.*) Quod hæc pseudosynodus Ephesina œcumenica habita sit, aperte testatur sanctus Gregorius Magnus lib. 6. epist. 31. Ind. 15. Ad Flaviani concilium improbandum, Eutychetem intercessore Dioscoro universale concilium expetivisse, nutuque imperatoris impetrasse, testatur Liberatus diaconus in breviario cap. 12. his verbis: *Urgebat apud principem universale fieri concilium, ut improbaretur concilium Flaviani. Scripsit ergo Dioscorus Theodosio imperatori, quia aliam fieri synodum oportet, & quæ ut fieret persuasit Eutyches: annuit imperator.* Initio concilii Calchedonensis Dioscorus in judicium vocatur; *quod synodum ausus est facere sine auctoritate sedis apostolicæ*, utique œcumenicam & universalem, qualem ab alio quam Romano pontifice indici, *nunquam licuit, nunquam factum est.* (provincialium synodorum, quas metropolitani indixerunt & convocarunt, plurimæ sunt.) Hanc igitur synodum, quam factione Dioscori Theodosius imperator indixit, cui Dioscorus auctoritate imperiali præsedit, ad quam Leo pontifex non semel invitatus legatos a latere ablegavit, universalem fuisse, dubium esse nequit. Mentitur Calvinus, quod legati sessionem primam, sibi nomine pontificis jure debitam, concedi non postularint. Scribit enim Liberatus in breviario cap. 12. legatos Romani Pontificis, cum Dioscorum præsidere vidissent, noluisse in concilio sedere, nisi præsidentiam, quam contra æquitatem ab imperatore extorserat Dioscorus, pontifici cederet. Vide Bellarm. lib. 1. de concil. cap. 6. & 19. Possevinum in apparatu sacro verbo *Ephesina secunda synodus.*

[margin: Universale ...nciliabulum. ... redarguitur ...vini mendacium.]

c *Reprobatum.*) Cum hæc synodus neque legitima auctoritate indicta sit, eidemque alius quam pontifex Romanus per se aut suos legatos præsederit; denique in eadem nil nisi per vim & metum tentatum, atque loco sacrorum librorum gladii & fustes adhibiti fuerint, non immerito a Leone pontifice est improbata, ut ex epistola ejusdem Leonis 50. ad clerum & populum Constantinopolitanum, 44. ad Theodosium, item ex epistola 54. ad Pulcheriam cognoscere licet. Majores nostri prædatoriam synodum justissime appellarunt, quod in ea apostolicæ sedis legatis repugnantibus Eutyches absolutus, Flavianus aliique catholici condemnati, & ad subscribendum iniquæ sententiæ plerique episcopi per minas & vim, intentatis exiliis, catenis, fustibus & gladiis adacti fuerint.

[margin: ...eprobatum ...oncilium. ... prædatoria synodus ...inata fuerit.]

d *Centum & viginti octo Episcopi.*) Quorum omnium nomina recensentur in actis hujus conciliabuli, extantibus infra actione prima concilii Calchedonensis. Nonnulli tamen eorum per suos vicarios ad hoc missos interfuerunt. Præsto etiam fuerunt apostolicæ sedis legati supra nominati. Dioscorus Alexandrinus non tantum præfuit, sed etiam locum primum sibi indebitum auctoritate imperatoris occupavit.

[margin: ...merus episcoporum.]

e *Anno Domini 449.*) Qui est decimus Leonis, & 42. Theodosii imperatoris. Id ex actis utriusque Constantinopolitani concilii evidenter apparet. Mense Novembri anni 448. sub consulatu Zenonis & Postumiani Constantinopolitanam primam contra Eutychetem habitam esse, testatur initium ejusdem concilii. Sub consulatu Protogenis consignata habentur acta secundæ synodi Constantinopolitanæ in causa ejusdem Eutychetis, anno 449. celebratæ: post quam eodem anno mense Augusto habitam esse liquet hanc pseudosynodum Ephesinam. Hæc igitur verba quæ habentur principio actorum hujus concilii: *Tempore Zenonis & Postumiani venerabilium consulum indictione tertia*, mendosa sunt & surreptitia. Emendari & restitui possunt hoc modo: *Sub consulatu Zenonis & Postumiani*, &c. *indictione secunda.* Primus hæc observavit accuratissimus annalium scriptor Baron. anno 448. num. 58.

[margin: ...us habiti ...lii. ... concilii ...dantur.]

f *Eutychetem absolverunt.*) Cum omnes simul in basilica sanctæ Dei genitricis Mariæ consedissent, Dioscorus literas imperatoris sibi datas legi mandavit. Legati sedis apostolicæ postquam de sua commissione & legatione synodum informassent, & Leonem papam quod in persona propria non comparuisset excusassent, ex eo quod Romani pontifices non nisi per legatos extra urbem synodis interesse consuevissent, encyclicam illam epistolam Leonis de verbi incarnatione ad synodum & ad Flavianum transmissam legendam obtulerunt. Dioscorus ubi eam accepisset, juramento quidem promisit fore ut legeretur, sed parum præstiti juramenti memor ex composito varias imperatoris epistolas legi ac recitari præcepit, ut a legenda Romani pontificis epistola præsente avocarentur: quamobrem non injuste act. 3. concilii Calchedonensis Dioscorus perjurii est accusatus. Absoluta recitatione literarum imperatoris, facta est suggestio de fide agendum esse: contra Dioscorus ex decreto imperatoris de controversiis inter Flavianum & Eutychetem Constantinopoli obortis tractandum esse respondit. Hoc idem placuisse episcopis omnibus notarii Dioscori falso exceperunt, prout acta concilii Calchedonensis actione prima aperte demonstrant. Ingressus in consessum episcoporum Eutyches, libellum fidei obtulit. Quo recitato, Flavianus Eusebium Dorylæi episcopum accusatorem audiri petivit: sed frustra, quasi non fuerit Flaviani aliquid in hac synodo petere, cum olim Eutychetis judex, hic vero cum Eusebio reus dumtaxat assisteret judicandus: ita facti turpitudinem in concilio Calchedonensi comes Elpidius excusavit. Deinde acta Constantinopolitani concilii publice legi voluit Dioscorus. Legati autem non ante illud admittendum esse dixerunt quam epistola encyclica pontificis lecta foret. Cum Eutyches oppositam legatorum contradictionem suspectam allegasset, eo suspicionis argumento, quod apud Sanctum Flavianum mansissent, & cum eo pransi fuissent, Dioscorus incompetenti exceptione attenta, legatorum petitionem repulit, ipsisque invitis acta Constantinopolitana legi permisit. Quæ dum legerentur, illi, qui Dioscoro adblandiebantur, bis terve Eutychianam hæresim clamoribus suis interpositis confirmarunt. Lectione actorum absoluta, a Dioscoro ejusque sectatoribus, reclamante Flaviano, Eutyches est absolutus: dolendum est Domnum Antiochenum, Juvenalem Hierosolymitanum, Stephanum Ephesinum, aliosque insignes episcopos, minis exilii & depositionis in eam ruinam præcipites inductos esse, quod impii hæresiarchæ absolutionem subscribendo racam habuerint. Post hæc jussu Dioscori acta prioris synodi Ephesinæ, quæque ibi de fide statuta fuerint, lecta fuerunt, inflicta excommunicationis pœna illi qui aliter sentiret. Probatis omnibus quæ in sacrosancta synodo Ephesina statuta erant, Flavianus Constantinopolitanus, Eusebius Dorylæi, Ibas Edessenus, Theodoretus Cyri episcopi condemnati, sedeque episcopali, surrogatis aliis, amoti fuerunt. In locum Flaviani Anatolius, & pro Iba Nomius suffecti fuerunt. A Flaviano & Theodoreto ad sedem apostolicam appellatum esse, ex actis Concilii Calchedonensis, epistolis Theodoreti 113. &c. aliisque scriptoribus liquidissime constat. Sententiam in Flavianum & Eusebium pronuntiatam, præter legatos pontificios, subscriptione sua omnes fere episcopi approbarunt. Quod qua ratione acciderit, in synodo Calchedonensi, Dioscoro præsente, testatus est Acacius episcopus his verbis: *Pura chartæ subscripsimus compulsi & violenter & multa mala perpessi, nolentes, sed & per potentiam oppressi subnotavimus. Usque enim ad vesperam tenuerunt nos recludentes in ecclesia, & ægrotantes nos neque quiescere permiserunt, neque concedere ut aliquantulum refocillaremur, sed milites nobis cum fustibus & gladiis imposuerunt, & sic nos fecerunt subnotare.*

[margin: ...conci...i. — Eutyches absolvitur. — Flavianus cum aliis quibusdam orthodoxis condemnatur & deponitur.]

In hoc tam horrendo episcoporum suffragio sola navicula Petri incolumis emergens salvatur. Legati enim apostolicæ sedis Dioscoro audacissime in faciem restiterunt, contestantes nullius roboris esse, quæ per vim & metum extorquerentur. Quæ contestatio etsi in actis quæ Dioscorus, ut diximus supra, per suos notarios ad libitum confici voluit, desideretur; est tamen de his expressa mentio in pluribus litteris Leonis Romani pontificis ad Theodosium & Pulcheriam datis. Hilarum Dioscorus, (ne quæ tyrannice gesta erant Romano pontifici nuntiarentur) vi adhibita retinere tentavit; sed ipse ocyus fuga elapsus, per invia loca perque multa pericula, ope divina potius quam humana liberatus, Romam pervenit, atque pontifici singula, prout gesta fuerant, enarravit. Ex litteris Pulcheriæ Augustæ ad Leonem Romanum pontificem, (quæ extant inter epistolas, quas supra retulimus, S. Leonis) constat episcopos qui subscribere recusarunt, a Dioscoro per milites in exilium deportari jussos esse. Cum Flavianus post interpositam viva voce appellationem, animo prosequendæ ejusdem appellationis, scriptum libellum appellatorium legatis obtulisset, *Cæsus est*, inquit Liberatus diaconus in breviar. cap. 12. *& multis injuriis affectus, dolore plagarum migravit ad dominum.* Hunc tandem finem consecuta est synodus œcumenica, quam a S. Leone improbatam, majores nostri jure prædatoriam appellarunt: in qua omnia per vim & metum extorta: in qua loco sacrorum librorum gladii atque fustes: in qua suffragiorum libertas fuit vincta catenis: in qua pro Dei laudibus auditæ sunt militum minæ: in qua perfidus hæresiarcha præses & patronus: in qua hæresis est stabilita: in qua nullus judicii sacri ordo servatus, nulla viguit censura canonum & decretorum: in qua siluerunt episcopi, clamaverunt hæretici: in qua de oppressa fide ca-

[margin: Præter legatos apostolicæ sedis, omnes fere episcopi condemnationem Flaviani approbarunt. — Hilarus fuga sibi consuluit. — Flavianus occisus. — Quæ in hoc conciliabulo impie gesta sint.]

catholica impietas triumphavit, & de manubiis lapſorum epiſcoporum diabolus trophæa erexit, atque tandem de cæde martyris ſuperbus tyrannus Dioſcorus triumphavit: de qua in univerſa eccleſia catholica auditi ſunt undique gemitus, luctus & clamor: de qua iidem ipſi qui ſubſcripſerant orientales eccleſiæ præſides repleti ſunt undique lacrymis, ſemetipſos erubeſcentes, ſuorumque aſpectum vitantes, quod tam ignaviter fidem catholicam perdidiſſent, infamem hæreſiarcham reſtituiſſent, & innocentiſſimum Flavianum una cum aliis ſanctis epiſcopis condemnaſſent. Baron. an. 449. n. 77. & ſequentibus.

Acta conciliabuli corrupta. g *Acta conciliabuli.*) Hæc acta a notariis Dioſcori confecta, de falſitate non ſemel a patribus Calchedonenſis concilii convicta fuerunt. Habebant enim, quod cum dixerat Dioſcorus non de fide, ſed de controverſia Eutychetis & Flaviani agendum eſſe, id omnes epiſcopi ſuo calculo confirmaſſent: contra quod in conc. Calchedon. act. I. demonſtratum fuit, nihil hujuſmodi ab epiſcopis dictum eſſe. Patefactum eſt etiam quod iidem notarii in notarios Stephani Epheſini epiſcopi impetum fecerint, quodque hi recens ſcripſerant, illi deleverint, tanta vi adhibita, ut eorum thecas diripuerint, digitoſque reſiſtentium pene confregerint. Baron. ann. 449. num. 79.

Nota co... ris in ac... poſita, mendoſa... h *Tempore Zenonis & Poſtumiani.*) Hæc verba mendoſa eſſe, atque ſic emendanda: *Poſt conſulatum Zenonis & Poſtumiani indictione ſecunda*, &c. dixi & probavi ſupra verbo, *Anno domini* 499. in fine.

EPHESINA DIOSCORI

Ex Libello Synodico.

CUM autem Eutyches ſenatores, & maxime Chryſaphium, qui Tzerupus cognominabatur & præpoſitus, & per eum, ut qui plurimum poterat, ipſum adeo Theodoſium imperatorem adulationibus corrupiſſet: prædatoria Epheſi coacta fuit ſynodus: cui Dioſcorus Alexandriæ papa præfuit. In ejus medio Eutyches ſtans, Valentinum & Manem ſine ſimulatione anathemate notavit: ideoque recipiendum eum eſſe decretum eſt. Flavianus vero inclytus Conſtantinopolis epiſcopus abdicatus, calcibus occiditur: Euſebius Dorylæi, Chriſti cauſam in exilium ablegatur.

Εὐτυχὴς γε τοὺς συγκλητικοὺς, καὶ μάλιστα τὸν Χρυσάφιον, τὸν Τζεροῦπον ἐπιλεγόμενον, Πραιπόσιτον χρηματίζοντα, καὶ δι' αὐτοῦ, ὡς μεγάλα ἰσχύοντος, Θεοδόσιον τὸν βασιλέα θωπείαις ὑπονοθεύσαντος, λῃστρικὴ ἐν Ἐφέσῳ συναθροίζεται σύνοδος. Ἧς ἐξῆρχεν Ἀλεξανδρείας ὁ πάπας Διόσκορος. Ἐν ᾗ Εὐτυχὴς μέσος στὰς, Οὐαλεντῖνον καὶ Μάνην ἀνεθεμάτισεν ἀπροσποιήτως· κριθεὶς δ' ἀποδεκτός. Φλαβιανὸς δὲ Κωνσταντινοπόλεως ὁ ἀοίδιμος καθαιρεθεὶς, λακτίσματι ἀποκτείνεται, καὶ ὁ τοῦ Δορυλαίου Εὐσέβιος ὑπὲρ Χριστοῦ ἐξορίζεται.

CONCILIUM BRITANNICUM,

A S. Germano Autiſſiodorenſi epiſcopo magnoque clericorum & laicorum numero contra renaſcentia (ut videtur) Pelagianæ hæreſis virgulta, & contra inceſtuoſas regis Vortigerni cum filia ſua nuptias celebratum.

Bed. lib. 1. 6. & Matth. VVeſt. in anno 449.

EOdem anno (videlicet 449.) nuntiatum eſt in Britannia Pelagianam perverſitatem iterato paucis auctoribus de novo pullulaſſe, rurſusque ad beatiſſimum virum Germanum preces ſacerdotum omnium deferuntur, ut cauſam Dei, quam prius obtinuerat, tueretur. Quorum petitioni feſtinus obtemperat. Nam adjuncto ſibi Severo totius ſanctitatis viro (qui erat diſcipulus beatiſſimi patris Lupi Tricaſſinorum epiſcopi, & tunc Treveris ordinatus epiſcopus gentibus primæ Germaniæ verbum Dei prædicabat) mare conſcendit, & conſentientibus elementis tranquillo navigio Britannias petiit. *Matth. VVeſt.* Prædicationis igitur antidoto vulnera ſanat incredulitatis, & apoſtema blaſphemiæ doctrinæ curat medicina, omniumque ſententia, pravitatum perverſitas cum ſuis auctoribus condemnatur. Factumque eſt ut in illis locis multo ex eo tempore fides intemerata perduraret. Ita compoſitis omnibus, beati ſacerdotes ea qua venerant proſperitate redierunt. *Hæc de Pelagianis virgultis Beda & Matthæus VVeſtmonaſterienſis.* *

* Necnon hiſtoria epiſcoporum Autiſſiodorenſium pag. 416.

De inceſtuoſis Vortigerni cum filia nuptiis ſic (inter alios) in codice MS. Nennius, cap. 37.

Et ſuper hæc omnia mala adjiciens Guorthigirnus, accepit filiam ſuam proximam in uxorem ſibi, quæ peperit ei filium: hoc autem cum compertum eſt a ſancto Germano, venit corripere regem cum omni clero Britonum, & dum conventa eſſet magna ſynodus clericorum & laicorum in uno concilio, ipſe rex præmonuit filiam ſuam, ut exiret ad conventum, & ut daret filium ſuum in ſinum Germani, diceretque quod ipſe erat pater ejus. Et ipſa fecit ſicut edocta erat. Sanctus Germanus eum benigne accepit, & dicere cœpit: Tibi pater ero, nec te permittam niſi mihi novacula cum forcipe pectineque & ad patrem tuum carnalem tibi dare liceat. Mox ut audivit puer, obedivit verbo ſenioris ſancti, & ad avum ſuum carnalem, patremque carnalem Guorthigirnum perrexit, & dixit illi: Pater meus, tu caput meum tonde, & comam capitis mei pecte. Ille autem ſiluit, & puero reſpondere noluit; ſed ſurrexit, iratusque eſt vehementer, & ut a facie ſancti Germani fugeret, quærebat; & maledictus eſt, & damnatur a beato Germano & omni concilio Britonum.

Tomi I. ... bibliothec... MSS. libr... rum.

CON-

CONCILIUM ROMANUM III.

Quo Leo Pontifex acta Ephesini conciliabuli reprobavit.

Acta concilii.

a *Concilium.*) Cum moris esset ut ad tertium Kalendas Octobris singulis annis plurimarum provinciarum episcopi ad synodum celebrandam Romam convenire solerent, opportune accidit, ut absque alia episcoporum vocatione, post Hilari diaconi reditum, Romæ ex pristino usu sancta synodus cogeretur; in qua cuncta, quæ more prædonum Ephesi ab Eutychianis hæreticis gesta erant, penitus condemnata fuerunt. Ultra 15. Octobris anno 449. initium hujus synodi dilatum non esse, epistolæ Leonis, quas post hanc synodum celebratam ad clerum Constantinopolitanum, Theodosium imperatorem & Pulcheriam scripsit, manifeste satis ostendunt. De rebus in synodo gestis Hilarus diaconus in fine epistolæ ad Pulcheriam Augustam, quæ extat inter præambulares concilii Calchedonensis, hæc summatim perscripsit. *Vestra itaque veneranda clementia cognoscat a præfato papa cum omni occidentali concilio reprobari omnia quæ in Epheso contra canones per tumultus & sæcularia odia a Dioscoro episcopo gesta sunt, & nulla ratione hæc in his partibus suscipi posse, quæ per potentiam prædicti non sine læsione fidei, & præjudicio sanctissimi viri innoxiique commissa sunt.* Vide epistolas Leonis 22.* ad clerum Constant. 24. ad Pulcheriam 27. ad Flavianum 28. ad archimandritas. Hæc cum Dioscoro innotuissent, vix Alexandriam reversus habito [1] episcoporum conventu, in S. Leonem Romanum pontificem excommunicationis sententiam protulit, idque scelus perpetravit, quod nullus perditorum hominum cogitasset. Mirum est dictu, quod cum Eutychianam fidem præcedente conciliabulo confirmasset, Dioscorus episcopos plus minus nonaginta invenerit, qui latam a se sententiam subscribendo confirmarint, & non potuerit nisi decem dumtaxat eosque lacrymantes & invitos inducere, ut latam a se in Romanum pontificem excommunicationis sententiam chirographo suo approbarent. Adeo enim omnes inauditum hactenus exhorruere facinus, portentumque insolitum execrati sunt, ut licet hæretici facti essent, & catholicæ fidei adversarii, sublimitatem tamen & majestatem throni apostolici veriti & reveriti fuerunt. Vide Liberatum diaconum in breviario c. 12. libellum Theodori diaconi extantem apud acta concilii Calchedon. act. 3. Baron. anno 449. num. 145. & seqq.

Causa & tempus concilii.

* hic L. XLV. XLIX. LI.

Dioscorus Leonem pontificem excommunicavit

Idem ex libello Synodico.

Λέων οὖν πάπας ὁ μέγας τῆς τῶν Ῥωμαίων ἐκκλησίας, τὰ ὑπὸ Διοσκόρου μαθὼν γενόμενα, κατ' αὐτοῦ διανίσταται. καὶ σύνοδον θείαν καὶ ἱερὰν συστησάμενος, ἀναθέματι αὐτὸν σὺν Εὐτυχεῖ καθυπέβαλε· κλήρῳ τε, καὶ ἀξιωματικῷ, καὶ λαῷ Κωνσταντινουπόλεως, τύπον ἀκοινωνησίας ἐκθέμενος, ἐξαπέστειλεν.

LEO igitur magnus ecclesiæ Romanorum Papa, cum quæ a Dioscoro gesta essent percepisset, adversus ipsum insurgit, & synodum divinam & sanctam constituens, anathemati eum cum Eutyche subjecit: & clero, ac senatui & populo Constantinopolitano, tesseram excommunicationis publice editam transmisit.

CONCILIUM CONSTANTINOPOLITANUM

Anni 450. in quo Anatolius Constantinopolitanæ ecclesiæ præficitur.

Mansi Suppl. tom. 1. p. 326.

FAtis functo Flaviano, sive anno 449. post novembrim, sive anno 450. Februario mense, quo sacra ejus memoria ab ecclesia recolitur, Constantinopolim episcopi in synodum convenerunt, ut successorem a Clero ex imperatoris Theodosii permissu electum consecrarent. Electionem hanc in Anatolium incidisse nemo ignorat. Novus autem archiepiscopus suas ea de re litteras ad Leonem Romanum pontificem dedit, quarum litterarum fragmentum, in quo & de synodo episcoporum ea de causa collecta fit mentio, Cotelerius in monumentis Ecclesiæ Græcæ tom. I. pag. 66. vulgavit atque inter Leonianas supra excusa est.

CON-

[1] Dioscorus excommunicationis sententiam in S. Leonem protulit non Antiochiæ statim post Latrocinium Ephesinum, sed anno tantum 451. Nicææ, ubi Concilium generale coactum fuerat, antequam Calchedonem transferretur; ut constat ex Theodori diaconi Alexandrini libello contra Dioscorum exhibito, & recitato Act. III. Concilii Calchedonensis. *Pagius ad ann. 449. num. 23.*

CONCILIUM ROMANUM IV.

SUB LEONE.

Ex P. Pagi ad An. 449. n. 16. & seqq.

Valentinianus Imp. Theodosio Augusto epistolam scripsit sine die & consule, a Labbeo allatam in par. 1. Calchedonensis Concilii ep. 25. in qua ait, se post venerabilem noctem diei Apostoli rogatum esse a Sancto Leone, *& aliis cum eo ex diversis provinciis congregatis* Episcopis, ut ad Theodosium scriberet. Hanc Epistolam anno 449. datam, & solemnitatem illam Principis Apostolorum aliam non fuisse, quam dedicationem Basilicæ S. Petri die 18. Novemb. celebrari solitam, autumavit Baronius. Unde concludit *conventum* a Valentiniano notatum in ea Epistola, alium non esse, quam synodum supra recitatam habitam ann. 449. contra Latrocinium Ephesinum, quam sententiam omnes passim amplexi sunt. Verum ut animadvertit Quesnellus in notis ad Epist. S. Leonis, non videtur verosimile Episcopos, qui ad tertium Kal. Octob. ex consuetudine Romana in urbe convenire soliti erant, per 50. dies synodum habuisse; præsertim cum jam a die xv. Octobris Romana synodus absoluta videatur, datis scilicet ex ea ad Orientales partes literis. Existimo itaque Valentinianum cum matre Placidia, Eudoxiaque uxore Romam anno tantum 450. venisse ad tumulum Apostolorum, non quidem paulo ante hujus sancti Apostoli natalem diem, ut interpretatur Quesnellus, sed paulo ante festum Cathedræ S. Petri Antiochiæ die 22. Februarii antiquitus, uti etiam hodie, celebrari solitum. Anno enim sequenti Valentinianus 3. Nonas Martii Romæ emisit constitutionem *de indulgentiis debitorum*, quæ lib. 2. Novell. tit. 7. refertur. Est itaque Natale illud memoratum in veteri membrana apud Bucherium in opere de Doctr. Temp. in qua legitur: *Octavo Kalendas Martii Natale Petri de Cathedra*. Illud eo magis dicendum, quod in Epistola sua ad Theodosium, eodem tempore, eademque de causa scripta, & a Labbeo par. 1. Calched. Concilii epist. 26. recitata, Galla Placidia Augusta Valentiniani mater de Flaviano quasi adhuc superstite loquatur: *In statu Sacerdotis illæso manente per omnia Flaviano*, qui tamen exeunte mense Augusto anni 449. depositus fuerat, & non multo post crudeliter occisus, quod anno sequenti mense Junio ignorari non potuit ab Imperatore & ejus matre: cum Sanctus Leo in Epist. 52. * ad Theodos. Augustum, quæ alias erat XXXII. *data* XV. *Kal. Augusti Valentiniano VII. & Avieno Coss.* anno nempe 450. consensum suum ad ordinationem Anatolii successoris Flaviani suspendat, & Eudoxia Augusta in litteris ad Theodosium cum epistolis Valentiniani conjugis & Placidiæ Constantinopolim missis, dicat Leonem Papam sibi significasse Flavianum ab Episcopo Alexandrino expulsum fuisse. Cum igitur mense Junio exeunte anni 450. cædes Flaviani Romæ cognita & explorata fuisse videatur, Concilium Episcoporum, quod ibidem eo anno celebratum esse recte conjicit Quesnellus, Mense Februario illius anni, forsanque Valentiniani Augusti occasione, congregatum, non autem mense Julio, ut perperam Quesnellus arbitratus est. *Quid autem in eo Concilio gestum sit, ignoratur.*

CONCILIUM ROMANUM V.

Libellus Synodicus, postquam de Synodo Romana anno 449. adversus Ephesinum Latrocinium coacta, sermonem habuit, alterius Synodi Romanæ his verbis meminit.

IDem præterea Leo, apostolicorum dogmatum propugnator, divina & sacra Romæ convocata synodo, admonitiones scriptas imperatori Marciano transmisit: cum imperator Theodosius minor res terrenas jam reliquisset: & ut convocata synodo Flaviani causa cognosceretur, postulavit.

ΕΤΙ γε μὴν Λέων ὁ τῶν ἀποστολικῶν δογμάτων ὑπέρμαχος, θείαν καὶ ἱερὰν ἐν Ῥώμῃ συγκαλεσάμενος σύνοδον, παραινέσεις ἐγγράφους τῷ βασιλεῖ Μαρκιανῷ διεπέμψατο· ἐπεὶ βασιλεὺς ὁ μικρὸς Θεοδόσιος τὰ ἐπίγεια καταλέλοιπε· συνοδικῶς τὰ περὶ Φλαβιανοῦ ἐξετασθῆναι παρεγγυώμενος.

Hoc autem Romanum concilium aliud esse a Concilio Romano hoc eodem anno mense Februario habito ex eo constat, quod istud celebratum fuerit vivente Theodosio, ut liquet ex Epistolis rogatu Concilii a Valentiniano, Placidia, & Eudoxia ad Theodosium scriptis; illud vero coactum fuerit imperante Marciano, qui Theodosio defuncto successit, mense Augusto hujus ejusdem anni. Quid in eo gestum sit nos edocet libellus Synodicus.

CON-

a CONCILIUM [1] CONSTANTINOPOLITANUM,

Anno Domini 450. celebratum, in quo Anatolius aliique episcopi confessionem ediderunt.

Fragmentum actorum hujus synodi ex rebus gestis sancti Abundii Comensis episcopi, qui fuit unus e quatuor legatis a S. Leone missis, sic se habet:

ifcopi sub- ibunt ca- licæ fidei.

Anatolius episcopus Constantinopolitanus novæ Romæ accepta epistola S. Leonis papæ de confirmatione catholicæ fidei contra vesaniam hæreticorum, congregavit concilium omnium episcoporum, archimandritarum, presbyterorum, & diaconorum: & ante conspectum omnium recitata est epistola S. Leonis papæ, quam beatus Abundius coram omnibus præsentavit. Concordantibus testimoniis Romanorum patrum ac Græcorum, Anatolius episcopus Constantinopolitanus huic epistolæ S. Leonis papæ continenti catholicæ fidei veritatem, concordantibus etiam testimoniis patrum ab eadem apostolica sede decretorum, plena devotione consensit & subscripsit, anathema dicens Eutycheti & Nestorio, & ipsorum dogmati cum sectatoribus eorum. Id ipsum fecere omnes qui aderant episcopi, presbyteri, & archimandritæ, atque diaconi.

Mox sanctus Abundius, Asterius episcopus, Basilius & Senator presbyteri dixerunt: Omnipotenti Deo gratias: quoniam reverendorum episcoporum, presbyterorum, archimandritarum, diaconorum, ac totius cleri professiones cognovimus, fidem rectam & a patribus traditam profiteri, sicut eorumdem subscriptio gestis præsentibus inserta declarat. Ideo nos quoque, quia omnes hoc exigere & expectare compe-

accusatio- n.

rimus, secundum * assertionem venerabilis viri Eusebii episcopi Dorylæi, & sententiam sanctæ memoriæ Flaviani episcopi, vel assensum papæ Leonis, qui ad insinuandam cunctis fidem catholicam nos Roma misit, anathema dicimus Eutycheti, vel omnibus qui ejus perfidiam sequuntur, & dicunt in Christo domi-

ictum ana- ma Euthy- ti & Ne- rio.

no ante incarnationem duas fuisse naturas, post incarnationem unam tantum naturam: cum catholica fides & ante incarnationem unam tantum Verbi fuisse, & post incarnationem duas, id est, Verbi & perfecti hominis, fateatur in una persona, inconfusa proprietate sui, manere naturas. Nestorio etiam, qui vesanum (ut legitur) dudum dogma dispersit, dicendo dominum Jesum Christum ex Maria virgine hominem tantum, non etiam Deum natum: sed & sectatoribus ejus in hujusmodi perversitate durantibus anathema dicimus. Propter quod convenit, ad confirmationem subscriptionis, sanctam quæ præsens est fraternitatem, iisdem vel omnibus qui eorum doctrinam sequuntur, anathema similiter dicere.

NOTA SEVERINI BINII.

Occasio convocati concilii.

a *Concilium.*) Cum Theodosius imperator Anatolium Constantinopolitanum episcopum, in locum Flaviani subrogatum, confirmari petisset, adeoque jam omnibus lapsis episcopis, ab errore resipiscendi, & ad fidem catholicam revertendi via aperta esset; visum est S. Leoni, ad Anatolii aliorumque lapsorum fidem probandam & confirmandam, mittere quatuor legatos a latere hos, Abundium, Asterium, Basilium, ac Senatorem presbyteros, qui lapsos redire volentes ad ecclesiam, a qua impie, Dioscoro cogente, vel Eutychete fallente, turpiter defecerant, probarent. Hi dum Constantinopolim venissent, litterisque Leonis, quas ad Theodosium scripserat, Marciano imperatori oblatis honorifice excepti essent, jussu pontificis Constantinopoli anno domini 450. Leonis undecimo, synodum haberi, & ex vicinis locis episcopos catholicos convocari jusserunt. Primum omnium ex S. Leonis papæ litterarum præscripto Anatolius fidei confessionem edidit talem, quæ in omnibus sancti Leonis papæ scriptis consentiens & plane catholica inventa fuit. Post Anatolium alii eamdem fidem professi fuerunt. Absentibus mandatum est, ut per suos legatos idem exequantur. Constat ex fragmento actorum supradicto, & ex epist. Leonis 69. ad Theodosium, 70. ad archimandritas, & 71. ad Pulcheriam: item ex epistola Pulcheriæ ad Leonem, quæ extat inter superius allatas epistolas. Ex hac synodo, per legatos apostolicæ sedis, ad singulos metropolitanos orientis missam esse epistolam Leonis 28 olim ad Flavianum datam, eo fine ut omnes eidem subscriberent, ea quæ habentur post actionem quartam concilii Calchedonensis in causa Photii & Eustathii in Græcis codicibus testantur. In hac synodo constitutum fuisse ut episcopis in sathanico conventu Ephesino lapsis ad communionem ecclesiæ redire volentibus suæ tantum, non totius catholicæ ecclesiæ, communio concedatur, sicut etiam hoc, ne Dioscori Alexandrini, Juvenalis Hierosolymitani, & Eustathii Beryti episcoporum nomina in sacris nominarentur, ideo quod impœnitentes antesignani schismaticorum essent, epist. Leonis 89. ad Anatolium scripta manifeste indicat. Vide Baronium prædicto loco.

Acta concilii.

SYNODUS S. PATRICII

Auxilii & Issernini Episcoporum in Hibernia celebrata, circa annum Christi 450. vel 456.

TITULI CANONUM.

I. *De captivo in quæstionem, &c.*
II. *De lectoribus, &c.*
III. *De clerico vago.*
IV. *De collectis.*
V. *De eodem.*
VI. *De clerico sine tunica, sine Romana tonsura, & uxorem habente non velato capite ambulantem.*
VII. *De*

1 Eadem hæc est fortasse Synodus Episcoporum ἐνδημούντων, in qua ab Anatolio CP. Photius Tyri Episcopus excommunicatus est, uti refertur in Concil. Calchedon. Actione IV. *Harduin.*

VII. *De clerico ad matutinas & vesperas non occurrente.*
VIII. *De clerico fidejussore pro gentili.*
IX. *Ut monachus & virgo insimul non versentur.*
X. *De negligenti in psallendo, & de comam nutriendo.*
XI. *De susceptore clerici excommunicati.*
XII. *Ut non accipiatur eleemosyna excommunicati.*
XIII. *Ut non accipiatur eleemosyna gentium in ecclesiam.*
XIV. *De Christiano occisore, fornicatore, vel aruspice consulente.*
XV. *De Christiano furtum faciente.*
XVI. *De Christiano credente lamiam in speculo.*
XVII. *De virgine Deo devota, postea nubente.*
XVIII. *Ut excommunicatus non introeat ecclesiam ante pœnitentiam.*
XIX. *De muliere conjugata adultero nubente.*
XX. *De fraudatore debiti.*
XXI. *De Christiano provocante in judicium extra ecclesiam.*
XXII. *De patre consentiente filiæ nuptæ in amore illicito.*
XXIII. *Ut presbyter non offerat in ecclesia non consecrata.*
XXIV. *De advena plebem ingrediente.*
XXV. *De religiosorum donis pontifice in ecclesia habitante.*
XXVI. *De eodem.*
XXVII. *De clerico episcopi novo ingressore.*
XXVIII. *De clerico excommunicato.*
XXIX. *De fratre baptismum suscepturo.*
XXX. *Ut episcopus in aliena parochia non ordinet.*
XXXI. *De clerico conducente clericidam.*
XXXII. *De clerico volente redimere captivum.*
XXXIII. *De clerico Britanno in Hiberniam sine epistola veniente.*
XXIV. *De diacono sine litteris in aliam parochiam transeunte.*

* Ex MS. Bibliothecæ S. Benedicti Cantabrigiæ.

* Gratias agimus Deo Patri, & Filio, & Spiritui sancto.

Presbyteris, & diaconibus, & omni clero, Patricius, Auxilius, & Isserninus episcopi salutem.

PRÆFATIO.

Satius nobis negligentes præmonere, quam culpare quæ facta sunt, Salomone dicente, *melius est arguere quam irasci.* Eccl. 20. Exempla definitionis nostræ inferius conscripta sunt; & sic inchoant.

CANONES.

I.

Si quis in quæstionem captivus quæsierit . . . in plebe suo jure sine permis. meruit excommunicari.

II.

Lectores denique cognoscant, . . . unusquisque ecclesiam in qua psallat.

III.

Clericus vagus non sit in plebe.

IV.

Si qui permissionem acceperit, & collectum sit pretium, non plus exigat quam quod necessitas posoit.

V.

Si quid supra manserit, ponat super altare pontificis, ut detur alii indigenti.

VI.

Quicumque clericus ab ostiario usque ad sacerdotem sine tunica visus fuerit, atque turpitudinem ventris & nuditatem non tegat, & si non more Romano capilli ejus tonsi sunt, & uxor ejus si non velato capite ambulaverit, pariter a laicis contemnentur, & ab ecclesia separentur.

VII.

Quicumque clericus * ussus negligentiæ caussa, ad collectas mane & vespere non occurrerit, alienus habeatur, nisi forte jugo servitutis sit detentus.

* forte, usu vel jussus.

VIII.

Clericus si pro gentili homine fidejussor fuerit in quacumque quantitate, & si contigerit, quod * mirum non potest, per astutiam aliquam gentilis ille clerico fallat rebus suis, clericus ille solvat debitum, nam si armis compugnaverit cum illo, merito extra ecclesiam computetur.

* forte, monstrari.

IX.

Monachus & virgo, unus ab hinc, & alia ab aliunde, in uno hospitio non commaneant, nec in uno curru a villa in villam discurrant, nec assidue invicem confabulationem exerceant.

X.

Si inceptum boni operis ostenderit in psallendo, & nunc intermisit, & comam habeat, ab ecclesia excludendus, nisi statim priori se restituerit.

XI.

Quicumque clericus ab aliquo excommunicatus fuerit, & alius eum susceperit, coæquali pœnitentia utantur.

XII.

Quicumque Christianus excommunicatus fuerit, nec ejus eleemosyna recipiatur.

XIII.

Eleemosynam a gentibus offerendam, in ecclesiam recipi non licet.

XIV.

Christianus qui occiderit, aut fornicationem fecerit, aut more gentilium ad aruspicem meaverit, per singula crimina annum pœnitentiæ agat, impleto cum

cum testibus veniat anno pœnitentiæ, A & postea resolvetur a sacerdote.

XV.

Et qui furtum fecerit, dimidium pœniteat viginti diebus cum pane, & si fieri potest rapta repræsentet, sic in ecclesiam * renuetur.

forte revertur, vel rectur.

XVI.

Christianus qui crediderit esse lamiam in speculo, quæ interpretatur striga, anathematizandus, quicumque super animam famam istam imposuerit, nec ante in ecclesiam recipiendus, quam ut idem criminis quod fecit sua iterum voce * revocat, & sic pœnitentiam cum omni diligentia agat.

al. revocet.

XVII.

Virgo quæ voverit Deo, permanet casta, & postea nupserit carnalem sponsum, excommunionis sit, donec convertatur: si conversa fuerit, & dimiserit adulterium, pœnitentiam agat, & postea non in una domo, nec in una villa habitent.

XVIII.

Si quis [a] excommunionis fuerit, nec nocte pascharum in ecclesiam .·. non introeat, donec pœnitentiam recipiat.

[a] *Al. Excommunis.*

XIX.

Mulier Christiana quæ acceperit virum honestis nuptiis, & postmodum discesserit a primo, & junxerit se * adulterio, quæ hæc fecit excommunionis sit.

al. adultero.

XX.

Christianus qui fraudat debitum cujuslibet, ritu gentilium, excommunionis sit donec solvat debitum.

XXI.

Christianus cui dereliquerit aliquis & provocat eum * inductum, & non in ecclesiam ut ibi examinetur causa, qui sic fecerit alienus sit.

forte in judicium.

XXII.

Si quis tradiderit filiam suam viro honestis nuptiis, & amaverit alium, & consentit filiæ suæ, & acceperit dotem, ambo ab ecclesia excludantur.

XXIII.

Si quis presbyterorum ecclesiam ædificaverit, non offerat antequam adducat suum pontificem, ut eam consecret, quia sic decet.

XXIV.

Si quis advena ingressus fuerit plebem, non ante baptizet, neque offerat, nec consecret, nec ecclesiam ædificet, * nec permissionem accipiat ab episcopo: nam qui a gentibus sperat permissionem, alienus sit.

forte quam.

XXV.

Si quæ a religiosis hominibus donata fuerint, diebus illis quibus pontifex in singulis habitaverit ecclesiis, pontificalia dona; sicut mos antiquus, [b] ordinare, ad episcopum pertinebunt, sive ad usum necessarium, sive egentibus distribuendum, prout ipse episcopus moderabit.

[b] *Forte, sicut mos antiquus ordinavit. Hard.*

XXVI.

B Si quis vero clericus contravenerit, & dona invadere fuerit deprehensus, ut turpis lucri cupidus ab ecclesia sequestretur.

XXVII.

Clericus episcopi in plebe quislibet novus ingressor baptizare & offerre illum non licet, nec aliquid agere, qui si sic non faciat, excommunionis sit.

XXVIII.

Si quis clericorum excommunionis fuerit, solus (non in eadem domo cum fratribus) orationem faciat, nec offerre nec consecrare licet, donec se faciat e- C mendatum, qui si sic non fecerit, dupliciter vindicetur.

XXIX.

Si quis fratrum accipere gratiam Dei voluerit, non ante baptizetur quam ut quadragintesimum agat.

XXX.

Episcopus quislibet, qui de sua in alteram progreditur parochiam, nec ordinare præsumat, nisi permissionem acceperit ab eo qui in suo * principatum est, die dominica offerat tantum [1] susceptione, & obsequi hic contentus sit. D

al. principatu.

XXXI.

Si quis conduxerit e duobus clericis quos discordare convenit per discordiam aliquam prolatum uni e duobus hostem ad interficiendum, homicida congruum est nominari, qui clericus ab omnibus rectis habetur alienus.

XXXII.

Si quis clericorum voluerit juvare captivo, cum suo pretio illi subveniat, nam si per furtum illum .·. inviolaverit,

1 Id est, *si suscipiatur, si invitetur*; ut in Carthag. IV. 33. *Harduinus*.

rit, blaſphemantur multi clerici per unum A latronem, qui ſic fecerit excommunionis ſit.

XXXIII.

Clericus qui de Britannis ad nos venit ſine epiſtola, & ſi habitet in plebe, non licitum miniſtrare.

XXXIV.

Diaconus nobiſcum ſimiliter, qui ** inconſultu ſuo abbate ſine literis in aliam .·. parochiam aſſentiat, nec cibum miniſtrare decet, & a ſuo presbytero quem contempſit per pœnitentiam vindicetur, & monachus .·. inconſultu abbate vagulus decet vindicari.

** *forte* inconſulto.

☞ AD SYNODUM I. S. PATRICII

ADDITIO.

Ex Vvilkins Conc. Britan. tom. I. Mansi Suppl. pag. 325.

Immediate poſt finem ſynodi S. Patricii ſequitur B *in MS. Benedictino liber integer canonum e ſacra ſcriptura, aliis conciliis & ſanctis patribus excerptorum, inter quos ſequentes iſti S. Patricio attribuuntur, vid.*

I. *De unitate ſubditorum.*

Quis ergo audet ſcindere unitatem, quam nemo hominum ſolvere vel reprehendere poteſt. *Multitudinis autem credentium erat cor unum & anima una &c.* uſque ad incluſive *Ananias audiens hæc verba cecidit & exſpiravit.*

II. *De furto in eccleſia peracto.*

Qui furatus fuerit pecuniam ab eccleſia ſancta, ubi martyres & corpora Sanctorum dormiunt, illius manus vel C pes circumcidatur, aut in carcerem mettatur, aut in peregrinationem ejiceatur, & reſtituat duplum, & jurabit quod non revertetur donec impleverit pœnitentiam.

III. *De veris viduis.*

De veris viduis Paulus. *Vidua eligatur non minus annorum 60. unius viri uxor.* Nota. Si plures viros habuerit, vidua non ſit.

I. De eo quod non repudianda ſit, ſi ſterilis, ſi deformis eſt, ſi ætate vetula, ſi fœtida, ſi temulenta, ſi iracun- D da, ſi jurgatrix, tenenda ſit, velis nolis; qualiſcunque accepta ſit, tenenda eſt.

II. Omnis adulter ſive a concelebratione, ſive a communicatione menſæ, ſive a conloquio, ſive a comitatu, uſque dum pœniteat, excludendus ſit.

ET HI UTIQUE E GILDA DESUMPTI.

De excommunicatione dicit Gildas.

Non Noe Cham filium ſuum magicæ artis ſcribam, aut arca, aut menſæ communione voluit arcere. Non Abraham Aner & Ezcol in debellatione v. Regum exhorruit. Non Loth Sodomitarum convivia execratur. Non Iſaac menſæ participationem Abimelech, & Ahuzzat & Phicol duci militum negat, ſed poſt cibum & potum juraverunt ſibi mutuo. Non Jacob extimuit communicari filiis ſuis, quos novit venerari idola. Non Joſeph renuit Pharaonis menſæ & ſcipho participari. Non Aaron ſacerdotis idolorum Madian menſam repulit. Nec Moyſes ſimul cum Jethro hoſtias & convivium pacificum init. Non Dominus noſter Jeſus Chriſtus publicanorum convivia devitabat, ut omnes peccatores & meretrices ſalvaret.

De abſtinentia ciborum.

Abſtinentia corporalium ciborum abſque charitate inutilis eſt; meliores ſunt ergo qui non magno opere jejunant, nec ſupra modum a creatura Dei ſe abſtinent, cor intrinſecus nitidum coram Deo ſollicite ſervantes, a quo ſciunt exitum vitæ, quam illi qui carnem non edunt, nec cibis ſæcularibus delectantur, neque vehiculis equiſque vehuntur, & pro his quaſi ſuperiores ceteris ſe putantes quibus mors intrat per feneſtram elevationis. ☜

CA-

CANONES S. PATRICIO ADSCRIPTI

Ex opuscul. S. Patricii per Jacobum Varaum pag. 39.

anss Suppl. o. I, p. 337.

I. *De judicio clericorum, ut non sit apud iniquos, aut apud infideles.*

Omnis mundialis sapiens, si sapiens sit, non judicet judicia ecclesiæ.

II. *De subjectione populi principi.*

Ministri vos estis, & unusquisque vestrum principem suum, cui adsistit, & ministrat, timeat.

III. *De pœnitentia blasphemantis principem bonum.*

Qui murmurat verba blasphemiæ contra principem bonum per odium, aut invidiam, cum aqua, & pane pœniteat septem diebus, exemplo Mariæ contra Moysem murmurantis.

IV. *De eo quod incertum sit utrum priorem gradum episcopus post lapsum recipiat.*

Patricius episcopus dicit: qui sub gradu peccat, debet excommunicari, quia magna est dignitas hujus nominis; tamen potest redimere animam suam post pœnitentiam; ad priorem gradum venire difficile. Nescio an non; Deus scit.

V. *De recipienda adultera post pœnitentiam, & de quantitate pœnitentiæ.*

Si alicujus uxor fornicata fuerit cum alio viro, non adducet aliam uxorem quandiu viva fuerit uxor prima. Si forte conversa fuerit, & agat pœnitentiam, suscipiet eam, & serviet ei in vicem ancillæ, & annum integrum in pane & aqua per mensuram pœniteat, nec in uno lecto permaneant.

VI. *De alienis adeundis ad judicandum.*

Si quæ quæstiones in hac insula oriantur, ad sedem apostolicam referantur.

VII. *De pœnitentia agenda in ultimo spiritu.*

Si quis infirmatur, agat pœnitentiam, etiam ex necessitate, quia misericors est Deus.

VIII. *De eo quod insipientes præesse non debent.*

Synodus totius mundi, & Patricius decrevit: qui insipiens est, nullo modo præesse liceat, sed sub manu abbatis catholici opus suum exerceat.

IX. *De collectura pecuniæ non vituperanda, necessitate cogente.*

Patricius ait: si quis acceperit permissionem pontificis, & collectum sit pretium captivi, non plus exegerit quam necessitas poposcit. Si quid supra remanserit, ponat super altare, & indigentibus detur, & captivis.

Item si quis colligit pecuniam sub nomine misericordiæ, non audeat spoliare ecclesiam Dei, sed reges, & plebiles, quibus melius est dare, quam recondere.

SYNODUS [1] ALIA S. PATRICII

ANNO INCERTO.

ecundam c S. Patri- synodum, Andega- si biblio- ca transcri. m, misit uando Ja- . Sirmon. S. J. ad bum Usse- n Arma- num archi. copum. lationibus

I. *De habitatione cum fratribus peccatoribus.*
II. *De * observationibus eorum.*
III. *De pœnitentia post ruinas.*
IV. De excommunicatione.
V. *De suspectis causis.*
VI. *De vindictis ecclesiæ.*
VII. *De baptismatis incertis.*
VIII. *De reis autem abstractis ab ecclesia.*
IX. *De lapsis post gradum.*
X. Vel desideratur omnino, vel in capitulorum numeratione erratum est.
XI. *De separatione sexuum post lapsum.*
XII. *De oblatione pro defunctis.*
XIII. *De sacrificio.*
XIV. *De * abstinenti insoltivi lequata cibis.*
XV. *De relinquenda vel docenda patria.*
XVI. *De falsis episcopis.*
XVII. *De præposito monachorum.*
XVIII. *De tribus seminibus evangeliorum.*
XIX. *Qua ætate baptizandi sunt.*
XX. *De parochiis.*
XXI. *De retinendis vel dimittendis monachis.*
XXII. *De sumenda eucharistia post lapsum.*
XXIII. *De juramento.*
XXIV. *De contentione duorum absque testibus.*
XXV. *De thoro fratris defuncti.*
XXVI. *De meretrice conjuge.*
XXVII. *De voluntate virginis vel patris in conjugio.*
XXVIII. *De primis vel secundis votis.*
XXIX. *De consanguinitate in conjugio.*
XXX. *De vindicandis assuetis.*
XXXI. *De gentibus qui ante baptismum credunt quam pœnitentiam habeant.*

CA-

[1] Utramque Patricii Synodum edidit Spelmanus. Hanc secundam ex apographo P. Sirmondi emendatiorem dedit Harduinus, qui sequentia adnotavit. In MS. titulus hic est: *De Synodo Patricii Capitula XXXI. De diversis causis.*

CANONES.

I.

DE eo quod mandastis [1] de habitatione cum fratribus peccatoribus; audite apostolum dicentem: *cum hujusmodi ne cibum quidem sumere*; non ejus escas sumas cum eo. Ceterum si bos sis & trituras, hoc est, si doctor es & doces, non obturatur tibi os, & dignus es mercede tua, sed oleum peccatoris non impinguet caput tuum, sed corripe adhuc & argue.

1. Cor. 5.

II.

Contentus tegmento & alimento tuo, cetera dona iniquorum reproba, quia non sumit lucerna nisi * quod alitur.

* leg. quo

III.

Statuitur ut abbas videat cui attribuetur potestas alligandi & solvendi, sed aptior est juxta scripturæ exempla, * veniam. Si vero cum * flem & lamentatione & lugubri cum veste sub custodia pœnitentia brevis, quam longa & remissa cum temperamentis.

* forte veniatorec fleeu

IV.

Audi dominum dicentem: *Si tibi non audierit, sit tibi velut gentilis & publicanus*. Non maledices, sed repelles excommunicatum a communione & mensa, [2] & Missa, & pace, & si hæreticus est, post unam correptionem devita.

Matth. 18.

V.

Audi dominum dicentem: *Sinite utraque crescere usque ad messem*: hoc est donec veniat *qui manifestabit consilia cordium*, ne judicium ante diem judicii facias: vide Judam ad mensam domini, & latronem in paradiso.

Matth. 13. 1. Cor. 4.

VI.

Audi item dominum dicentem: *Qui effuderit sanguinem innocentem, sanguis ipsius effundetur, sed ab eo qui portat gladium*, [3] *dictatur aut vindictæ innocens habetur*. De ceteris autem per legem evangelicam ab eo loco in quo ait: *Et eum qui aufert aliquid a te, ne repetas, sed libenter si ipse quid referat humiliter recipias*.

Gen. 9. Luc. 6.

VII.

Statuudt ne * baptizati, (*sint*) qui symboli * traditione a quocumque acceperunt, quia non inficit semen seminantis iniquitas. Sin vero, non est rebaptizare, sed baptizare. [4] Non abluendos autem lapsos a fide credamus nisi per impositionem manus * accepi.

* rebaptizati. * leg. traditionem. * leg. accipi episcopi.

VIII.

Non ad reorum defensionem facta est ecclesia, sed judicibus persuadendum est, ut spiritali morte eos occidant, qui ad sinum matris ecclesiæ confugiunt.

IX.

Audi canonica instituta: Qui cum gradu cecidit sine gradu surgat. Contentus nomine tantum amittat ministerium, nisi qui [5] tantum a conspectu domini peccans non recessit.

XI.

Consideret unusquisque in conscientia sua, si amor & desiderium cessavit peccati, quia corpus mortuum non inficit corpus alterius mortui, sin vero, separentur.

XII.

Audi Apostolum dicentem: *Est autem peccatum ad mortem; non pro illo dico ut roget quis*. Et dominus: *Nolite donare sanctum canibus*. Qui enim in vita sua non merebitur sacrificium accipere, quomodo post mortem illi poterit adjuvare.

1. Joan. 5. Eccles. 10.

XIII.

[6] In nocte paschæ si fas est ferre foras. Non foras fertur, sed fidelibus deferatur. Quid aliud significat quod in una domo sumitur agnus, quam sub uno fidei culmine creditur & communicatur Christus?

XIV.

Statuunt ut Christi adventum sponsi nullas ratas leges inveniat jejunii. Quid autem inter Novatianum & Christianum interest, nisi quod Novatianus indesinenter, Christianus vero per tempus abstineat, ut locus, & tempus, & persona per omnia observetur?

XV.

Docenda patria prius per exemplum domini, & derelinquenda postea, si non proficiat; juxta exemplum apostoli. Sed qui potest * facere, licet periclitatur, ubique doceat & se ostendat; qui vero non potest taceat & abscondat; alius quippe ab Jesu in domum suam mittitur, alius sequi jubetur.

* proficere.

XVI.

1 MS. *de cohabitatione*. 2 Forte redundat hæc vox, *& Missa*; repetitio videtur esse vocis prioris.
3 MS. *dictator autem*. 4 In apographo Sirmondi, & MS. Bonævallis, *absolven dos*.
5 MS. *tamen*. 6 Hic adde hæc verba: *De sacrificio*.

XVI.

Qui non secundum apostolum electus est, ab altero episcopo est damnandus, deinde ad reliquam plebem declinandus & degradandus.

XVII.

Monachi sunt qui solitarii sine terrenis opibus habitant sub potestate episcopi vel abbatis. Non sunt autem monachi, sed * Vaetro periti, hoc est contemptores soliciti ad vitam perfectam. In ætate perfecta, hoc est, a viginti annis debet unusquisque constringi non attestando, sed voto perficiendo, ut est illud, *unusquisque sicut proposuit corde suo faciat*; & ut, *vota mea reddam in conspectu domini*, & reliqua. Quo voto vivitur, situs locorum coartat, si superabundantia in omnibus devitetur in vita, quia in frigore & nuditate, in fame & siti, in vigiliis & jejuniis vocati sunt.

* baftro. — Cor. 9. — m. 115.

XVIII.

Centesimum episcopi & doctores qui omnibus omnia sunt, sexagesimum clerici & viduæ qui continentes sunt, tricesimum laici qui fideles sunt, qui perfecte trinitatem credunt. His amplius non est in messe domini. *Monachi vero & virgines cum centesimis jungimus.

* monachos

XIX.

Octavo die catechumeni sunt, postea solemnitatibus domini baptizantur, id est Pascha, & Pentecoste, & Epiphania.

XX.

Cum monachis non est dicendum, quorum malum est inauditum, qui unitatem vero plebis non incongrue suscepimus.

XXI.

Unusquisque fructum suum in ecclesia in qua imbutus est perfruatur, nisi causa majoris profectus [1] adulteris ferre permissa abbatis cogat Si vero exiorit causa utilior, cum benedictione dicatur: *Ecce agnus Dei*, *non quod sua sunt singuli quærentes*, *sed quæ Jesu Christi*: [2] vocatiotionis autem * causam non permittunt subditos discurrere.

Joan. 1. — Cor. 10. — * causæ vel non permittunt

XXII.

Post examinationem carceris sumenda est: maxime autem in nocte paschæ, in qua qui non communicat fidelis non est. Ideo brevia sunt & stricta apud eos spatia, ne anima fidelis intereat tanto tempore jejuna medicinæ; domino dicente: *Nisi manducaveritis carnem filii hominis, non habebitis vitam in vobis.*

Joan. 6.

XXIII.

Non jurare omnino, de hoc consequente lectionis series docet non adjurandam esse creaturam aliam, nisi creatorem, ut prophetis mos est: *Vivit dominus*, & *vivit anima mea*, &, *vivit dominus cui assisto hodie*. Finis autem contradictionis * est, nisi domino. * Omni enim quod amat homo, hoc & juratur.

Jerem. 38. & 4 — * adjuramentum — * omne

XXIV.

Statuunt ut per quatuor sancta evangelia antequam communicet testatur quid probatur, & deinde sub judice fama relinquatur.

XXV.

Audi decreta synodi super istis: Frater torum defuncti fratris non ascendat, domino dicente: *Erunt duo in carne una*: ergo uxor fratris tui soror tua est.

Ephes. 5.

XXVI.

Audi dominum dicentem: *Qui adhæret meretrici, unum corpus efficitur*. Item *adultera lapidetur*; id est, huic vitio moriatur, ut desinat crescere, quæ non desinit mœchari. Item, *si adulterata fuerit mulier, numquid revertitur ad virum suum priorem?* Item, *non licet viro dimittere uxorem nisi ob causam fornicationis*, [3] ac si dicat, ob hanc causam; unde si ducat alteram [4] velut post mortem prioris, non vetant.

1. Cor. 6.

XXVII.

Quod vult pater, faciat virgo, *quia caput mulieris vir* Sed requirenda est a patre voluntas virginis, dum Deus reliquit hominem in manu consilii sui.

Ephes. 5.

XXVIII.

Eadem ratione observanda sunt prima vota & prima conjugia, [a] aut secundis prima non anuirrita, nisi fuerint adulterata

a MS. *ut secundis*.

XXIX.

Intelligite quid ex loquitur, non minus nec plus: quib aucem observatur apud nos, ut quatuor genera dividantur, nec vidisse dicunt, nec legisse.

XXX.

Numquam .·. vetitus licet verum observandæ sunt leges jubilæi, hoc est, quinquaginta anni, ut non affirmentur incerta .·. vicerato temporis, & ideo .·. omnis negotia suscriptione Romanorum confirmanda est.

XXXI.

1 Forte, *id alteris*. 2 Forte, *vagationis autem causam*. 3 MS. *ut si liceat ob hanc causam*. 4 MS. *vel*, non ita recte, ut videtur.

XXXI.

Remittuntur quidem omnium peccata in baptiſmo, ſed qui cum fideli conſcientiam infidelem tempor.... vixit * ut fidelis peccator judicandus eſt.

* pene ut

[a] CONCILIUM MEDIOLANENSE

EPISTOLA SYNODALIS.

Domino ſancto & beatiſſimo patri Leoni Euſebius Mediolanenſis epiſcopus.

REverſis, domino annuente, fratribus noſtris, &c. *Extat ſupra inter epiſtolas Leonis num. 97.*

a *Concilium.*) Dum ſanctus Abundius ceterique legati ex oriente Romam reverſi eſſent, ad propria redeuntibus, hoc in mandatis dedit pontifex, ut Abundius cum Senatore collega Euſebium Mediolanenſem epiſcopum cum litteris pontificiis conveniat, cumque eo agat, ut indicta provinciali ſynodo, publicis ſubſcriptionibus profiteantur, ſe doctrinam de verbi incarnatione ad Flavianum ſcriptam integre recepiſſe: idque propterea, ut legati a latere ad œcumenicam ſynodum nomine pontificis, totiuſque occidentalis eccleſiæ ablegandi, de abſentium epiſcoporum occidentalium ſententia ac ſuffragio univerſam ſynodum vere & conſtanter informare poſſent. Erat enim priſtino uſu receptum, ut cum indicebatur œcumenicum concilium, cui non omnes occidentales intereſſe poterant, iidem, ſi opportunitas temporis id ferret, vel Romæ ad ſynodum convocarentur, vel habitis ſub præſidio metropolitani provincialibus conciliis per ſynodalem epiſtolam de ſuo ſuffragio Romanum pontificem certiorem redderent, atque ita ipſi etiam juſta de cauſa abſentes, ſuum quodammodo ſuffragium per legatos a latere in œcumenico concilio ferrent. Hac igitur occaſione Euſebius Mediolanenſis epiſcopus hanc ſynodum provincialem coegit: qua quid actum ſit ſynodalis epiſtola ad Leonem pontificem ſcripta perſpicue recenſet. Nomina epiſcoporum non dignitatis aut prærogativæ ſedium, ſed temporum ordine ſubſcripta ſunt. Inter eos doctrina & ſanctitate inſigniores fuerunt, præter Euſebium Mediolanenſem, B Abundius Comenſis, Maximus Taurinenſis, Criſpinus Ticinenſis, aliique plures, de quibus vide Baronium anno 451. numero 13. & ſequentibus.

Cauſa habiti concilii.

Quomodo abſentes epiſcopi in conciliis œcumenicis ſuffragentur.

Acta concilii

Epiſcopi juxta ſenium ſubſcripſerunt.

H EN

Η ΕΝ ΚΑΛΧΗΔΟΝΙ
ΑΓΙΑ ΟΙΚΟΥΜΕΝΙΚΗ
ΤΕΤΑΡΤΗ ΣΥΝΟΔΟΣ

CALCHEDONENSE CONCILIUM
GENERALE QUARTUM.

HISTORIA * CONCILII CALCHEDONENSIS.

* Ex editione Romana G.L. conciliorum generalium anni 1608.

EXacto Nestorio, [a] Maximianus Constantinopolitanam rexit ecclesiam: tum Proclus, & post ejus obitum Flavianus. Is imperante adhuc Theodosio juniore, Flaviis [b] Zenone & Postumiano coss. hoc est, annis octodecim post Ephesinum concilium Constantinopoli ex triginta episcopis [c] synodum coegit ad disceptandam causam, quæ inter Florentium Sardeorum Lydiæ episcopum metropolitam, & duos ei subjectos episcopos Joannem & Cossinium, vertebatur. Sedebat in synodo, præter alios antistites, Eusebius episcopus Dorylæi, quæ Phrygiæ Salutaris civitas est, vir plane ut doctrinæ morumque laude illustris, ita & hæreticorum strenuus oppugnator. Oblato is libello exposuit sacræ synodo, Eutychem presbyterum, & monasterii, quod in ea urbe celeberrimum erat, archimandritam, cœpisse jam pridem delirare, & de redemptore, redemptionisque nostræ sacramento longe aliter sentire, quam ab apostolis Nicænisque patribus traditum sit. Nec enim ex duabus, aut in duabus naturis Christum subsistere fatebatur, nec humanum corpus de virgine suscepisse nostris consubstantiale corporibus: sed dum Nestorianam Charybdim, hoc est, duas in Christo personas exhorrere plus nimio videri volebat, A in adversam Scyllæ voraginem præceps actus, unam ut [d] hypostasim, sic & naturam Christo domino tribuebat; ita Dei verbo in carnem converso, duabusque in unam naturis inter se confuse permixtis, ut sola divinitas sub carnis non veritate, sed figura, famem, sitim, lassitudinem, vigilias, crucem, mortem perpessa sit, & post triduum revixerit e sepulcro. Hæc vero monstra, quæ ex Manichæi, Valentini, & Apollinarii caveis ac lustris eduxerat Eutyches, libroque edito per monasteria disseminabat, cum ab episcopo Dorylæno exponerentur, Flavianum, & qui assidebant, episcopos vehementer perturbarunt. Ac primum placuit, ut Eutychem B Eusebius pro veteri, quæ sibi cum illo intercedebat, necessitudine, officii ac religionis admoneret. Rem detrectat Eusebius, ne rursus audiret hominem impiis vocibus divinæ œconomiæ mysteria proscindentem, præsertim non semel expertus, cum illum sæpius ut amicum antea commonuisset, sua consilia ac preces in desipientis animo nihil penitus insedisse. Mittuntur itaque Joannes presbyter ac defensor, & Andreas diaconus, qui synodo sisterent Eutychem. Pernegat ille fas sibi esse vel pedem efferre de monasterii septis, quo se veluti tumulo quodam mortuus magis quam vivus incluserat: graviter præterea incusat Eusebium, quod inimicitiarum potius, quam pietatis caussa suum nomen synodo detulisset. Tergiversantem

a Evagr. lib. 1. cap. 5.

b Cassiod. in chron. conf.

c Concil. Calched. act. 1. & Liberat. c. 11.

d S. Leo epistol. 12. 13. & 97. nunc 28. 35. 165.

ſantem hæreticum accerſunt patres iterum ſynodicis literis per presbyteros duos Mamam & Theophilum: quos ut eluderent monachi, ſuo timentes archimandritæ, gravi illum morbo conflictari renuntiarunt: mox ſimul ac a presbyteris nihil eſſe quod magnopere metuerent, audiere, deducunt eos ad Eutychem: quo nunc effœtam jam ſenectutem, nunc monaſtici ſeceſſus ac ſolitudinis inviolabile jus obtendente, nec etiam ad diſputandum de hæreſi, quam fovebat, aggrediente, re infecta rediere legati. Vocatur & tertio per Memnonem ſacrorum vaſorum cuſtodem, duoſque diaconos Epiphanium & Germanum: quibus ad monaſterium profectis, Abrahamus alter archimandrita venit in ſynodum excuſaturus Eutychem, ejuſque nomine ad propoſitam de fide quæſtionem reſponſurus. Verum Eutychis impudentia facile rejecta eſt, cum æquum epiſcopis non videretur, ut aut alius ſe pro alio obtruderet, aut ulla quis religione prohiberetur, ne a loco quem ſibi ipſe circumſcripſiſſet, deduci poſſet ad ſynodum. Interea dum vehementer Eutyches urgeretur a Memnone, nec alias, quas prætexeret, cauſas haberet, venturum ſe quo vocabatur, ſpondet; impetratque ſeptem dierum, quibus affectam valetudinem confirmaret, inducias. Eo tempore verſus ille ad artes & dolos, quibus egregie inſtruendis ingenio uſuque pollebat, ſe ſuamque exiſtimationem in maximum diſcrimen adductam, ſuppliciter commendat Chryſaphio eunucho, qui non ſolum erat Theodoſio Auguſto cariſſimus, & cum [a] Eutyche magna familiaritate devinctus, propterea quod ab illo fuerat de ſacro fonte ſuſceptus, & ſui ſuſceptoris imbutus erroribus; ſed etiam Flaviano non parum infenſus, quod cum ab eo electionis ſuæ gratia munus aliquod pro benedictione flagitaſſet, Flavianus puros panes, non aureum donum, ut ille expetebat, miſerit, cum diceret, talium rerum copiam ſibi non ſuppetere; niſi forte ſacra eccleſiæ vaſa, quæ Deo & pauperibus conſecrata eſſe optime noſſet, ad hoc aſſumeret. Quocirca ſimultatis, amicitiæque ſtimulis incitatus eunuchus, perſuadet imperatori, ut Florentium patricium cum imperio, ne quid eccleſia detrimenti pateretur, ſynodo jubeat intereſſe. Ea de re mandatum principis ad ſynodum pertulit magnus ſilentiarius; cum quo venit Eutyches, non tanquam ad epiſcoporum conſeſſum, ſed quaſi ad bellum, non modo monachorum corona, ſed excubitorum ac prætorianorum militum armis ſtipatus. Florentium gratulabundi patres excepere, nec ſine magna Theodoſii laude, quod clariſſimi viri, cujus fides ac pietas ſpectata ſit, præſidio ſynodum communiſſet.

[a] Niceph. lib. 24. c. 47.

Hic Eutychis fides in diſceptationem vocatur, quidque de Chriſto crederet, proferre in medium jubetur. Is primum profiteri, dicturum ſe quæ ante non dixerit, paratum ſe eſſe amplecti quæ ſynodus imperabat. Verum poſtquam iterum atque iterum juſſus eſt prodere, non quam ex imperio, ſed quam ex animi ſententia rectam fidem putaret eſſe: vomere continuo latentem ſaniem, & duas quidem aſſeverare naturas prius quam carni verbum copularetur: unam vero dumtaxat poſtquam divinitas ac ſervilis forma in unam hypoſtaſim coiere. Patres viciſſim monere illum,

A ut ad Nicæni ſymboli normam cogitationes ſuas dirigeret: hortari ut pie damnaret, quod impie probarat: urgere, ne per amentiam revelleret, quod majorum ſapientia ſempiterno jure defixerat: hominem denique tam ſalutaria monita reſpuentem, de ſacerdotum ſacrariis removent, a monaſterii gubernaculis dejiciunt, & ab orthodoxorum ſegregant conſortio: idque triginta epiſcoporum, & viginti trium abbatum ſubſcriptionibus obſignant.

Incredibile eſt, quanta animi acerbitate ac B rabie exarſerit Eutyches. Eam itaque condemnationem ut abrogaret, omni ope ac machinatione eniſus eſt. Ac primum affixis per trivia libellis, æquiſsimum illud ſynodi jus injuriam fuiſſe publice conteſtatur. Deinde Leoni Romano epiſcopo ſcribit, [b] Neſtorianam hæreſim Conſtantinopoli revixiſſe, ſeque fictis criminationibus appetitum, oppreſſum, exturbatum; nec fuiſſe, cum ad apoſtolicam ſedem provocaret, auditum. Commoverat ea res pontificem: ſed acceptis mox Flaviani literis, ſynodique geſtis omnibus, facile conquievit. Tum a pontificis cathedra per ſummum ſcelus Eutyches ad Auguſti prætorium provocat: oratque, jubeat imperator, [c] acta concilii, quæ a Flaviano corrupta eſſe contendebat, recognoſci coram Florentio patricio ab iiſdem C epiſcopis, præſide Thalaſſio Cæſareæ Cappadociæ epiſcopo. Annuit Theodoſius plus nimio lenis ac facilis ad aulicorum preces. Itaque reditur ad ſynodum, Protogene & Aſterio conſulibus, v. Idus Aprilis, coram Macedonio tribuno in eccleſiæ baptiſterio. Intruduntur & in eum locum, qui pro Eutyche pugnarent, monachi tres, Conſtantius, Eleuſius, & Conſtantinus, præter ſynodorum conſuetudinem, & reclamantibus epiſcopis. Relleguntur acta, retractantur teſtimonia, in ſingula diligenter inquiritur. Verum ea omnis ſuſpicio recidit in auctorem: nam quo accuratius explorata ſunt omnia, eo clarius ut Flaviani incorrupta fides enituit, ita nequiſſima fraus ac fallacia Eutychis detecta eſt. Qui fruſtra legitimis judicibus pertentatis, ad ſuæ tandem D cauſæ ſubſidium fovere atque inflammare non eſt veritus diſſenſiones epiſcoporum. Imploravit enim patrocinium Dioſcori Alexandrini epiſcopi, quippe graviter invidentis Flaviano ob Conſtantinopolitanæ ſedis amplitudinem. Nec magno ſane negotio illum Flaviani calumniator in ſuas partes pellexit: ſiquidem haud ægre in exulcerato animo fictum crimen inſedit; cum præſertim Eutyches dum unam Chriſti naturam affirmabat, videri vellet patronus & aſſertor illius unitatis, quam ſanctus Cyrillus adverſus Neſtorianam diviſionem Epheſi tutatus eſt. Quocirca Dioſcorus Cyrilli olim archidiaconus, poſtea vero in epiſcopatu ſucceſſor, facile Cyrilli nomine, & inani quadam dogmatum ſimilitudine captus eſt. Sed & veriſſime teſtatur apoſtolus, eos circa fidem ſolitos naufragari, qui bonam conſcientiam repulere: repulerat autem perditiſſime Dioſcorus, homo [d] profligatiſſimis moribus, blaſphemus, & Origeniſta, adulteriis & homicidiis, aliiſque ſceleribus inquinatus, quæ tamen ante electionem, ut hypocrita ſpeciem ſanctitatis ac pietatis præ ſe ferens, occultavit. Is igitur Dioſcorus afflicto ac jacenti Eutychi fidem dexE tramque porrigit, agitque cum imperatore per literas, œcumenico res tantas indigere concilio,

[b] S. Leonis ep. 21. 23. 24. noſtræ ed.

[c] Act. 1. Calch. conc.

1. Tim. 1. d.

[d] Concil. Calch. act. 3. Liberat. c. 12. Cedren. in Theodoſio.

lio, summas ecclesiarum simultates ac pugnas summa ecclesiæ auctoritate esse tollendas. Repugnat ex adverso Flavianus, reclamat Leo, obstrepunt pii omnes. Gratiæ tamen plus datum, quam religioni.

Theodosius itaque infecto Dioscori partibus animo, indicit Ephesinam synodum secundam, consulibus Asterio & Protogene, hoc est, novemdecim annis a prima. Eo convenere Dioscorus Alexandrinus cum Eutyche suo, Domnus Antiochenus Joannis successor, Juvenalis Hierosolymitanus, Flavianus CP. cum centum triginta & eo amplius episcopis. Leo quoque, ut voluntati imperatoris obsequeretur, sedis apostolicæ auctoritatem adhibuit, misitque apostolicos legatos Julianum episcopum Puteolanum, Renatum presbyterum tit. sancti Clementis, Hilarum diaconum, & Dulcitium notarium, cum * epistolis, ad Flavianum una, ad synodum altera, quibus luculenter rectam fidem adversus Eutychis præstigias explanabat. Misit vicissim imperator tum Barsumam archimandritam, ut monachorum omnium nomine contra orientales episcopos, qui Eutychem damnaverant, ageret; tum Elpidium sacri consistorii comitem, qui synodi conservator esset & custos, & episcopis, a quibus Eutyches judicatus fuerat, judicandi adimeret potestatem. His tam pudendis & tam infaustis rerum auspiciis Ephesi ad quartum Idus Augusti in sanctæ Mariæ basilica convenitur. Jubet Elpidius principio, de actis Constantinopolitanæ synodi quæstionem haberi. Obsistunt apostolici legati, priusque Leonis epistolas postulant recitari. Obstrepit Eutyches, eosque in suspicionem atque invidiam rapit, quod apud Flavianum pransi, olerent plus nimio Flavianum. Abscedunt synodo legati, tum ob pontificis literas ab hæreticis non receptas, suppressas etiam dolose; tum etiam quia juxta Romanæ ecclesiæ prærogativam, primatus in sedendo delatus eis non fuerat: postea tamen rediere. Verum Dioscorus & Barsumas, quibus nihil jure agere, sed vi manuque omnia miscere certum erat, legitimis disputationibus ac judiciis diffisi, militum copias conscribunt, validamque manum recentorum monachorum; synodum irrumpunt armati; notariis qui synodi acta excipiebant, defringunt digitos, tabulasque concerpunt: Theodoretum Cyrensem, & Ibam Edessenum absentes, Domnum vero Antiochenum eo die ægrotantem, indicta causa condemnant, & ab episcopatu dejiciunt: Flaviano silentium imperant, ejusque comites in ferrum & catenas adigunt: per summos terrores ac minas extorquent episcoporum suffragia adversus Flavianum, cogunt subscribere puris albisque membranis, in quibus describendum quid esset ignorarent. Apostolici reclamant legati: sed cum nihil proficerent, per scutatos satellites elapsi, se velut e sicariorum agmine subduxere. Recitatur publice libellus, quem Eutyches synodo dederat cum symbolo, verbis illis sublatis: *Qui conceptus est de Spiritu sancto ex Maria virgine.* Acclamat libello Dioscorus, eamque Nicænam esse fidem prædicat. Pristinum in statum restituitur Eutyches; Eusebius autem Dorylæus & Flavianus hæreseos nomine conjiciuntur in vincula. Ad apostolicam sedem provocat Flavianus: provocantem Dioscorus, factus ex episcopo carnifex, tot pugnis calcibusque contundit, ut post triduum in exilio gravissime plagarum dolore confictatus obierit. In demortui locum subrogant Anatolium diaconum, Dioscori apocrisiarium, nec ab Eutyche, ut ipsis videbatur, alienum. Victor Dioscorus lætitia gestit: & ne quid audaciæ, ne quid furoris abesset, postquam divini humanique quidquid est juris evertit, Alexandriam reversus, in ipsum tandem culmen ecclesiæ, hoc est, in Leonem pontificem, nefario novoque exemplo, anathematis jaculum contorsit.

* Leo epist. 29. hujus edit.

Acerbo * tantæ calamitatis accepto nuntio per Hilarum diaconum, dici vix potest quanto animi mœrore Leo Flaviani necem, episcoporum terrorem ac fugam, divulsas ecclesias, prostratam fidem, exultantem hæresim deplorarit. Ad eum itaque luctum squaloremque levandum omni ope solertiaque incubuit; coacta quamprimum Romæ synodo, quidquid Ephesi fuerat actum, damnavit ac rescidit. Crebris deinde institit literis Theodosium & Pulcheriam Augustam urgere, ut unanimi consensu synodus altera, quæ Ephesinam ignominiam & labem deleret, intra fines Italiæ cogeretur. Sed & cum multis Italiæ episcopis obviam prodiit Valentiniano Augusto, qui cum reginis, hoc est, cum matre Galla Placidia, & conjuge Eudoxia Romam religionis causa ad apostolorum limina veniebat: cum illis Ephesini concilii, seu potius latrocinii flagitia commiserabili fletu crebrisque singultibus exposuisset, lacrymas reginis excussit, & tum eas, tum Valentinianum orando compulit, uti Theodosio scriberent, efficerentque ut alio rursus concilio, quæ perperam gesta fuerant Ephesi, retractarentur. Scripsit Augustus Augusto, scripsere reginæ. Verum Eutychianis fabulis ac dolis irretita Theodosii mens, nullis literis, nullis precibus, nulla suorum necessitudine flecti potuit. Quin potius publicis legibus Flavianum damnavit, Ephesinamque synodum Nicænæ jussit æquari. At neque leves, neque seras tanti facinoris pœnas dedit. Siquidem haud multo post, dum equitaret, collapso equo graviter elisus atque exanimatus est, hærede nullo relicto.

* Conc. Chal. act. 3.

Ejus soror Pulcheria Marciano clarissimo senatori & orientis imperium, suffragante senatu, & seipsam in matrimonium dedit. Marciani egregia probitas, & omnium sermone celebrata religio Leonem impulere, ut ab eo per literas quod a Theodosio non potuerat, consequi niteretur. Assensere Marcianus & Pulcheria, & ultro citroque datis ad Leonem, acceptisque literis, Nicæam concilii gratia sexcentos triginta episcopos evocarunt. Apostolici vero legati, quos miserat Leo, Paschasinus Lilybetanus, Lucentius Asculanus, Julianus Coensis, episcopi, & Bonifacius presbyter, cum permagni interesse existimarent ad res componendas, tumultusque Eutychianarum partium sedandos, si in synodo Marcianus interesset, obnixe illum rogarunt eo loci concilium transferret, quo & ipse non incommode posset accedere. Eam ob rem Calchedonem Bithyniæ, quæ Constantinopoli septem stadiis abest, translata fuit synodus, & haberi cœpta octavo Idus Octobris, Marchiano & Adelphio consulibus, legatis apostolicis præsidentibus, in æde sanctissimæ virginis ac martyris Euphemiæ. Ibi adfuerunt amplissimus senatus, & aliquod alii proceres, qui judices in concilio nominantur, ab

ab imperatore præfecti, non ut de rebus ad fidem & religionem spectantibus decernere ac judicare deberent, sed tantum ut sua auctoritate strepitus ac turbas comprimeret. Nam in actione secunda, se doceri debere ab episcopis palam ipsi judices profitentur: & in actione tertia, cum Dioscorus præsentiam judicum requireret, episcopi responderunt, quando regularia tractantur, nullos judices laicos interesse posse: & in eadem actione iidem episcopi affirmant, a Deo solis episcopis datam auctoritatem episcopos judicandi.

Principio clamaverunt apostolici legati, fas non esse ut Dioscorus, qui reus sit, & ab aliis judicandus, inter episcopos sedeat de aliis judicaturus. Ea res dum ultro citroque inter legatos & judices agitur, Eusebius Dorylensis adversus Dioscorum judicibus libellum obtulit plenum flagitiis ac furoribus Ephesini conventus. Quo perlecto jussu judicum, Constantinus qui erat a secretis consistorii, tum Constantinopolitanæ, tum Ephesinæ secundæ synodi acta omnia de Eutychis & Dioscori causa publice recitavit: ex quibus cum nefariæ illorum hæreses & inaudita crudelitatis exempla patuissent, fremere patres adversus Dioscorum, impii parricidæ non ferre præsentiam, vultu, oculis, clamore hominem percellere.

Postera dies secundam excepit actionem, in qua publice recitatum Nicænum, Constantinopolitanumque symbolum; deinde Cyrilli ad Nestorium & ad Joannem Antiochenum literæ: tum Leonis ad Flavianum epistola, cui illis verbis acclamaverunt episcopi: Petrus per Leonem ita locutus est: apostoli ita docuerunt. Dioscorus scelerum conscientia consternatus, nec secundæ interfuit actioni, nec tertiæ: in qua cum ad judicium posceretur Eusebii Dorylensis libello, patrum jussu per Constantinum, Acacium & Atticum episcopos vocatur ad synodum. Se a lictoribus respondit, ne domo exeat, prohiberi. Sed facta mox a lictorum magistro exeundi potestate, negavit se venturum in synodum, a qua senatum & judices tunc abesse cognoverat. Iterum ad illum tres alii diriguntur episcopi, Pergamius, Cecropius, Rufinus. Morbum impudenter excusat. Interea Athanasius, Theodorus, Ischyrion & Sophronius Alexandrini in synodum admissi, datis libellis gravissimas, quibus a Dioscoro affecti fuerant, injurias exposuere: vastatus agros, incensa prædia, sublatas uxores alienas, stupratas virgines, fœdata connubia, aliaque id genus scelera. Quibus commoti patres, tertio adhuc hominem accersunt per Francionem, Lucianum & Joannem episcopos. Sed nihilo pluc ea die, quam aliis, actum est. Tum apostolici legati summatim commemoratis sceleribus, quorum & Alexandrinis testimoniis, & publicis Ephesinæ synodi actis convictus fuerat Dioscorus, ex Leonis pontificis sententia pronuntiant, illum & episcopali honore, & sacerdotum functionibus omnibus privatum esse. Eam sententiam Anatolius Constantinopolitanus episcopus, ceterique patres universi gravissimis verbis comprobant, atque Augusto & Augustæ significant, ac publicis evulgant edictis, & Alexandrinæ perscribunt ecclesiæ.

Damnato Dioscoro reditum est ad Leonis epistolam, & ad constabiliendam rectam fidei formulam. Hic plerique episcopi clamaverunt a Dioscoro se circumventos Ephesi, metuque

A adactos fuisse, saperent, dicerent, scriberent quæ non oportebat; errato supplices precantur ignosci. Jubentur itaque singuli seorsim suæ confessionis ac fidei libellum conscribere: conscribunt, & Leonis epistolam ut inviolabilem orthodoxi dogmatis normam venerati, veniam facile consequuntur, præter Ægyptios episcopos, & nonnullos archimandritas: qui tamen petierunt ut liceret sibi novum episcopum Alexandrinum, ex cujus voluntate subscriberent, opperiri. Neque id ipsis denegatum, jurejurando tamen & vadimonio obstrictis, se Calchedone non arbituros quoad sancta synodus imperarit.

Cogitatum deinde de conscribenda fidei formula, quæ omnes in unum devinciret ecclesias. Habitus ex singulis provinciis delectus quo- B rumdam episcoporum, qui in eam rem incumberent cum legatis apostolicis & Anatolio Constantinopolitano, seorsim in ecclesiæ secretario. Hi vero ad Leonis epistolam velut ad normam columnamque veritatis, cum suam omnem deliberationem exigere studuissent, Christum dominum perfectum Deum, perfectum hominem ex duabus naturis inconfuse atque incommutabiliter consistentem, & divinitate quidem Deo patri, humanitate vero nobis esse consubstantialem, ac per omnia similem, si peccatum excipias; decrevere; sententiis omnibus, quæ ullo modo videri possunt ab hoc dogmate dissidere, damnatis. Id a delectis patribus definitum esse postquam Marciano Augusto renuntiatum est, confestim octavo Kalendas Novembris cum plurimis clarissimis viris Calchedonem venit, non ostentandæ potestatis gratia, sed ut universos patres ad rectæ fidei C rationem cohortaretur: idque oratione Latine primo, deinde Græce pronuntiata. Ex qua tantus extitit animorum ardor, ut post benevolentissimas erga imperatorem & Augustam acclamationes, in eam formulam quam tunc apostolici legati cum Anatolio & collegis ediderant, ab universis episcopis itum sit, summoque consensu subscriptum.

Explicata fide, de variis episcoporum controversiis actum est. Ibas & Theodoretus suis ecclesiis restituti: editique post legatum judicumque discessum nonnulli canones, quorum unus, adnitente in primis Anatolio, secundum Constantinopolitanæ ecclesiæ post Romanam locum deferebat. Id postquam audivere legati, quam primum regressi cum judici- D bus, comprimere episcoporum audaciam studuere. Sed illi cum Leonem non dissensurum sperarent, ab eo per epistolam ut synodum & synodi canones ratos haberet, petiere. At longe aliter res evenit. Leo siquidem, sicut eorum quæ adversus hæreticos illi decreverant, fuit constantissimus approbator, ita se ambitionis acerrimum præbuit vindicem, haudquaquam passus, ecclesiarum jura, quæ a Nicænis patribus constituta fuerant, commutari. Itaque Calchedonensem canonem de Constantinopolitanæ ecclesiæ prærogativa rejecit, & Juvenalem Hierosolymitanum duabus Palæstinis sibi subjiciendis inhiantem coercuit, aliaque id E genus disertissimis verbis abrogavit: * Si quid (inquit) ab his fratribus, quos ad sanctam synodum vice mea misi, præter id quod ad causam fidei pertinebat, gestum esse perhibetur, nullius erit penitus firmitatis: quia ad hoc tantum ab apostolica sede sunt directi, Epist. 119.

A ſanctitati, præſens erat & [a] * venerandus Andreas diaconus. Flavianus archiepiſcopus dixit: Dicat & venerandus Andreas diaconus, ſi hæc a reverendiſſimo presbytero & archimandrita Eutyche dicta audivit. Andreas reverendiſſimus diaconus dixit: Juxta veſtræ ſanctitatis juſſionem perreximus [b] ad venerandum presbyterum & archimandritam Eutychem: & colloquentes ei, hæc ab eo audivimus, quæ & reverendus presbyter & defenſor Joannes jam expoſuit. [c] Joannes religioſiſſimus presbyter & defenſor dixit: Ipſo collocutionis tempore reverendiſſimi presbyteri & archimandritæ Eutychis, quando hæc nobis mandabat veſtræ ſancti- B tati referre, & religioſiſſimus diaconus reverendiſſimi [d] epiſcopi Baſilii ibi præſens fuit, & quæ dicta ſunt, audivit. Quapropter peto vocatum eum interrogari, * ſi horum aliquid audivit. Flavianus ſanctiſſimus archiepiſcopus dixit: Dicant religioſiſſimi notarii, ſi diaconus, [e] qui adeſſe ſolet reverendiſſimo epiſcopo Baſilio, qui & a reverendo presbytero & defenſore Joanne commoratus eſt, hic præſens eſt. Notarii dixerunt: Adeſt diaconus, qui adeſſe ſolet reverendiſſimo epiſcopo Baſilio, qui & veſtræ conſidet ſanctitati. Flavianus ſanctiſſimus archiepiſcopus dixit: Stet in medio. Et cum ſtetiſſet, [f] ſanctiſſimus archiepiſco- C pus dixit: Quis vocaris? Et ait: Athanaſius. Sanctiſſimus archiepiſcopus dixit: Quo gradu fungeris eccleſiaſtico? Athanaſius dixit: Diaconus ſum. Flavianus ſanctiſſimus archiepiſcopus dixit: Cujus civitatis? Athanaſius diaconus dixit: Seleuciæ ſub ſanctiſſimo epiſcopo Baſilio. Flavianus ſanctiſſimus archiepiſcopus dixit: [g] Dic quæ audiſti præſentibus reverendiſſimis Joanne presbytero & defenſore, & Andrea diacono, a reverendiſſimo presbytero & archimandrita Eutyche, de fide. Athanaſius diaconus dixit: Hæc audivi quæ & [h] Dei amantiſſimus presbyter & defenſor Joannes expoſuit, & reverendus diaconus Andreas.
D [i] Euſebius Dei amantiſſimus epiſcopus dixit: Sufficiunt quidem quæ prolata ſunt a reverendo presbytero & defenſore Joanne, & reverendo diacono Andrea, & quæ facta eſt * profeſſio ab Athanaſio reverendo diacono ſanctæ eccleſiæ Seleuciæ, ad manifeſtandum, quem habeat impium ſenſum, & contrarium expoſitionibus ſanctorum patrum. Tamen ſupplico veſtræ ſanctitati, & iterum ſecundo eum vocari. Paratus enim ſum arguere eum multorum teſtimoniis [k] male ſapuiſſe & ſapere & docere. Flavianus ſanctiſſimus archiepiſcopus dixit. Utinam veniens & agnoſcens ſuum delictum ad

* f. religioſiſſimus.

* quid horum audivit.

* depoſitio.

BALUZII NOTÆ.

a Miror editores Romanos, qui ſimiles mendas alibi ſuſtulerunt, ut ſupra monuimus, iſtam reliquiſſe intactam. Quidam libri habent *reverentiſſimus Andreas*, alii *religioſiſſimus*. Sic etiam paulo poſt.
b Omnes libri noſtri habent, *ad reverentiſſimum*. Error, quod ſæpe diximus, ortus eſt ex ignoratione notarum.
c Quidam codices, *reverentiſſimus*.
d Male in Corb. & Colbertino exemplaribus, *Presbyteri Baſilii*.
e Divion. ſimplicius, *Diacon. rever. Epiſcopi Baſilii*. & in margine, *al. Diaconus qui adeſſe ſolet*.
f Omnia vetera exemplaria habent, *Flavianus ſanctiſſimus Archiepiſcopus*.
g Melius in codicibus Divionenſi & Pariſienſi: *Dic quæ audiſti de fide præſentibus religioſiſſimis Joanne Presbytero & Defenſore & Andrea Diacono a reverentiſſimo Presbytero & Archimandrita*. Ceteri habent ut in editionibus.
h Corb. & Colb. *Deo amiciſſimus*. Reliqui, *reverentiſſimus*. Sic etiam paulo poſt, ubi de Andrea, & de Euſebio, ac ceteris.
i Codex Divion. *Euſebius reverentiſſimus Epiſcopus Dorylæi*.
k Ita etiam codices Divion. & Pariſ. & veteres editiones. Corb. & Colb. *malæ*.

* resipiscat. Luc. 15.

ad pœnitentiam * [a] respiciat; quoniam dominus noster Jesus Christus lætatur de salute perditorum, & circumiens ipse prior ovem errantem requirit. Quapropter & nunc directi Mamas & Theophilus [b] reverendissimi presbyteri commoneant eum, reddentes ei a nobis transmissa vocationis scripta, quatenus ad nostram sanctam perveniat synodum, scandalizatam non solum ex accusatoriis libellis adversus eum porrectis ab Eusebio [c] Dei amantissimo episcopo, sed etiam ex facta * professione, quasi male sentiente eo, & * [d] manente, [e] ut dictum est a religiosissimo Joanne presbytero & defensore, & Andrea & Athanasio [f] reverendis diaconibus: * si [g] quando veniens, & evomens priorem suam impietatem, & cognoscens rectam fidem & expositionem sanctorum patrum nostrorum, veniam mereatur, quam decet dari a nobis his qui ad pœnitentiam respiciunt. [h] Eusebius Dei amantissimus episcopus dixit: Dignetur vestra sanctitas jubere prius recitari, & dictata a sancta synodo vocationis scripta, ut & ipsa inserantur monimentis. Flavianus sanctissimus archiepiscopus dixit: Legantur & inserantur fidei monimentorum.

* depositione.
* pertinaci.
* forte.

A χειν αὐτὸν διὰ πολλῶν μαρτύρων κακῶς φρονήσαντα, καὶ φρονοῦντα, καὶ διδάσκοντα. ὁ ἁγιώτατος ἀρχιεπίσκοπος εἶπε. γένοιτο, αὐτὸν παραγενόμενον, καὶ ἐπιγνόντα τὸ ἑαυτοῦ πταῖσμα, εἰς μετάνοιαν ἐλθεῖν. ἐπεῖπερ ὁ κύριος ἡμῶν Ἰησοῦς Χριστὸς χαίρει ἐπὶ τῇ σωτηρίᾳ τῶν ἀπολλυμένων, καὶ περινοστῶν αὐτὸς πρῶτος, ἐπεζήτει τὸ πλανώμενον πρόβατον. διὸ καὶ αὖθις ἀποσταλέντες Μάμας, καὶ Θεόφιλος οἱ εὐλαβέστατοι πρεσβύτεροι, ὑπομνήσουσιν αὐτὸν, ἀποδιδόντες αὐτῷ τὸ παρ' ἡμῶν ἀποσταλὲν αὐτῷ τῆς κλήσεως γράμμα, ἐφ' ᾧ τε καταλαβεῖν τὴν ἁγίαν σύνοδον, σκανδαλισθεῖσαν, οὐ μόνον ἐκ τῶν ἐπιδοθέντων κατ' αὐτοῦ κατηγορικῶν λιβέλλων παρὰ Εὐ- B σεβίου τοῦ θεοφιλεστάτου ἐπισκόπου, ἀλλὰ γὰρ καὶ ἐκ τῆς γενομένης καταθέσεως, ὡς κακῶς φρονοῦντος αὐτοῦ, καὶ ἐμμένοντος, παρὰ Ἰωάννου τοῦ θεοσεβεστάτου πρεσβυτέρου, καὶ ἐκδίκου, καὶ Ἀνδρέου, καὶ Ἀθανασίου τῶν εὐλαβεστάτων διακόνων· εἴπως ἐλθὼν, καὶ ἐξεμέσας τὴν προτέραν αὐτοῦ δυσσέβειαν, καὶ ἐπιγνοὺς τὴν ὀρθὴν πίστιν, καὶ τὴν ἔκθεσιν τῶν ἁγίων πατέρων ἡμῶν, συγγνώμης ἀξιωθείη τῆς πρεπούσης παρ' ἡμῶν δίδοσθαι τοῖς εἰς μετάνοιαν ὁρῶσιν. ὁ θεοφιλέστατος ἐπίσκοπος Εὐσέβιος εἶπε· καταξιώσῃ ἡ ὑμετέρα ἁγιωσύνη κελεῦσαι ἀναγνωσθῆναι πρότερον, καὶ τὸ ὑπαγορευθὲν παρὰ τῆς ἁγίας συνόδου τῆς κλήσεως γράμμα, ὥστε καὶ αὐτὸ ἐμφέρεσθαι τοῖς C ὑπομνήμασιν. ὁ ἁγιώτατος ἀρχιεπίσκοπος εἶπεν· ἀναγινωσκέσθω, καὶ ἐντατλέσθω τῇ πίστει τῶν ὑπομνημάτων.

(a) Epistola Constantinopolitani concilii ad Eutychem archimandritam.

Ἐπιστολὴ τῆς ἐν Κωνσταντινουπόλει συνόδου πρὸς τὸν ἀρχιμανδρίτην Εὐτυχῆ.

Sancta & magna synodus secundum Dei gratiam degens in Christianissima & regia Constantinopoli [k] nova Roma, reverendo presbytero & archimandritæ Eutychi.

Ἡ ἁγία, καὶ μεγάλη σύνοδος, ἡ κατὰ Θεοῦ χάριν ἐνδημοῦσα ἐν τῇ φιλοχρίστῳ, καὶ βασιλευούσῃ Κωνσταντινουπόλει, νέᾳ Ῥώμῃ, τῷ εὐλαβεστάτῳ πρεσβυτέρῳ, καὶ ἀρχιμανδρίτῃ Εὐτυχεῖ.

ET nunc secunda ista te vocatione vocamus per Mamam & Theophilum [l] reverendos presbyteros, ut occurras absque dilatione ad satisfaciendum sancto concilio, incusatus a [m] Dei amantissimo episcopo Eusebio, sicut qui aliena a fide [n] sapuisti, & ad aliquos * ex eis locutus es. Veni ergo in conventum, nihil differens, ne, ut subterfugiens in faciem convinci, subjaceas divinarum regularum * severitati. Nec enim rationabilis est satisfactio, dicere, te decre-

de eis.
* pœnis.

D ΚΑΙ νῦν δευτέρᾳ σε κλήσει ταύτῃ καλοῦμεν διὰ Μάμα, καὶ Θεοφίλου τῶν εὐλαβεστάτων πρεσβυτέρων, ἐπὶ τῷ ἀπαντῆσαι ἀνυπερθέτως, ἀπολογησόμενον τῇ ἁγίᾳ συνόδῳ, ἐγκαλούμενον παρὰ τοῦ θεοφιλεστάτου ἐπισκόπου Εὐσεβίου, ὡς ἀλλότρια τῆς πίστεως φρονήσαντα, καὶ φρονοῦντα, καὶ πρὸς διαλεγόμενον πρός τινας. ἧκε τοίνυν εἰς τὸ συνέδριον, μηδὲν ἀναβαλλόμενος· ἵνα μὴ, ὡς ἀποφεύγων τὸν κατὰ πρόσωπον ἔλεγχον ὑποπέσῃς τοῖς ἐκ τῶν θείων κανό-

BALUZII NOTÆ.

a Codex Divion. *resipiscat*. Hanc lectionem, quæ falsa est, non adnotassem, nisi vidissem eam in ora editionis Labbeanæ. Infra in hac eadem pagina: *quam decet dari a nobis his qui ad pœnitentiam respiciunt*.
b Divion. & Paris. *religiosissimi*.
c Corb. & Colb. *Deo amicissimo*. Paris. & Divion. *reverentissimo*.
d Error est typographi, quem superiores Labbeana editiones non habent. Reponendum itaque & *permanente*.
e Hæc verba in nullo veterum exemplarium extant quibus nos utimur.
f Sufficiat heic admonuisse, ubicunque in hac pagina nominantur isti viri, codices Divionensem & Parisiensem habere *religiosissimis*, ceteros *reverentissimis*.
g Omnes veteres, *quomodo*.
h Corb. & Colb. *Deo amicissimus*, alii *reverentissimus*.
i Titulus iste deest in omnibus antiquis exemplaribus.
k Vox *nova* in nullo veterum exemplarium habetur quæ nos vidimus, neque in antiquis editionibus. Sane Crabbus suspicatus est eam isthic deesse, & in margine propterea sic scripsit: *for. nova Roma*. Eadem vox, deest supra pag. 651. & 658. hujus editionis Labbeanæ, ut illic monuimus.
l Legendum est, *reverentissimos*, ut omnes libri habent præter Divionensem, in quo legitur *religiosissimos*. Hic etiam error profectus est ex ignoratione notarum.
m Corb. & Colb. *Deo amicissimo*. Reliqui, *reverentissimo*.
n Legendum *sapuisti & sapis & ad aliquos*. Mendum est editionis Labbeanæ, quo superiores carent. In codicibus Paris. & Divion. scriptum est: *aliena a fide sapiens, & ad aliquos locutus es*.
(a) Cod. Casin. hic titulum hunc exhibet: *Secundus libellus vocationis Eutychetis*.

κανόνων ἐπιτιμίοις. οὐ γὰρ εὐπρόσωπός ἐστιν ἀπολογία, λέγειν σε κεχειρικέναι μὴ προϊέναι τοῦ μοναστηρίου τὸν περὶ τηλικούτων κατηγορούμενον.

Ἔτι καθεζομένης τῆς ἁγίας συνόδου, καὶ ἐκδεχομένης Μάμαν, καὶ Θεόφιλον τοὺς εὐλαβεστάτους πρεσβυτέρους, τοὺς ἀποσταλέντας καλέσαι Εὐτυχῆ τὸν εὐλαβέστατον πρεσβύτερον, καὶ ἀρχιμανδρίτην, ἀναγινωσκομένων τε αὐτοῖς τῶν ἐκθέσεων περὶ τῆς πίστεως τῶν ἁγίων πατέρων ἐξαναστὰς ἐκ μέσου ὁ θεοφιλέστατος ἐπίσκοπος Εὐσέβιος εἶπεν· οὐδὲν ἀτόλμητον τῷ εἰς Θεὸν δυσσεβήσαντι, καὶ ἀλλότρια τῆς ὀρθῆς πίστεως φρονήσαντι, προπετῶς πάντα ποιεῖν. ἔγνων γὰρ, ὡς ὅτι Εὐτυχὴς ὁ πρεσβύτερος, καὶ ἀρχιμανδρίτης τόμον ἀπέστειλεν εἰς τὰ μοναστήρια, καὶ εἰς στάσιν διεγείρει μοναχούς. καὶ ἐπειδὴ τοῦτο αὐτὸ πρὸς ἀσφάλειαν τῆς ἐκκλησίας, καὶ τῆς ἁγίας συνόδου συμβάλλεται, τὸ περιεργασθῆναι τὸ τοιοῦτον, καὶ γνωσθῆναι, ὁποῖα ἤδη τυρεύει, καὶ κατασκευάζει ἐπισύστασιν ποιούμενος· ἀξιῶ ἐνταῦθα ὄντα τὸν πρεσβύτερον τὸν ἐν τῷ μαρτυρίῳ τοῦ Ἑβδόμου εἰπεῖν, εἴγε ἀπέστειλε τόμον, καὶ ἐποίησεν ὑπογραφὰς γενέσθαι. ὁ ἁγιώτατος ἀρχιεπίσκοπος εἶπεν· ἐνταῦθα πάρεστι, περὶ οὗ ταῦτα κατέθου; οἱ νοτάριοι εἶπον· πάρεστιν. ὁ ἁγιώτατος ἀρχιεπίσκοπος εἶπε, στήτω ἐν μέσῳ. καὶ στάντος αὐτοῦ, ὁ ἁγιώτατος ἀρχιεπίσκοπος εἶπε· τίς λέγῃ; ὁ δὲ εἶπεν· Ἀβραάμιος. ὁ ἁγιώτατος ἀρχιεπίσκοπος εἶπε· ποίῳ βαθμῷ τετίμησαι; Ἀβραάμιος εἶπε· πρεσβύτερός εἰμι ἐν τῷ Ἑβδόμῳ ὑπὸ τὴν σὴν ὁσιότητα. ὁ ἁγιώτατος ἀρχιεπίσκοπος εἶπεν. ἐπήκουσας ὧν κατέθετο ὁ θεοσεβέστατος ἐπίσκοπος Εὐσέβιος, Ἀβραάμιε εἶπε· ναὶ τῶν ποδῶν σου. ὁ ἁγιώτατος ἀρχιεπίσκοπος εἶπεν. ποῖα ταῦτα; Ἀβραάμιος πρεσβύτερος εἶπε. Μανουήλιος ὁ πρεσβύτερος, καὶ ἀρχιμανδρίτης ἀπέστειλέ με πρὸς τὸν πρεσβύτερον Ἀστέριον, ἀναγγεῖλαι αὐτῷ ταῦτα· ὅτι Εὐτυχὴς ὁ πρεσβύτερος, καὶ ἀρχιμανδρίτης ἔπεμψεν αὐτῷ τόμον περὶ τῆς πίστεως, καὶ ἔπειθεν αὐτὸν ὑπογράψαι εἰς αὐτόν· καὶ ταῦτα ἐδήλωσεν, ἵνα τῇ ὑμετέρᾳ ὁσιότητι ἀπαγγείλῃ ὁ πρεσβύτερος Ἀστέριος· ὁ θεοφιλέστατος ἐπίσκοπος Εὐσέβιος εἶπεν. ἐπειδὴ οὐκ ἀρκεῖ τοῦ μοναστηρίου Μανουηλίου τοῦ πρεσβυτέρου τοῦτο ἂν ἐτόλμησε ποιῆσαι, ἀξιῶ πεμφθῆναι εἰς τὰ ἄλλα μοναστήρια, καὶ μαθεῖν πρότερον, εἰ κἀκεῖ ἀπέστειλε τόμον εἰς τὸ ὑπογράψαι, ὡς

A viſſe non procedere de monaſterio, qui de talibus accuſatus es.

Adhuc ſedente ſancta ſynodo, & expectante Mamam & Theophilum [a] reverendos presbyteros, qui miſsi ſunt vocare reverendum Eutychem presbyterum & archimandritam, dum legerentur eis expoſitiones de fide ſanctorum patrum, [b] exurgens in medio Euſebius [c] Dei amantiſsimus epiſcopus dixit: Nihil intemeratum [d] relinquitur * [e] adeo impie agenti, & aliena a recta fide ſapienti: adaucter pergit omnia facere. Comperi enim, quia Eutyches presbyter & archimandrita volumen direxit per B monaſteria, & ad ſeditionem excitat monachos. Et quia hoc ipſum ad tutelam eccleſiaſticam & ſanctæ ſynodi pertinet, inquirere hoc & cognoſcere, qualia * conficit & machinatur, tumultum faciens, poſtulo, [f] hic presbyterum martyrii, quod eſt [g] in Septimo, dicere, ſi deſtinavit volumen, & fecit fieri ſubſcriptiones. Flavianus ſanctiſsimus archiepiſcopus dixit: Hic præſens eſt, de quo talia * profeſsus es? Notarii dixerunt: Adeſt. Sanctiſsimus archiepiſcopus dixit: Siſtatur in medio. [h] Et cum ſtetiſſet, archiepiſcopus dixit: Quo gradu * fungeris C honoris? Abraamius dixit: Presbyter ſum in Septimo ſub tua ſanctitate. Flavianus archiepiſcopus dixit: Audiſti quæ expoſuit reverendiſsimus epiſcopus Euſebius? Abraamius dixit: Etiam, per veſtigia tua. Flavianus ſanctiſſimus archiepiſcopus dixit: Dic, quæ iſta? Abraamus dixit: [i] Emmanuel presbyter & archimandrita direxit me ad Aſterium presbyterum, hæc ei denuntiare, [k] quod Eutyches presbyter & archimandrita direxit ei tomum de fide, & ſuadebat ei in eo ſubſcribere. Et hæc mandavit ut prædictus presbyter Aſterius veſtræ ſuggerat ſanctitati. Euſebius [l] Dei amantiſſimus epiſcopus dixit: Quoniam non ſolum in monaſterio Emmanuellis presbyteri hoc auſus eſt D facere, [m] peto te dirigere & in alia monaſteria, & prius addiſcere, utrum & illic direxerit tomum ad ſubſcribendum, quaſi fides contempta ſit, nec ne. Flavianus ſanctiſſimus archiepiſcopus dixit: Juxta poſtulationes [n] religioſiſſimi Euſebii epiſcopi pergant ad monaſteria: civitatis quidem, Petrus

* ab homine in Deum impio. in Deum impie agenti.

* ſtruit & machinatur, conſpirationem.

* depoſuiſti?

* honoraris?

NOTÆ BALUZII

a Omnia vetera exemplaria, *reverentiſſimos*. Sic etiam mox ſcribendum ubi de Eutychete agitur.

b Omnes libri noſtri, *conſurgens*.

c Corb. & Colb. *amiciſſimus*. Reliqui, *reverentiſſimus*.

d Hanc vocem non habent veteres libri, neque vocem *pergit*, quæ paulo poſt ſequitur. Valde autem puto additam fuiſſe ab amanuenſi Crabbi, qui non ſatis aſſequebatur vim iſtius modi loquendi.

e Legendum, *in Deo impie*, id eſt, *in Deum*. Sic enim habent omnia vetera exemplaria, niſi quod Pariſienſe præfert *in Domino* pro *in Deo*.

f Reponenda eſt hoc loco vox *præſentem* ſicque legendum, *hic præſentem Presbyterum*. Sic habent omnia vetera exemplaria & omnes editiones ante Labbeanam.

g Id eſt, in ſuburbio Conſtantinopolis quod Septimum vocabatur, ut heic ex Procopio obſervat Surius. Locus autem Procopii eſt in capite quarto de ædificiis Juſtiniani. Vide quæ de Septimo ſive Hebdomo dixit vir ſtupendæ ac multifariæ eruditionis Carolus Dufreſnius Cangius Conſtantinopoli Chriſtiana lib. 2. cap. 5. & 16. §. 44.

h Heic magna fuit oſcitantia eorum qui præfuerunt editioni Labbeanæ. Omiſerunt etiam integram primam interrogationem Flaviani. Sic ergo repone. *Et cum ſtetiſſet, Archiepiſcopus dixit: Quid vocaris? Ille reſpondit. Abraamius. Flavianus ſanctiſsimus Archiepiſcopus dixit: Quo gradu honoraris?* Ita etiam vetera exemplaria.

j Omnes veteres libri habent *Manhuel*, & paulo poſt *Manhuelis*. Sic etiam infra.

k Melius codices Divion. & Pariſ. *quia*.

l Emenda ut in ſuperioribus.

m Omnes veteres libri, *peto dirigere in alia monaſteria & addiſcere utrum & illuc direxerit*.

n Divion. & Pariſ. *reverentiſſimi*.

trus [a] reverendiſſimus presbyter, & Patricius [b] religioſiſſimus diaconus: trans vero in Sycas, [c] Rhetorius presbyter & Eutropius diaconus? in [d] Calchedonem autem Paulus & Joannes [e] presbyter ad cognoſcendum ab eis, ſi directus eſt eis tomus ab Eutyche presbytero & archimandrita, ſuadente eis ſubſcribere. Et cum hæc a ſanctiſſimo archiepiſcopo dicerentur, Aetius diaconus & notarius dixit: Qui hodie directi ſunt a ſanctitate veſtra [f] venerandi presbyteri Mamas & Theophilus ad Eutychem reverendiſſimum presbyterum & archimandritam, præſto ſunt. Sanctiſſimus archiepiſcopus dixit: Dicant reverendiſſimi presbyteri, qui mandata ſancti concilii pertulerunt, quid audierint ab Eutyche reverendo presbytero & archimandrita; & ſi paratus eſt conventui ſanctæ hujus ſynodi præſentari. Mamas reverendiſſimus presbyter dixit: Pervenientes ad monaſterium Eutychis reverendi presbyteri & archimandritæ, reperimus ante januas monachos ſtantes. Et ingreſſi cum eis monaſterium, diximus: [g] Nuntiate: loqui enim habemus archimandritæ, directi a ſanctiſſimo archiepiſcopo & præſente ſancta ſynodo. Et dicebant nobis, quia [h] dominus archimandrita ægrotat, & videre [i] vos non poteſt. Quid ergo vobis placet, aut pro qua re eſtis directi, dicite nobis. Nos autem non acquievimus, dicentes eis, quia nos ad illum ipſum ſumus directi, & ſcriptam * juſſionem complemus, & præ manibus habemus quæ ad eum ſcripta ſunt a ſancta ſynodo. Qui ingreſſi, iterum regreſſi ſunt, & deduxerunt ſecum [k] Eleuſinemum quidam monachum, dicentes: Quoniam archimandrita noſter ægrotat, hunc loco ſuo direxit, ut huic quæ ſunt mandata dicatis. Nec ſic acquievimus dicere ei, ſed diximus; Si ſuſcipit nos miſſos a ſanctiſſimo & beatiſſimo archiepiſcopo, & a ſancta [l] & magna ſynodo, dicite nobis. Deinde vidimus eos turbatos, & ad alterutrum ſuſurrantes, & dicentes aliqua. Et cum non acciperemus reſponſum, conturbatis eis, eo quod in ſcriptis eſſet mandatum, diximus eis: Quid conturbamini? Nihil eſt durum. Quæ ſcripta ſunt, non ſunt occulta, ſed dicimus & nos quid ſcriptura continet. Commonuit eum ecce hoc ſecundo ſancta ſynodus, quatenus occurrat, & in his, in quibus accuſatus eſt a [m] Dei amantiſſimo Euſebio epiſcopo, ſe ſiſtat, & ſatisfaciat * inclamatus. Tunc ingreſſi nuntiaverunt, & ſuſcepit nos prædictus reverendiſſimus presbyter & archimandrita Eutyches. Ingreſſi porreximus ei miſſam chartulam, & fecit eam nobis præ-

* miſſionem.

* in crimen vocatus.

A ἀθετουμένης τῆς πίστεως, ἢ οὔ. ὁ ἁγιώτατος ἀρχιεπίσκοπος εἶπε· κατὰ τὰς αἰτήσεις τοῦ θεοφιλεστάτου ἐπισκόπου Εὐσεβίου, διαβήσονται εἰς τὰ μοναστήρια· εἰς μὲν τὰ ἐν τῇ πόλει Πέτρος ὁ εὐλαβέστατος πρεσβύτερος, καὶ Πατρίκιος ὁ εὐλαβέστατος διάκονος· εἰς δὲ τὰ πέραν ἐν Συκαῖς, Ῥητόριος πρεσβύτερος, καὶ Εὐτρόπιος διάκονος· εἰς δὲ τὰ ἐν Καλχηδόνι Παῦλος, καὶ Ἰωάννης οἱ πρεσβύτεροι, ἐπὶ τῷ γνῶναι παρ' αὐτῶν, εἰ ἀπεστάλη αὐτοῖς τόμος παρὰ τοῦ πρεσβυτέρου, καὶ ἀρχιμανδρίτου Εὐτυχοῦς, πείθοντος αὐτοὺς, ἢ ὑποτιθεμένου καθυπογράψαι. καὶ τούτων λεγομένων παρὰ τοῦ ἁγιωτάτου ἀρχιεπισκόπου, Αέτιος διάκονος, καὶ νοτάριος εἶπεν· **B** οἱ ἀπεσταλμένοι τήμερον παρὰ τῆς ὑμετέρας ἁγιωσύνης εὐλαβέστατοι πρεσβύτεροι Μάμας, καὶ Θεόφιλος πρὸς τὸν εὐλαβέστατον πρεσβύτερον, καὶ ἀρχιμανδρίτην Εὐτυχῆ, παραγεγόνασιν. ὁ ἁγιώτατος ἀρχιεπίσκοπος εἶπε· λεγέτωσαν οἱ εὐλαβέστατοι πρεσβύτεροι, οἱ διακονησάμενοι τοῖς δόξασι τῇ ἁγίᾳ συνόδῳ, τί ἀκηκόασι παρὰ τοῦ εὐλαβεστάτου πρεσβυτέρου, καὶ ἀρχιμανδρίτου Εὐτυχοῦς· καὶ εἴπερ ἑτοίμως ἔχει παραγενέσθαι εἰς τὸ συνέδριον τῆς ἁγιωτάτης συνόδου. ὁ εὐλαβέστατος πρεσβύτερος Μάμας εἶπε· καταλαβόντες τὸ μοναστήριον τοῦ εὐλαβεστάτου πρεσβυτέρου, καὶ ἀρχιμανδρίτου Εὐτυχοῦς, εὕρομεν μονάζοντας ἑστῶτας **C** πρὸ τοῦ πυλῶνος· καὶ εἰσήλθομεν μετ' αὐτῶν ἔσω ἐν τῷ μοναστηρίῳ. λέγομεν αὐτοῖς· ὅτι μηνύσατε· συντυχεῖν γὰρ ἔχομεν τῷ ἀρχιμανδρίτῃ, ἀποσταλέντες παρὰ τοῦ ἁγιωτάτου ἀρχιεπισκόπου, καὶ τῆς παρούσης ἁγίας συνόδου· καὶ ἔλεγον ἡμῖν· ὅτι ὁ κύριος ὁ ἀρχιμανδρίτης ἀῤῥωστεῖ, καὶ θεάσασθαι ὑμᾶς οὐ δύναται. τί οὖν δοκεῖ ὑμῖν, ἢ τί ἀπεστάλητε, εἴπατε ἡμῖν; ἡμεῖς δὲ οὐκ ἠνεσχόμεθα, εἰπόντες αὐτοῖς· ὅτι ἡμεῖς πρὸς ἐκεῖνον αὐτὸν ἀπεστάλημεν, καὶ ἔγγραφον ἀποστολὴν πληροῦμεν, καὶ ἔχομεν μετὰ χεῖρας τὸ γραφὲν παρὰ τῆς ἁγίας συνόδου πρὸς αὐτόν. οἱ δὲ εἰσελθόντες, πάλιν ἐξῆλθον, καὶ ἤγαγον μεθ' ἑαυτῶν Ἐλευσίνιόν τινα μο**D**νάζοντα, λέγοντες· ὅτι ἐπειδὴ ὁ ἀρχιμανδρίτης ἡμῶν ἀῤῥωστεῖ, αὐτὸν ἀπέστειλεν εἰς τὸν τόπον αὐτοῦ, ἵνα αὐτῷ τὰ δηλωθέντα εἴπητε. ἡμεῖς δὲ οὐδ' οὕτως εἰλόμεθα εἰπεῖν αὐτῷ, ἀλλ' ἔφημεν. ὅτι εἰ δέχεται ἡμᾶς ἀποσταλέντας παρὰ τοῦ ἁγιωτάτου, καὶ ὁσιωτάτου ἀρχιεπισκόπου, καὶ τῆς ἁγίας, καὶ μεγάλης συνόδου, εἴπατε ἡμῖν. εἶτα θεασάμενοι αὐτοὺς θορυβουμένους, καὶ πρὸς ἀλλήλους ψιθυρίζοντας, καὶ λέγοντάς τινα· καὶ ὡς οὐκ ἐλαμβάνομεν ἀπόκρισιν, θορυβουμένων αὐτῶν διὰ τὸ ἔγγραφον εἶναι τὴν ἀποστολὴν, εἴπομεν αὐτοῖς· ὅτι τί θορυβεῖ-

BALUZII NOTÆ.

a Corb. & Colb. *religioſiſſimus*.
b Divion. & Pariſ. *religioſus*, alii *reverentiſſimus*.
c Lege ex fide veterum librorum, *Rhetorius religioſiſſimus Presbyter, & Eutropius religioſiſſimus Diaconus*.
d Omnes veteres habent *Calchedona* aut *Chalcedona*.
e Mendum eſt typographi, legendumque omnino *Presbyteri*, ut in ſuperioribus editionibus. Codices Divionenſis & Pariſienſis legunt, *Joannes religioſiſſimi Prebyteri*.
f Corb. & Colb. *reverentiſſimi*. Reliqui *religioſiſſimi*. Sic etiam paulo poſt.
g Omnia vetera exemplaria habent: *Nuntiate nos*, id eſt, nuntiate nos heic adeſſe. Vide ſupra in geſtis Concilii Epheſini cap. 24.
h In omnibus libris noſtris ſcriptum eſt *domnus*. Infra actione 4 Conſtantinopol. *aliqua dicere domne*.
i Corb. & Colb. *poteſtis*. Pariſ. & Divion. *videre eum non poteſtis*.
k Hæc lectio eſt propria iſtius poſtremæ editionis Conciliorum. Omnes enim aliæ habent *Eleuſinium quendam*. Quo etiam modo legitur in antiquis exemplaribus & in Græco textu. Hujus Eleuſinii mentio extat paulo poſt.
l Iſta non habentur in libro Divionenſi.
m Corb. & Colb. *Deo amiciſſimo Euſ. Epiſcopo ſiſtat*. Divion. & Pariſ. *beatiſſimo Euſ. Epiſc. ſiſtat*.

ριβεῖσθε; οὐδέν ἐστιν ἐπαχθές· τὰ γεγραμμένα οὐκ ἔστι κρυπτὰ, ἀλλὰ λεγόμενα, καὶ ἡμεῖς τὴν δύναμιν τῶν γραφέντων. ὑπέμνησεν αὐτὸν ἡ ἁγία σύνοδος δεύτερον ἤδη τοῦτο, ὥστε ἀπαντῆσαι αὐτὸν, καὶ ἐφ' οἷς κατῃτιάθη παρὰ τοῦ θεοφιλεστάτου Εὐσεβίου τοῦ ἐπισκόπου, συστῆναι, καὶ ἀπολογήσασθαι ἐγκαλούμενον. τότε εἰσελθόντες ἐμήνυσαν, καὶ ἐδέξατο ἡμᾶς ὁ προειρημένος εὐλαβέστατος πρεσβύτερος, καὶ ἀρχιμανδρίτης Εὐτυχής. εἰσελθόντες, ἐπεδώκαμεν τὸν ἀποσταλέντα χάρτην. ἐποίησεν ἀναγνωσθῆναι ἐφ' ἡμῶν. μετὰ δὲ τὴν ἀνάγνωσιν λέγει· ὅτι ἐγὼ ὅρον ἐθέμην, ὥστε τοῦ μοναστηρίου μὴ ἐξελθεῖν ἄνευ θανατικῆς ἀνάγκης. συνορᾷ δὲ καὶ ἡ ἁγία σύνοδος, καὶ ὁ θεοφιλέστατος ἀρχιεπίσκοπος, ὅτι καὶ γέρων εἰμι, καὶ σαθρός· εἴπομεν ἡμεῖς· ὅτι καταξίωσον ἐλθεῖν, καὶ ἐφ' οἷς ᾐτιάθης ἀπολογήσασθαι ἐπὶ τῆς ἁγίας συνόδου. καὶ εἶπεν. ἐγὼ οὐκ ἐξέρχομαι τοῦ μοναστηρίου μου, τῷ κρίσιν ταύτην ἐσχηκέναι με. εἰ δὲ βούλεται ὁ θεοφιλέστατος ἀρχιεπίσκοπος, καὶ ἡ ἁγία σύνοδος πρᾶξαί τι, ὃ δοκεῖ αὐτοῖς πράξουσιν. ἓν δὲ παρακαλῶ, μή σκυλῆναί τινας εἰς ἄλλην ἀγωγήν. κέκειται γάρ μοι μὴ ἐξελθεῖν· ἵνα οὖν μὴ μέλλωσι, καὶ πάλιν πέμπειν, ὃ θέλουσι, καὶ πρὸ τοῦ καλέσαι με τὸ τρίτον, πράξωσιν· ἐμοὶ γὰρ ὡς κεκληκότος εἰσί. παρεκάλεσε δὲ ἡμᾶς εἰπεῖν τῇ ἁγιωσύνῃ τοῦ κυρίου ταῦτα. ἠνάγκαζε δὲ ἡμᾶς, καὶ χάρτην τινὰ γεγραμμένον ἐπικομίσασθαι, καὶ οὐχ εἱλόμεθα καταδέξασθαι, εἰπόντες· ὅτι εἴτι βούλει παραγενόμενος δίδαξον. εἶτα ἡμῶν ταῦτα πρὸς αὐτὸν λεγόντων, ἠνέχθη ὁ χάρτης, καὶ ἠθέλησε ποιῆσαι ἡμῖν ὑπαναγνωσθῆναι, καὶ οὐδὲ οὕτως κατεδεξάμεθα ἀκοῦσαι· ἀλλὰ λαβὼν, ὑπέγραψεν αὐτῷ. καὶ ἡμεῖς συνταξάμενοι ἐξήλθομεν, εἰπόντος αὐτοῦ· ὅτι ἀποστέλλω τῇ ἁγίᾳ συνόδῳ τὸν χάρτην τοῦτον μετὰ καὶ τῆς ἐμῆς ὑπογραφῆς. ὁ ἁγιώτατος ἀρχιεπίσκοπος εἶπε· λεγέτω καὶ ὁ εὐλαβέστατος πρεσβύτερος Θεόφιλος, τίνα ἐπήκουσε παραγενόμενος πρὸς τὸν εὐλαβέστατον πρεσβύτερον, καὶ ἀρχιμανδρίτην Εὐτυχῆ, ἅμα τῷ εὐλαβεστάτῳ πρεσβυτέρῳ Μάμᾳ. ὁ εὐλαβέστατος πρεσβύτερος Θεόφιλος εἶπε· παραγενόμενος ἅμα τῷ εὐλαβεστάτῳ πρεσβυτέρῳ Μάμᾳ, ἔνθα ἐστὶ τὸ μοναστήριον Εὐτυχοῦς τοῦ πρεσβυτέρου, καὶ ἀρχιμανδρίτου, ταῦτα ἐπήκουσα λέγοντος αὐτοῦ. ὅτι εἰ μήτι με θάνατος ἐκβάλῃ ἐκ τοῦ μοναστηρίου, ἐπεὶ κέκειταί μοι, καὶ ἀδύνατόν με ἐξελθεῖν. καὶ τὰ ἄλλα δὲ πάντα, ὅσα ἐλέχθη παρὰ τοῦ εὐλαβεστάτου πρεσβυτέρου Εὐτυχοῦς, κατέθετο ὁ εὐλαβέστατος πρεσβύτερος Μάμας, ἅπερ κἀγὼ ἐπήκουσα. ὁ θεοφιλέστατος ἐπίσκοπος Εὐσέβιος εἶπε· σκῆψίς ἐστιν ἀεὶ, καὶ πρόφασις τῶν ὑπευθύνων, ὥστε τὰς ὑπερθέσεις

A sentibus legi, & postquam lecta est, dixit: Ego apud me definitum habeo, citra mortis necessitatem non egredi monasterium. Pervidet autem & sancta synodus, & [a] Dei amantissimus archiepiscopus, quoniam & senex sum & [b] effœtus. [c] Diximus & nos: Dignare venire, & in his, quibus accusaris, satisfacere apud sanctam synodum. Qui respondit: Ego non egredior de monasterio meo, quia sic habeo definitum. Si autem voluerit beatissimus archiepiscopus & sancta synodus aliquid agere, quod eis placet, agant. Hoc unum peto, nullum huc altera vice fatigari: definitum enim mihi est, non egredi monasterium. Ne ergo & iterum B dirigant, quod volunt, & [d] ante tertiam vocationem meam faciant: mihi enim, ac si vocassent, sunt. Petiit autem nos dicere [e] sanctitati domini hæc. [f] * Compellebar autem nos & chartulam aliquam scriptam deportare; & non acquievimus suscipere, dicentes: Si quid volueris, perveniens doce. [g] Ita nobis talia ad eum dicentibus, delata est charta, & voluit eam nobis [h] legi, & nec sic acquievimus audire: sed accipiens subscripsit eam; & nos valefacientes, egressi sumus, dicente eo: Quia dirigo sanctæ synodo hanc chartulam cum subscriptione mea. Flavianus sanctissimus archiepiscopus dixit: Dicat & reverendissimus presbyter C Theophilus, quæ pergens ad reverendissimum presbyterum & archimandritam Eutychem pariter cum religiosissimo presbytero Mama, audivit. Theophilus reverendissimus presbyter dixit: Perveniens pariter cum Mama presbytero in monasterium Eutychis presbyteri & archimandritæ, hæc eum audivi dicentem: nisi forte mors ejiciat me de hoc monasterio, quia definitum mihi est, & impossibile mihi est egredi. Et alia omnia quæ dicta sunt a reverendissimo presbytero Eutyche, exposuit religiosissimus presbyter Mamas, quæ & ego audivi. Eusebius [i] Dei amantissimus episcopus dixit: * [k] Excogitatio * est semper & * occasio obnoxiis, ut D dilationibus utantur. Nec enim in arbitrio eorum qui accusantur, est recusare, aut loco seipsos circumscribere. Sed peto & nunc regularum sanctarum invigilare potentiam adversus accusatum, & jubete eum etiam invitum huc advenire. Sanctissimus archiepiscopus dixit: Audiens sancta synodus quæ mandata sunt ab Eutyche reverendissimo presbytero & archimandrita per [l] reverendissimos presbyteros qui ad eum directi fuerant, quod placet, declaret. Sancta synodus dixit: Rationis est, & tertio a sancta & magna hac synodo reverendissimum [m] presbyterum & archimandritam Eutychem

Yy 2 com-

* compellebat

* Fictio

* tractatus.

* prætextus.

BALUZII NOTÆ.

a Corb. & Colb. *Deo amicissimus Archiepiscopus*. Reliqui, *beatissimus Episcopus*.
b Hæc lectio propagata est ex editione Crabbi. Omnes porro libri veteres habent *defectus*.
c Veteres omnes. *Diximus nos*.
d Annotatio Diaconi Rustici. *Quantum ad justitiam, post secundam evocationem damnari meruit qui sibi tertiam interdixit.*
e Libri nostri, *domni*.
f Hic error est editionis Labbeanæ. Reliquæ enim & veteres libri legunt *Compellebat*.
g Hanc lectionem præferunt etiam veteres editiones & codex Parisiensis. Reliqui, *Ista nobis*.
h Hæc lectio primum emersit in editione Biniana. At veteres & tria vetera exemplaria habent *legere*, Divion. *relegere*.
i Corb. & Colbert. *Deo amicissimus*. Alii *reverentissimus*.
k Divion. & Paris. *Tractatus est semper*. Et in margine Divion. *al. Excogitatio semper est*.
l Paris. *religiosissimos*, Divion. *religiosos*.
m Divion. & Paris. *Presbyterum & monachum*. Sed in margine Divionensis scriptum est; *al. archimandritam*.

commoneri, ut ad hanc sanctam synodum occurrat. Quod si hoc minime fecerit, se ipsum culpabit. Flavianus archiepiscopus dixit: Religiosissimi presbyteri, Memnon sacrorum vasorum custos, & Epiphanius, & Germanus diaconus, euntes ad reverendissimum presbyterum & archimandritam Eutychem, tertiæ vocationis scripta, a sancta synodo ei directa, insinuent: quatenus veniens satisfaciat super his quæ ei irrogantur. Continebat vero directa * a sancta synodo vocationis chartula, sic.

* per ipsos vocationis.

A ἐμποιεῖν. οὐδὲ γὰρ ἐν τοῖς ἐναγομένοις ἐστὶ τὸ παραιτεῖσθαι, ἢ τόπῳ ἑαυτοὺς περιγράφειν. ἀλλὰ παρακαλῶ, ἡ δυναστεία τῶν ἁγίων κανόνων καὶ νῦν ἐπαγρυπνήσῃ ἐπὶ τῷ καταιτιαθέντι· καὶ κελεύσατε αὐτὸν, καὶ ἄκοντα ἐνταῦθα ἐλθεῖν. ὁ ἁγιώτατος ἀρχιεπίσκοπος εἶπεν· ἐπακούσασα ἡ ἁγία σύνοδος τῶν δηλωθέντων παρὰ τοῦ εὐλαβεστάτου πρεσβυτέρου, καὶ ἀρχιμανδρίτου Εὐτυχοῦς, διὰ τῶν ἀπεσταλμένων εὐλαβεστάτων πρεσβυτέρων, τὸ παριστάμενον ἀποφηνάσθω. ἡ ἁγία σύνοδος εἶπεν· εὔλογόν ἐστι καὶ τρίτον ὑπομνησθῆναι παρὰ τῆς ἁγίας ταύτης, καὶ μεγάλης συνόδου τὸν εὐλαβέστατον πρεσβύτερον, καὶ ἀρχιμανδρίτην Εὐτυχῆ, ὥστε ἀπαντῆσαι ἐν τῇ ἁγίᾳ ταύτῃ B συνόδῳ· ὡς εἴγε τοῦτο μὴ ποιήσῃ, μέμψεται ἑαυτῷ. ὁ ἁγιώτατος ἀρχιεπίσκοπος εἶπεν· οἱ εὐλαβέστατοι πρεσβύτεροι, Μέμνων ὁ σκευοφύλαξ, καὶ Ἐπιφάνιος, καὶ Γερμανὸς ὁ διάκονος, παραγινόμενοι πρὸς τὸν εὐλαβέστατον πρεσβύτερον, καὶ ἀρχιμανδρίτην Εὐτυχῆ, τὸ τρίτον τῆς κλήσεως γράμμα, τὸ διαπεμφθὲν παρὰ τῆς ἁγίας συνόδου, διακομίσωσι πρὸς αὐτὸν, ὥστε αὐτὸν παραγενέσθαι, καὶ ἀπολογήσασθαι τοῖς ἐπαγομένοις. καὶ εἶχε τὸ παραναγνωστικὸν τὸ ἀποσταλὲν δι' αὐτῶν, οὕτως.

a Epistola Constantinopolitanæ synodi ad Eutychem presbyterum.

C Ἐπιστολὴ τῆς ἐν Κωνσταντινουπόλει συνόδου πρὸς Εὐτυχῆ πρεσβύτερον.

Sancta & magna synodus per Dei gratiam degens in Christianissima & regia Constantinopoli b nova Roma, Eutycheti reverendissimo c presbytero archimandritæ.

Ἡ ἁγία, καὶ μεγάλη σύνοδος, ἡ κατὰ Θεοῦ χάριν ἐνδημοῦσα ἐν τῇ φιλοχρίστῳ, καὶ βασιλευούσῃ Κωνσταντινουπόλει, νέᾳ Ῥώμῃ, τῷ εὐλαβεστάτῳ πρεσβυτέρῳ, καὶ ἀρχιμανδρίτῃ Εὐτυχεῖ.

ARbitramur te non ignorare quæ a sanctis regulis definita sunt adversus minime obedientes & nolentes ad satisfaciendum occurrere, cum & tertia ad eos facta vocatio fuerit. Ne ergo teipsum his quæ pie ab his statuta sunt, d configas, vel nunc etiam tertio a nobis vocatus per e reverendissimos presbyteros, id est, Memnonem custodem sacrorum vasorum, & Epiphanium, & reverendum Germanum diaconum, (in sanctum concilium,) f acquiesce præsens esse * in subsequenti die mature, hoc est, quarta feria, die decima septima mensis Novembris.

* perendie.

ΟΥ'κ ἀγνοεῖς, ὡς τὰ τοῖς θείοις κανόσι διηγορευμένα κατὰ τῶν ἀπειθούντων, καὶ μὴ ἀνεχομένων ἀπαντῆσαι εἰς ἀπολογίαν, ὅταν καὶ τρίτη κλῆσις πρὸς αὐτοὺς γένηται. ἵνα τοίνυν μὴ σαυτὸν περιπείρῃς τοῖς ὑπ' αὐτῶν εὐσεβῶς διηγορευ- D μένοις, νῦν γοῦν τὸ τρίτον παρ' ἡμῶν καλούμενος διὰ τῶν εὐλαβεστάτων πρεσβυτέρων, Μέμνονος τοῦ σκευοφύλακος, καὶ Ἐπιφανίου, καὶ τοῦ εὐλαβεστάτου διακόνου Γερμανοῦ, θέλησον παραγενέσθαι εἰς τὴν ἐπιοῦσαν ἕωθεν· τουτέστι τῇ τετάρτῃ ἡμέρᾳ, τῇ ἑπτακαιδεκάτῃ τοῦ Νοεμβρίου μηνός.

* *Actio IV. Constantinopolitanæ synodi, (lecta Ephesi, & relecta Calchedone.)*

* Item quarta cognitio CP. concilii ex gestis Ephesinis.

Πρᾶξις τετάρτη ἐν Κωνσταντινουπόλει.

. . . . . .

ET sequenti die (tertia feria,) quæ est sextadecima mensis Novembris, præsidente sanctissimo archiepiscopo g sanctæ synodo, & disputante de divinis dogmatibus eodem ipso sanctissimo archiepiscopo, Asclepiades diaconus & notarius nuntiavit, dicens: Quidam monachi a presbytero & ar-

ΚΑὶ τῇ ἑξῆς ἡμέρᾳ, ἥτις ἐστὶν ἑξκαιδεκάτη τοῦ Νοεμβρίου μηνὸς, ἡμέρᾳ τρίτῃ, προ- E καθεζομένου τοῦ ἁγιωτάτου ἀρχιεπισκόπου, καὶ τῆς ἁγίας συνόδου, καὶ διαλεγομένου περὶ θείων δογμάτων τοῦ αὐτοῦ ἁγιωτάτου ἀρχιεπισκόπου, Ἀσκληπιάδης διάκονος, καὶ νοτάριος ἐμήνυσε λέγων· μονα-

BALUZII NOTÆ.

a Titulus iste non habetur in antiquis exemplaribus.
b Vox *nova*, quod jam sæpe monuimus, non additur in antiquis exemplaribus in his locis in quibus Constantinopolis vocatur Roma. Vide supra pag. 658. Ceterum isthic quoque Crabbus apposuit in margin. *for. nova Roma.*
c Nemo, præsertim si respiciat ad Græca verba, dubitabit deesse heic conjunctionem. Eam sane habent omnes editiones ante Labbeanam, & omnia vetera exemplaria.
d Codices Divion. & Paris. *succumbas*. Divionensis habet in margine, *al. configas*.
e Iidem codices, *religiosissimos*, & paulo post *religiosum* pro *reverendum*.
f Iidem libri, *festina præsens esse in crastino*.
g Omnes libri nostri, *sancta synodo*.

μονάζοντές τινες ἀπὸ τῆς τοῦ πρεσβυτέρου, καὶ ἀρχιμανδρίτου Εὐτυχοῦς, καὶ Ἀβραάμιος ὁ εὐλαβέστατος πρεσβύτερος, καὶ ἀρχιμανδρίτης, ἔξωθεν εἰσὶ, καὶ παρακαλοῦσιν εἰσελθεῖν. ὁ ἁγιώτατος ἀρχιεπίσκοπος εἶπεν· εἰσίτωσαν. καὶ εἰσελθόντος Ἀβραμίου τοῦ εὐλαβεστάτου πρεσβυτέρου, καὶ ἀρχιμανδρίτου, καὶ Ἐλευσινίου, καὶ Κωνσταντίνου, καὶ Κωνσταντίου, τῶν διακόνων τῆς μονῆς τοῦ εὐλαβεστάτου πρεσβυτέρου, καὶ ἀρχιμανδρίτου Εὐτυχοῦς, ὁ ἁγιώτατος ἀρχιεπίσκοπος εἶπε· τί ἐσκύλη πρὸς ἡμᾶς ἡ εὐλάβεια ὑμῶν; Ἀβραάμιος ὁ εὐλαβέστατος πρεσβύτερος, καὶ ἀρχιμανδρίτης εἶπεν· ἀπεστάλημεν. ὁ ἁγιώτατος ἀρχιεπίσκοπος εἶπε· τίς ὑμᾶς ἀπέστειλεν; ὁ εὐλαβέστατος πρεσβύτερος, καὶ ἀρχιμανδρίτης Ἀβραάμιος εἶπεν· ὁ ἀρχιμανδρίτης. ὁ ἁγιώτατος ἀρχιεπίσκοπος εἶπε· ποῖος ἀρχιμανδρίτης; Ἀβραάμιος ὁ εὐλαβέστατος πρεσβύτερος, καὶ ἀρχιμανδρίτης εἶπεν· Εὐτυχής. ὁ ἁγιώτατος ἀρχιεπίσκοπος εἶπε· τί μάλιστα; Ἀβραάμιος ὁ εὐλαβέστατος πρεσβύτερος, καὶ ἀρχιμανδρίτης εἶπεν· ἀπέστειλεν ἡμᾶς ἀρρωστῶν. μὰ τὰς εὐχάς σου, ὅλην τὴν νύκτα οὐκ ἐκοιμήθη, μύζων· οὔτε δὲ ἐγὼ ἐκοιμήθην μύζοντος αὐτοῦ. μετεστείλατο γάρ με ἀφ' ἑσπέρας διὰ τοῦτο· εἶπε δέ μοι καί τινα εἰπεῖν τῷ κυρῷ. ὁ ἁγιώτατος ἀρχιεπίσκοπος εἶπε· καὶ ἐνδιδόαμεν, οὐκ ἐπιτιθέμεθα. Θεοῦ γάρ ἐστι τὸ δοῦναι ὑγείαν, ἡμῶν δὲ τὸ περιμεῖναι τὴν ῥῶσιν αὐτοῦ. οὐ γὰρ εἰς τομὴν ὁρῶμεν, ἀλλ' εἰς αὔξησιν. οὔτε γὰρ τέρπεται Θεὸς ἐπ' ἀπωλείᾳ τῶν ζώντων· οὔτε ἐσμὲν ἀπανθρωπίας τέκνα, ἀλλὰ φιλανθρωπίας Θεοῦ. εἰ γὰρ δι' ἡμᾶς ὁ πλούσιος ἐπτώχευσε, καὶ ἡμεῖς ὀφείλομεν τῇ ὑψηλῇ αὐτοῦ πτωχείᾳ ἕπεσθαι· εἰς γὰρ φιλανθρωπίας ἔργα ὑπὸ Θεοῦ κατεσκευάσθημεν. ὁ εὐλαβέστατος πρεσβύτερος, καὶ ἀρχιμανδρίτης Ἀβραάμιος εἶπεν· ἐμοὶ, τῶν ποδῶν σου, καὶ ἐνετείλατο ἄλλα τινὰ, ἃ ἐὰν ἐρωτηθῶ, λέγω. ὁ ἁγιώτατος ἀρχιεπίσκοπος εἶπε· πῶς δυνατὸν, παρακαλῶ σε, ἄλλου κατηγορουμένου, ἄλλον εἰπεῖν ὑπὲρ αὐτοῦ; ἀλλὰ μᾶλλον ἐνδιδόαμεν, οὐκ ἐπιτιθέμεθα· κἂν ἔλθῃ ἐνταῦθα, πρὸς πατέρας ἔρχεται, καὶ πρὸς ἀδελφοὺς, πρὸς οὐκ ἀγνοοῦντας αὐτὸν, προσέτι καὶ νῦν ἐπιμένοντας τῇ φιλίᾳ. πολλοὶ ἤκουσαν, καὶ ἐσκανδαλίσθησαν· ὁ γὰρ κατήγορος αὐτοῦ ἐνίσταται, καὶ ὀφείλει ἀπολογήσασθαι. εἰ γὰρ τότε, Νεστορίου ἐναντιουμένου τῇ ἀληθείᾳ, ὑπὲρ ἀληθείας εἰσῆλθε, πόσῳ μᾶλλον ὀφείλει νῦν ὑπὲρ τῆς ἀληθείας, καὶ ὑπὲρ ἑαυτοῦ εἰσελθεῖν; ἄνθρωποι ἐσμὲν, καὶ πολλοὶ τῶν μεγάλων ἐσκανδαλίσθησαν, καὶ ἐσφάλησαν ὑπὸ ἀνοίας, καὶ ὑπὸ ἀπειρίας, νομίζοντες ὀρθὰ φρονεῖν. αἰσχύνην οὐ φέρει μεταμέλεια, ἀλλὰ τὸ ἐπιμένειν τῇ ἁμαρτίᾳ, ὄνειδος. ὥσπερ γὰρ σκώληξ ἀναλίσκει τὸ ξύλον, ἐξ οὗ

A chimandrita Eutyche directi, & Abraamius reverendissimus presbyter & archimandrita, foris sunt, & postulant ingredi. Sanctissimus archiepiscopus dixit: Ingrediantur. Et cum ingressi fuissent Abraamius reverendissimus presbyter & archimandrita, & Eleusinius & Constantinus & Constantius diaconi monasterii reverendissimi presbyteri & archimandritæ Eutychis, sanctissimus archiepiscopus dixit: Quid est fatigata ad nos [a] reverentia vestra? Abraamius reverendissimus presbyter & archimandrita dixit: Directi sumus. Sanctissimus archiepiscopus dixit: [b] Quis vos direxit? Abraamius reverendissimus presbyter & archimandrita dixit:
B Archimandrita. Sanctissimus archiepiscopus dixit: Quis archimandrita? Abraamius reverendissimus presbyter & archimandrita dixit: Eutyches. Sanctissimus archiepiscopus dixit: Quid maxime? Abraamius reverendissimus presbyter & archimandrita dixit: [c] Direxit nos ægrotans. Per * orationes enim tuas [d] tota nocte dormire non potuit, gemens: [e] nec ego quidem dormivi, eo gemente; a vespere enim propter hoc me vocavit: dixit autem mihi [f] ut aliqua dicerem domno. Sanctissimus archiepiscopus dixit: Et [g] intermittimus, non * [h] imminemus. Dei enim est dare sanitatem, nostrum autem expectare sospitatem ipsius.
C Neque enim in abscisionem inspicimus, sed ad incrementum. Nec enim delectatur Deus in perditione vivorum: nec sumus filii inhumanitatis, sed clementiæ Dei. Si enim propter nos, qui dives erat, pauper factus est, & nos excelsam ejus paupertatem sequi debemus. Ad misericordiæ enim opera a Deo facti sumus. Abraamius reverendissimus presbyter & archimandrita dixit: Mihi per vestigia tua, & alia aliqua mandavit, quæ si interrogatus fuero, dico. Sanctissimus archiepiscopus dixit: Quomodo (rogo te) est possibile, altero accusato, pro eo alterum dicere? Sed magis intermittimus, & non imminemus. Adveniat huc; ad patres veniet & ad fratres, non ad ignorantes eum, imo hactenus in amicitia permanentes. Multi audierunt & scandalizati sunt.
D Nam accusator ejus instat, & debet satisfacere. Si enim tunc, Nestorio adversante veritati, [i] pro veritate iste ingressus est: quanto magis nunc debet pro veritate & pro semetipso ingredi? Homines sumus: [k] multi & magni scandalizati sunt, & per imprudentiam & imperitiam decepti sunt, putantes se recta sapere. Pœnitentia non affert confusionem: sed permanere in peccato, opprobrium est. Sicut enim vermis consumit lignum ex quo nascitur, ita & peccatum permanens in faciente illud. Sed magis

* benedictiones.

* urgemus.

Sap. 1. 13.

2. Corinth. 8. v. 9.

BALUZII NOTÆ.

a Divion. & Paris. *sanctitas*.
b Hæc est lectio libri Divionensis. Alii habent: *Qui vos direxit*. Et paulo post omnes legunt. *Qui Archimandrita?*
c Primi omnium Romani hanc lectionem vulgarunt. Antea quippe legebatur: *Direxit me*. Quo etiam modo habent omnia vetera exemplaria.
d Corbejensis, Colbertinus & Parisiensis habent, *totam noctem*. Divion. *quia tota nocte*.
e Omnes libri veteres & editiones ante Romanam, *nec ego vero*.
f Omnes libri veteres, *& aliqua dicere domno*.
g Scholion Crabbi ad hunc locum. *Suspendimus cognitionem negotii donec convalescat; non urgemus ægrotantem, ut vivat*.
h Editores Romani addiderunt in margine vocem *urgemus*, eo modo explicantes eam quæ habetur in textu. Alio sensu usurpatur hæc vox apud sanctum Gregorium Papam.
i Vide quæ supra dicta sunt ad paginam 630.
k Divion. & Paris. *Multi majores*. Sed in margine Divion. scriptum est, *al. Multi & magni*.

gis adveniat; & confitenti ei delictum, & anathematizanti, dabimus pro præcedentibus veniam: & de futuris nos & sanctam synodum muniat, [a] quod similia expositionibus sanctorum patrum [b] sapiat, & [c] præter * hos postmodum neque doceat aliquos, neque in aliquorum præsentia disputet. Sic oportet, obsecro te. Nam & antequam tu eum scires, scio eum; & antequam ille te cognosceret, me cognovit. Abraamius reverendissimus presbyter & archimandrita dixit: Ita habet per vestigia vestra. Et postquam surrexerunt, Flavianus sanctissimus archiepiscopus dixit: Cognoscitis zelum accusatoris? quoniam & ipse ignis frigidus illi [d] videtur propter pietatis zelum. Et Deus scit. Et monui & rogavi, dicens: Noli obsecro: intermitte. Cum autem immineret, quid eram facturus? [e] Numquid ego dispersionem vestram volo? absit; & non magis congregari vos? Inimicorum est dispergere, patrum autem [f] colligere.

* has.

A περ ἐστιν· οὕτω καὶ ἡ ἁμαρτία μένουσα ἐν τῷ ποιοῦντι αὐτήν. ἀλλὰ ἦλθε ἐνταῦθα, καὶ ὁμολογοῦντος αὐτοῦ τὸ πταῖσμα, καὶ ἀναθεματίζοντος, διδόαμεν ὑπὲρ τῶν προλαβόντων συγγνώμην. καὶ ὑπὲρ τῶν μελλόντων ἡμᾶς * ἀσφαλίζεται, καὶ τὴν ἁγίαν σύνοδον, ὅτιπερ ὁμοίως φρονεῖ ταῖς ἐκθέσεσι τῶν ἁγίων πατέρων ἡμῶν, καὶ παρὰ ταύτας τοῦ λοιποῦ οὔτε διδάσκει τινὰς, οὐδέ τινι διαλέγεται. οὕτω χρὴ, παρακαλῶ σε. καὶ γὰρ πρὸ τοῦ εἰδέναι σε αὐτὸν, οἶδα αὐτόν· καὶ πρὸ τοῦ σε γνῶναι ἐκεῖνον, οἶδεν ἐμέ. Ἀβραάμιος ὁ πρεσβύτερος, καὶ ἀρχιμανδρίτης εἶπεν· οὕτως ἔχει, τῶν ποδῶν σου. καὶ μετὰ τὸ ἀναστῆναι, ὁ ἁγιώτατος ἀρχιεπίσκοπος εἶπεν· οἴδατε τὸν ζῆλον τοῦ κατηγοροῦντος; ὅτι καὶ αὐτὸ τὸ πῦρ ψυχρὸν αὐτῷ φαίνεται διὰ τὸν ζῆλον τὸν ὑπὲρ τῆς B εὐσεβείας. καὶ Θεὸς οἶδε. καὶ παρήνεσα, καὶ παρεκάλεσα, ὅτι μὴ, παρακαλῶ σε, ἔνδος. ὡς δὲ * ἐπετέθη, τί εἶχον ποιῆσαι; * ἄρτι ἐγὼ βούλομαι τὸν σκορπισμὸν ὑμῶν; μὴ γένοιτο· οὐχὶ μᾶλλον καὶ συναγαγεῖν ὑμᾶς; ἐχθρῶν ἐστὶ τὸ σκορπίζειν, πατέρων δὲ τὸ συγκροτεῖν.

* ἀσφαλ

* ἀπετέθ

* ἄρα L

* Quinta cognitio &c.

* *Actio, V. Constantinopolitani concilii, (lecta Ephesi, & relecta) Calchedone.*

Πρᾶξις πέμπτη ἐν Κωνσταντινουπόλει.

. . . . . .

. . . . . .

SEquenti die, id est, septimadecima mensis Novembris, rursus congregata sancta synodo in secretario episcopii, Aetius diaconus & notarius dixit: Qui directi sunt hesterno die, qui erat sextusdecimus dies mensis Novembris, religiosissimi presbyteri, Memnon sacrorum vasorum custos, & Epiphanius, & Germanus diaconus, in tertiam vocationem ad reverendissimum Eutychem presbyterum & archimandritam, adsunt, volentes intimare quæ a memorato viro audierunt, * [g] ministrantes literis vestræ sanctitatis. Flavianus sanctissimus archiepiscopus dixit: Priore loco dicat Memnon reverendissimus presbyter, quale responsum accepit ab Eutyche presbytero & archimandrita super his, pro quibus directus est a sancta synodo. Memnon presbyter & sacrorum vasorum custos dixit: Secundum jussionem vestræ sanctitatis & vestræ sanctæ congregationis, pervenientes usque ad reverendissimum presbyterum & archimandritam Eutychem, reddidimus ei scripta, quæ a vestra sancta synodo [h] transmissa sunt ei. Accipiens autem & perlegens dixit nobis: Quia direxi reverendum presbyterum & archimandritam Abraamium ad [i] sanctissimum & beatissimum archiepiscopum nostrum, nec non & sanctum concilium, quatenus ex persona mea consentiat omnibus quæ dicta sunt a sanctis patribus

* portantes ei literas.

ΤΗ͂ ἑξῆς ἡμέρᾳ, ἥ ἐστιν ἑπτακαιδεκάτη τοῦ Νοεμβρίου μηνὸς, αὖθις συνεδρευούσης τῆς C ἁγίας συνόδου ἐν τῷ σηκρήτῳ τοῦ ἐπισκοπείου, Ἀέτιος διάκονος, καὶ νοτάριος εἶπεν. οἱ ἀποσταλέντες τῇ χθὲς ἡμέρᾳ, ἥ τις ἐστὶν ἑξκαιδεκάτη τοῦ Νοεμβρίου μηνὸς, οἱ εὐλαβέστατοι πρεσβύτεροι Μέμνων σκευοφύλαξ, καὶ Ἐπιφάνιος, καὶ Γερμανὸς, ἐπὶ τῇ τρίτῃ κλήσει πρὸς τὸν εὐλαβέστατον πρεσβύτερον, καὶ ἀρχιμανδρίτην Εὐτυχῆ, πάρεισιν ἀπαγγεῖλαι βουλόμενοι, ἅπερ παρὰ τοῦ μνημονευθέντος ἀκηκόασι, διακονησάμενοι τοῖς ὑμετέροις γράμμασιν. ὁ ἁγιώτατος ἀρχιεπίσκοπος εἶπε· λεγέτω ἐν πρώτῃ τάξει Μέμνων ὁ εὐλαβέστατος πρεσβύτερος, ποίας τετύχηκεν ἀποκρίσεως παρὰ τοῦ πρεσβυτέρου, καὶ ἀρχιμανδρίτου D Εὐτυχοῦς, ἐφ' οἷς ἀπέσταλται παρὰ τῆς ἁγίας συνόδου. ὁ εὐλαβέστατος πρεσβύτερος, καὶ σκευοφύλαξ Μέμνων εἶπε· κατὰ τὴν κέλευσιν τῆς ὑμετέρας ἁγιωσύνης, καὶ τῆς ἁγίας ὑμῶν συνόδου, διαβάντες πρὸς τὸν εὐλαβέστατον πρεσβύτερον, καὶ ἀρχιμανδρίτην Εὐτυχῆ, ἐπιδεδώκαμεν αὐτῷ τὸ παρὰ τῆς ἁγίας ὑμῶν συνόδου γράμμα ἀπεσταλμένον αὐτῷ. λαβὼν δὲ, καὶ ἀναγνοὺς, εἶπεν ἡμῖν· ὅτι ἀπέστειλα τὸν εὐλαβέστατον πρεσβύτερον, καὶ ἀρχιμανδρίτην Ἀβραάμιον πρὸς τὸν ἁγιώτατον, καὶ ὁσιώτατον ἀρχιεπίσκοπον ἡμῶν, καὶ τὴν ἁγίαν σύνοδον·

BALUZII NOTÆ.

a Omnes libri veteres, *quia similia*.
b Tres antiqui codices habent *sapiet*, alius *sapit*.
c Mendum typographi. Superiores editiones legunt, *has*. Quo etiam modo habent omnia vetera exemplaria.
d Ita omnes libri & omnes editiones. Suspicor tamen legendum esse *videor*, ut ista referantur ad Flavianum loquentem de se. Quod sequentia videntur ostendere.
e Veteres libri: *Numquid ego volo dispersionem vestram? absit*.
f Codices Corbejensis & Colbert. *consentire*, Divion. *congregare*, & in margine, *al. consentire*, In Parisiensi scriptum est *continere*, in antiquis editionibus *conservare*.
g Codices Paris. & Divion. *portantes*. At Divionensis habet in margine, *al. ministrantes*.
h Editiones veteres, *transmissa sunt ei. Et accipiens autem*. Codices Corb. & Colb. *transmissa sunt. Et accip. autem*. Reliqui: *transmissa sunt. Accip. autem*.
i Omnia vetera exemplaria, *sanctum*.

γοδον· ὥστε συνθέσθαι αὐτὸν εἰς πρόσωπον ἐμὸν πᾶσι τοῖς ἐκφωνηθεῖσι παρὰ τῶν ἁγίων πατέρων τῶν ἐν Νικαίᾳ, καὶ τῶν ἐν Ἐφέσῳ, καὶ τοῖς κατὰ τὸν μακάριον Κύριλλον πᾶσι. καὶ ἔτι τούτου λέγοντος, ὁ θεοφιλέστατος ἐπίσκοπος Εὐσέβιος εἶπε· νῦν ἦλθε συνθέσθαι; ἐγὼ οὐ περὶ τῶν μελλόντων κατηγόρησα, ἀλλὰ περὶ τῶν φθασάντων· μὴ γὰρ ἄρτι, ἐὰν ἐκδεδώκασιν αὐτῷ τινες ἔκθεσιν, καὶ εἶπον· ὅτι διὰ τὴν ἀνάγκην σύνθου, ἢ ὑπόγραψον· ἤδη ἡττήθην ἐγώ; ὁ ἁγιώτατος ἀρχιεπίσκοπος εἶπεν· οὐδεὶς οὐδέ σοι συγχωρεῖ ἐκστῆναι τῆς κατηγορίας, οὔτε ἐκείνῳ τὸ μὴ ἀπολογήσασθαι ὑπὲρ τῶν παρῳχηκότων. ὁ θεοφιλέστατος ἐπίσκοπος Εὐσέβιος εἶπεν· ἀξιῶ ταύτην τὴν φωνὴν ἐμοὶ μὴ προκεῖναι. ἐγὼ γὰρ ἀξιοπίστους μάρτυρας ἔχω, ἐφ' ὧν τὰ διεστραμμένα ἐδίδασκε, καὶ κατήχει, καὶ ἀντιλογίας ἐπειράθη, οὐχ ἅπαξ, οὐ δὶς, ἀλλὰ καὶ πολλάκις ὑπομνησθεὶς παρ' ἐμοῦ, ὥστε τὰ ὀρθὰ φρονεῖν· οὐδὲ οὕτως ἠνέχετο. ἐπεὶ εἶπε καὶ τοῖς ἐν φυλακῇ· ἀπὸ τῆς σήμερον μὴ λῃστεύετε· καὶ πάντες ἐπαγγέλλονται· ὁ ἁγιώτατος ἀρχιεπίσκοπος εἶπεν· οὐδὲν πρόκριμα οἴσει τῇ σῇ θεοσεβείᾳ εἰς τὴν παρὰ σοῦ τεθεῖσαν κατηγορίαν, κἂν μυριάκις ὑπισχνεῖται καθυπογράφειν τοῖς ἐκτεθεῖσι παρὰ τῶν ἁγίων πατέρων. καθὼς γὰρ καὶ ἤδη εἴρηται πολλάκις ἡμῖν, δεῖ αὐτὸν πρότερον ἐλεγχθῆναι ἐφ' οἷς κατηγορήθη, καὶ ἀπολογήσασθαι. καὶ ἔτι τούτων λεγομένων, προσέθηκεν ὁ εὐλαβέστατος πρεσβύτερος, καὶ σκευοφύλαξ Μέμνων, ἔλεγε δὲ, ὅτι διὰ τὸ ἐν ἀῤῥωστίᾳ με ἐξετάζεσθαι, τούτου ἕνεκεν ἀπέστειλα τὸν εὐλαβέστατον πρεσβύτερον Ἀβραάμιον. ὡς δὲ πολὺς ἐγινόμην, ὅτι ὀφείλεις παραγενέσθαι, καὶ ἀπαντῆσαι πρὸς τὴν ἁγίαν σύνοδον, καὶ ἀπολογήσασθαι τοῖς ἐπαγομένοις σοι, ἔφη τοῦτο· ὅτι περιμένω τὸν * πάπαν Ἀβραάμιον, ἴσως δυσωπήσει τὸν κύριον, καὶ τὴν ἁγίαν σύνοδον. λέγω αὐτῷ· ἡμεῖς μέλλομεν μένειν ἐνταῦθα ἕως οὗ ἔρχεται; λέγει· παρακαλῶ δυσωπηθῆναι τὸν κύριον τὸν ἀρχιεπίσκοπον, καὶ τὴν σύνοδον, ὥστε ἐντὸς ἑβδομάδος ταύτης διωρίαν μοι δοθῆναι· καὶ τῇ δευτέρᾳ, ἐὰν θέλημα Θεοῦ, εἰσέρχομαι, καὶ ἀπολογοῦμαι τῷ κυρίῳ, καὶ τῇ ἁγίᾳ συνόδῳ. ὁ ἁγιώτατος ἀρχιεπίσκοπος εἶπε· λεγέτω καὶ ὁ εὐλαβέστατος πρεσβύτερος Ἐπιφάνιος, τί ἀκήκοε παρὰ τοῦ εὐλαβεστάτου πρεσβυτέρου καὶ ἀρχιμανδρίτου Εὐτυχοῦς. ὁ εὐλαβέστατος πρεσβύτερος Ἐπιφάνιος εἶπε· κατὰ τὴν κέλευσιν τῆς ὑμετέρας ἁγιωσύνης παραγενόμενος ἐγώ τε, καὶ

A in Nicæa vel in Epheso congregatis, & omnibus quæ a beato Cyrillo. Et adhuc eo dicente, Eusebius reverendissimus episcopus dixit: Nunc venit consentire? Ego non de futuris eum, sed de præteritis accusavi. Numquid modo, si ei quidam ediderunt aliquam expositionem, dicentes: Propter necessitatem consenti * & subscribe: propterea ego jam victus sum? Flavianus sanctissimus archiepiscopus dixit: Nullus neque tibi concedet recedere ab accusatione, neque illi, ut non satisfaciat de præteritis. Eusebius [a] Dei amantissimus episcopus dixit. Postulo * hanc vocem mihi non præjudicare. Ego enim fidelissimos testes habeo,
B sub quorum præsentia perversa docebat & admonebat, & * contentionem expertus est, non semel, non bis, sed & sæpius admonitus a me, ut recta saperet, nec ita acquievit. [b] Nam si dicas his qui in carcere sunt: Ex hodie [c] non latrocinemini; & omnes promittunt. Flavianus sanctissimus archiepiscopus dixit: Nullum præjudicium generatur tuæ sanctitati in accusatione a te proposita, etsi millies spoponderit [d] subscribere expositionibus sanctorum patrum. [e] Sicut enim sæpius jam a nobis dictum est, oportet eum prius convictum [f] esse in quibus accusatus est, & satisfacere. Et cum adhuc [g] hæc dicerentur, adje-
C cit reverendissimus presbyter & vasorum custos Memnon: dicebat vero: Eo quod in infirmitate constitutus sum, hac de causa direxi presbyterum & archimandritam Abraamium. Cum vero * ferventius ei imminerem, quia debes pervenire & præsentare te in sancta synodo, & [h] satisfacere his, quibus impeteris, hoc ait: Quia [i] expecto * papam Abraamium; forte [k] exorabit dominum, & sanctam synodum. Dico ei: Quid ergo? Nos manemus hic, donec veniat? Respondit; Peto [l] supplicari [m] domino archiepiscopo & sanctæ synodo, quatenus inducias mihi tribuant præsentis septimanæ: & secunda feria, volente Deo, ingredior, & satis-
D facio & domino & sanctæ synodo. Flavianus reverendissimus archiepiscopus dixit: Dicat & [n] reverendus presbyter Epiphanius, quid audierit a reverendo presbytero & archimandrita Eutyche. Religiosissimus presbyter Epiphanius dixit: Secundum jussionem vestræ sanctitatis [o] pervenimus ego & reverendus presbyter & custos sacrorum vasorum Memnon, pariter cum [p] reverendo Germano diacono, [q] & reddidimus reverendo presbytero & archimandritæ Eutychi commoni-
to-

* vel.

* hac voce mihi non præjudicari.

* contradicere tentavit,

* sæpius instarem, frequentius

* presbyterum Abr.

BALUZII NOTÆ.

a Corb. & Colbert. *Deo amicissimus*. Reliqui, *reverendissimus*.
b Corb. & Paris. *Nam sic etiam his qui*.
c Libri nostri, *ne latrocin.*
d Corb. Divion. & Colbert. *subscribere in expositionibus*.
e Heic deficit exemplar vetus bibliothecæ Colbertinæ.
f Vox *esse* deest in omnibus antiquis exemplaribus & editionibus.
g Rursum vox *hæc* non habetur in antiquis codicibus.
h Codex Corb. & veteres editiones, *satisfacere de his*. Paris. & Divion. *satisfacere pro his*.
i Veteres libri & editiones, *sustineo*.
k Veteres libri & editiones, *forte supplicat domno & sanctæ synodo*. Vulgatam lectionem debemus editoribus Romanis.
l Omnes veteres libri & editiones, *supplicare*.
m Legendum ubique *domno*, ut in veteribus libris.
n Colb. *reverentissimus*, Paris. & Divion. *religiosissimus*.
o Et hunc quoque locum emendavere Romani. Nam in superioribus editionibus & in antiquis codicibus legitur, *pervenient*.
p Divion. & Paris. *religioso*.
q Vetera exemplaria & veteres editiones non habent conjunctionem quam heic exhibet editio Romana.

Κύρος ἐπίσκοπος Ἀφροδισιάδος τῆς Καρίας A εἶπεν· ἀπὸ τῶν ἐπιδοθέντων λιβέλλων παρὰ τοῦ εὐλαβεστάτου πρεσβυτέρου, καὶ ἀρχιμανδρίτου Εὐτυχοῦς, καὶ ἀναγνωσθέντων, δέδεικται τὴν πίστιν τῶν ἁγίων πατέρων τῶν ἐν Νικαίᾳ, καὶ ἐνταῦθα συναχθέντων* συνενηνεγκέναι. ὅθεν κἀγὼ σύμψηφος τῇ τῶν ἁγίων πατέρων ψήφῳ γίνομαι· ὥστε καὶ τῆς τοῦ πρεσβυτερίου ἔχεσθαι αὐτὸν ἀξίας, καὶ τοῦ ἡγεῖσθαι τοῦ μοναστηρίου.

[a] Cyrus episcopus Aphrodisiadis Cariæ dixit: Ex oblatis libellis a viro reverendissimo Eutyche presbytero & archimandrita, & relectis, [b] apparet * ipsum ei, quod fides sanctorum patrum habet qui in Nicæa & hic congregati sunt, consonasse. Unde & ego consentio sententiæ sanctorum patrum, ut & presbyterii * habeat dignitatem, & præsit monasterio.

* eo quod fidei sanctorum patrum qui in Nicæa & hic congregati sunt, consonat.
* retineat

Ἐρασίστρατος ἐπίσκοπος Κορίνθου τῆς Ἑλλάδος.

Erasistratus episcopus Corinthi Helladis dixit: Ostendit per libellos suos [c] reverendissimus archimandrita Eutyches, [d] quod semper B ea sapuit, quæ orthodoxa fides continet, [e] & secutus est depositiones sanctorum patrum qui in Nicæa congregati sunt, [f] quæ confirmatæ sunt in hac etiam metropoli per pridem collectam sanctissimam synodum. Unde & ego consone decerno, ut fruatur & dignitate presbyterii, & præsit monasterio, ubi a principio ordinatus est.

Κυΐντιλλος ἐπίσκοπος Ἡρακλείας, ἐπέχων καὶ τὸν τόπον Ἀναστασίου τοῦ εὐλαβεστάτου ἐπισκόπου τῆς Θεσσαλονίκης.

Quintillus episcopus Heracleæ, agens vices Anastasii reverendissimi episcopi Thessalonicensis, dixit: Ex nuper oblatis libellis sanctæ & magnæ huic synodo a viro reverendissimo archimandrita Eutyche, reperi eum [g] recte credentem expositæ fidei a sanctis trecentis decem & octo patribus qui in Nicæa congregati sunt, sed & iis quæ acta sunt a sancta synodo hic collecta ad impii Nestorii damnationem. Necessarie ergo suscipiens hanc ejus fidem, dignum eum judico & presbyterio, & primatu monasterii.

Μελέτιος ἐπίσκοπος Λαρίσσης, ἐπέχων τὸν τόπον Δόμνου τοῦ εὐλαβεστάτου ἐπισκόπου τῆς Ἀπαμέων.

Meletius episcopus Larissenæ civitatis, & agens vices Domni reverendissimi episcopi [h] Apameæ, dixit: [i] Consono & ego sententiis sanctorum patrum; *conspexi enim ex iis quæ lecta sunt, orthodoxe eum credere, unde dignum eum judico priore sacerdotio, & monasterii * gubernaculo.

Κυριακὸς ἐπίσκοπος Τροκμάδων, ἐπέχων τὸν τόπον * Θεοφίλου τοῦ εὐλαβεστάτου ἐπισκόπου Πισινοῦντος τῆς δευτέρας Γαλατίας τὰ ὅμοια εἶπεν.

Cyriacus episcopus [k] Trogmadensium, [l] locum tenens & [m] Theoctisti reverendissimi episcopi Pissinuntis Galatiæ secundæ, dixit: [n] Sanctissimo presbytero & archimandrita interpellante sanctum conventum per libellos, & docente ita eum colere fidem, sicuti sancti trecenti decem & octo, & sequi sanctam Ephesinam synodum, orthodoxum eum invenimus, & volumus eum habere gradum presbyterii, sed & [o] principatum monachorum. Dixi autem hæc & pro me, & pro prædicto [p] metropolitano, eo quod ille gravi infirmitate deprimatur.

Διογένης ὁ εὐλαβέστατος ἐπίσκοπος Κυζίκου εἶπεν· ἀπὸ τῶν νῦν κατατεθέντων ἀπὸ τοῦ εὐλαβεστάτου πρεσβυτέρου, καὶ ἀρχιμανδρίτου Εὐτυχοῦς, ἔγνωμεν, ὡς καὶ αὐτὸς συντίθεται τῇ ἐκτεθείσῃ C πίστει τῶν πατέρων τῶν ἐν Νικαίᾳ, καὶ τῇ παρὰ τῶν ἁγίων πατέρων συνειλεγμένων ἐν ταύτῃ τῇ μεγαλωνύμῳ Ἐφέσῳ. καὶ ἐγκρίνω αὐτὸν οὕτω φρονοῦντα, καὶ τοῦ ἱερατικοῦ ἀπολαύειν ἀξιώματος, καὶ τοῦ μοναστηρίου φροντίζειν κατὰ τὴν προλαβοῦσαν συνήθειαν.

[q] Diogenes reverendissimus episcopus Cyzici dixit: Ex iis quæ nunc [r] professus est reverendissimus presbyter & archimandrita Eutyches, cognovimus [s] quod & ipse consentit expositæ fidei [t] a sanctis patribus qui in Nicæa convenerunt, & qui postea in hac celeberrima Ephesia urbe congregati sunt: & propter hoc judico eum, tamquam [u] ita sapientem, & sa- D cerdotali dignitate frui, & monasterium procurare secundum priorem consuetudinem.

Ἰωάννης ἐπίσκοπος Σεβαστείας Ἀρμενίας πρώτης εἶπε παραπλήσια τοῖς ἀνωτέρω.

Joannes episcopus Sebastiæ Armeniæ primæ dixit: Hoc est recte credere, sequi sanctos patres. [x] Et reverendissimus igitur presbyter & archi-

BALUZII NOTÆ.

a Corb. & Paris. *Cyrrus*.
b Hæc prava lectio emanavit ex editione Crabbi. Veteres libri habent: *apparet eo quod fidei sanctorum patrum qui in Nicæa & hic congregati sunt consonasse*. Sed Divionensis legit *consonat*, quod melius est.
c Divion. *vr.* Paris. *vir religiosus*.
d Veteres, *eo quod semper*.
e Vetera exemplaria, *& secutus expositiones*. Veteres editiones habent etiam *expositiones*.
f Divion. Paris. *& quæ confirmata*. g Paris. *recte similia credentem*.
h Veteres libri *Apamiæ* vulgo habent.
i Paris. & Divion. *Consentio & ego sanctorum patrum decretis. Pervidi enim eum ex relatis libellis recte credere. Unde dignum eum judico prioris sacerdotii, sed & monasterii gubernatione*.
k Antiqua exemplaria, *Trognadensis*. l Divion. & Paris. *& agens vices*.
m Divion. *Theoctisti Episcopi Pissinuntinæ*.
n Ita codex Corbejensis. At Divionensis habet, *vro Presbytero & arch. Eutice*, Paris. *viro religioso &c.* ut in Divionensi. o Divion. *primatum*.
p Divion. *metropolitano meo, qui in gravi infirmitate consistit*. Paris. *metropolitano, eo quod ille in gravi infirmitate consistit*. q Vox *reverentissimus* deest in omnibus antiquis libris & editionibus.
r Divion. *professus est vr. archimandrita*. Paris. *vir religiosus archimandrita*.
s Veteres libri, *eo quod consentit*.
t Paris. & Divion. *a sanctis trecentis decem & octo patribus qui in Nicæa*.
u Divion. & Corb. & veteres editiones, *ista sapientem*.
x Divion. & Paris. *Et religiosus igitur*.

archimandrita Eutyches, sequens expositam fidem a sanctis patribus apud Nicæam, & [a] consonantia sanctorum patrum apud Ephesum, orthodoxus est, & dignus ut præsit [b] monasterio, & secundum priorem consuetudinem fungatur sacerdotio.

Βασίλειος ἐπίσκοπος Σελευκείας Ἰσαυρίας.

Basilius episcopus Seleuciæ Isauriæ dixit: Ex oblatis libellis a reverendissimo Eutyche presbytero & archimandrita [c] tunc sancto congregato conventui secundum sancti Spiritus [d] inspirationem, cognoscens eum consona patribus qui in Nicæa & in Epheso ante hoc convenerunt, sapere, restituo ei juxta præcedentes patres & presbyterii gradum, & primatum monasterii.

Θεόδωρος ἐπίσκοπος Ταρσοῦ·

Theodorus episcopus [e] Tarsensis civitatis dixit: [f] Cognovimus reverendissimum presbyterum & archimandritam, tam ex oblatis ab eo libellis, quam ex confessione ipsius quæ in gestis continetur, sequentem fidem sanctorum patrum quæ in Nicæa est exposita, & confirmata [g] ab iis qui dudum in Epheso convenerunt: & justum est habere eum sacerdotium, & præesse monasterio, quoniam hoc omni sancto complacuit concilio.

Ῥωμανὸς ἐπίσκοπος Μύρων τῆς Λυκίας.

Romanus episcopus [h] Myrorum civitatis, provinciæ Lyciæ, dixit: [i] Reverendissimus presbyter & archimandrita Eutyches sequens fidem sanctorum patrum, fruatur & honore presbyterii, & præsit [k] reverendo monasterio.

Φώτιος ἐπίσκοπος Τύρου·

Photius episcopus Tyri dixit: Condecens, & omni consequentia [l] dignum est, ita [m] sequenti catholicam fidem, quæ exposita est a sanctis patribus in Nicæa, & quæ confirmata est a sancta synodo ante hoc in Epheso congregata, [n] sacerdotali eum frui dignitate, & curam consuete sui * [o] genere monasterii decernimus. [p] Eum qui recta fide & vitæ claritate decoratus est, omni honore, qui ei a divina collatus est gratia, [q] secundum [r] anteriora frui justum est.

* gerere

Θεόδωρος ἐπίσκοπος Δαμασκοῦ·

Theodorus episcopus Damascenæ civitatis dixit: Per nuper porrectos libellos [s] a viro reverendissimo presbytero & archimandrita Eutyche pervidimus, quoniam [t] expositionibus sanctorum patrum qui in Nicæa, [u] & synodo quæ in hac clara urbe [x] Ephesi postea congregata est, consentit, & propter hoc consona etiam & ego sanctis patribus decernens, justum arbitror, eum & sacerdotium habere presbyterii, & monasterii principatum.

Ἰουλιανὸς ἐπίσκοπος Ταβίας·

Julianus episcopus Tabiæ dixit; Sanctorum patrum trecentorum decem & octo concordiam inspiratam a gratia Dei, in Nicæna urbe congregatorum, quæ exposuit dogmatum diligentiam, manifeste esse sancti Spiritus vocem omnes confitentur, qui pietatis jura non negant; & quæ in hac splendida metropoli non ante multa tempora concurrens synodus confirmavit, sicut illi priores initio scripserunt per Spiritum, hoc & qui post ipsos, colentes ea quæ illorum sunt, diligentissimam horum decreverunt cautelam. [y] Reverendissimum igitur presbyterum & archimandritam Eutychem, ea quæ in Nicæa a patribus sunt exposita, & ab iis qui in Epheso fuerunt, confirmata, clara voce pronuntiantem, justum est & pietatis gratia & [z] sacerdotali frui dignitate, & sacrum habere promittentium meliorem vitam primatum.

Φλωρέντιος ἐπίσκοπος Λύδδων·

Florentius episcopus Lydiæ dixit: Porrigente libellos viro reverendissimo archimandrita Eutyche, in quibus spondet se conjunctum fidei sancti conventus Nicæni, & nuper congregati in Ephesina metropoli, addente etiam super hæc, eo quod omnem hæresim * inscriptam libello anathematizet, & tamquam sub Deo Patre & Filio & sancto Spiritu, ex animo [aa] referat ea quæ in libello credens indidit, & ego similia præcedentibus decerno, decorari quidem eum nomine presbyterii, præesse autem secundum præcedentem consuetudinem fraternitati.

* f. scri

Μαρινιανὸς ἐπίσκοπος Συννάδων·

Marinianus episcopus Synnadensis dixit. [bb] Eutyches reverendissimus archimandrita spondens per libellos proprios sequi sanctam synodum Nicænam, & ea quæ tunc in Epheso de iis defi-

BALUZII NOTÆ.

a Corb. *consona*, reliqui *consonantiam*. b Codex Corb. in margine, *monachis*.

c Omnes veteres libri & editiones habent *nunc*. Neque video qua auctoritate mutari potuerit, cum Græca non extent.

d Veteres libri, *operationem*. Ad hunc locum ita annotat Rusticus: *In spiritu sancto mentitur*.

e Omnes veteres libri & editiones habent *Tarsenæ*. Sed elegantius scribitur *Tarsensis*.

f Eutychis nomen omissum est in editionibus, sed non in libris nostris. Sic ergo legitur in Corbejensi: *Cognovimus reverentissimum Presbyterum & Archimandritam Eutychem*. Ita etiam in Paris. & Divion. nisi quod *religiosum* habent pro *reverentissimum*.

g Veteres libri & heic & infra legunt, *ab his*.

h Codex Corb. *Myrreorum*. Sic etiam Divionensis in margine, sed in textu *Misentia*. In Parisiensi scriptum est *Myrena*.

i Divion. & Paris. *Religiosus*. k Paris. *reverentissimo*.

l In Corbejensi legitur: *dignum est itaque confirmata est*. Quod ideo adnotare placuit quia idem omnino hiatus habetur in editione Crabbi. Unde certo colligitur eum exemplari usum esse quod Corbejensi erat simile.

m Paris. & Divion. *sequentem*.

n Vox *eum* deest in omnibus antiquis exemplaribus. Recte profecto.

o Error est typographi pro *gerere*. Codex Divionensis legit, *consuete eum gerere*; sed postea vox *sui* addita est supra lineam. Hinc vero conflata est lectio quam exhibent codex Paris. & Corb. *consuete eum sui gerere*.

p Corb. & Paris. *Eum enim qui*. Divion. *Enim eum qui*.

q Hanc vocem in nullo veterum exemplarium reperi.

r Omnes libri veteres, *anteriore*.

s Divion. *a reverentissimo Presbytero*. Paris. *a viro religioso*.

t Paris. *expositioni*. Divion. *expositionis*. Corb. *expositiones*.

u Divion. *& dein synodo*. Paris. *& eidem synodo*.

x Veteres libri & editiones, *Epheso*.

y Paris. & Divion. *Religiosus igitur Presbyter & Archimandrita Eutyches*. Propterea iidem libri paulo post habent *pronuntians*. z Codex Paris. *& sacerdotium eum habere*.

aa Mendum editionis Labbeanæ. Ceteræ habent *proferat*, ut etiam codices manu scripti.

bb Codex Divion. *Euticis vr.* Paris. *Eutyches vir religiosus*.

definita sunt a beatissimo & [a] sanctissimo Cyrillo, & cum ipso sancto conventu, fruatur presbyterio & communione nostra, ac præsit secundum Deum [b] decenter monasterio.

Μυσώνιος ἐπίσκοπος Νύσσης.

Musonius episcopus Nyssenæ civitatis dixit: Custodem fidei trecentorum decem & octo, & [c] definitionum sanctorum patrum qui apud Ephesum, ostendit virum religiosum presbyterum & archimandritam Eutychem porrectus ab ipso libellus, nec non & professiones, quas gestis inseruit; unde & habere eum sacerdotium, & præesse [d] viris reverendis monachis justum arbitror propter rectam ejus fidem.

Κωνσταντῖνος ἐπίσκοπος Βόστρων.

Constantinus episcopus Bostrenæ civitatis dixit: Manifestum effectum est & ex relectis gestis, & ex oblatis libellis a viro [e] reverendissimo presbytero & archimandrita Eutyche, eo quod [f] consequentia sapit expositæ orthodoxæ fidei in Nicæa a sanctis patribus, id est, trecentis decem & octo, & iis qui in Epheso congregati sunt, sanctis patribus; unde & ego justum reor, habere eum & sacerdotium presbyterii & primatum monasterii.

Ἰωάννης ἐπίσκοπος Νικοπόλεως Ἀρμενίας πρώτης.

Joannes episcopus Nicopolitanæ civitatis Armeniæ primæ dixit: Ex porrectis libellis sanctissimo conventui a viro reverendissimo presbytero Eutyche, cognoscentes eum recte glorificare secundum expositionem sanctorum patrum qui in Nicæa, [g] & qui pridem in Epheso congregati sunt: & nos eadem, quæ sanctissima synodus, decernimus, dignum eum esse judicantes & sacerdotio fungi, & præesse monasterio.

Ἀκάκιος ἐπίσκοπος Ἀριαραθίας Ἀρμενίας δευτέρας, ἐπέχων καὶ τὸν τόπον Κωνσταντίνου τοῦ εὐλαβεστάτου ἐπισκόπου Μελιτηνῆς.

Acacius episcopus [h] Ariarathirensis Armeniæ secundæ, & agens vices Constantini viri [i] religiosissimi episcopi Melitenæ, dixit: [k] Religiosissimus & sanctissimus presbyter Eutyches, & per porrectos libellos, & per ea quæ nunc professus est, ostendit [l] se recte sapere, sicut & ii qui in Nicæa trecenti decem & octo patres nostri, & qui post in Epheso congregati sunt. Dignus ergo est recipi in sacerdotium & primatum habere monasterii.

Στέφανος ἐπίσκοπος Ἱεραπόλεως.

Stephanus episcopus Hierapolitanæ civitatis dixit: His quæ bene complacita sunt sanctis

A patribus nostris de viro [m] religiosissimo presbytero & archimandrita Eutyche, & ego consentiens sum, propter ea quod ex relectis persuasus sum, eum esse orthodoxum; unde habere eum & gradum sacerdotii, [n] & primatu monasterii dignum judico.

Ἀττικὸς ἐπίσκοπος Νικοπόλεως Ἠπείρου παλαιᾶς.

Atticus episcopus Nicopolitanæ civitatis Epiri veteris dixit: Oportebat quidem sufficere [o] professiones sanctorum atque eximiorum patrum nostrorum, in quibus concordes & nunc inveniuntur immutabilibus sactis sanctorum pridem habitis patrum decretis, qui in illis temporibus in Nicæna civitate, & qui in hac Ephe-

B siorum [p] Deo amica metropoli, cujus princeps atque magister factus est omni laude dignissimus, & ter beatus [q] inter angelos, qui olim pater noster erat Cyrillus, qui ubique terrarum illustravit sanctum nostræ fidei mysterium. Condecet enim vere, [r] viros religiosos ac fideles sanctorum patrum fidei convivere. In tantum igitur etiam ego profiteor, eo quod consonantem invenimus virum [s] reverendissimum presbyterum & archimandritam Eutychem, [t] præsertim ex nuper nobis lectis gestis, & ex oblatis per manus ipsius libellis, sancto huic & universali concilio, expositionibus sanctorum patrum, & est rationabile secundum sententiam sanctorum patrum, quæ &

C vera est, [u] esse eum presbyterum, & primatum habere a Deo illi traditi monasterii.

Εὐστάθιος ἐπίσκοπος Βηρυτοῦ.

Eustathius episcopus Beryti dixit: [x] Sic pie doctrinam fidei exposuit [y] exactus reverendissimus archimandrita Eutyches, ut cogeret & præsentem sanctum conventum omnem sacris & consonis uti vocibus, & collaudare, quia hæc est fides patrum. Quis ergo ita alienus est a pietate, qui hunc talem patiatur non frui & sacerdotii gradu, & monasterii primatu?

Νουνέχιος ἐπίσκοπος Λαοδικείας Τριμιταρίας.

Nunechius episcopus [z] Laodiceæ Trimitariæ

D dixit: Justum est & consequens, & humanissimæ huic synodo conveniens, Eutychem virum [aa] reverendissimum ([bb] presbyterum &) archimandritam sequentem expositionem sanctorum patrum qui in Nicæa, & [cc] sanctissimorum qui pridem in hac splendida urbe congregati sunt, sicut ab ipso porrecti libelli continent, frui & sacerdotali dignitate, & regere monasterium, sicut placuit & sanctis patribus.

Ὀλύμ-

BALUZII NOTÆ.

a Divion. & Paris. *reverentissime.*
b Paris. *degenti monasterio.* Corb. *degenti monasterii.* Divion. *dicenti monasterio*, & in margine, *al. degenti.*
c Corb. & Paris. *definitiones*, Divion. *definitioni.*
d Paris. & Divion. *viris religiosis.* e Paris. *religioso.* Sic etiam paulo post.
f Veteres libri, *sequentia.* g Paris. *& qui dudum.*
h Divion. & Paris. *Ariaratensis.* i Vetera exemplaria, *reverentissimi.*
k Paris. & Divion. *Deo dignissimus & religiosissimus.*
l Corb. *se recta sapere sicut & hii.* Divion. *se & recte sapere tamquam hi.* Paris. *semet recte sapere tamquam hi.*
m Paris. *religioso.* n Melius veteres libri, *& primatum.*
o Codex Corb. & Crabbus, *promissiones.*
p Hæc desunt in codice Parisiensi. Deerant etiam in Divionensi, sed addita postea sunt supra lineam.
q Idem codex Paris. *angelos pater noster Cyrillus.* Sic etiam primo scriptum fuit in Divionensi, sed postea voces positæ sunt supra lineam quæ constituunt editionem vulgatam.
r Omnia vetera exemplaria legunt, *viris religiosis ac fidelibus.* s Paris. *religiosum.*
t Paris. & Divion. *præterea.* Verum Divionensis habet in margine, *al. præsertim.*
u Veteres libri, *esse eum & presbyterum.*
x Divion. *Sic pie doctrinam veræ fidei.* Paris. *Sic pie veræ fidei doctrinam.*
y Corb. & Divion. *exactus vr.* Paris. *exactus religiosus.*
z Corb. *Laodiciæ*, Paris. *Laudiciæ*, Divion. *Laudociæ.* aa Paris. *religiosum.*
bb Hæc non habentur in Divionensi & Parisiensi exemplaribus. cc Hæc vox deest in codice Parisiensi.

Ὀλύμπιος ἐπίσκοπος Κωνσαντίας τῆς Κύπρυ.

Olympius epiſcopus Conſtantiæ Cypri inſulæ dixit: Et ego conſentio definitis a ſanctitate veſtra in reſtitutione [a] viri reverendiſſimi presbyteri & archimandritæ Eutychis.

Κανδιδιανὸς ἐπίσκοπος Ἀντιοχείας τῆς Πισιδίας.

Candidianus epiſcopus Antiochiæ Piſidiæ dixit: Pie & canonice decretis a ſanctiſſimis [b] & religioſiſſimis patribus de Eutyche viro [c] reverendiſſimo presbytero, & archimandrita, etiam ego conſentio.

Στέφανος ἐπίσκοπος Ἀναζάρβυ.

Stephanus epiſcopus [d] Anazarbi dixit: Manifeſte monſtratum eſt ex nuper relectis, eo quod nihil extra ſanctos patres [e] ſapuit reverendiſſimus presbyter & archimandrita Eutyches, [f] ſed ſæpe confeſſus eſt, ſequentia ſe ſapere ſanctis patribus trecentis decem & octo in Nicæa, ſed & in hac poſtea civitate congregatis epiſcopis [g] ſanctiſſimis. Unde ego ſimilem ſanctis patribus profero ſententiam, ut habeat & presbyterii dignitatem, & ſacerdotium, & curam monaſterii.

Γερόντιος ἐπίσκοπος Σελδκείας Συρίας.

Gerontius epiſcopus [h] Seleuciæ Syriæ dixit: Ex porrectis libellis [i] viro religioſiſſimo presbytero & archimandrita Eutyche, invenimus eum conſentientem & ſanctæ ſynodo quæ in Nicæa, & quæ in Epheſo: & volumus eum habere presbyterii dignitatem, ſed & præeſſe ſolite iis qui ſub ipſo erant, religioſiſſimis monachis.

Ῥυφῖνος ἐπίσκοπος Σαμοσάτων.

Rufinus epiſcopus [k] Samoſatenæ civitatis dixit: Ex relectis libellis coram ſancta ſynodo, qui porrecti ſunt a viro religioſiſſimo presbytero & archimandrita Eutyche, reperi eum [l] conſone ſanctæ ſynodo Nicænæ & Epheſinæ ſapere: & conſentio una cum ſanctis patribus, & volo eum habere presbyterii dignitatem, & præeſſe ſolite ſub ſe conſtitutis monachis.

Ἰνδίμος ἐπίσκοπος Εἰρηνυπόλεως.

Indimus epiſcopus Irenopolitanus dixit: Per omnia quæ nunc relecta ſunt, omnibus ſatis- A fecit profeſſio viri religioſiſſimi presbyteri & archimandritæ Eutychis, [m] eo quod ſequentia ſanctis patribus in Nicæa congregatis trecentis decem & octo, ſed & iis qui apud hanc metropolim, ſapuit, & nihil extra divinos canones: ideo & ego eamdem profero ſententiam, quam & ſancti patres, & [n] definio habere eum & presbyterii dignitatem, & monaſterii principatum.

Τιμόθεος ἐπίσκοπος Βαλανέων.

Timotheus epiſcopus [o] Balaneenſis dixit: Libellis porrectis [p] a reverendiſſimo presbytero & archimandrita Eutyche, in quibus profitetur ſe acquieſcere & permanere in fide, quæ pro tempore expoſita eſt a ſanctis patribus in Nicæa congregatis, & nuper in Epheſina urbe, & ego B profiteor, ſicut ſancti patres probaverunt, habere eum & dignitatem presbyterii & archimandritæ.

Θεοδόσιος ἐπίσκοπος Κανώθα.

Teodoſius epiſcopus Canothenæ civitatis dixit: Sequor & amplector juſſionem ſanctorum patrum [q] in reſtitutione reverendiſſimi presbyteri & archimandritæ Eutychis: (hoc enim decretum a Deo prolatum eſt per ſanctum concilium) ſimul & decerno [r] eſſe eumdem loco ſuo presbyterum & archimandritam.

Εὐτύχιος ἐπίσκοπος Αδριανυπόλεως Ἠπείρυ παλαιᾶς.

Eutychius epiſcopus Adrianopolitanus veteris Epiri dixit: Sanctis approbantibus patribus, & reperiens ex geſtis in urbe regia [ſ] Conſtantinopoli habitis, & ex oblatis libellis a [t] Dei amantiſſimo presbytero & archimandrita Euty- C che, quod [u] extranea non [x] ſentit iis quæ a ſanctis patribus apud Nicæam, & in [y] Deo amantiſſima Epheſo confirmata ſunt; & mea humilitas concors fit ſententiæ, in habendo [z] per eum presbyterio, & præeſſe monaſterio ſicut & pridem. Nam & ſanctiſſimus pater meus & epiſcopus [aa] Atticus Nicopolitanus ſimilia ſanctis patribus [bb] de prædicto reverendiſſimo presbytero & archimandrita profeſſus eſt.

Κλαύδιος ἐπίσκοπος Αγχιάξυ Ἠπείρυ παλαιᾶς.

[cc] Claudius epiſcopus [dd] Anchiaxi veteris Epiri dixit: Profitente [ee] Dei amantiſſimo & ſanctiſſimo

BALUZII NOTÆ.

a Pariſ. *viri religioſi*.
b Idem codex, *& reverentiſſimis*. c Ibid. *religioſo*.
d Pariſ. & Divion. *Anazarbenæ civitatis*. e Corb. & Divion. *ſapuit vr.* Pariſ. *ſapuit vir religioſus*.
f Divion. *ſed & ſæpe confeſſus & ſequentia ſapere*.
g Abeſt hæc vox a codice Pariſienſi & a Divionenſi. h Divion. *Seleuciæ Iſauriæ*.
i Divion. *a viro religioſo*. Pariſ. *a viro religioſo*. Sic etiam paulo poſt. k Divion. *Samoſatenus*.
l Pariſ. & Divion. *conſona*. m Pariſ. & Divion. *eo quod conſequentia*.
n Ita Codex Divion. qui habet in margine, *al. definivi*. Corbejenſis præfert *definivi*.
o Divion. & Pariſ. *Balanienſis*. Corb. *Balananienſis*.
p Pariſ. & Divion. *a religioſo Presbytero*.
q Hæc eſt lectio libri Corbejenſis quæ extat etiam in margine Divionenſis. Sed idem in textu habet *a rectitudine*. Male etiam in Pariſienſi, *in reſurrectione*.
r Divion. *eundem eſſe in loco ſuo*. ſ Idem codex *Conſtantinopolim*.
t Corb. *Deo amiciſſimo*, Divion. *religioſo*, Pariſ. *religioſiſſimo*.
u Divion. & Pariſ. *extra*. x Omnes libri veteres, *ſentit quæ*.
y Corb. *Deo amiciſſima*, Pariſ. & Divion. *religioſiſſima*.
z Vox *per* non reperitur in exemplari Pariſienſi, neque in Divionenſi.
aa Omnia vetera exemplaria habent: *Atticus Metropolitanus*. Quæ lectio verior eſſe videtur. Qui enim loquitur, ſuffraganeus erat, ut hodie loquimur, Attici Epiſcopi metropolis Nicopoleos. Sane ſtatim Claudius Epiſcopus Anchiaſmi, qui ſuffraganeus quoque erat ejuſdem Attici, ait. *Profitente Dei am. & ſanct. metropolitano noſtro Attico*. Sic etiam paulo poſt Marcus Epiſcopus Euriæ.
bb In libro Pariſienſi legitur: *de prædicto religioſo monacho & Archimandrita*, ubi puto vocem *monacho* imprudenter poſitam eſſe pro voce *Presbytero*. In Divionenſi primo ſcriptum fuit: *de prædicto religioſo archimandrita*. Poſtea vero quædam addita ſunt ſupra lineam quæ hanc lectionem conſtituunt: *de prædicto Presbytero & religioſo archimandrita*.
cc Ita Codex Divionenſis, in cujus margine adnotatur alibi legi *Cladeus*. Quod verum eſt. Hanc enim lectionem habet Corbejenſis. In Pariſienſi ſcriptum eſt *Cladios*.
dd Corb. *Achiaſmi* vel potius *Anchiaſmi*. Divion. *Anchiaſmitanæ civitatis*. Pariſ. *Anciaſmitanæ civitatis*.
ee Corb. *Deo amiciſſimo*. Pariſ. & Divion. *reverentiſſimo*.

ſimo metropolitano epiſcopo noſtro Attico conſequentia huic ſanctæ & magnæ ſynodo, & ego hæc ſequens profiteor, ſicut ejus ſanctitas eſt profeſſa, pro reverendiſſimo presbytero & archimandrita Eutyche.

Συμεὼν ἐπίσκοπος Ἀμίδης Μεσοποταμίας.

Symeon epiſcopus Amidenæ civitatis Meſopotamiæ provinciæ dixit. Ex iis quæ nuper lecta ſunt, & [a] ſubtiliter approbata in hac ſancta ſynodo, [b] quibus placuerunt omnia quæ geſta ſunt in negotio [c] religioſiſſimi presbyteri & archimandritæ Eutychis, & ego ſequor quæ ab eorum ſanctitate ſunt ordinata, eſſe eumdem [d] religioſiſſimum presbyterum Eutychem in antiquo presbyterii ordine, & tenere eum primatum proprii monaſterii.

Σέλευκος ἐπίσκοπος Ἀμασείας·

Seleucus [e] Amaſiæ epiſcopus dixit: Conſentiente [f] reverendiſſimo presbytero & archimandrita Eutyche [g] ſequi ea quæ expoſita ſunt a ſanctis patribus apud Nicæam, & quæ in Epheſo confirmata ſunt, juſtum judico, habere [h] eumdem reverendiſsimum presbyterum ſacerdotale miniſterium, & [i] monachorum principatum.

Πέτρος ἐπίσκοπος Γαγγρῶν·

Petrus epiſcopus Gangrenæ civitatis dixit: Et ego concors ſum ſententiæ ordinatæ a ſanctis patribus [k] in judicio reverendiſsimi presbyteri & archimandritæ Eutychis.

Λουκᾶς ἐπίσκοπος Δυῤῥαχίου·

Lucas epiſcopus [l] Dyrrachii dixit: [m] Reverendiſsimus presbyter & archimandrita Eutyches per oblationem libellorum & geſtorum docuit ſanctam & magnam ſynodum, ſobrium ſe eſſe in Chriſto, & confiteri decenter expoſitam fidem tam a ſanctis patribus & doctoribus, [n] quam a ſancto Nicæno [o] concilio, & confirmatam in Epheſina urbe, congregata magna & univerſali ſynodo, & a collectis nunc [p] in eadem metropoli ſanctiſsimis & beatiſsimis epiſcopis, & per probationem reddentibus memorato [q] reverendiſsimo presbytero & archimandritæ ſanctam presbyterii communionem, & primatum monaſterii. Et ego hæc eadem profiteor, & paria definio.

Ἀντώνιος ἐπίσκοπος Λυχνιδίου·

[r] Antonius epiſcopus Lychnidienſis dixit: Et A ego conſona iis quæ ante me [ſ] ſanctiſsimus epiſcopus Lucas metropolitanus confeſſus [t] eſt, adæque ſapiens approbavi.

Μάρκος ἐπίσκοπος Εὐροίας.

Marcus epiſcopus Euriæ dixit: Et ego conſentaneus ſuum iis quæ profeſſa ſunt a ſancto epiſcopo metropolitano meo Attico, propter reverendiſsimum presbyterum & archimandritam Eutychem.

Βιγιλάντιος ἐπίσκοπος Λαρίσσης.

Vigilantius epiſcopus Lariſſenæ civitatis dixit: Ex lectis nobis monimentis, & porrectis libellis a reverendiſsimo [u] presbytero Eutyche, conſiderantes ſapere eum, ſicut & nos, ſecundum expoſitam in Nicæa a ſanctis patribus fi- B dem, quæ & [x] ſuperſignata eſt a facta in Epheſo ſancta ſynodo, concordes ſumus etiam nos in ſententia nunc congregatorum ſanctorum patrum & conſacerdotum, ſecundum juſsionem piiſsimorum imperatorum, pro reſtitutione presbyterii prædicti Eutychis, [y] & ad monachorum ſuorum primatum.

Βασίλειος ἐπίσκοπος Τραϊανουπόλεως ἐπαρχίας Ῥοδόπης·

Baſilius epiſcopus Trajanopolitanus, provinciæ Rhodopæ, dixit: Conſona ſanctis patribus & mea parvitas pro perſona viri religioſi presbyteri & archimandritæ Eutychis decernit.

Κωνσταντῖνος ἐπίσκοπος Δημητριάδος·

C Conſtantinus epiſcopus [z] Demetriadis dixit: Omnibus conſentio, quæ a ſanctis patribus ſunt definita in ſancto Epheſino concilio, quatenus habeat [aa] reverendiſsimus presbyter Eutyches ſacerdotium & primatum monaſterii, qui confeſſus eſt conſentaneum ſe eſſe Nicænæ fidei, & omnibus quæ a ſanctis patribus ſunt expoſita [bb] in catholica fide.

Ἀλέξανδρος ἐπίσκοπος Σεβαστῆς Ταρσοῦ.

Alexander epiſcopus Sebaſtenæ civitatis ſub Tarſo poſitæ dixit: Reverendiſsimo & religioſiſsimo presbytero & archimandrita Eutyche conſentiente fidei trecentorum decem & octo qui in Nicæa fuerunt, & fidei beatæ memoriæ [cc] ſanctiſsimi & religioſiſsimi Cyrilli, confir- D matæ in Epheſo, juſtum arbitror habere presbyterium [dd] eumdem reverendiſsimum presbyterum & archimandritam, & principatum monaſterii [ee] tenere.

Σώ-

NOTÆ BALUZII

a Id eſt, evidenter. Vide ſupra cap. 44. 56. 57.
b Divion. & Corb. *quibus placuit*. Pariſ. *cui placuit*.
c Veteres libri · *religioſiſſimi Eutychis &c.*
d Pariſ. *religioſum virum Presbyterum*. Divion. *religioſum Presb.*
e Hæc vox in nullo veterum exemplarium habetur.
f Divion. *religioſo*. Sic etiam in Pariſienſi.
g Veteres libri & editiones, *ſequi quæ*. Editio Romanorum eſt elegantior.
h Divion. *eundem vrm.* Pariſ. *eundem religioſum virum*.
i Hanc lectionem exhibet exemplar Corbejenſe. In reliquis ſcriptum eſt *monaſterii*.
k Divion. *religioſi*. Pariſ. *religioſiſſimi*. l Divion. & Corb. *Dyrracenus*. Pariſ. *Dyrracenæ civitatis*.
m Divion. & Pariſ. *Religioſus*. n Veteres libri omnes, *&*.
o Iidem libri & veteres editiones: *Concilio expoſitam fidem & confirmatam*. Romanis iſta deberi debere viſum eſt, quia paulo ante lecta fuerant. Magna tamen religio debet eſſe in tractatione veterum librorum.
p Divion. *in eandem metropolim*.
q Pariſ. & Divion. *religioſo*. Infra in proſecutione Vigilantii iidem libri habent, *a religioſo Eutyche*.
r Codices Pariſ. & Corb. & veteres editiones habent *Antoninus*.
ſ Divion. & Pariſ. *ſanctiſſimus & beatiſſimus Epiſcopus Lucas*.
t Pariſ. & Divion. *ſimiliter*.
u Vox *Presbytero* deeſt in exemplari Corbejenſi. Deeſt etiam in Divionenſi & in Pariſienſi.
x Pariſ. & Divion. *conſignata*. Divionenſis habet in margine, *al. ſuperſignata*. Infra in proſecutione Sozontis Epiſcopi Philippenſis: *conſignaverunt*.
y Vocem *ad* nullus veterum librorum adſcriptam habet, in Divionenſi legitur, *& monachorum ſuorum primatu*. Ita etiam in aliis, niſi quod præferunt *primatum*.
z Omnes veteres libri, *Demetriadæ*.
aa Divion. & Pariſ. *religioſus*. bb Divion. & Pariſ. *de cath. fide*.
cc Pariſ. & Divion. *ſanctiſſimi & reverentiſſimi*. dd Iidem libri, *eundem religioſum*.
ee Hæc vox deeſt in codice Pariſienſi. Deerat in Divionenſi, ſed poſtea addita eſt.

Σώζων ἐπίσκοπος Φιλίππων·

Sozon epiſcopus [a] Pilippenſium dixit: Libelli, qui nunc dati ſunt [b] a reverendiſsimo presbytero & archimandrita Eutyche, conſonant iis quæ a ſanctis patribus in Nicæa ſunt expoſita, & iis qui ſtatuta ſanctorum patrum in hac urbe conſignaverunt. Talem ergo eum habentem fidem, decerno ſecundum omnium judicium, & ſacerdotalem eum honorem habere & [c] monachorum principatum.

Εὐσέβιος ἐπίσκοπος Δυβήρυ Μακεδονίας πρώτης.

Euſebius epiſcopus [d] Topiritanus Macedoniæ primæ dixit: Hæc eadem & mihi placent [e] de reverendiſſimo presbytero & archimandrita Eutyche.

B

Μαξιμῖνος ἐπίσκοπος Σερραίων Μακεδονίας πρώτης.

[f] Maximinus epiſcopus [g] Serrenſis Macedoniæ primæ dixit: Hæc eadem & mihi placent de reverendiſſimo presbytero & archimandrita Eutyche.

Ερμογένης ἐπίσκοπος Κασανδρείας Μακεδονίας πρώτης.

Hermogenes epiſcopus Caſſandriæ Macedoniæ primæ dixit: Hæc eadem & mihi videntur de reverendiſſimo presbytero & archimandrita Eutyche.

Λυκᾶς ἐπίσκοπος Βεῤῥοίας Μακεδονίας πρώτης.

C

Lucas epiſcopus [h] Berrhœæ civitatis Macedoniæ primæ dixit: Monachorum principem, & in multitudine piorum primatem [i] reverendiſſimum & devotiſſimum Eutychem in nullo reprehenſibilem invenies, [k] ſed ſectatorem ſanctorum patrum apud Nicæam & in hac urbe convenientium catholicæ fidei, volo eum priorem [l] honorem habere presbyterii, & præſulatus monachorum.

Ιωάννης ἐπίσκοπος Μεσσήνης τῆς Αχαΐας·

Joannes epiſcopus Meſſenæ civitatis, provinciæ Achajæ, dixit; In nullo delinquens [m] reverendiſſimus presbyter & archimandrita Eutyches eorum quæ pie decreta ſunt in Nicæa a ſanctis patribus, [n] & ab iis qui convenerunt in

D

A Epheſo, fruatur ſacerdotali dignitate, & præſit ſecundum priſtinam conſuetudinem honeſto habitaculo fratrum.

Οὐράνιος ἐπίσκοπος Ιμερίας ἐπαρχίας Οσροηνῶν, ἑρμηνεύοντος αὐτὸν Εὐλογίυ πρεσβυτέρυ Εδέσσης.

Uranius epiſcopus Himeriæ Oſroenæ provinciæ, interpretante eum Eulogio presbytero Edeſſeno, dixit: Ex iis quæ lecta ſunt, agnitus eſt reverendiſſimus presbyter & archimandrita Eutyches recte ſapere, & ſectari fidem trecentorum decem & octo qui in Nicæa congregati ſunt, quam & in Epheſo ſancta ſynodus confirmavit: & juſtum eſt, recipere eum presbyterii dignitatem, [o] & eſſe presbyterum, & monaſterii primatum [p] habere.

Αθανάσιος ἐπίσκοπος Οπῦντος τῆς Αχαΐας·

Athanaſius epiſcopus Opuntinæ civitatis provinciæ Achajæ dixit. Recte & irreprehenſibiliter inveſtigans * ſemitas ſanctorum patrum, qui pro tempore collecti [q] ſunt a ſancto Spiritu in Nicæa & in Epheſo, ſicut docuit per libellos & confeſſiones ſuas, quas intra geſtorum ſeriem depoſuit reverendiſſimus presbyter & archimandrita Eutyches, juſtum [r] judicamus ut fruatur ſacerdotali ordine, & præſit monachis ſecundum præcedentem conſuetudinem. * ſententi

Θεόδωρος ἐπίσκοπος Κλαυδιυπόλεως τῆς Ισαυρίας.

Theodorus epiſcopus Claudiopolitanus provinciæ Iſauriæ dixit: Secundum * [ſ] rectam inſtructionem Deo amiciſſimi presbyteri & archimandritæ Eutychis, [t] & ex ejus voce & ſcriptis prolata profeſſione, manifeſtum eſt recte eum ſapere. unde & ego concors ſententiæ conſtitutus ſancti conventus, [u] confirmo habere eum presbyterii honorem, & præſulatum ſancti ſui monaſterii. * libellum relectam inſtruction

Λεόντιος ἐπίσκοπος Ασκάλωνος.

Leontius epiſcopus Aſcalonenſis dixit: Laudo divinitus datam ſententiam per ſanctos [x] & religioſiſſimos noſtros antiſtites: Unde & ego ſequens optimam eorum ſententiam, [y] ſupplico recipi reverendiſſimum Eutychem in ſacerdo-

BALUZII NOTÆ.

a Veteres libri, *Philippenſis*.
b Pariſ. *a religioſo archimandrita*. Sic etiam primo habuit Divionenſis, ſed poſtea ſupra lineam additum eſt *Presbytero &*. c Divion *monachorum primatum*. Pariſ. *monaſterii principatum*.
d Corb. *Doberitanus*. Divion. *Dabiritanus*, Pariſ. *Dobyritanus*.
e Divion. & Pariſ. *de religioſo*. Sic etiam in proſecutionibus quæ ſequuntur Maximi & Hermogenis.
f Omnes libri noſtri & veteres editiones habent *Maximus*. Haud dubie Græcus textus impulit editores Romanos ut hanc lectionem mutarent,
g Hæc eſt lectio libri Pariſienſis. At Divionenſis habet *Serenenſis*. Corb. *Terrenſis*. Veteres editiones, *Derrenſis*.
h Corbejenſis & Pariſ. *Beroe*. Divion. *Beruae*. Ceterum vox *civitatis* non habetur in antiquis exemplaribus.
i Corb. *reverentiſſ. & Deo amiciſſimum*. Divion. *religioſum & Deo amiciſſimum*. Pariſ. *religioſum Eutychem*. Sic etiam primo habuit Divionenſis, ſed poſtea addiderunt in margine *& Deo amiciſſimum*.
k Pariſ. *ſed & ſectatorem*. l Pariſ. *recipere*.
m Idem codex, *religioſus*. Ita etiam paulo poſt in proſecutionibus Uranii Himerienſis & Athanaſii Opuntini.
n Codex Pariſ. *& ab his qui in Epheſo*. Eodem modo habebat etiam Divionenſis, ſed poſtea vox *convenerunt* addita eſt ſupra lineam.
o Hæc, quæ videntur ſupervacanea, non habentur in codice Pariſienſi. Non extabant etiam in Divionenſi, in quo poſtea addita ſunt.
p Et hæc quoque vox deeſt in codices Pariſienſi, & olim deerat in Divionenſi. Certe abſque ea non minus conſtat ſenſus. q Corb. & Divion. & veteres editiones, *ſunt ſancto ſpiritu*.
r Codex Pariſ. *judicamus frui eum ſac. ord. & præeſſe monachis*. Hic locus non bene habet in Divionenſi, ubi iſta omnia turbata & confuſa ſunt, quouſque deventum eſt ad proſecutionem Theodori Claudiopolitani.
ſ Ego nullatenus dubito quin hæc lectio referenda ſit inter errata typographica editionis Romanæ. Nam ſuperiores habent *relectam*, ut ſenſus poſtulat. Quo etiam modo legitur in libro Corbejenſi & in margine Divionenſis. At idem in textu, *ſecundum libellum religioſi*. Pariſ. *ſecundum libellum lectionem religioſi*.
t Pariſ. & Divion. *Eutychis, ex ejus voce ſcriptis prolata & profeſſione*. Corb. *ex non ſcriptis prolata & profeſſione*. u Pariſ. *deſinio habere eum*.
x Pariſ. & Divion. *& reverentiſſimos*. y Divion. & Corb. *& ſupplico*.

dotio, quod pridem habebat, & [a] retinere eum A [b] monachorum principatum.

Φωτεινὸς ἐπίσκοπος Λύδδης.

[c] Photinus episcopus Lyddensis dixit: Apparuit per omnia & per proprias in scriptis [d] probatas voces, [e] religiosissimus archimandrita Eutyches recte credere, & consequentia sapere sanctis patribus Nicæni concilii, & qui post eos hic collecti sunt. Propter quod sanctos patres sequens, consensi & [f] simul decrevi, habere eum presbyterii locum & sacerdotii dignitatem, & secundum consuetudinem [g] prospicere proprio monasterio.

Παῦλος ἐπίσκοπος Μαϊυμᾶ.

Paulus episcopus Majumensis dixit: [h] Reverendissimum presbyterum & archimandritam B Eutychem, secutum canones sanctorum patrum nostrorum qui in Nicæa & qui in Epheso convenerunt, & ego justum judico, gradum eum presbyterii & archimandritæ recipere.

Ζώσιμος ἐπίσκοπος Μινωειδης.

Zosimus episcopus [i] Minoidensis civitatis dixit: Quoniam per omnia repertus est religiosus presbyter & archimandrita Eutyches sapere rectam fidem, quæ a sanctis patribus in Nicæa & hic est exposita, decerno & ego eum sacerdotii perfrui dignitate, & præesse sanctæ fraternitati.

Ἐπιφάνιος ἐπίσκοπος Πέργης.

Epiphanius episcopus Pergensis dixit: Secun- C dum ea quæ bene placita sunt sancto concilio, & ego [k] omnibus consentio, quæ sancti patres [l] professi sunt.

Βαρούχιος ἐπίσκοπος Σωζούσης Παλαιστίνης.

lus. nsæ.

* [m] Baruchius episcopus * Oruzæ Palæstinæ provinciæ dixit: Secundum veram vocem [n] religiosissimi & sanctissimi archiepiscopi Juvenalis [o] consonam constitutam, iis quæ a domino nostro salvatore Christo [p] & sanctis apostolis dicta sunt, & a sanctis patribus qui in Nicæa & qui in Epheso convenerunt, & ego similiter decerno, [q] reverendissimum presbyterum & archimandritam Eutychem recipere proprium presbyterii gradum, & præesse solite sancto suo D monasterio, [r] ac clare & per omnia manifestum catholicum.

Ἡρακλείδης ἐπίσκοπος Ἀζώτου.

* Heraclius episcopus Azotensis dixit: His qui recte de fide sapiunt, omnes consentire justum est. Unde & ego religiosum presbyterum & archimandritam Eutychem secutum canones sanctorum patrum qui in Nicæa & qui in Epheso convenerunt, justum judico recipere presbyterii dignitatem, & præesse fraternitati quæ sub eo est. * Heraclides

Ἰωάννης ἐπίσκοπος Τιβεριάδος.

Joannes episcopus [s] Tiberiadis dixit: Audivi confessiones religiosi presbyteri & archimandritæ Eutychis ex iis quæ [t] in urbe felicissima Constantinopoli & hic gesta sunt, & in nullo eum inveni reprehensibilem, sed [u] secundum expositam sanctam fidem trecentorum decem & octo sanctorum patrum qui in Nicæa & qui hic convenerunt: & volo eum, sicut sancti patres probaverunt, habere dignitatem presbyterii, & principatum detinere sancti sui monasterii.

Μουσώνιος ἐπίσκοπος * Ζοώρων. * Ζοώρων.

Musonius episcopus [x] Zoarensis dixit: Custodem fidei trecentorum decem & octo, & definitionis sanctorum patrum qui in Epheso congregati sunt, manifestavit [y] religiosissimum presbyterum & archimandritam porrectus ab eo libellus, & professiones quæ ab eo in monimentis factæ sunt: propter quod detinere eum sacerdotium, & præesse [z] reverendis monachis, propter ejus catholicam fidem justum existimo.

Διονύσιος ἐπίσκοπος * Συκαμαζόνος. * Συκα.

Dionysius episcopus Sycamazonensis dixit: Ex omnibus gestis præsens religiosissimus presbyter & archimandrita Eutyches manifestatus est, [aa] integerrime [bb] ea quæ a catholicis probata sunt, sapere. Neque enim prætermisit, nec aliquid violavit eorum quæ in Nicæa a sanctis trecentis decem & octo patribus ordinata sunt de catholica fide, nec non quæ in Epheso confirmata sunt. Unde & ego similiter decerno, sicut & sancti patres, & volo hunc suo monasterio, consuete præesse, & presbyterii honore perfrui.

Καϊουμᾶς ἐπίσκοπος * Φαινοῦς. * Φαενοῦς

Cajumas episcopus [cc] Phaneensis dixit: Nihil

BALUZII NOTÆ.

a Veteres libri, *detinere*. Sic etiam infra in prosecutionibus Joannis Episcopi Tiberiadis & Masonii Zoronensis. b Paris. & Divion. *monasterii*.
c Paris. *Fotius*. d Divion. *prolatas*. e Paris. *religiosus*.
f Paris. & Divion. *& decrevi*. Corb. *& condecrevi*.
g Iidem libri, *præesse proprio monasterio*. h Paris. & Divion. *Religiosum Presb.*
i Paris. & veteres editiones, *Minoidenæ*, Divionensis, *Minoedinæ*, & in margine, *al. Minosdenæ*. Hanc lectionem habet exemplar Corbejense.
k Vox *omnibus* deest in libro Parisiensi. Deest etiam in Divionensi; in cujus margine additum est *hominibus* pro *omnibus*, quam vocabulorum permutationem frequenter occurrere in codicibus manuscriptis jam monuimus ad Capitularia Regum Francorum.
l Divion. *confessi sunt*.
m Corb. *Baructius Episcopus Sozunze*. Paris. *Barucius Episcopus Sozensis*. Divion. *Uranius Episcopus Sozenensis*.
n Paris. & Divion. *sanctissimi & reverentissimi*.
o Iidem libri, *consona constituta*. p. Paris. *& a sanctis Apostolis*.
q Paris. & Divion. *religiosum*.
r Voculam *ac* nullus veterum librorum habet.
s Omnes veteres libri, *Tiberiadæ*.
t Paris. & Divion. *in regia urbe & hic*. Sede codex Divionensis habet vulgatam lectionem in margine.
u Melius vetera exemplaria, *secutum*.
x Divion. *Zooronensis*. Corb. *Zoronensis*. Paris. *Zoorenensis*.
y Paris. *religiosissimis monachis*.
z Divion. & Paris. *religiosum*. Et paulo post, *religiosus*.
aa Deest hæc vox in codice Parisiensi. Defuisse etiam in Divionensi illud argumento est quod addita est supra lineam.
bb Vox ista in nullo veterum exemplarium habetur. Orta est ex cupiditate revocandi hanc veterem interpretationem ad regulas grammaticæ, uti jam supra observatum est in similibus.
cc Omnes libri veteres habent *Fenusensis*.

hil errantem reperiens [a] reverendissimum archimandritam Eutychem, secutus & ego quæ bene sunt placita sanctissimo nostro archiepiscopo, [b] consentio restitui ei [c] pristinum gradum presbyteratus, & præesse eum secundum consuetudinem suo proprio monasterio.

Αἰθέριχος ἐπίσκοπος Σμύρνης.

Ætherichus episcopus Smyrnensis dixit: Reperiens [d] Dei amantissimum presbyterum & archimandritam Eutychem consentientem sancto concilio quod in Nicæa convenit, & sanctæ synodo quæ hic prius collecta est, & nunc firmata a sancto vestro conventu, & ego in hoc consentiens, [e] & confiteor catholicum prædictum religiosum virum esse, & habere presbyteratus dignitatem, & præesse monasterio.

B

* Ζεῦνος ἐπίσκοπος Πέλλης.

* Ζίβιν☉

[f] Zebennus episcopus Pellensis dixit: Ex porrectis libellis, per quos catholicam fidem plane exposuit reverendissimus presbyter & archimandrita Eutyches, secutus canones, & ex gestis [g] vere manifestata est ejus recta fides. Unde & ego justum judico, per omnia catholicum demonstratum, recipere sacerdotalem gradum, & primatum [h] archimandritarum.

Παγκράτιος ἐπίσκοπος Λιβυάδος.

Pancratius episcopus [i] Libyadis dixit: Justum est, religiosissimum presbyterum & archimandritam Eutychem secutum regulas sanctorum patrum qui in Nicæa & in Epheso convenerunt, & ob hoc recipientem a sanctissimo archiepiscopo nostro Juvenali gradum presbyteratus & archimandritæ, quippe plenius rectam fidem sapientem, consona decernere de eo [k] decet & meam parvitatem.

C

Αὐξίλα☉ ἐπίσκοπ☉ Σαρακluῶν ὑποσπόνδων.

[l] Auxilaus episcopus gentis Saracenorum [m] fœderatorum dixit: Annuo & consentio omnibus beneplacitis de Eutyche [n] reverendissimo

A archimandrita, & justum judico, restitui ei presbyterii gradum, & præesse eum proprio monasterio.

Ἀλύπιος ἐπίσκοπ☉ * Βακάνθων.

* Βάκ[...]

[o] Alypius episcopus * [p] Bacanthensis dixit: Ex relectorum nobis gestorum serie, nec non etiam ex porrectis libellis a [q] religiosissimo presbytero & archimandrita Eutyche, cognoscens diligenter concordem eum esse sanctæ fidei, quæ exposita est a trecentis decem & octo [r] sanctis episcopis tam qui in Nicæa, quam qui in Epheso convenerunt, secundum justum decretum sanctissimi archiepiscopi nostri Juvenalis, & reliqui sancti concilii, & ego consentio eum esse presbyterum & archimandritam.

* Bac[...] sup. * Baca[...] seu B[...] thensi[...]

Πολυχρόνι☉ ἐπίσκοπ☉ Ἀντιπατρίδος.

Polychronius episcopus [f] Antipatridis dixit: Sequor & [t] consentio iis quæ bene placita sunt [u] sanctissimo archiepiscopo Juvenali, & sacro huic concilio, & judicavi restitui ministerio reverendissimum Eutychem archimandritam, & præesse eum solenniter proprio monasterio.

Δομνῖν☉ ἐπίσκοπ☉ Πλαταιῶς τῆς Ἑλλάδος.

Domninus episcopus [x] Platæarum civitatis, provinciæ Helladis, dixit: In omnibus declaratus bene peragens pietatis verbum [y] religiosus [z] presbyter & archimandrita Eutyches, dignus est & gradu presbyterii decorari, & præesse secundum consuetudinem fratribus.

Θεοδόσι☉ ἐπίσκοπ☉ Μασαύρων.

Theodosius episcopus Mastaurensis dixit: consequens est discipulos [aa] sectari doctores, & eos qui probaverunt ex præcedentibus religiositatem reverendissimi presbyteri Eutychis circa sanctorum patrum regulas, & custodiam eorum qui in Nicæa & in hac splendidissima metropoli convenerunt. Et ego igitur comprobo justum esse, eum perfrui & presbyterii dignitate, & monasterii principatu.

Ku-

BALLUZII NOTÆ.

a Divion. & Paris. *religiosum*. Et infra in prosecutione Pancratii *religiosum*.
b Veteres libri & editiones, *consentio & ego restitui ei*.
c Divion. *pristinum presb. honorem*. d Corb. *Deo amicissimum*. Divion. & Paris. *religiosum*.
e Conjunctio non extat in exemplari Parisiensi, neque in Divionensi.
f Corb. *Zaennus*, Divion. & Paris. *Zennus*.
g Corb. *vero*. Sed neutra harum vocum extat in codice Parisiensi. Additum autem est *vero* supra lineam in Divionensi.
h Hæc lectio non congruit cum his quæ a reliquis Episcopis dicuntur: qui ei restituunt principatum sui monasterii, non vero primatem constituunt archimandritarum. Neque enim de hoc agebatur. Melius igitur vetera exemplaria, in quibus scriptum est *archimandritæ*.
i Corb. *Libbiadæ*, Paris. *Libidiadæ*, Divion. *Lybiæ*.
k Inutilis est vox illa, ideoque recte omissa in exemplaribus calamo exaratis.
l Veteres editiones: *Auxolaus Episcopus Hippodion gentis &c.* Usus est ergo Crabbus veteri exemplari in quo verba Græca posita erant, quæ ipse edidit ut invenit. Græca enim in codicibus Latinis pessime vulgo scripta sunt. Vide quomodo legendum sit supra ad pag. 610. Recte autem fecere Romani editores cum hæc barbara vocabula sustulerunt, quæ non extant in libris nostris, præsertim cum interpretatio statim sequatur.
m Hanc vocem non vidi in exemplari Parisiensi. Non extabat etiam in eo ex quo descriptus olim est codex Divionensis in cujus margine adjecta est.
n Divion. & Paris. *religioso*. o Codex Corbjensis & veteres editiones legunt *Olympius*.
p Divion. *Bachatensis*, Paris. *Bacatensis*, Corb. *Bazatensis*, veteres editiones, *Vazatensis*.
q Paris. & Divion. *religioso*. r Iidem libri, *sanctissimis*.
s Veteres libri & editiones, *Antipatridæ*.
t Paris. *consentio quæ*. Corb. & veteres editiones, *consentio ea quæ*. Sic etiam codex Divionensis. Verum vox ea illic addita est supra lineam.
u Vetera exemplaria, *sanctissimo & beatissimo Archiepiscopo*.
x Veteres libri & editiones *Plateæ* vel *Platæ*.
y Ita quidem codices Divionensis & Parisiensis. Sed in Corbejensi scriptum est *religiosissimus*.
z *Presbyter*, & non habentur in codice Parisiensi. Defuerunt etiam olim in Divionensi, in quo addita sunt supra lineam.
aa Codex Paris. *sectare doctores qui probaverunt ex præcedentibus Deo amabilem religiosi Presbyteri Eutychis circa sanctorum patrum regulas custodiam qui in Nicæa &c.* Divionensis: *sectari doctores si qui probaverunt ex præcedentibus Deo amabilis religiosi Presbyteri Euticis circa sanctorum* (*patrum*) *regulas* (*&*) *custodiam* (*eorum*) *qui in Nicæa &c.* Porro quæ uncis inclusa sunt, ea sunt addita supra lineam. Ceterum primo scriptum fuit *regulas* in hoc codice Divionensi; sed postea expuncta est literas S. ut legi deberet *regulam*. Corbejensis præfert *regulam*, & habet editionem vulgatam.

γλης

Κυριακὸς ἐπίσκοπος * Αἰγέας·

Cyriacus episcopus [a] Ægeæ dixit: Consequenter sancti patres definierunt in persona [b] religiosissimi & reverendissimi presbyteri & archimandritæ Eutychis, reperientes eum [c] orthodoxe sapere quæ a sanctis patribus statuta sunt, qui in Nicæa & in Epheso metropoli convenerunt. Quem reverendissimum virum & mea decrevit parvitas [d] tenere presbyterii gradum & dignitatem archimandritæ.

Φλαυιανὸς ἐπίσκοπος Ἀδραμύτου.

Flavianus episcopus Adramytinus dixit; [e] Reverendissimus presbyter & archimandrita ostendit propriam voluntatem, quoniam consentit & confitetur [f] sancto concilio sanctorum patrum qui in Nicæa congregati sunt, & eorum confirmationi, quæ facta est in Ephesina metropoli. Unde quemadmodum sancti patres definierunt, qui in hac eadem metropoli convenerunt, dignus est in sacerdotali presbyterii ordine connumerari reverendissimus archimandrita Eutyches, & præesse monasterio [g] religiosorum monachorum, qui sub ipso sunt constituti.

Λεόντιος ἐπίσκοπος Μαγνησίας Μαιάνδρου·

Leontius episcopus [h] Magnesiæ Mæandri dixit: Et in dogmaticis doctrinis, & in [i] spiritualibus fungentes [k] sacerdotio magisteriis patres, nos filios convenit sequi. Quoniam igitur [l] judicatum est ab hoc honestissimo & divino collegio, [m] reverendissimum presbyterum & archimandritam Eutychem [n] recipere & gradum presbyterii, & (*) primatum monasterii, quod ei [o] nuper ablatum est: unde & mea concordat parvitas, ad perfruendum eum & presbyterii [p] dignitate, & principatu monasterii.

l. princi-
m:& mox
l ei : ante
tum.
d.

Εὐτρόπιος ἐπίσκοπος Περγάμου τῆς Ἀσίας·

Eutropius episcopus Pergamensis Asiæ provinciæ dixit: Reverendissimo presbytero & monacho Eutyche probato per libellos ab eo sanctæ synodo porrectos, credere recte secundum expositionem sanctorum patrum Nicæni & Ephesini concilii, & ego sanctorum patrum senten-

A tiæ sanctæ & magnæ synodi, quæ secundum divinam [q] jussionem in Ephesina metropoli collecta est, consentio, quatenus dignus habeatur fungi sacerdotio, & præesse monachis.

Μάξιμος ἐπίσκοπος Τράλλεων·

Maximus episcopus Trallensis dixit: Et ego interlocutiones sanctorum, & [r] Deo amantissimorum patrum nostrorum sequens, propter quod probatus est [s] Dei amantissimus presbyter & archimandrita Eutyches custodire catholicam fidem, decerno tenere eum sacerdotium & monasterium quod ante sortitus est.

Ὀνησιφόρος ἐπίσκοπος Ἰκονίου·

Onesiphorus episcopus Iconiensis dixit: Et ego approbo justum esse, [t] religiosissimum B presbyterum & archimandritam Eutychem & in ordine esse sacerdotii, & præesse eum proprio monasterio.

Ἰωάννης ἐπίσκοπος Ῥόδου·

Joannes episcopus Rhodi insulæ dixit: Ex porrectis libellis ab Eutyche [u] reverendissimo archimandrita demonstratum est, quia & recte sapit, & dignus est tenere dignitatem presbyterii & principatum monasterii, unde & ego consentio his quæ a sancta vestra & magna synodo [x] de eo sunt ordinata.

Διογενιανὸς ἐπίσκοπος Ἀφρουπόλεως Ῥεμεσσιάνων·

[y] Diogenianus episcopus civitatis Remessia- C nensium dixit: Secundum consensum patrum [z] Eutyches presbyter habeat communionem & sacerdotium & habitaculum proprii monasterii.

Θεοδόσιος ἐπίσκοπος Ἀμαθοῦντος.

Theodosius episcopus Amathuntinæ civitatis dixit: Auditor factus lectionis monimentorum quæ [aa] de reverendissimo archimandrita Eutyche gesta sunt, & inveniens eum [bb] recte sapere & unitum [cc] tam sancto Nicæno concilio, [dd] quam ei quod pridem hic & nunc gratia Dei collectum est, consentio, sicut placuit sanctis patribus, tenere eum & gradum sacerdotii, & primatum monasterii.

Κυριακὸς ἐπίσκοπος Λεβέδου.

Cyriacus episcopus Lebedensis dixit: Et ego D concors efficior prolatæ sententiæ sanctorum pa-

BALUZII NOTÆ.

a Sic edidere Romani, cum antea legeretur *Ægensis*. In codicibus Corbejensi & Divionensi scriptum est *Eglensis*, in Parisiensi *Elensis*.
b Paris. & Divion. *religiosi Presbyteri*. Et paulo post, *quem religiosum virum*.
c Deest in codice Parisiensi. Deerat quoque in Divionensi, sed postea addita est.
d Veteres libri & editiones ante Romanam *tenere eum & presbyterii*.
e Paris. & Divion. *Religiosus Presbyter*, & infra *religiosus archimandrita*.
f Deest *sancto* in libro Parisiensi. Addita autem est supra lineam in Divionensi.
g Corb. *reverentissimorum*.
h Græcæ linguæ peritia editoribus Romanis persuasit hunc locum esse mutandum. Ceterum omnes libri veteres habeant *Magnifiensis*, editiones *Magnesiensis*.
i Omnia vetera exemplaria, *spiritalibus fungentium*. k Paris. *sacerdotii magisterii*.
l Corb. *indicatum*. Sic etiam in margine Divionensis, qui in textu habet vulgatam lectionem.
m Paris. & Divion. *religiosum*. Et paulo post: *Religioso Presbytero*.
n Divion. *recipere gradum presbyterii & principatum monasterii*.
o Paris. *ante*. p Corb. & Divion. *dignitatem & principatum*.
q Codex Paris. *voluntatem*. Sic etiam Divionensis, qui in margine habet, *al. jussionem*.
r Corb. *Deo amicissimorum*. Divion. & Paris. *reverentissimorum*.
s Idem codex Corb. *Deo amicissimus*, reliqui *religiosus*.
t Omnes libri veteres, *religiosum*. u Paris. & Divion. *religioso*.
x Ita repositum est ab editoribus Romanis, cum antea legeretur *in eo*. Et tamen veterum editionum lectionem confirmant omnia vetera exemplaria. Sic etiam infra in prosecutione Apollonii Episcopi Tanensis.
y Veteres editiones: *Diogenes Episcopus civitatis Remessanensis*. Sic etiam codex Corbejensis, nisi quod habet *Remensanensis*. Lectionem libri Corbejensis confirmat ea quæ apposita est in margine Divionensis. Idem habet in textu: *Diogenianus Episcopus Remissiasensis*. Paris. *Remissianensis*.
z Divion. *Euticen Presbyterum decerno habere sacerdotium & hab. prop. monasterii*. Paris. *Eutichem Presb. habere sacerdot. & habit. pro mon. & ego decerno*.
aa Paris. & Divion. *de religioso*. bb Iidem libri, *recta sapere*.
cc Hæc vox deest in iisdem duobus antiquis exemplaribus.
dd Paris. & *quod pridem*. Sic etiam primo habebat Divionensis, sed postea voces *quam ei* additæ sunt supra lineam.

patrum in persona [a] reverendissimi archimandritæ Eutychis. unde justum judico tenere eum gradum presbyterii & [b] primatum monasterii.

Γεννάδιος ἐπίσκοπος Τηΐνων.

* Toinorum.

[c] Gennadius episcopus * [d] Thiensis, provinciæ Helladis, dixit: Ex lectione monimentorum & datis libellis, cognovi catholicum esse [e] reverendissimum archimandritam Eutychem. Unde & ego consentaneus factus sententiæ sanctorum patrum, justum judico tenere eum gradum presbyterii, & principatum monasterii.

Ὀλύμπιος ἐπίσκοπος Εὐάζων.

Olympius [f] episcopus Evazensis dixit: Reverendissimum archimandritam Eutychem cognovi tam [g] ex lectione monimentorum, quam [h] per propria manu conscriptos & porrectos libellos, & ex propriis vocibus, [i] quas professus est præsente universali concilio, ([k] cui præsul & primus est sanctissimus pater noster & [l] universalis archiepiscopus Dioscorus magnæ Alexandrinæ civitatis) catholicum & similia sapientem & concordem constitutum sanctis trecentis decem & octo patribus in Nicæa convenientibus, in recta & vera fide quæ est ab eis exposita, & quæ in Ephesino concilio dudum confirmata est. [m] Unde concors & ego existens sanctorum patrum prolatæ sententiæ justum judico, [n] reverendissimum archimandritam Eutychem tenere pristinum sacerdorium, & præesse [o] reverendis fratribus, [p] quos sub sua manu jam pridem habebat.

Ἰουλιανὸς ἐπίσκοπος Ὑπαίπων.

Julianus episcopus [q] Hypæporum civitatis dixit: Et ego ita decerno, sicut [r] definivit sancta & universalis synodus, quæ secundum Dei gratiam, & [s] juxta sanctionem piissimorum [t] & Christi amicorum nostrorum imperatorum in Ephesina metropoli collecta est, [u] quatenus reverendissimus archimandrita Eutyches teneat presbyterii gradum, & fruatur sancto ministerio [x] domini nostri Jesu Christi, & præsit procurationi [y] religiosorum fratrum ejus, [z] quod sub eo est, monasterii.

Θεόπεμπτος ἐπίσκοπος Καβάσων.

Theopemptus episcopus [aa] Cabasenus dixit: Sicut videtur, etiam nunc judaizant, perscrutantes salvatorem omnium Christum. Ignorantes enim ipsius [bb] cum carne dispensationis mysterium, hactenus perdurarunt errantes & decipientes, sicut beatus Paulus dixit. Eutychem 2. Timoth. vers. 13. igitur [cc] reverendissimum & Dei amantissimum presbyterum & archimandritam [dd] pridem ab exordio scientes non solum catholicum, verum etiam sceleratis Nestorii dogmatibus fortiter [ee] repugnantem, cognovimus & nunc ex lectione monimentorum, injuste & contra leges damnationem perpessum. Et quia nunc per oblationem libellorum manifestam fecit huic sancto & magno concilio rectam suam & immaculatam fidem, hunc & nos habemus communicatorem, & inter presbyteros numerandum, & præsulem sui monasterii, secundum sanctorum patrum sententias.

Καλοσίριος ἐπίσκοπος Ἀρσινοΐτου, ἑρμηνεύοντος αὐτὸν Ἰουλίου διακόνου αὐτοῦ.

Calosirius episcopus Arsinoitæ civitatis, interpretante eum * [ff] Elia diacono suo, dixit: * Julio. Comperi ex facta hodie chartarum lectione, [gg] reverendissimum presbyterum & archimandritam Eutychem recte sapere de fide catholica. [hh] Quapropter sicut semper eum communicatorem habuimus, secundum decreta hujus sanctæ synodi & dignum eum existimo recipere presbyterii ordinem & præsulatum proprii monasterii.

Ἰωάννης ἐπίσκοπος Ἡφαίστου.

Joannes episcopus Hephæsti civitatis dixit: [ii] Religiosissimus presbyter & archimandrita Eutyches (qui neque minis inimicissimi judicis, neque varietate accusatoris victus, sed in tanta tempestate insidiarum influctuosam suam animam conservavit, & adversus [kk] omnimodos conturbantes eum & impugnantes fluctus restitit: hæc enim nuper facta lectio eorum quæ in persona ejus contra leges gesta sunt, demonstraverunt) [ll] fruatur presbyterii dignitate, & præsula-

BALUZII NOTÆ.

a Divion. *religiosi Presbyteri & Archimandritæ Euticis*. Paris. *religiosi Eutichis Presb. & Archimandritæ*.
b Divion. *principatum*. c Divion. *Germanus*.
d Corb. *Tuensis*, Divion. *Geniensis*, Paris. *Eglensis*.
e Paris. & Divion. *religiosum*. Sic etiam in prosecutione Olympii.
f Corbejen. *Evadensis*. Divion. *Abazensis*: & in margine: *al. Evadensis*.
g Corb. & Divion. *ex relectione*.
h Divion. & Paris. *per propriam manum conscriptis & porrectis libellis*. Codex Corb. tametsi vulgatam lectionem præferat, habet *conscriptis*.
i Paris. & Divion. *quibus*. Sed Divionensis habet in margine, *al. quas*.
k Corb. & Divion. *cui præsul & primus & sanctissimus pater &c.* Paris. *cui præsul & primus est sanctissimus*, Sic etiam primo habuit Divionensis, sed postea emendatum supra lineam.
l Annotatio Rustici. *Nota universi Archiepiscopus mundi*.
m Vox *unde* desideratur in omnibus antiquis libris & editionibus. Addita est ergo a Romanis.
n Codex Corb. *reverentissimum Eutychen*. Divion. & Paris. *religiosum Eutychem*. Ubique ergo deest vox *archimandritam*.
o Paris. *religiosis fratribus*. Divion. *religiosis patribus*, & in margine, *al. fratribus*.
p Corb. & Paris. *quos & sub sua*.
q Hæc est vera & germana lectio. Corb. habet *Hypepone*, Divion. *Hipeponæ*. Paris. *Hypponæ*. Sic infra ex *Ephestenæ* effecerunt *Ephesiæ* & *Ephesinæ* in iisdem codicibus Divion. & Paris.
r Corb. & Divion. *definiit*.
s Ita codices Corb. & Parisiensis. At in Divionensi scriptum est *juxta suasionem*, & in margine, *al. juxta sanctionem*. t Hæc desunt in libro Divion. Parisiensis habet *& Christianorum*.
u Paris. & Divion. *quatenus religiosus*. x Iidem codices, *domini & Christi Dei nostri*.
y Paris. *religiosissimorum*. Divion. *religiosissimorum patrum*. Corb. *reverentissimorum fratrum*.
z Veteres libri, *qui sub eo*.
aa Ita quoque habet codex Divionensis, in cujus margine scriptum est: *al. Cabassenæ civitatis*.
bb Paris. & Divion. *incarnati* Divionensis habet in margine, *al. cum carne*.
cc Corb. *reverent. & Deo amicissimum*. Paris. & Divion. *religiosum & Deo amabilem*.
dd Veteres libri & editiones, *pridem & ab exordio*. ee Divion. & Paris. *propugnantem*.
ff Veteres libri & editiones, *Helia*. gg Divion. & Paris. *religiosum*.
hh Hæc vox desideratur in omnibus antiquis exemplaribus. ii Paris. & Divion. *Religiosus*.
kk Iidem codices, *multiplices*.
ll Codex Paris. *Fruatur igitur presbyterii dignitate & præsulatu sub ipso degentium religiosorum monachorum*. Ita etiam Divion. nisi quod habet *dignitatem & præsulatum*.

ſulatu ſub ipſo degentium reverendorum mona- A chorum, circa rectam & immaculatam fidem pie & indeclinabiliter demonſtrans cuſtodiam, quæ ei facta eſt ſcutum in tempore tanti belli, [a] tantis undique inimicitiarum & impietatum jaculato ſagittis.

Ἡρακλείδης ἐπίσκοπος Ἡρακλέυς·

Heraclides epiſcopus Heracleenſis dixit: Ex geſtis, & libellis Eutychis [b] reverendiſſimi presbyteri & archimandriæ hodie lectis, cognovimus eum, ſicut ſemper, recta ſapere, & ei ſanctam communionem [c] dedimus [d] quatenus, & recipiat presbyterii gradum & primatum proprii monaſterii, ſecundum decreta ſanctæ ſynodi.

Ἰσαὰκ ἐπίσκοπος Ἐλεαρχίας·

Iſaac epiſcopus Elarchienſis dixit: Ex libellis porrectis, & monimentis quæ & hodie lecta ſunt, inventus eſt [e] reverendiſſimus presbyter, & archimandrita Eutyches ſequens fidem ſanctorum patrum, quæ in Nicæa eſt expoſita, & in hac Epheſia civitate ante hoc confirmata; & concors exiſto ſanctis patribus, quatenus habeat presbyterii ordinem & archimandritæ honorem.

Γεμελλῖνος ἐπίσκοπος Ἐρυθρῦ·

[f] Gemellinus epiſcopus * [g] Erytrenſis dixit: Ex lectione monimentorum, quæ in magnifica & [h] Chriſtianiſſima [i] Conſtantinopoli acta ſunt, de quibus accuſabatur reverendiſſimus & C [k] Deo amiciſſimus Eutyches presbyter & archimandrita, per eadem agnoſcentes, quoniam ipſe quidem ſemper catholice ſapuit & ſapit: qui vero eum (ſicut arbitrati ſunt) depoſuerunt, inventi ſunt contraria ſapere Nicæno & Epheſino concilio: juſtum judicavit ſancta hæc & magna ſynodus, quatenus idem ſit & presbyter & archimandrita ſecundum priorem conſuetudinem; unde & ego his conſentio.

* Heretrienſis,

Ἀπολλώνιος ἐπίσκοπος Τάνεως·

Apollonius epiſcopus [l] Taneenſis dixit: Recte repertus eſt ſapere & credere reverendiſſimus presbyter & archimandrita Eutyches: propter quod conſentio his quæ a ſanctis patribus [m] de eo definita ſunt, in recipiendo honore pres- D byteratus, [n] & ut teneat gubernationem, ſicut & pridem, proprii monaſterii.

Γεννάδιος ἐπίσκοπος Ἑρμυπόλεως·

Gennadius epiſcopus magnæ Hermopolitanæ civitatis dixit: Ex oblatis libellis huic ſanctæ ſynodo, & [o] lectione hodie facta monimentorum, cognovimus Eutychem reverendiſſimum [p] presbyterum & archimandritam recte ſapuiſſe, & ſapere; [q] & propter hoc conſentio, quatenus recipiat presbyterii gradum, & honorem archimandritæ.

Κῦρος ἐπίσκοπος Βαβυλῶνος·

Cyrus epiſcopus [r] Babylonis dixit. Quantum [ſ] conſtat ex oblatione libellorum, & lectione monimentorum, [t] conſenſi & ego præceſſoribus ſanctis patribus, reperiens catholicum, & fidem tenentem inconcuſſibilem, [u] reverendiſſi- B mum presbyterum & archimandritam Eutychem, [x] ad tenendam presbyterii dignitatem, & [y] monachorum procurationem.

Ἀθανάσιος ἐπίσκοπος * Βυσίρεως·

* Βυτιέων

Athanaſius epiſcopus [z] Buſiridenſis dixit: Cum oſtenſus ſit [aa] reverendiſſimus presbyter, & archimandrita Eutyches ſapere & credere ſicut & ſancta ſynodus continet: quæ eo tempore in Nicæa congregata eſt, [bb] confirmata vero & a ſancta ſynodo, quæ paulo ante in hac civitate facta eſt; acquieſco & ego, & conſentio, ſicut & hæc ſancta ſynodus decrevit, recipere eum presbyterii dignitatem, habere etiam & ſui monaſterii principatum.

Φωτεινὸς ἐπίσκοπος Δαχείρων·

Photinus epiſcopus [cc] Tenchirenſis dixit: Quantum ex oblatis a [dd] reverendiſſimo presbytero & archimandrita libellis & lectione monimentorum, rationabile & juſtum eſt, reſtituere eum in ſacerdotio, nec non & procuratione ſecundum conſuetudinem proprii monaſterii.

Θεόφιλος ἐπίσκοπος Κλεοπατρίδος·

Theophilus epiſcopus [ee] Cleopatridis dixit: Et vita & mores, & ab exordio converſatio, perhibent teſtimonium fidei [ff] reverendiſſimi presbyteri & archimandritæ Eutychis, qui & tantum laborem jampridem ſuſtinuit adverſus Neſtorii inſanias, ex quibus apud omnes [gg] extitit laudabilis, & nunc vero nihilominus ſequentem eum expoſitiones ſanctorum patrum in Nicæa congregatorum, & in hac Epheſina civitate confirmatas, (cui præfuit ter beatus archie-

---

BALUZII NOTÆ.

a Deeſt vox illa in exemplari Pariſienſi. Deerat etiam in Divionenſi, ſed poſtea addita eſt ſupra lineam.
b Pariſ. *religioſi*. Divion. *religioſiſſimi*. c Divion. *reddimus*, Pariſ. *reddidimus*.
d Veteres libri & Crabbus, *quatenus recipiat & presbyterii*. Mutationem primus induxit Surius.
e Pariſ. & Divion. *religioſus*. Sic etiam infra in proſecutionibus Gemellini Epiſcopi Erythrenſis & Apollonii Taneenſis. f Divion. *Gemellus*.
g Corb. *Erythirienſis*. Pariſ. *Eriterenſis*, Divion. *Beretrienſis*.
h Hanc lectionem habent codices Divionenſis & Pariſienſis. In Corbejenſi vero ſcriptum eſt *Chriſti amica*.
i Divion. *Conſtantinopolim*. k Veteres libri omnes, *Deo amabilis*.
l Iidem libri, *Taneotanus*. m Sic repoſuere Romani, cum antea legeretur *in eo*. Quod etiam feciſſe illos in proſecutione Joannis Epiſcopi Rhodienſis jam monuimus. Iſthic codex Corbejenſis habet *in eo*, Divion. & Pariſ. *in perſona ejus*.
n Pariſ. *in recipiendo honore presbyteratus & gubernatione*. Divion. *in recipiendo honorem presbyteratus, & (ut teneat) gubernationem*. Verum quæ uncis concluſa ſunt, ea olim non extabant in exemplari Divionenſi.
o Omnes veteres libri, *lectione hodierna facta*.
p Hæc vox non extat in codicibus Pariſ. & Divion. q Iidem libri. *Propter quod*.
r Veteres libri & editiones, *Babyloniæ*.
ſ Hanc vocem nullus veterum librorum habet. Non habetur etiam infra in proſecutione Photini Epiſcopi Teuchirenſis. Et tamen ſenſus conſtat.
t Sic habebat primo codex Divionenſis, ſed poſtea vox *cum* addita eſt ſupra lineam ante vocem *præceſſoribus*. Hanc poſtremam lectionem præfert codex Pariſienſis.
u Pariſ. & Divion. *religioſum*. x Male in Pariſ., *ad tenendam fidem presbyterii*.
y Divion. *monaſteriorum*; & in margine, *al. monachorum*.
z Veteres editiones, *Buſiritenſis*. Codex Corb. *Buſirinienſis*, reliqui *Buſirienſis*. aa Pariſ. *religioſus*.
bb Idem codex, *confirmata vero eſt in ſynodo quæ*. cc Divion. *Cheodorenſis*.
dd Divion. & Corb. *a reverentiſſ. Eutyche Presbytero*. Pariſ. *a religioſo Eutiche Presbytero*.
ee Omnes libri Veteres ſcribunt *Cleopatridæ*.
ff Pariſ. *religioſi Presbyteri*. Divion. *religioſo Presbytero & Archimandrita Eutice, qui tantum*.
gg Ita codex Corbejenſis. Pariſ. & Divin. *exiſtit*. Sed Divionenſis adſcriptum habet in margine, *al. extitit*.

archiepiscopus [a] quondam noster Cyrillus) & A ego consentio * quatenus permaneat, in quibus pridem permanebat, id est, in presbyterii & archimandritæ honore.

* permanere debere,

Πασμήϊος ἐπίσκοπος Παράλȣ·

[b] Pasmeius episcopus Parali dixit: Ex porrectis [c] a reverendissimo presbytero & archimandrita Eutyche libellis cognovimus eum irreprehensibiliter rectam nostram & immaculatam fidem tenere: propter quod & ego consentio & [d] concordo his quæ a sanctis patribus terminata sunt.

* Σωσίας ἐπίσκοπος Σωζȣ́σης·

* Ζώσιμος.
* Zosimus sup.

* Sosias episcopus [e] Sozusæ dixit: [f] Bona & justa sanctorum patrum, & pietatem in se habens sententia, quam proferre dignati sunt pro restitutione [g] reverendissimi presbyteri & archimandritæ Eutychis, [h] respicientes integra subtilitate hæc quæ hodie lecta sunt: [i] quibus & ego concordo, justum arbitrans reddi ei tam locum presbyteratus, quam primatum honestissimi monasterii.

Θεόδομος ἐπίσκοπος * Πισιλᾶ·

* Α᾿γα.
* Theodulus e. Pisidi

* Theodorus episcopus [k] Ticeliæ civitatis dixit: [l] Ex libellis a religiosissimo presbytero & archimandrita Eutyche porrectis huic sanctæ synodo, & lectione monimentorum [m] in omnibus cognovimus eum & recte sapere & sapuisse; C & ego justum existimo, reddi ei presbyterii locum & honorem archimandritæ.

Θεόδωρος ἐπίσκοπος * Βάρνης·

* Βάρνης.

Theodorus episcopus Barcensis dixit: [n] Lectæ hodie chartæ quæstionis gratia adversus religiosissimum presbyterum & archimandritam Eutychem factæ, probaverunt eum [o] recta sapere, & sapuisse; & in hoc concors existo ad restituendum ei & gradum presbyterii, & principatum proprii monasterii.

Ρȣ̃φος ἐπίσκοπος Κυρήνης·

[p] Rufinus episcopus Cyrenensis dixit: Rationabiliter & juste sacerdotium & principatum monasterii restituit hæc sancta & magna synodus [q] reverendissimo presbytero & archiman- D dritæ Eutychi. Pium enim eum & fidelium acta monimentorum, & qui porrectus est ab eo libellus monstravit. Et huic ego [r] concordo sententiæ.

Ζήνων ἐπίσκοπος Ρινοκȣρȣ́ρων·

Zenon episcopus Rhinocururensis dixit: Plane approbatum est, tam ex nunc facta lectione gestorum, quam ex porrectis irreprehensibilibus libellis [s] a sanctissimo presbytero & archimandrita Eutyche, quia diligens est circa piam religionem, & quia secutus est catholicam fidem, quæ ante hoc est exposita a ter beatis patribus nostris episcopis in Nicæa convenientibus, & [t] circa hæc, quæ hic paulo ante statuta sunt a [u] sanctæ memoriæ & inter sanctos constituto Cyrillo Alexandrinæ civitatis B antistite, & confirmata a sancta & universali synodo. Unde & mea [x] humilitas consentanea fit sancto & magno huic concilio, quatenus memoratus sanctissimus presbyter & archimandrita Eutyches non sit extra sacerdotalem dignitatem, sed & presbyterii gradum & principatum [y] religiosissimorum teneat monachorum.

Λȣ́κιος ἐπίσκοπος Ζύγρων·

Lucius episcopus [z] Zygrensis dixit: Ex porrectis a [aa] reverendissimo presbytero & archimandrita Eutyche libellis cognovimus eum [bb] recta sapere in catholica fide: [cc] & ob hoc & ego consentio cunctorum sententiæ, quatenus ei restituatur & dignitas presbyterii, & honor archimandritæ.

* Αὐξόνιος ἐπίσκοπος Σεβεννύτȣ·

* Αὐσόνι

[dd] Auxonius episcopus [ee] Sebennytenæ civitatis dixit: Ex lectione actorum monimentorum, & ex porrectis libellis, [ff] reverendissimus archimandrita Eutyches approbatus est sapere & dicere & credere, sicut expositio fidei continet, quæ facta est a sanctis patribus [gg] olim in Nicæa congregatis, quæ & confirmata est a synodo paulo ante in hac civitate facta, cui præfuit ter beatus & [hh] omnino laudabilis memoriæ antistes noster Cyrillus, & justum est, ut [ii] memoratus vir reverendus, sicut & sancta synodus decrevit, [kk] recipiat presbyterii dignitatem, & permaneat in quibus [ll] degebat prius, habere vero eum & patrocinium proprii monasterii.

Ισαὰκ ἐπίσκοπος * Ταύα·

* Ταυᾶ.

Isaac episcopus [mm] Tavensis dixit: Lectis hodie monimentis, & porrecto libello a reverendissimo Eutyche, consona prosecuti sunt Deo di-

BALUZII NOTÆ.

a Vox *quondam* deest in codice Parisiensi. Deerat etiam olim in Divionensi.
b Divion. *Partemius*. c Divion. & Paris. *a religioso*.
d Paris. *concordo de his*. Divion. *concordor de his*.
e Codex Corb. & veteres editiones, *Sozusensis*. Divion. & Paris. *Sozensis*.
f Divion. *Bonam & justam sanctorum patrum & pietatem in se habens sententiam*.
g Paris. & Divion. *religiosi Presbyteri*. h Paris. *respicientes diligenter quæ hodie*.
i Paris. *quibus & ego consentio, justum*. k Corb. *Tysile*. Paris. & Divion. *Tisilicinæ civitatis*.
l Omnes libri & editiones veteres. *Libellis a religioso Presbytero*.
m Hæc desiderantur in codice Parisiensi.
n Paris. & Divion. *Lectæ hodie chartæ cognitionis adversus religiosum*.
o Iidem libri, *recte sapere*. p Paris. *Rufus*. q Idem codex, *religioso*.
r Idem, *concordor*. s Paris. & Divion. *a religioso*.
t Vox *circa* deest in omnibus antiquis exemplaribus, ubi legitur: *& hac quæ hic paulo*. Tamen paulo aliter in Divionensi: *& his quæ hic paulo*.
u Paris. *a beatissimo sanctæ memoriæ Cyrillo*. Sic etiam primo in Divionensi, sed postea supra lineam additum est *& inter sanctos constituto*.
x Codex Paris. *miseritudo*. Corbejensis habet in margine, *miserabilitas*, quod & ipsum fuisse scriptum constat in margine veteris libri ex quo prodiit editio Crabbi. y Paris. & Divion. *reverentissimorum*.
z Corb. *Zygrensius*. Paris. & Divion. *Zogrensis*.
aa Paris. & Divion. *religioso*. Sic etiam infra in prosecutionibus Isaaci Tavensis & Philocali Zagylensis.
bb Divion. *recte sapere*. cc Paris. & Divion. *Ob hoc & ego*.
dd Paris. *Ausonius*. Sic etiam in margine editionis Crabbianæ.
ee Paris. & Divion. *Sebenuntinæ*. ff Iidem libri, *religiosus*.
gg Deest *olim* in codice Parisiensi. Deerat etiam in Divionensi, sed addita est in margine.
hh *Omnino*. Et hæc quoque deest in codice Parisiensi, quæ & supra lineam addita est in Divionensi.
ii Paris. *memoratus vir religiosus*. Divion. *memoratus Presbyter*.
kk Veteres libri, *recipiat & presbyterii*. ll Iidem, *prius degebat*.
mm Paris. *Tabensis*. Corb *Tavatensis*, Divion. *Tavetensis*.

dignissimi patres, qui nunc in hoc sancto & universali concilio congregati sunt. Et ego igitur consentaneus factus [a] sum his quæ acta sunt, [b] & peto eum tenere presbyteratum, & præesse proprio monasterio.

Φιλόκαλος ἐπίσκοπος * Γαζύλων. (γυλέων)

Philocalus episcopus [c] Zagylensis dixit: Ex libellis sanctæ synodo a reverendissimo presbytero & archimandrita Eutyche porrectis, docentibus de catholica fide, cognovimus, quia irreprehensibiliter sapit quæ a sancto Nicæno concilio definita sunt, insuper etiam in Ephesina synodo [d] confirmata. Propter quod & nos cognoscentes eum sic sapere, [e] decernimus re-

A stitui ei presbyterii dignitatem, & archimandritæ honorem.

Ἡσαΐας ἐπίσκοπος Ἑρμουπόλεως μικρᾶς· οἱ πάντες ὅμοια, καὶ παραπλήσια διελάλησαν, καὶ κατέθεντο·

Isaias episcopus Hermopoleos minoris dixit: [f] Sancta hac & magna synodo judicio & decreto gestorum suscipiente religiosum & Deo dignum presbyterum & archimandritam Eutychem, sicut consona priori & magnæ synodo Nicænæ & Ephesinæ credentem: necessarie & ego consentio, & decerno tenere eum & presbyteratus honorem & principatum monasterii.

Βαρσουμᾶς πρεσβύτερος, καὶ ἀρχιμανδρίτης δι' ἑρμηνέως Εὐσεβίου μοναχοῦ εἶπε· κἀγὼ, ὡς τέκνον, ἐξακολουθῶν τοῖς ἰδίοις πατράσι, καὶ μαρτυρῶν τῇ ὀρθοδόξῳ πίστει τοῦ ἁγιωτάτου, καὶ θεοφιλεστάτου ἀρχιμανδρίτου Εὐτυχοῦς, συντίθεμαι, καὶ συναινῶ, καὶ χαίρω, ὅτιπερ ἀποδεδώκατε αὐτῷ τὸν τῆς ἱερωσύνης βαθμὸν, καὶ τοῦ ἄρχειν τοῦ ἁγιωτάτου αὐτοῦ μοναστηρίου.

Διόσκορος ἐπίσκοπος Ἀλεξανδρείας εἶπε· τὰς πάσης τῆς ἁγίας ταύτης, καὶ οἰκουμενικῆς συνόδου ψήφους ἐπὶ τῷ εὐλαβεστάτῳ ἀρχιμανδρίτῃ Εὐτυχεῖ, βεβαιῶ, καὶ τὴν ἐμαυτοῦ συνεισάγω γνώμην, ὥστε τοῦτον τελεῖν ἐν τῇ τοῦ πρεσβυτέρου τάξει, ἡγεῖσθαι δὲ καὶ τοῦ οἰκείου μοναστηρίου, καθὰ καὶ πάλαι.

Ἰωάννης πρεσβύτερος, καὶ πρῶτος νοταρίων εἶπεν· οἱ κληρικοὶ, καὶ μονάζοντες τοῦ μοναστηρίου τοῦ ὑπὸ τὸν εὐλαβέστατον πρεσβύτερον, καὶ ἀρχιμανδρίτην Εὐτυχῆ, λίβελλον προσεκόμισαν τῇ ἁγίᾳ ταύτῃ συνόδῳ, ὅν τινα ἀναγνωσόμεθα, εἰ προστάξει ἡ ὑμῶν ὁσιότης. Εὐσέβιος ἐπίσκοπος Ἀγκύρας Γαλατίας εἶπεν· ὑποδεχθεὶς ὁ λίβελλος ἀναγνωσθήτω. Ἰωάννης πρεσβύτερος, καὶ πρῶτος νοταρίων ἀνέγνω.

B Barsumas presbyter & archimandrita per interpretem Eusebium monachum dixit: Et ego ut filius sequor proprios patres, & testimonium perhibens catholicæ fidei sanctissimi & [g] religiosissimi archimandritæ Eutychis, consentio & concordo & gratulor, quoniam restituistis ei sacerdotii gradum & principatum [h] sanctissimi sui monasterii.

Dioscorus episcopus Alexandriæ dixit: Omnes sancti hujus & universalis concilii sententias [i] super reverendissimo archimandrita Eutyche [k] confirmans, & meam ipsius simul introduco voluntatem, quatenus C meretur in ordine presbyterii, præsit etiam & proprio monasterio sicut antea.

Joannes presbyter & primicerius notariorum dixit: Clerici & monachi monasterii, quod [l] sub reverendissimo presbytero & archimandrita Eutyche [m] est, vel degit, libellum obtulerunt sancto vestro concilio, quem legemus, si præceperit vestra sanctitas. Eusebius episcopus Ancyræ Galatiæ dixit: Susceptus libellus recitetur. Joannes presbyter & primicerius notariorum recitavit.

Ἐπιστολὴ τῶν ὑπ' Εὐτυχεῖ μοναχῶν πρὸς τὴν δευτέραν ἐν Ἐφέσῳ σύνοδον.

Τῇ ἁγίᾳ, καὶ θεοφιλεῖ συνόδῳ οἰκουμενικῇ συνελθούσῃ ἐν τῇ Ἐφεσίων μητροπόλει, παρὰ Νάρσου πρεσβυτέρου, καὶ Τιμοθέου, καὶ Εὐσεβίου, καὶ Κωνσταντίνου, καὶ λοιπῶν διακόνων, καὶ ὑποδιακόνων, καὶ πάντων τῶν μοναζόντων, τῶν τελούντων ὑπὸ τὸν θεοσεβέστατον πρεσβύτερον, καὶ ἀρχιμανδρίτην Εὐτυχῆ.

Τὰς ἐπηγγελμένας παρὰ φιλανθρώπου τοῦ Θεοῦ τοῖς εἰς αὐτὸν πεπιστευκόσι δωρεὰς ἐκ τῶν θείων λογίων καταμαθόντες, * καὶ χρημά-

D *Epistola monachorum qui sub Eutyche, ad concilium Ephesinum secundum.*

Sanctæ huic & [n] *Dei amantissimæ universali synodo congregatæ in Ephesia metropoli, a* [o] *Narsete presbytero, & Timotheo, & Eusebio, & Constantino, & ceteris diaconibus,* [p] *subdiaconibus & omnibus monachis sub* [q] *religiosissimo archimandrita Eutyche constitutis.*

Promissa a misericorde Deo in eum credentibus bona ex divinis edocti eloquiis, (& cognationes,) & pecunias, &, quibus unus- Matth. 19.

BALUZII NOTÆ.

a Vox *sum* non extabat primo in codice Divionensi, in quo addita est supra lineam.
b Conjunctio deest in Paris. & Divion. exemplaribus.
c Corb. *Zagilonensis*, Paris. *Zaginolensis*, Divion. *Zagulonensis*. d Divion. & Paris. *confirmata sunt*.
e Divion. *decrevimus*; & in margine, *al. decernimus*. f Divion. *Sancta hac & magna synodus*.
g Paris. & Divion *Deo dignissimi*. Corb. *Deo religiosissimi*.
h Divion. *sanctissimi monasterii*; & in margine, *al. sancti sui*. Hanc lectionem habent Crabbus & codex Parisiensis. i Divion. & Paris. *in personam religiosi archimandritæ Eutychis*.
k Annotatio Rustici. *Nota quia omnes interlocutiones Dioscorus confirmavit*. Eandem, sed aliis verbis, expressit Crabbus, hoc modo; *Impias interlocutiones Dioscorus impie confirmat*. Hanc ut inutilem rejecerunt editores Romani. l Paris. *monasterii religiosi Presbyteri Archimandritæ Eut. libellum*.
m *Est* vel *degit* desunt in omnibus vetustis exemplaribus.
n Corb. *& Deo amicissimæ*. Paris. & Divion. *& Deo amabili*. o Veteres libri *Narse* vel *Narsi*.
p *Subdiaconibus*. Deest in codice Corbejensi & Paris. q Paris. & Divion. *reverentissimo*.

unusquisque [a] nostrum decorabatur, [b] dignitates & diversas militias, & semel omnia quæ videntur bona [c] humana despicientes, quibus fruebamur, * fruique adhuc sperabamus, in unam omnes monachorum conversationem & continentiam concurrimus, trecentorum numerum jam complentes [d] gratia domini Christi, & sub præposito reverendissimo archimandrita Eutyche [e] pietatis & justitiæ doctrinis obedientes, & * tricesimo anno [f] plus minus plures ex nobis [g] in hac continentia perdurantes. Sed reverendissimus episcopus regiæ Constantinopolitanæ civitatis Flavianus, cum oporteret [h] eum & præsentia laudare, & ad meliora cohortari, & omni providentia continere eos, qui humana [i] derelinquentes, ad Deum confugimus, contra quam decuit operatus est, nostrum quidem pastorem calumniis & [k] blasphemiis circumveniens, & non veram occasionem [l] damnationis, veluti ex pietate, simulans, [m] eo quod non blasphemat cum ipso præter definitionem fidei: quam exposuit quidem sanctum Nicænum concilium, confirmavit autem [n] & quæ prius in hac Epheso congregata est synodus: [o] nobis autem præcipiebat per directum ab eo * Theodotum presbyterum, [p] cum eo præsentibus aliis clericis, recedere a pastore, & neque loqui cum eo de cetero, sed & res monasterii * [q] adversus ipsum [r] custodiri (hoc ipsum enim negotiabatur) sub nomine pauperum: aut hoc non facientes prohiberi & nos cum nostro magistro [s] a communione divinorum mysteriorum. Et sanctum quidem altare, quod ipse ante sex menses, quam insidias meditaretur, * [t] consecravit, [u] vacuum divino remansit sacrificio. Permansimus autem nos hactenus usque ad hanc sanctam vestram synodum iniquis ejus sententiis alligati. Aliquanti autem ex fratribus nostris [x] obierunt [y] sub eodem [z] iniquo pœnæ schemate. Et alia quidem conversationis monasterialis * solenniter celebramus secundum [aa] monachorum regulas; alieni vero [bb] existimus ab iis, a quibus sunt alieni, qui tamquam impii sunt damnati. Et in hac infelicitate lacrymantes nos invenit salutaris dies natalis

* & quæ adhuc sper.

* trigesimum annum ac paulo plus plerique

* Theodosium

* sibi custodiri,

* construxit.

* pro more.

A των, καὶ οἷς ἕκαστος ἐκοσμεῖτο ἀξιώμασί τε, καὶ διαφόροις στρατείαις, καὶ πάντων ἅπαξ τῶν δοκούντων ἀνθρωπίνων εἶναι καλῶν ὑπεριδόντες, ὧν τε ἦμεν ἐν ἀπολαύσει, καὶ ὧν ἔτι προσεδοκῶμεν, ἐπὶ μίαν ἅπαντες τὴν τῶν μοναχῶν πολιτείαν καὶ καρτερίαν ἀπηντήσαμεν, τὸν τῶν τριακοσίων ἀριθμὸν ἤδη πληροῦντες χάριτι τοῦ δεσπότου Χριστοῦ, καὶ ὑφ' ἡγεμόνι τῷ εὐλαβεστάτῳ ἀρχιμανδρίτῃ Εὐτυχεῖ τοῖς τῆς εὐσεβείας, καὶ δικαιοσύνης διδάγμασι πειθαρχοῦντες, καὶ τριακοστὸν ἐνιαυτὸν, μικρῷ πρὸς, οἱ πολλοὶ ταύτην τὴν καρτερίαν διατελέσαντες· ἀλλ' ὁ εὐλαβέστατος ἐπίσκοπος τῆς βασιλίδος Κωνσταντινουπόλεως Φλαυιανὸς, δέον τὰ μὲν παρόντα ἐπαι-

B νεῖν, ἐπὶ δὲ τὰ βελτίω προτρέπειν, καὶ πάσαις προνοίαις τοὺς ἀπὸ τῶν ἀνθρωπίνων τῷ Θεῷ προσδραμόντας συνέχειν, τοὐναντίον, ἤπερ ἔπρεπεν, εἰργάσατο. τὸν μὲν ἡμέτερον ποιμένα συκοφαντίαις τε καὶ βλασφημίαις περιβαλὼν, καὶ πρόφασιν οὐκ ἀληθῆ τῆς αὐτοῦ καθαιρέσεως τὴν εὐσέβειαν ὑποκρινάμενος, ὅτι μὴ βλασφημεῖ μετ' αὐτοῦ παρὰ τὸν ὅρον τῆς πίστεως, ὃν ἐξέθετο μὲν ἡ ἐν Νικαίᾳ ἁγία σύνοδος, ἐβεβαίωσε δὲ ἡ πάλαι κατὰ τήνδε τὴν Ἐφεσίων· ἡμῖν δὲ παρεκελεύετο διὰ τοῦ ἀποσταλέντος παρ' αὐτοῦ ([1]) Θεοδοσίου τοῦ πρεσβυτέρου, συμπαρόντων αὐτῷ καὶ ἑτέρων κληρικῶν, ἀφίστασθαι τοῦ ποιμένος, καὶ μηδὲ προσφθέγγεσθαι αὐτῷ ἔτι, καὶ τὰ τοῦ μοναστηρίου

C φυλάττειν αὐτῷ, τῷ τῶν πτωχῶν ὀνόματι· τοῦτο γὰρ ἐπραγματεύετο· ἢ τοῦτο μὴ ποιοῦντας, εἴργεσθαι καὶ αὐτοὺς μετὰ τοῦ διδασκάλου τῆς κοινωνίας τῶν θείων μυστηρίων. καὶ τὸ μὲν ἅγιον θυσιαστήριον, ὅπερ αὐτὸς πρὸ ἓξ μηνῶν τῆς μελετηθείσης ἐπιβουλῆς κατεπήξατο, κενὸν τῆς θείας ἱερουργίας ἐστί. μεμενήκαμεν δὲ ἡμεῖς ἄχρι τῆς ἁγίας ὑμῶν συνόδου ταῖς ἀδίκοις ταύταις ἀποφάσεσιν αὐτοῦ δεδεμένοι. τινὲς δὲ καὶ τῶν ἀδελφῶν ἡμῶν τετελευτήκασιν ἐν τῷ τῆς ἀδίκου τιμωρίας σχήματι. καὶ τὰ μὲν ἄλλα τῆς ἀσκήσεως συνήθως πράττομεν κατὰ τὸν θεσμὸν τῶν μοναχῶν, ἀλλότριοι δὲ καθεστήκαμεν, ὧν οἱ ἀσεβεῖν κατακριθέντες. ἐν ταύτῃ δακρύοντας ἡ-

D μᾶς τεθέαται τῇ συμφορᾷ ἡ σωτήριος ἡμέρα τῶν γενεθλίων τοῦ δεσπότου, καὶ σωτῆρος ἡμῶν Θεοῦ, καὶ κυρίου

(1) Forte Θεοδότου ex Lat. Hard.

BALUZII NOTÆ.

a Vox *nostrum* desideratur in codice Parisiensi. Non extabat autem olim in Divionensi.
b Iidem libri, *dignitatibus & diversis militiis*.
c *Humana*. Deerat olim in Divionensi, in quo addita est supra lineam.
d Paris. & Divion. *gratia Domini nostri Jesu Christi*. e Paris. *& piis & justis doctrinis*.
f Crabbus, *plus minusve plures*. Ita etiam primo codex Corbejensis, sed postea emendatum est *vel*. Paris. habet *plus minus vel plures*. In Divionensi primo scriptum fuit *plurimi vel plures*. Postea mutatum est ut legeretur *plus minus vel plures*. g Codex Corb. & veteres editiones habent in margine, *instantia*.
h Conjunctio deest in exemplaribus Parisiensi & Divionensi.
i Omnes libri veteres, *relinquentes*.
k *Et blasphemiis*. Hæc addita sunt supra lineam in codice Divionensi.
l Omnia vetera exemplaria, *damnationis ejus pietatem simulans*.
m Annotatio Rustici Diaconi. *Contra Cyrillum, qui de Johanne evidentius asserente duas unius Christi substantias tamen nil habuit*. Hæc postrema corrupta sunt, utpote ex unico exemplari Corbeiensi descripta.
n Conjunctionem non habent veteres libri quibus nos utimur. o Paris. & Divion. *Nobis vero*.
p Corb. & Crabbus, *& cum eo præsentibus*. Paris. & Divion. *& qui cum eo præsentes erant clericos*.
q *Adversus ipsum*. Hæc non extant in antiquis exemplaribus. Pro his vero codices Corb. & Paris. habent *ipsi*. Divion. *ipsius*. r Ita codices Paris. & Corbejensis. Divion. *custodire*.
s Divion. & Paris. *a communione sancti mysterii*.
t Corb. & Paris. in margine *infixit*, veteres editiones in margine *inunxit*.
u Paris. *vacuum a sacro remansit*. In Divionensi & Corbejensi male scriptum est, *vacuum divinarum anxit sacrificio*. x Divion. *obedierunt*; & in margine, *al. obierunt*.
y *Sub eodem*. Hæc non habentur in exemplari Parisiensi. Non extitisse autem olim in Divionensi hæc res indicio est quod addita postea sunt.
z Divion. *iniqua pœna scismatis*. Paris. *in iniqua pœna scismatis*.
aa Istam lectionem debemus editioni Romanæ. Nam in superioribus legebatur *monasteriorum*. Quo etiam modo habent omnia vetera exemplaria.
bb Veteres editiones & codex Corbejensis: *extitimus sicut pro impietate damnati. Et in hac infidelitate lacrymantes*. Melius in Paris. & Divion.: *extitimus sicut qui pro impietate damnati sunt. Et in hac infelicitate lacrymantes*. Codex Divionensis habet in margine, *al. infidelitate*.

κυρίου Ἰησοῦ Χριστοῦ· καὶ τὴν πᾶσι χριστιανοῖς εὐφροσύνην ὑπάρξασαν, ἡμεῖς πενθοῦντες διετελοῦμεν, ἀντὶ τῶν προσευχῶν τῆς μυσταγωγίας, θρήνους ἐκ τῆς γλώττης προχέοντες. ἐν τούτοις ἡμᾶς καὶ ἡ τῶν ἐπιφανίων ἡμέρα διεδέξατο. καὶ ὥσπερ οἱ θανάτῳ προσομιλοῦντες, φιλοψύχως ἔχοντες, τὴν τελευτὴν κατοδύρονται, οὕτως ἡμεῖς ἐπὶ τῇ τῶν ἀχράντων μυστηρίων ἀφαιρέσει πενθοῦντες διετελοῦμεν· ἐπέστη καὶ ἡ τοῦ σωτηρίου πάθους ἡμέρα, καὶ νὺξ ἱερὰ, καὶ ἡ τῆς ἀναστάσεως ἑορτὴ, καθ' ἣν λύεται μὲν τοῖς πλείστοις τῶν ἡμαρτηκότων τὰ ἀπὸ τῶν ἁγίων πατέρων ἡμῶν ἐπιτίμια, λύεται δὲ παρὰ τῶν Βασιλευόντων ἐπὶ τῶν ἐγκλημάτων τὰ δεσμὰ τοῖς ὑπευθύνοις, ἡδονῆς δὲ δικαίας πᾶς οἶκος, καὶ ἀγορὰ πᾶσα πεπλήρωται· ἡμεῖς δὲ τοῖς τῶν ἀδίκων ἀποφάσεων δεσμοῖς κατεχόμενοι, οὐδὲν φιλάνθρωπον τοῦ κατακρίναντος εἴδομεν· ἀλλὰ μεμένηκεν ἀκλινὴς ἄχρι τοῦ παρόντος, ἐννέα μηνῶν περίπου ἤδη παραδραμόντων, τοιαύτην πάντως ἐφ' ἑαυτῷ τὴν παρ' ἡμῶν ψῆφον τυπῶν, ἵνα τῆς οἰκείας ἐφ' ἡμῖν ἀδίκου κρίσεως ἄξιον εὕροι καρπὸν, τὴν ἐπ' αὐτῷ παρ' ὑμῶν δικαίαν ψῆφον· καὶ οὕτως κατὰ τὴν θείαν γραφὴν, κριθῇ μὲν, ὡς ἔκρινεν, ἀπολαύσῃ δὲ, ὡς ἐπεβούλευσε. διόπερ καθικετεύομεν τὴν ὑμετέραν ἁγίαν σύνοδον, συναλγῆσαι μὲν ἡμῖν τῆς τοσαύτης ἀδίκου κολάσεως, ὑπὲρ εὐσεβείας παρὰ ἱερέως ὑπομεμενηκόσιν αὐτήν· ἀποδοῦναι δὲ, ἡμῖν μὲν ὧν οὐ δικαίως ἀφαιρούμεθα μυστηρίων, τῷ δὲ ταῦτα δεδρακότι τὴν ἀμοιβὴν, ὧν οὐ δικαίως ἔκρινεν.

A Salvatoris nostri Dei & domini Jesu Christi; & quæ omnibus Christianis est in lætitia, eam nos in luctu peregimus, pro orationibus divini [a] ministerii, lamentationes ex lingua nostra profundentes. In his nos & sancta epiphaniorum dies suscepit. Et sicut morti propinquantes, ([b] & animam suam diligentes,) finem suum deflent; ita nos in [c] sacri * ministerii [d] ablatione lugentes peregimus. Supervenit & salutaris passionis dies, & sacra nox, & resurrectionis festivitas, [e] in qua quidem & plurimis peccatoribus a sanctis patribus nostris * damnationes solvuntur; verum & ab imperatoribus * [f] criminalia reis vincula relaxantur; justa vero B lætitia omnis domus [g] & omne forum repletur: nos vero injustis detenti sententiæ vinculis, nullam clementiam nostri vidimus damnatoris, sed usque in præsenti perseveravit indeclinabilis, jam novem pene transactis mensibus, talem utique * super se a vobis sententiam ordinans, ut pro suo iniquo contra nos prolato judicio dignum inveniat fructum, [h] justa adversum se a vobis prolata sententia; ut secundum sanctas scripturas judicetur quemadmodum judicavit, & fruatur sicut insidiatus est. Propter quod supplicamus vestræ sanctæ synodo, [i] condolere quidem [k] pro tanto tamque iniquo cruciatu, quem pro pietate sufferimus a sacerdote, C reddere vero nobis quidem communionem injuste ablatam, illi vero talia perpetranti, vicissitudinem eorum quæ judicavit injuste.

* mysterii

* irrogatæ pœnæ

* criminum

* adversus se a vobis ferendam sententiam præscribens, ut *Matth* 7.

Ναρσῆς πρεσβύτερος ὑπέγραψα χειρὶ ἐμῇ· τῇ αὐτῇ ὑπογραφῇ πάντες.

[l] Narses presbyter manu mea subscripsi.

Τιμόθεος·	Timotheus diaconus manu mea subscripsi.
Εὐσέβιος·	Eusebius diaconus manu mea subscripsi.
Κωνσταντῖνος·	Constantinus diaconus manu mea subscripsi.
...ιάκονοι. Εὐστάθιος·	[m] Eustathius diaconus manu mea subscripsi.
Ζηνόβιος·	Zenobius diaconus manu mea subscripsi.
Αὐξέντιος·	Auxentius diaconus manu mea subscripsi.
Ζηνόβιος·	Zenobius diaconus manu mea subscripsi.
Σμάραγδος·	D Smaragdus diaconus manu mea subscripsi.
Ἐλευσίνιος·	Eleusinius diaconus manu mea subscripsi.
Κωνστάντιος·	[n] Constantius diaconus manu mea subscripsi.
...ποδιάκο-...ι. L. Θεόδουλος·	* Theodorus subdiaconus manu mea subscripsi. * Theodulus
Γερόντιος·	Gerontius subdiaconus manu mea subscripsi.
Πορφύριος·	[o] Prosphorius subdiaconus manu mea subscripsi.
...ονάχον-...ς, L. Μαρτύριος·	* Martyrius monachus manu mea subscripsi. * Martinus.
Πάγχαρις·	Pancharius monachus manu mea subscripsi.
Παυλονᾶς·	Paulonas monachus manu mea subscripsi.
Φιλούμενος·	[p] * Philinius monachus manu mea subscripsi. * Philumenus.

BALUZII NOTÆ.

a Veteres libri & heic & paulo post, *mysterii*.
b Hæc non habentur in codice Parisiensi. Non extabant etiam in Divionensi, in cujus margine addita sunt, sic tamen ut legatur, quemadmodum in Corbejensi, *& animam diligentes*.
c Codices Divion. & Paris. *sacræ communionis*; & in margine, *al. mysterii*.
d Ita codex Corbejensis. In ceteris & in antiquis editionibus legitur *oblatione*.
e Corb. *in qui dum ex plurimis*.. Divion. *in quibus ex plurimi ex peccatoribus*; & in margine, *al. in qua dum & plurimi spectatoris* ..... Parisiensis exhibet editionem vulgatam.
f Veteres libri & editiones, *reis criminalia*.
g Paris. *& forum*. Divion. *& forus*: & in margine, *al. & omne forum*. quæ est lectio libri Corbejensis.
h Paris. *justam adv. se a vo. prolatam sententiam*.
i Veteres libri & editiones Labbeana antiquiores, *condolere nobis quidem*.
k Corb. *pro tanto iniquo cruciatu quod pro pietate sufferimus a sacerdote*. Paris. *pro tanto iniquo cruciatu pro pietate a sacerdote sustinentibus eam*. Ita etiam in Divionensi, nisi quod vox *quod* supra lineam posita est inter voces *cruciatu* & *pro*, ut in Corbejensi. l Male in Divionensi, *Narsis princeps*.
m Idem codex, *Eutictus*; & in margine, *al. Eustachius*. n Veteres libri & editiones, *Constantinus*.
o Ita codex Corbeiensis & veteres editiones. Divionensis habet *Prosporius*, Paris. *Porfirius*.
p Corb. *Philunus*. Divion. & Paris. *Philuminus*.

Abraamius monachus manu mea subscripsi. A Ἀβραάμιος·
Julianus monachus manu mea subscripsi. Ἰουλιανός·
[a] Antonius monachus manu mea subscripsi. Ἀντώνιος·
Macedonius monachus manu mea subscripsi. Μακεδόνιος·
Timotheus monachus manu mea subscripsi. Τιμόθεος·
[b] Julianus monachus manu mea subscripsi. Ἰουλιανός·
([c] Euprepius monachus manu mea subscripsi. . . . .
Dorotheus monachus manu mea subscripsi. . . . .
[d] Cartasius monachus manu mea subscripsi. . . . .
Timotheus monachus manu mea subscripsi.) . . . .
Eugenius monachus manu mea subscripsi. Εὐγένιος·
Theotimus monachus manu mea subscripsi. Θεότιμος·
([e] Joannes monachus manu mea subscripsi.) . . . .
Malchus monachus manu mea subscripsi. B Μάλχος·
* Euvolus. * Eubulus monachus manu mea subscripsi. Εὔβουλος·
Gymnasius monachus manu mea subscripsi. Γυμνάσιος.
Hypatius monachus manu mea subscripsi. Ὑπάτιος.

Dioscorus episcopus Alexandriæ dixit: Quoniam excommunicatos vos dixistis factos esse, ignoratis vero culpam, & conjicimus & nos pro qua re, dicite manifeste, propriam fidem quomodo habeatis. Hæc enim est [f] vestra absolutio, confessio fidei. [g] Eleusinius diaconus & monachus dixit: Sicut per libellum [h] Deo dignus archimandrita noster [i] edocuit vestram sanctitatem, sic sapimus, sicut trecenti decem & octo sancti patres in Nicæa sanxerunt, & sicut hic congregata sancta synodus confirmavit: & præter istam fidem nunquam neque intelleximus, neque sapuimus aliquid. Dioscorus episcopus Alexandriæ dixit: De incarnati salvatoris nostri præsentia sic sapitis, sicut beatus Athanasius, & beatus Cyrillus, & beatus Gregorius, & omnes catholici episcopi? Eleusinius diaconus & monachus dixit: Omnes sic sapimus, sicut & qui in Nicæa convenerunt, & qui hic congregati sunt sancti patres. Dioscorus episcopus Alexandriæ dixit: Quoniam dedit libellos [k] reverendissimus presbyter & archimandrita Eutyches, acquiescitis [l] his quæ ille scripsit, & sequimini fidem ejus? Eleusinius diaconus & monachus dixit, Etiam. (Dioscorus episcopus Alexandriæ dixit: [m] Ne prævaricemini. Eleusinius diaconus & monachus dixit: Non.) Dioscorus episcopus Alexandriæ dixit: Hæc eadem sapitis? his contenti estis? [n] Anathematizatis eos qui sic non sapiunt? Eleusinius diaconus & monachus dixit: Etiam, per vestigia vestra. Juvenalis episcopus Hierosolymorum dixit: Consequens est, sic eos rectam fidem confitentes in Nicæa expositam, & in Epheso

Διόσκορος ἐπίσκοπος Ἀλεξανδρείας εἶπεν· ἐπειδὴ ἀκοινωνήτους ἑαυτοὺς εἴπατε γεγενῆσθαι, ἀγνοεῖτε δὲ τὴν αἰτίαν, καὶ τεκμαιρόμεθα καὶ ἡμεῖς διὰ τί· εἴπατε φανερῶς τὴν ἑαυτῶν πίστιν, ὅπως ἔχετε. αὕτη γάρ ἐστιν ὑμῶν ἡ ἀπόλυσις *, ἡ ὁμολογία τῆς πίστεως· Ἐλευσίνιος διάκονος, καὶ μονάζων εἶπε· καθὼς διὰ τοῦ λιβέλλου ὁ θεοσεβὴς ἀρχιμανδρίτης ἡμῶν ἀνεδίδαξε τὴν ὑμετέραν ἁγιότητα, ὅτι οὕτω φρονοῦμεν, ὡς οἱ τριακόσιοι δέκα C καὶ ὀκτὼ ἅγιοι πατέρες οἱ ἐν Νικαίᾳ ἐθέσπισαν· ἣν καὶ ἐβεβαίωσεν ἡ ἐνταῦθα ἁγία σύνοδος· καὶ παρὰ ταύτην τὴν πίστιν οὐδέποτε οὐδὲ ἐνενοήσαμέν τι, οὔτε ἐφρονήσαμεν. Διόσκορος ἐπίσκοπος Ἀλεξανδρείας εἶπε· περὶ τῆς ἐνσάρκου τοῦ σωτῆρος παρουσίας οὕτω φρονεῖτε, ὡς ὁ μακάριος Ἀθανάσιος, καὶ ὁ μακάριος Κύριλλος, καὶ ὁ μακάριος Γρηγόριος, καὶ πάντες οἱ ὀρθόδοξοι ἐπίσκοποι; Ἐλευσίνιος διάκονος, καὶ μονάζων εἶπε· πάντες οὕτω φρονοῦμεν, ὡς καὶ οἱ ἐν Νικαίᾳ συνελθόντες, καὶ οἱ ἐνταῦθα συνειλεγμένοι ἅγιοι πατέρες. Διόσκορος ἐπίσκοπος Ἀλεξανδρείας εἶπεν· ἐπιδέδωκε λίβελλον ὁ εὐλαβέστατος πρεσβύτερος, καὶ ἀρχιμανD δρίτης Εὐτυχής· πείθεσθε οἷς ἔγραψεν, καὶ ἀκολουθεῖτε τῇ πίστει αὐτοῦ; Ἐλευσίνιος, διάκονος, καὶ μονάζων εἶπε· ναί. Διόσκορος ἐπίσκοπος Ἀλεξανδρείας εἶπεν· τὰ αὐτὰ φρονεῖτε; τοῖς αὐτοῖς στοιχεῖτε; ἀναθεματίζετε τοὺς μὴ οὕτω φρονοῦντας; Ἐλευσίνιος διάκονος, καὶ μονάζων εἶπεν· ναί, τῶν ποδῶν ὑμῶν. Ἰουβενάλιος ἐπίσκοπος Ἱεροσολύμων εἶπεν· ἀκόλουθόν ἐστιν, οὕτως αὐτοὺς τὴν ὀρθόδοξον ὁμολογοῦντας πίστιν, τήν τε ἐν Νικαίᾳ ἐκτεθεῖ-

* ἀπόλαυ… videtur … gisse ve… interpres qui fru… reddidit …

BALUZII NOTÆ.

a Corb. & Paris. & veteres editiones, *Antoninus*.
b Ita quidem veteres editiones & textus Græcus. Sed antiqua exemplaria habent *Johannes*.
c Corb. & Divion. *Euprepis*.
d Sic reposuere Romani, cum antea legeretur *Cortasius*. Vera autem lectio est ea quam præferunt codex Corb. & Divion. in margine. *Eortasius*. In Parisiensi legitur *Fortasius*, quod emendatione indiget.
e Veteres libri & editiones, *Julianus*.
f Hæc lectio primum lucem vidit beneficio editionis Romanæ, cum antea legeretur *fruitio*, quam lectionem habet exemplar monasterii Corbejensis. In Divionensi legitur: *Hæc enim est fructus*. In Paris. *Hic enim est vester fructus*. g Hæc sane lectio bona est. Sed cum vetus quoque bona sit, quæ habet *monachus & diaconus*, non video cur eam mutare debuerint editores Romani. Ceterum veterem confirmant omnia antiqua exemplaria.
h In margine codicis Corbejensis & editionum veterum additum est, *religiosissimus*.
i Divion. & Paris. *docuit*. k Divion. & Paris. *religiosus*.
l Divion. *his quæ ille subscripsit*. Paris. *quibus ille subscripsit*. Ex quo conjici potest legendum esse, *his quibus ille subscripsit*.
m Ita codices Divion. & Paris. & omnes editiones. In Corb. legitur: *Non prævaricamini*.
n Vocem *eos* addidere Romani. Eam autem non habent veteres libri: Codices Divion. & Paris. & veteres editiones: *Anathematizatis qui sic non sapit?* Ad hunc autem locum ista annotat Rusticus. *Nota ubi anathematizat se ipsum. Nam sancta synodus Ephesina duas Christi naturas prædicat.* Hanc annotationem retulerat Crabbus, & alii post eum editores retinuerant. Romani deleverunt, putantes esse Crabbi, adeoque nullius auctoritatis

θεῖσαν, καὶ ἐν Ἐφέσῳ βεβαιωθεῖσαν, μετέχειν καὶ τῆς ἁγίας κοινωνίας, καὶ τῶν οἰκείων βαθμῶν· ἡ ἁγία σύνοδος εἶπε· πάντες συναινοῦμεν τούτοις τοῖς λόγοις· πάντες τὰ αὐτὰ λέγομεν. Διόσκορος ἐπίσκοπος Ἀλεξανδρείας εἶπε· δοκεῖ οὖν τῇ θεοσεβείᾳ ὑμῶν, ἐν τῇ διαλαλιᾷ καὶ τοῦτο * ἐντεθῆναι, ὅτι μετὰ τοῦ ἀρχιμανδρίτου Εὐτυχοῦς ἀπελύσαμεν, καὶ τοὺς σὺν αὐτῷ κληρικοὺς, ἤτοι μονάζοντας; ἡ ἁγία σύνοδος εἶπεν· ἀπελύσαμεν αὐτούς. Διόσκορος ἐπίσκοπος Ἀλεξανδρείας εἶπε· κοινωνοῦμεν αὐτοῖς καὶ τῇ ἀξίᾳ, καὶ τοῖς μυστηρίοις; ἡ ἁγία σύνοδος εἶπε· ναὶ, αὕτη δικαία κρίσις· Διόσκορος ἐπίσκοπος Ἀλεξανδρείας εἶπε. δήλων ὄντων τῶν πεπραγμένων, καὶ πάσης τῆς ἁγίας ταύτης συνόδου συναινεσάσης καὶ ἀποδούσης τὴν κοινωνίαν τῷ εὐλαβεστάτῳ ἀρχιμανδρίτῃ Εὐτυχεῖ, ἔτι τε καὶ τὴν τοῦ πρεσβυτέρου ἀξίαν, πρὸς δὲ τούτοις ἀπολυσάσης, καὶ πάντας τοὺς συνόντας αὐτῷ κληρικοὺς ἤτοι μονάζοντας, δίκαιόν ἐστι λοιπὸν, καὶ ἀκόλουθον, τὰ περὶ τῆς ὀρθῆς ἡμῶν πίστεως πεπραγμένα ἐν τῇ συναχθείσῃ πρώην ἐν ταύτῃ τῇ πόλει μακαριωτάτῃ συνόδῳ, ἀναγνωσθῆναι· ἅτινα προκομίσας ὁ εὐλαβέστατος πρεσβύτερος, καὶ πρῶτος νοταρίων Ἰωάννης, ἀναγινωσκέτω, ἐὰν τοῦτο καὶ πάσῃ τῇ ἁγίᾳ συνόδῳ δόξῃ. Δόμνος ἐπίσκοπος Ἀντιοχείας εἶπεν· εἰ ἔδοξεν ἀναγνωσθῆναι, ἀναγινωσκέσθω. Θαλάσσιος ἐπίσκοπος Καισαρείας Καππαδοκίας εἶπεν· ἀναγκαῖον ἡμῖν ἐστι τοῦ ἀναγνωσθῆναι τὴν πίστιν τῶν ἁγίων πατέρων τῶν τριακοσίων δέκα καὶ ὀκτὼ, καὶ τῶν ἐν Ἐφέσῳ, ὥστε ἡμᾶς πλεῖόν τι ἀκροασαμένους ἐπιστοιχειωθῆναι. Εὐσέβιος ἐπίσκοπος Ἀγκύρας Γαλατίας εἶπε· λυσιτελὴς ἡ τῶν ἁγίων συνόδων ἀνάγνωσις, καὶ βεβαίωσις· ἐκεῖθεν γὰρ ἔχομεν τῆς ὀρθοδοξίας ἡμῶν τὴν ἀσφάλειαν· Στέφανος ἐπίσκοπος Ἐφέσου εἶπεν· ἀναγνωσθήτω ἡ ἔκθεσις ἡ γενομένη παρὰ τῶν ἐν Νικαίᾳ τριακοσίων δεκαοκτὼ ἁγίων πατέρων, καὶ ἡ * βεβαιώσασα ἐν Ἐφέσῳ, πρὸς ἀσφάλειαν τῆς ὀρθοδόξου πίστεως· ἡ ἁγία σύνοδος εἶπε· πάντες τοῦτο βουλόμεθα.

Ἰωάννης πρεσβύτερος, καὶ πρῶτος νοταρίων ἀνέγνω.

Marg.: θῆναι — βεβαιωθεῖ-

confirmatam, participes exiſtere & ſanctæ communionis, & propriorum graduum. Sancta ſynodus dixit: Omnes conſentimus his verbis, omnes hæc dicimus. Dioſcorus epiſcopus Alexandriæ dixit: Placet ergo [a] religioſitati veſtræ in interlocutione & hoc inſeri, quia [b] cum reverendiſſimo archimandrita Eutyche abſolvimus & qui cum eo ſunt, [c] clericos ſive monachos? Sancta ſynodus dixit: Abſolvimus eos. Dioſcorus epiſcopus Alexandriæ dixit: Communicamus [d] eos & dignitate & myſteriis? Sancta ſynodus dixit: Etiam, hoc juſtum judicium. Dioſcorus epiſcopus Alexandriæ dixit: Manifeſtis conſtitutis geſtis, & omni ſancto hoc concilio conſentiente, & reſtituente communionem reverendiſſimo archimandritæ Eutychi, verum etiam & presbyterii dignitatem, [e] ſuper his vero abſolvente omnes qui cum ipſo ſunt, tam clericos ejus, quam monachos, juſtum eſt de cetero & conſequens, ea quæ de recta fide noſtra acta ſunt in congregata pridem in hac civitate [f] beata ſynodo, recitari: [g] quæ proferens reverendus presbyter & primicerius notariorum Joannes, relegat, ſi hoc & univerſo ſancto concilio placuerit. Domnus epiſcopus Antiochiæ dixit: Si placuerit recitari, [h] recenſeantur. Thalaſſius epiſcopus Cæſareæ Cappadociæ dixit: [i] Neceſſarium nobis eſt relegi fidem ſanctorum patrum trecentorum decem & octo, [k] & qui apud Epheſum, quatenus nos audientes plus aliquid, imbuamur. Euſebius epiſcopus Ancyræ Galatiæ dixit: [l] Utilis ſanctorum conciliorum lectio & confirmatio. [m] Illinc enim habemus tutelam noſtræ catholicæ fidei. Stephanus epiſcopus Epheſi dixit: [n] Legatur expoſitio quæ facta eſt a ſanctis trecentis decem & octo patribus in Nicæa, & confirmata in Epheſo, ad cautelam catholicæ fidei. Sancta ſynodus dixit: Omnes hoc volumus.

Joannes presbyter & primicerius notariorum [o] recitavit.

BALUZII NOTÆ.

a Pariſ. & Divion. *reverentiæ*. b Iidem libri, *cum religioſo*. Sic infra, *religioſo archimandritæ*.
c Divion. *clericos & monachos*. Pariſ. *clericos ac monachos*.
d Veteres libri, *eis*. Quo etiam modo legendum eſſe monuerunt in margine editores Romani.
e Codex Pariſ. *Super hæc vero abſolutis omnibus qui cum ipſo ſunt tam clericis ejus quam monachis*. Divionenſis quoque habet *tam clericis ejus quam monachis*.
f Mendum editionis Labbeanæ. Nam ſuperiores habent *beatiſſima*. Sic etiam omnes veteres libri.
g Pariſ. *quæ proferens religioſus*. Turbata hæc ſunt in Divionenſi, ubi ſic legitur: *quæ proferens religioſo presbytero & primatum monaſterii poſtiohannis relegat*. & in margine: *al. reverentiſſimus Presbyter & primicerius Notariorum Johannes relegat*. h Pariſ. & Divion. & veteres editiones, *recenſeatur*.
i Corb. *vobis*. Divion. *nobis*; & in margine *al. vobis*. k Divion. & Pariſ. *& eorum qui apud Epheſum*.
l Corb. *Utilis*. Pariſ. & Divion. *Utiliſſima*. Divionenſis habet in margine: *al. Utilis*.
m Ita codex Pariſienſis. Reliqui & veteres editiones: *Illic*. n Divion. *Relegatur*.
o Divionenſis addit: *quæ acta ſunt adverſus Neſtorium*. Sed hæc pertinere videntur ad titulum ſequentium geſtorum. Sane in Pariſienſi conſtituunt titulum eorum quæ ſequuntur.

A

* initium * ex gestis Ephesinæ secundæ

[a] *Ephesinæ primæ synodi acta * quædam, (* recensita Ephesi in synodo profana, & rursus Calchedone relecta.)*

Ἐκ τῶν πεπραγμένων ἐν Ἐφέσῳ τῇ πρώτῃ συνόδῳ. . . . . .

. . . .

ACT. IV.

* perpetuo

[b] POst consulatum dominorum nostrorum, Flavii Theodosii XIII. & Valentiniani tertium * [c] semper Augustorum, sub die undecima Kalendarum Augusti, qui est secundum Ægyptios vigesimus octavus dies Epiphi, (congregata synodo in Ephesina metropoli ex sanctione [d] religiosissimorum & amantium Christum imperatorum [e] nostrorum, & sedentibus in episcopio [f] Deo amicissimi Memnonis episcopi [g] Dei amantissimis & religiosissimis episcopis.

ΤΟῖς μετὰ τὴν ὑπατείαν τῶν δεσποτῶν ἡμῶν Φλαυίων, Θεοδοσίου τὸ τρισκαιδέκατον, καὶ Οὐαλεντινιανοῦ τὸ τρίτον, τῶν αἰωνίων Αὐγούστων, τῇ πρὸ ἕνδεκα καλανδῶν Αὐγούστων, ἥτις ἐστὶ κατ' Αἰγυπτίους Ἐπιφὶ κή. ἡνίκα Νεστόριος καθῄρηται· ἅτινα ἐμφέρεται τῇ ὀπίσω πράξει.

Cyrillo Alexandriæ, & agente vices [h] sanctissimi & beatissimi archiepiscopi Romanæ ecclesiæ Cœlestini,
Juvenali Hierosolymorum,
Memnone Ephesino,
Flaviano Philippensi, & agente vices Rufi reverendissimi episcopi Thessalonicensis,
[i] Theodoto Ancyræ Galatiæ primæ,
Firmo Cæsareæ Cappadociæ primæ,
Acacio Melitenæ Armeniæ,
Iconio Gortynæ Cretæ,
[k] Peregrino Corinthi * Helladis, (* Achaia)
Cyro Aphrodisiadis provinciæ Cariæ,
Valeriano Iconii,
Palladio Amasiæ Hellesponti,
Hesychio Parii,
Hellanico Rhodi,
* Dinato Nicopolitano veteris Epiri, (* Donato)
[l] Euchario Dyrracheno novæ Epiri,
Perrebio [m] Pharmali,
Eudoxio Chomatis [n] Lyciæ,
Silvano Chæretaporum Phrygiæ,
Beriniano Pergensi, provinciæ Pamphyliæ.
Amphilochio Sidensi,
Epiphanio Cratiensi, provinciæ Honoriadis,
Gregorio Cerasuntis Ponti Polemoniaci,
[o] Senecione * Scodrensi, (* Forte *Gordensi*. Hald.)

B

Dalmatio Cyziceno,
Docimasio Maroneensi Thraciæ,
Joanne insulæ Prœconnesi,
[p] Daniele Colonensi Cappadociæ secundæ,
Romano Raphiensi,
Pauliniano Majumensi,
Paulo Anthedonensi,
Fido Joppensi,
Joanne Sycamazonensi,
Theodoro Gadarensi,
Letojo Lybiadensi,
* Apelle Eleusii, (* Ampla Helusæ)
Theodoro [q] Aribdelensi,
Petro Parembolensi,
Joanne Augustopolitano,

C

Saida [r] Phænensi,
Rufino [s] Tabeensi,
Anysio Thebarum,
Callicrate Naupactensi,
* Domnino Opuntensi, (* Domne)
Nicia Megarensi,
Agathocle * Colonensi Achajæ, (* Corone)
Felice Apolloniensi, ac Bellidensi,
Theodoro [t] Toronensi,
[u] Andrea * Chersonensi Cretæ, (* Cerosne Cretæ & Cyrillo Cylensi Chersone)
Prothymio Comanensi,
Paulo Lampensi,

Ze-

BALUZII NOTÆ.

a Hanc actionem ex veteri versione synodi Ephesinæ nos supra edidimus & ex versione Marii Mercatori pag. 197. Et quamquam hinc sumi possint variæ lectiones quæ occurrunt in nominibus Episcoporum, quæ admodum variant in libris antiquis, ita ut nihil hinc fere certi colligi possit, præcipuas tamen heic annotabimus. In antecessum autem admonebimus conjunctionem *&* ubique positam in recitatione istorum nominum, hoc modo: *& Juvenali Hierosolymorum, & Memnone Ephesino, & Flaviano &c.*

b Codex Paris. *Postconsulato*, unico vocabulo.

c Legendum *perpetuorum Augustorum*, ut colligitur ex libris calamo exaratis. Sic etiam habent veteres editiones. Nescio autem quibus rationibus moti fuerunt editores Romani ut mutarent.

d Corb. *Deo amicissimorum & conantium* (leg. *amantium*) *Christum*. Paris. & Divion. *religiosissimorum & Christianorum*.

e Vox *nostrorum* non extat in libro Parisiensi, neque in Divionensi. Deest etiam supra T.V. p. 529. & 685.

f Paris. & Divion. *Deo dignissimi*.

g Corb. *Deo amicissimis & religiosissimis*. Divion. & Paris. *religiosissimis & Deo dignissimis*.

h Corb. *& agente & locum sanctissimi*. Divion. *& agente vices & locum*.

i Omnes libri veteres: *& Firmo Cæsareæ Cappadociæ primæ, & Theodoto Ancyræ Galatiæ primæ, & Acacio*. Contra supra T.V. p. 529. Theodorus præponitur Firmo, ibid. pag. 685. postponitur.

k Pessima lectio, quam certum est esse falsam. Itaque reponendum *Perigene*, ut etiam docent vetera exemplaria. Vide lib. 5. de concordia sacerdotii & imperii cap. 24.

l Paris. & Divion. *Eucarpio*. Sed ego puto hanc lectionem non esse bonam.

m Corb. & Divion. *Pharmachi*.

n Divion. & Corb. addunt *Pamphyliæ*. Sed hæc vox deest in Parisiensi & in antiqua versione Concilii Ephesini, tum etiam apud Mercatorem.

o Post istum repetitur in antiquis exemplaribus nomen Joannis Gortynæ Cretæ. Apud Mercatorem vero ponitur quidem post Senecionem, sed ante scriptum non est. Hinc ortus error. Nam qui eum in aliquibus codicibus videbant nominatum post Senecionem, hoc exempium secuti sunt, non satis memores illum paulo ante fuisse commemoratum.

p Omnes libri veteres scribunt *Daniele Col. secundæ Cappadociæ*.

q Veteres libri, *Ariadelensi*. r Iidem libri, *Fenussensi* vel *Fenossensi*.

s Paris. *Gabnensi*. Divion. & Corb. *Gabennensi*. Sed Rusticus admonet in codicibus Acœmetensium haberi *Gabalensi*. Vide Mercatorem & antiquam interpretationem synodi Ephesinæ.

t Iidem, *Dodonensi*. Apud Mercatorem *Dodonæ*. In antiqua interpretatione Concilii Ephesini, *Dodonis*.

u Libri nostri, *Andilio*. Antiqua versio Concilii Ephesini, *Anderio*. Mercator, *Andario*. Porro post nomen istius Episcopi Rusticus admonet codices Acœmetensium monachorum habere; *& Cyrillo Cylensi Chersonisi*.

Zenobio Gnossensi,
Luciano Topirensi Thraciæ,
[a] Ennepio Maximianopolitano,
Secundiano Lamiensi,
Dione Thebarum Thessaliæ,
Theodoro Echinensi,
ahensi Martyrio * Helistrensi,
Thoma Derbensi,
Athanasio Parosithensi,
Themistio Jassensi,
ronio [b] * Aphthoneto Heracleensi,
htonio. [c] Philippo Amyzonensi,
Apelle Cibyrrhensi,
Spudasio Ceramensi,
Archelao Myndensi,
Phania Harpasensi [d],
Promachio Alindensi,
Philippo Pergamensi Asiæ,
[e] Maximo Assuensi,
Dorotheo [f] Myrrhinensi,
Maximo Cymensi,
[g] Ephoro Hypæpensi,
Alexandro Arcadiopolitano,
Eutychio Theodosiopolitano,
[h] Rhodone Palæopolitano,
Eutropio Evasensi,
Aphobio [i] Colonensi,
Nestorio Sionensi,
Heracleone Trallensi,
[k] Theodoto Nysseno.
inetensi, Theodoro * Alyddensi.
Timotheo Briulensi,
Theodosio Mastaurensi,
ychio * Tychico Erythrensi,
Eusebio Clazomenensi,
[l] Eulalio Colophonensi,
neensi, Modesto * [m] Atheniensi,
eodosio * Theosebio Prienensi,
Eusebio Magnesiensi Sipyli,
Sapricio Paphensi insulæ Cypri,
Zenone [n] Curiensi,
Rhegino Constantiensi,
Evagrio Solonensi,
Cæsario [o] chorepiscopo [p] Arcesenæ,
Triboniano Aspendensi Pamphyliæ,

A Nunechio Selgensi,
Solone * [q] Corydalensi, * Caralliensi,
Acacio * Cottianensi, * Cortenensi,
Pabisco [r] Apollonensi;
* Anysio Corybrassensi, * Nisio
Matidiano Coracesiensi, [s]
Eutropio Etenniensi Galatiæ,
Philumeno Cinensi,
Strategio Athribidensi,
Eusebio Heracleæ [t] Honoriadis,
Paralio Andraponensis [u] Hellesponti,
Hermogene Rhinocururensi,
Evoptio Ptolemaidæ Pentapolis,
Eusebio Pelusiensi,
Adelphio Onuphensi,
B Paulo Phragonensi,
Phœbammone Coptensi,
Macario Metelitensi,
Adelphio Saensi,
Macedonio Xoensi,
Marino Heliopolitano,
Eulogio Terenuthensi,
Macario Anteensi,
Metrodoro Leontensi,
Petro Oxyrinchitano,
Athanasio Paraliensi,
Silvano Coprithidensi,
Joanne Hephæstiensi,
Aristobulo Tmuensi,
Theone [x] Sethrœensi,
C Lampetio Casiensi,
Cyro Achæensi,
Publio Olbiensi,
Samuele [y] Dysthensi,
Zenobio Barcensi,
Zenone [z] Zentyrensi,
Sosipatro Septimiacensi,
[aa] Daniele Dardaniensi,
Eusebio [bb] Juliopolitano,
[cc] Heraclide Heracleensi,
Ghrysaorio Aphroditano,
Andrea Hermopolis majoris,
Sabino Panensi,
Abraamio Ostracinensi,
Hierace * [dd] Asaniensi, * Aphnæensi, Fenoensi

Aly-

BALUZII NOTÆ.

a Idem Rusticus annotat in iisdem codicibus scribi *Jennepio*.
b Corb. *Aptonito*. Paris. *Aptonio*. Sic etiam primo habebat Divionensis, sed postea repositum est *Aptonito*.
c Rusticus admonet alibi legi *Phileto*.
d Codex Divionensis addit *Asiæ*. e Idem codex, *Maximiano*.
f Corb. *Myrenensi*, Paris. *Mirinensi*, Divion. *Miriensi*.
g Paris. & Divion. *Euporo Hypeponensi*. Corb. *Eupara*. Sic etiam Divionensis in margine.
h Paris. *Rodano*, Divion. *Romano*. i Paris. & Corb. *Coloensi*.
k Corb. *Theodoto Nysensi & Theodoro Anitensi*. Ita etiam Divion. nisi quod habet *Ananitensi*. Paris. *Aninitensi*. l Veteres libri, *Euthalio*.
m Divion. & Corb. *Aneonensi*, Paris. *Oneonensi*.
n Paris. *Zenone Constantiæ, & Evagrio Solensi, & Cæsario Chorepiscopo*. Melius haud dubie in Corbejensi: *& Zenone Curiensi; & Regino Constantiensi, & Evagrio Solonensi*, ut in vulgatis. Vide Concilium Ephesinum & Mercatorem.
o Codex Corb. in margine: *pro Episcopo Cotennensi*.
p Hæc vox deest in omnibus antiquis exemplaribus, in antiqua versione Concilii Ephesini, & apud Marium Mercatorem.
q Veteres libri, *Caraliensi*. Concilium Ephes. *Caraliæ*, Mercator *Paraliæ*.
r Veteres libri, *Apollonianensi*.
s Postea in veteribus libris additur; *& Nectario Sennensi, & Eutropio Eteunensi, & Tariano Lyrbensi, & Eusebio Asponensi Galatiæ, & Philumeno Cinnensi*.
t Omnes libri nostri, *Honoriadæ*.
u Corb. & Paris. *Elenoponti*, uti supra diximus T.V. p.687. Postea vero in antiquis codicibus repetitur nomen Silvani Episcopi Cheretaporum, ac deinde passim permiscentur etiam aliorum quorundam nomina quæ antea recitata sunt. Quod impulit Rusticum ut ita adnotaret. *Aut duo unius Civitatis, aut unus duorum, & alter nullius, aut & hoc & duo nomina.*
x Veteres libri, *Sethroitensi*. y Corb. *Dystheensi*, Divion. *Desteensi*.
z Paris. & Corb. *Teuchirensi*, Divion. *Toecerensi*.
aa Corb. *Danihelo Darneensi*, Divion. *Danielo Darnensi*, Paris. *Danihelo Dardensi*.
bb Paris. & Divion. *Nilopolitano*. Quam lectionem confirmant antiqua versio synodi Ephesinæ & Marius Mercator. cc Iidem libri, *Heraclio*.
dd Divion. *Aponensi*, Paris. *Fenoensi*, Corb. *Afnajensi*.

Alypio [a] Selinuntensi,
[b] Alexandro Cleopatridensi,
Theopempto Cabasensi,
Isaac * Taviensi, (* Tabensi)
* Ammone Butensi, (* Annone)
* Heraclio Ptenethensi, (* Heraclide Thyneos)
Isaac Elearchiensi,
Deraclito Tamiathidensi,
Theona Psynchensi,
Ammonio Panephysensi,
Bessula diacono Carthaginensi,
[c] Arcadio & Projecto episcopis & legatis,
Philippo religiosissimo presbytero apostolicæ Romanæ sedis & legato;

Petrus presbyter Alexandriæ, & primicerius notariorum, dixit: Sancta & magna vestra synodus omnem [d] habens providentiam rectæ & apostolicæ fidei, & veritatis dogmatum, providens vero & statui & disciplinæ sanctarum ecclesiarum, * terminum promulgavit, quem (* definitionem protulit, quam) præ manibus habentes, si præceperit vestra sanctitas, [e] legemus. Sancta synodus dixit: Promulgata sententia a sancto & universali hoc concilio recitetur, & gestis inseratur.

Quæ in Nicæa congregata est synodus hanc fidem exposuit.

Credimus in unum Deum, Patrem omnipotentem, omnium visibilium & invisibilium factorem. Et in unum dominum Jesum Christum, filium Dei, [f] natum ex Patre unigenitum, [g] hoc est, de substantia Patris; Deum de Deo, lumen de lumine, Deum verum de Deo vero; natum, non factum, [h] consubstantialem Patri, per quem omnia facta [i] sunt & quæ in cœlo, & quæ in terra. Qui propter nos homines, & propter nostram salutem descendit, & incarnatus est, [k] & inhumanatus est, passus est, & resurrexit tertia die, ascendit in cœlos, [l] & sedet in dextera Patris, venturus [m] inde judicare vivos & mortuos. Et in Spiritum sanctum. Eos autem qui dicunt: Erat aliquando quando non erat, & antequam nasceretur, non erat; & quia ex non [n] existentibus factus est, vel ex altera A [o] subsistentia vel essentia; dicentes esse aut mutabilem, aut convertibilem filium Dei; hos anathematizat catholica & apostolica ecclesia.

Huic quidem sanctæ fidei omnes convenit consentire. Habet enim pie & sufficienter ad utilitatem iis qui sub cœlo sunt. Quoniam vero quidam simulant quidem confiteri eam, & consentire ei, false vero interpretantur [p] intellectus virtutem ad id quod eis placet, & circumveniunt veritatem, erroris & perditionis filii constituti: necessarium visum est, sanctorum & catholicorum patrum proferre testimonia, quæ [q] possint satisfacere quemadmodum eam intellexerint, & prædicare confisi sint; [r] quatenus & manifestum sit, quod omnes rectam B & immaculatam fidem habentes, sic & [s] intelligant, & intetpretentur, & prædicent eam.

Petrus presbyter Alexandriæ, & primicerius natariorum, dixit: Quoniam præ manibus habemus libros sanctorum & beatissimorum patrum & episcoporum, & diversorum martyrum, elegimus vero ex his pauca capitula, quæ, si præcipitis, recitamus. Flavianus episcopus Philippensium dixit: Et hæc recitata monimentis [t] inserantur. *Et lectum est ita.*

Petri sanctissimi episcopi Alexandriæ & martyris ex libro de divinitate.

(1) Quoniam & vere gratia & veritas per Jesum Christum facta est, (unde & gratia [u] ejus C salvi facti sumus, secundum apostolicum dictum: *& hoc*, inquit, *non ex nobis; Dei enim donum est: non ex operibus, ut ne quis glorietur*) voluntate Dei *Verbum caro factum est, & habitu inventus ut homo*, non destitit [x] a divinitate. Neque enim ut a [y] virtutis suæ aut gloriæ perfectione recederet, pauper factus est, cum dives esset; sed ut & mortem pro nobis peccatoribus susciperet, *justus pro injustis, quatenus nos offerret Deo, mortificatus quidem carne, vivificatus vero spiritu.* (1. Pet.)

[z] Et post aliqua: Unde & evangelista veraciter dicit: *Et verbum caro factum est, & habitavit in nobis.* Tunc utique, ex quo angelus salutavit virginem dicens: *Ave gratia plena, Dominus tecum.* [aa] Quod enim ait, D *Dominus* (Joan.) (Luc.)

(1) Ha... moni... ex ... tialt... Conc... Act... Joan. Ephes. Joan. Philipp. 2. Cor.

BALUZII NOTÆ.

a Corb. *Seleasi*, Divion. & Parif. *Silensi*.

b Hinc apparet codicem Acœmetensium fuisse hoc loco mutilum, cum Rusticus doceat heic defuisse nomina Theopempti & Isaac, & pro his solum in eo codice scriptum fuisse, *& Alexandro Tavense*.

c Codex Corbejensis: *Arcadio & Projecto religiosissimis. Episcopis & Legatis & religiosissimo Philippo Presbytero &c.* Parif. & Divion. *Arcadio & Proj. reverentissimis Episc. & Legatis, & reverentissimo Presbytero Philippo* &c. Rusticus admonet pro *religiosissimis* scriptum esse *Deo amicissimis* in codice Acœmetensis monasterii.

d Sic mutavere Romani, cum antea legeretur *faciens*. Quo etiam modo habent omnia vetera exemplaria.

e Hæc est scriptura libri Parisiensis. Reliqui & veteres editiones habent *legimus*.

f Veteres libri, *natum de patre*. g Iidem libri, *id est*.

h Sic Græcum verbum superiorum editionum verti debere visum est editoribus Romanis. Ceterum veterem lectionem confirmant omnia vetera exemplaria, in quibus legitur *omousion*.

i Veteres libri & editiones, *sunt quæ in cœlo*.

k Divion. & Parif. *& homo factus est*.

l Hæc addita sunt ab editoribus Romanis. Non extant enim in antiquioribus editionibus, neque in veteribus libris, neque in gestis Concilii Ephesini, neque apud Marium Mercatorem.

m Hanc quoque vocem, quæ nullibi extat, in hunc locum primi intulere Romani.

n Veteres libri, *extantibus*. Sic etiam in gestis Ephesini Concilii supra Tom. V. pag. 536.

o Codices Parif. & Divion. *substantia*. Ita etiam in gestis Ephesini Concilii, & apud Marium Mercatorem.

p Veteres libri, *ad quod eis placet intellectus virtutem*. Ita etiam editiones antiquæ, nisi quod habent *virtute*. Elegantior est ista permutatio quam fecere Romani.

q Omnes libri veteres & antiquæ editiones habent *possunt*, *intellexerunt*, & *confisi sunt*. Divionensis quidem habet *confessi* in textu, sed in margine *al. confisi*.

r Veteres libri & editiones: *quatenus ex manifesto omnes*.

s Codices Divion. & Parif. *intelligere & interpretari eam & prædicare possint*.

t Parif. *inferantur*, Corb. *inferentur*.

u Vox *ejus* neque in antiquis Concilii Calchedonensis exemplaribus habetur, neque in gestis Ephesinæ synodi, neque apud Marium Mercatorem.

x Male in Divion. & Parif. codicibus, *ab unitate*. Divionensis in margine, *al. a divinitate*.

y Iidem codices, *divinitatis*.

z Veteres libri & editiones: *Et post aliquanta*.

aa Parif. & Divion. *Quod audis*.

nus tecum (nunc eſt audire Gabrielem) hoc eſt, Deus Verbum tecum. Significat enim ipſum natum [a] in utero, [b] & carnem factum, ſicut ſcriptum eſt: *Spiritus ſanctus ſuperveniet in te, & virtus Altiſſimi obumbrabit tibi: ideoque & id quod naſcetur ex te ſanctum, vocabitur filius Dei.* [l. v. 35.]

Et iterum poſt alia: Deus autem Verbum abſque viri præſentia, ſecundum voluntatem Dei qui omnia operari poteſt, factus in utero virginis caro, non indiguit [c] viri operatione aut præſentia. Efficacius enim viro inoperata eſt Dei virtus, obumbrans virginem [d] cum ſuperveniente ſancto Spiritu.

[e] *Athanaſii ſanctiſſimi epiſcopi Alexandriæ, ex libro contra Arianos.* [at. 4. con. a Arian. ite med.]

Multi igitur [f] ſanctificati ſunt, & [g] mundi ab omni peccato. [h] Jeremias quidem & ex utero ſanctificatus eſt: & Joannes adhuc conſtitutus in utero, [i] exiliit in exultatione, in voce Dei genitricis Mariæ. Et tamen *regnavit mors ab Adam uſque ad Moyſen,* [k] *etiam ſuper eos qui non peccaverunt in ſimilitudinem prævaricationis Adæ.* Et ita manebant nihilominus homines mortales & corruptibiles, capaces ſuæ naturæ paſſionum. Nunc autem Verbo facto homine, & ſua faciente quæ carnis ſunt, [l] hæc corpus ultra non tangunt, propter Deum Verbum quod in eo factum eſt, ſed ab ipſo quidem [m] conſumpta ſunt. De cetero vero homines nullatenus ſecundum ſuas paſſiones peccatores permanent & corruptibiles, ſed ſecundum Verbi virtutem reſurgentes, immortales & incorruptibiles ſemper permanent. Unde & carne naſcente ex Dei genitrice Maria, ipſe dicitur eſſe natus, [n] qui aliis nativitatem, ut ſint, præſtat, ut noſtram in ſemetipſum transferret nativitatem, [o] ne de cetero ſicut terra tantum conſtituti, in terram eamus, [p] ſed ſicut cœleſti Verbo conjuncti, [q] in cœlum ab eo perducamur. Ergo ſic & reliquas corporis paſſiones non indecenter in ſeipſum tranſtulit, [r] ut non jam ſicut homines [ſ] moriamur, ſed ſicut proprii Verbi, æternæ vitæ efficiamur participes. Nec ultra enim ſecundum priorem nativitatem [t] in Adam morimur, ſed jam nativitate noſtra & omni carnali infirmitate [u] tranſlatis in Verbum, reſurgimus a terra, [x] ſoluta quæ per peccatum eſt maledictione, propter eum qui in nobis pro nobis factus eſt * maledictum.

[Pſalm. 81. 1. Cor. 15. 22. Galat. 3. 13.]

[* maledictio Paulo poſt princ.]

Ejuſdem ex epiſtola ad Epitectum.

Quomodo autem & dubitare auſi ſunt qui dicuntur Chriſtiani, [y] ſi is qui ex Maria proceſſit dominus, filius quidem eſt Dei eſſentia & natura; [z] id vero quod eſt ſecundum carnem, ex ſemine eſt David, carne autem ſanctæ Mariæ? Qui autem (putas) iſti tam temerarii ſunt, ut dicerent, Chriſtum, qui [aa] carne paſſus & crucifixus, non dominum, & ſalvatorem, & Deum, & Filium Patris? Aut quomodo Chriſtiani volunt nominari, qui dicunt, in hominem ſanctum, ſicut in unum de prophetis, ſuperveniſſe Verbum, & non ipſum hominem factum, accipientem ex Maria corpus; ſed alterum eſſe Chriſtum, & alterum Dei Verbum, [bb] quod ante Mariam & ante ſæcula Filius eſt Patris? Aut quomodo Criſtiani eſſe poſſunt: dicentes alterum eſſe filium, & alterum eſſe Dei Verbum? [cc] *Et poſt alia iterum.* [dd] Non * appoſitive autem hæc facta ſunt, (abſit) ſicut quidam iterum arbitrati ſunt; ſed proprie in veritate homine facto ſalvatore, totius hominis [ee] ſalus facta eſt. [ff] Si enim appoſitive fuit in corpore Verbum, ſecundum eos (quod autem [gg] appoſitive dicitur, imaginatio eſt) invenitur putativa & ſalus & reſurrectio hominum dici, ſecundum impium Manichæum. [hh] Sed vera, non [ii] phantaſtica, eſt ſalus noſtra: neque corporis ſolius, ſed totius hominis, animæ & corporis veraciter ſalus facta eſt. [kk] Humanum ergo corpus natura id quod ex Maria, ſecundum divinas ſcripturas, & verum fuit domini ſalvatoris.

[Rom. 1.] [* per appoſitionem, i. fictionem]

Julii

BALUZII NOTÆ.

a Sic edidere Romani pro eo quod antea legebatur *in vulva*. Attamen omnes veteres libri & editiones ſynodi Calchedonenſis, geſta Epheſina, & Marius Mercator & heic & paulo poſt legunt *in vulva*.
b Divion. *in carne factum*; & in margine; *al. & carnem factum.*
c Idem codex: *viri operationem aut præſentiam*. Vide Tom. V. pag. 544.
d Idem codex, *adveniente ſancto ſpiritu*; & in margine, *al. cum ſuperveniente.*
e Codex Corb. & veteres editiones: *Sancti Athanaſii quondam Epiſcopi.*
f Divion. *ſancti facti.* g Omnia vetera exemplaria, *mundi omni.*
h Divion. *Jeremias vero ex utero.* Pariſ. *Hieremias ex utero vero.*
i Pariſ. *exiliit exultans in voce.* Divion. *exiliit & exultans in vocem*, & in margine, *al. in exultatione.*
k Veteres libri, & editiones, *& ſuper eos.*
l Codex Corb. & veteres editiones, *ultra hæc corpus non tangunt.* Pariſ. & Divion. *ultra hæc corpori non dominantur.* Divion. in margine: *al: hæc corpus non tangunt.*
m Pariſ. & Divion. *conſummata.* Vulgatam lectionem confirmat vetus interpres Epheſini Concilii.
n Codex Corb. & veteres editiones, *qui aliis genituram quo ſint præſtat.* Divionen. & Pariſ. *qui aliis naſcendi gratiam ut eſſent præſtat.*
o Veteres libri & editiones, *uti ne de cetero.*
p Iidem codices & editiones, *ſed ſicut de cœlo verbo.*
q Vetera exemplaria, *in cœlo.* Hæc erat elegantia illorum temporum.
r Pariſ. & Divion. *ut ne poſtmodum ſicut hominis, ſed ſicut proprii verbo.*
ſ Hæc vox in nullo veterum librorum habetur, neque in editionibus quæ prodierunt ante Romanam.
t Pariſ. & Divion. *in Adam omnes morimur.*
u Veteres libri & editiones, *tranſlatis in verbo.*
x Iidem libri & editiones, *ſoluta maledictione peccati.*
y Pariſ. & Divion. *ſi ex Maria procedens.*
z Iidem libri, *carne vero ex ſemine eſt David.*
aa Veteres libri, *carne paſſus eſt & crucifixus non eſſe dominum.* Corbejenſis habet in margine, *Chriſtum carne paſſum.* bb Corb. & Divion. *qui ante Mariam.*
cc Veteres libri & editiones: *Et poſt aliquanta iterum.*
dd Veteres libri, *Non appoſitione.*
ee Pariſ. & veteres editiones, *ſalus factus.* ff Pariſ. *Si enim poſitio fuit.*
gg Divion. *poſitive videtur.* Alii, *poſitive dicitur.* hh Corb. & Divion. *Sed vere.*
ii Vetera exemplaria, *phantaſia.*
kk Corb. *Humanum ergo natura id quod ex Maria.* Pariſ. & Divion. *Humana ergo natura ex Maria.* Sed in Divionenſi verba hæc, *id quod*, addita ſunt ſupra lineam ante *ex Maria.*

* *Julii sanctissimi episcopi Romani, ex epistola ad * Docimum.* [* Prosdocimum,]

Prædicatur vero ad supplementum fidei & incarnatus ex Maria virgine Dei Filius, & habitans in hominibus, non in homine operatus (hoc enim in prophetis fuerat & apostolis) perfectus Deus in carne, & homo perfectus in spiritu; non duo filii, unus quidem * proprius filius assumens hominem, alter vero mortalis susceptus a Deo: sed unus unigenitus in cœlo, unigenitus Deus in terra. [* germanus]

* [b] *Felicis sanctissimi episcopi Romani & martyris, ex epistola ad * Maximianum episcopum, & clericos Alexandriæ.* [* Tom. I. Concil. p. 1114.] [* Maximum]

De incarnatione autem Verbi & fide, credimus in dominum nostrum Jesum Christum B ex Maria virgine natum, quoniam ipse est [c] æternus Dei Filius, & Verbum, [d] & non homo a Deo susceptus, ut alter esset præter ipsum. Nec enim hominem assumpsit Dei Filius, ut esset alter præter ipsum; [e] sed Deus existens perfectus, factus est simul & homo perfectus, incarnatus ex virgine.

[f] *Theophili sanctissimi episcopi Alexandriæ,* * [g] *ex quinta epistola paschali.* [* minus bene. *quinta feria pascha*, in mis.]

[h] Sunt enim & nunc miraculorum tunc factorum reliquiæ. Non sint [i] increduli, quoniam virtus Dei potens est facere virginem parere, [k] in qua factum est vivens Dei Verbum, ut nobis fieret [l] simile. [m] Aliter enim nobiscum colloqui propinquius non poterat: ut non ex voluptate & somno, sicut in aliis habetur hominibus, susciperet corpus, quod in similitudinem hujus accepit ex virgine genitus homo, apparens quidem sicut nos secundum servilem formam, ex operibus vero ap- [*Sap.* 7. 3.] C

A probatus, quoniam universorum factor, & dominus est, agens opera Dei.

Item ejusdem, [n] *ex alia paschali epistola.*

Sicut enim artifices optimi [o] non in pretiosis solum materiis artem ostendentes, [p] mirandi sunt; [q] sed qui ex vili luto & cera solubili sæpe suæ disciplinæ operando demonstrant virtutem [r] multo magis sunt laudabiles: ita omnium optimus artifex, [s] vivum & efficax Dei Verbum, decorans convenientia ordinis universa, [t] non quasi * accepta corporis [u] preciosa materia ad nos pervenit, sed in luto * majestatem suæ [x] artis ostendit, [y] reformans hominem qui de limo plasmatus est, ipse ex virgine * novi decoris homo procedens; modum quidem nativitatis immutans, per omnia vero nostram secundum nos, absque peccato, similitudinem non judicans fugiendam. [z] Nascens pannis involutus est, nutritus est infans in præsepio positus, naturæ nostræ infirmitatem propter præcedentes causas excipiens. Sed dum adhuc infans esset simul, & inimicum & ejus [aa] cuneum conturbavit, magos attrahens ad pœnitentiam, & [bb] imperans eis contemnere regem, a quo fuerant destinati. [*Heb.* 4.] [* cœle…] [* magn… num] [* nove… ne] [*Luc.* 2. *Ibid.* 1 *Matth.*]

[cc] *Cypriani sanctissimi episcopi & martyris ex libro* [dd] *de pietatis opere & eleemosynis.*

[ee] Multa & magna sunt, fratres dilectissimi, beneficia divina, quibus in salutem nostram Dei Patris & Christi larga & copiosa clementia & [ff] operata est, & semper operatur; quod conservandis ac vivificandis nobis Pater [gg] Filium suum misit, ut reparare nos posset; quodque Filius missus, esse & hominis filius voluit, ut nos Dei filios faceret, humiliavit se, ut

---

BALUZII NOTÆ.

a Codex Corbejensis: *Ex Epistola sanctissimi Juliani quondam Episcopi Romani ad Prosdotium.* Ita etiam veteres editiones, nisi quod habent *Julii*. Paris. *Ex epistola sancti Julii Episcopi ad Prosdotium.* Eadem habet Divion. nisi quod illic scriptum est *beati* pro *sancti*. Admonitio Rustici Diaconi. *Hanc epistolam heretici corruperunt.* Vide Tom. V. pag. 545.

b Codex Corbejensis: *Ex epistola Felicis Episcopi Romani & martyris ad Maximianum &c.* Et in margine scriptum est ex codice Acœmetensium, *impii Maximiani.* Vide Tom. V. pag. 671.

c Ita codex Parisiensis. At Corbejensis habet, *æternus Deus filius.* Divion. *æterni Dei filius*; & in margine, *æternus Deus filius.*

d Voces *a Deo* desunt in libro Divionensi.

e Paris. & Divion. *sed Deus qui est perfectus, simul.* Divion. in margine, *al. sed Deus existens est simul.* Corbejen. *sed Deus existens perfectus est simul.*

f Veteres libri; *Sanctissimi* vel *Sancti Theophili.*

g Recte profecto observatum jam est a viro eruditissimo optimorum & vetustissimorum librorum auctoritate falsissimas lectiones asseri. Quod heic quoque contigit. Etenim in exemplaribus Divionensi & Parisiensi scriptum est *quinta feria Pascha.*

h Veteres libri & editiones; *Sunt enim & tunc factorum.* Hæc cacophonia Romanos editores impulit ut veterem lectionem mutarent.

i Divion. & Paris. *incredibiles*; & in margine Divion. *al. increduli.*

k Corb. & Divion. *factus.* l Omnia vetera exempliria, *similis.*

m Veteres libri & editiones: *Aliter enim nobiscum colloqui eum propinquius impossibile fuit.* Nescio autem unde suam lectionem hauserint editores Romani.

n Veteres libri & editiones non habent vocem *alia*, quæ addita est a Romanis. Crabbus in margine adnotavit fragmentum istud esse ex eadem epistola quæ paulo ante relata fuerat. Supra in actis Concilii Ephesini T. V. pag. 546. & apud Marium Mercatorem pag. 202. istud fragmentum dicitur sumptum ex paschali epistola sexta.

o Veteres libri & editiones, *non in pretiosis solis.*

p Paris. & Divion. *mirantur.* Divion. in margine, *al. mirandi sunt.*

q Vetera exemplaria, *sed ex vili.* r Veteres libri non habent *sunt.*

s Veteres libri & Crabbus, *vivus.* Editio Veneta per errorem, *unus.*

t Veteres libri, *non quasi cœlestis accepta.*

u Hanc vocem non habent codices Parisiensis & Divionensis. Habent ergo *cœlestis* pro *preciosa.*

x Divion. *virtutis.*

y Divion. & Paris. *ut hominem qui de limo plasmatus est reformaret ipse ex virgine novo ordine homo procedens.* Ita etiam veteres editiones. Unde autem suam lectionem acceperint Romani non liquet.

z Hæ vox deest in codice Parisiensi. Deerat etiam in Divionensi, sed addita postea est supra lineam.

aa Paris. & Divion. *aciem.* Divion. in margine, *al. cuneum.*

bb Iidem libri, *imperans eos.* cc Veteres libri. *Sancti Cypriani.*

dd Vox *pietatis*, quæ alioqui superflua est, desideratur in omnibus antiquis exemplaribus. In Corbejensi legitur: *de opere & eleemosyna.* Marius Mercator pag. 202. *ex libro de misericordia.*

ee Annotatio Rustici. *Hanc lectionem ex codice Latino contulimus.*

ff Veteres libri & editiones: *operata sit semper operetur.*

gg Vocem *suum* vetera exemplaria non habent.

ut populum, qui prius jacebat, erigeret: vul- A neratus est, ut vulnera nostra curaret: servivit, ut ad libertatem servientes extraheret: mori sustinuit, ut immortalitatem mortalibus exhiberet.

[a] *Ambrosii sanctissimi episcopi Mediolanensis, ex libro de fide ad Gratianum.*

1. c. 6. t 4. [b] Si mihi non credunt, credant Apostolo dicenti: *Postquam vero venit plenitudo temporis, misit Deus Filium suum factum ex muliere, factum sub lege.* Filium, inquit, suum, non unum de multis; non communem, sed suum. Suum cum dicit, generationis æternæ proprietatem [c] significavit. Hunc postea factum ex B muliere asseruit, ut factura non divinitati, sed assumptioni corporis adscriberetur. Factum ex muliere per carnis susceptionem: factum sub lege per observantiam legis. Generatio autem illa cœlestis ante legem, ista post legem.

[d] *Ejusdem, ex libro secundo de fide.*

4. Sileant igitur inanes de sermonibus quæstiones, quia regnum Dei, sicut scriptum est,
r. 2. non in persuasione verbi est, *sed in ostensione virtutis*. Servemus distinctionem divinitatis & carnis. [e] Unus in utraque loquitur Dei Filius, quia in eodem utraque natura est. Etsi idem loquitur, [f] non uno semper loquitur modo. Intende in eo nunc gloriam Dei, nunc homi- C nis passiones. Quasi Deus loquitur quæ sunt divina, quia Verbum est: quasi homo dicit quæ sunt humana, quia in mea substantia lo-
6. quebatur: *Hic est panis vivus, qui de cœlo descendit.* [g] Panis hic caro est, sicut ipse dixit:
v. 51. *Hic panis, quem ego dabo, caro mea est.* [h] Hic
20. 36. est qui descendit, hic est *quem Pater sanctificavit, & misit in hunc mundum.* [i] Hæc ipsa litera nos docet, sanctificatione non divinitatem eguisse, sed carnem.

[k] *Gregorii majoris sanctissimi episcopi Nazianzeni, ex epistola prima ad Cledonium.*

Nec decipiant homines, neque decipiantur, hominem sine mente suscipientes dominicum, [l] ut ipsi dicunt, magis autem dominum nostrum & Deum. Neque enim hominem separamus a deitate, sed unum eumdemque prædicamus, prius quidem non hominem, sed Deum [m] & filium tantummodo, & ante sæcula, absque commixtione corporis & [n] omnium quæ corporis sunt; [o] in fine vero & hominem assumptum pro nostra salute, passibilem carne, impassibilem deitate; circumscriptum corpore, incircumscriptum divinitate: eumdem terrenum & cœlestem, visibilem & [p] invisibilem, [q] comprehensibilem & incomprehensibilem; ut in toto homine, eodemque & Deo, totus homo reformaretur, [r] qui ceciderat sub peccato.

[ſ] Si quis Dei genitricem Mariam non æstimat, alienus est a deitate.

Si quis quasi per fistulam, ita per virginem [t] transisse, & non potius in ipsa plasmatum esse dicit divine pariter & humane: divine quidem, quia sine viro; humane autem, quia [u] communi lege nascendi: [x] anathema sit.

Si quis plasmatum dicit esse hominem, deinde subintrasse Deum, damnandus est. Neque enim [y] Dei nativitas hæc est, sed fuga nativitatis.

Si quis introducit duos filios, unum quidem ex Deo Patre, secundum vero ex matre, sed non unum eumdemque; [z] ab adoptione excidat, quæ promissa est recte credentibus. Natu- 1 Cor. 15.
ræ quidem duæ, Deus, & homo, * [aa] quemad- 2. Cor. 4. 16. * quoniam
modum & anima & corpus: filii vero non duo, neque dii. Neque enim hic duo homines, [bb] etsi ita Paulus * id quod intus est hominis, * interiorem hominem & exteriorem.
[cc] id quod foris est, nominavit. Et si oportet bre-

BALUZII NOTÆ.

a Codex Corbejensis & veteres editiones: *Sanctissimi Ambrosii Episcopi quondam Mediolanensis de libro ad Gratianum.* Divion. *Sancti Ambrosii Episcopi Mediolanensis de libro ad Gratianum.* Paris. *Sancti Ambr. Mediol. de lib. 1. ad Gratianum.* b Veteres libri: *Et si mihi non credunt.*

c Ita codices Parisiensis & Divionensis. Quamquam iste habet in margine, *al. signavit.* Istam lectionem reperi in antiquis editionibus & in libro monasterii Corbejensis.

d Veteres libri & editiones: *Ejusdem de libro secundo.*

e Ita codex Parisiensis. Corb. & Divion. & veteres editiones, *utroque.* Vide Tom. V. pag. 547.

f Omnes veteres libri & editiones habent, *tamen non uno semper.* Romani deleverunt vocem *tamen.*

g Divion. & Paris. *Panis hic caro mea est.* Hanc lectionem confirmat vetus interpres gestorum Concilii Ephesini ibid.

h Divion. *Hic est de cœlo*, & in margine: *al. Hic est qui descendit.*

i Corb. & Divion. *Nec ipsa littera.* Paris. *Et ipsa littera.* Vide ibid.

k Veteres libri: *Sanctissimi* vel *sancti & magni Gregorii majoris ex epistola ad Cledonium.* Ita etiam veteres editiones, nisi quod *Celidonium* præferunt.

l Veteres editiones, *cum ipsis dicunt.* Codex Parisiensis, *ipsi dicent.* Sic etiam primo scriptum fuit in Divionensi, sed postea ita emendatum est quemadmodum legitur in Corbejensi, idest, *ut ipsi dicunt.*

m Veteres libri & editiones, *& filium Dei tantummodo.*

n Iidem libri & editiones, *omnibus.*

o Rursum iidem libri & editiones, *in finem.*

p Codices Corbejensis & Parisiensis, *intelligibilem.* Sic etiam veteres editiones, quæ vulgatam editionem habent adscriptam in margine.

q Veteres libri, *capabilem & incapabilem.*

r Veteres libri & editiones, *qui cecidit.*

ſ Paris. & Divion. *Si quis non Dei genitricem Mariam existimat.*

t Hæc est lectio codicis Parisiensis. Eamdem habet & Divionensis, in cujus margine scriptum est: *al. transcurrisse.* Hanc ergo scripturam exhibent veteres editiones & codex Corbejensis.

u Veteres libri & editiones, *jure.*

x Istud propria, ut videtur, auctoritate addidere Romani. Non extat enim in antiquis exemplaribus, neque in antiquis editionibus, neque demum in antiqua versione synodi Ephesinæ.

y Vetera exemplaria, *nativitas Dei.*

z Paris. & Divion. *adoptione careat.*

aa Legendum esse *quoniam* docent omnia vetera exemplaria. Error ortus ex ignoratione notatum. Vide supra ibid. bb Divion. & Paris. *licet ita Paulus & interiorem & exteriorem hominem nominavit.*

cc Error typographicus editionis Labbeanæ. Lege, *& id quod foris est.* Sic superiores editiones & codex Corb.

breviter dicere, [a] aliud quidem & aliud est ex quibus constat salvator; [b] quoniam non idem est illud invisibile huic visibili, & id quod sine tempore, ei quod sub tempore: non alius vero, & alius; absit; nam utraque unum sunt propter * temperamentum, Deo quidem [c] inhumanato, homine vero deificato, [d] sive quocumque modo quis nominaverit. Dico autem aliud & aliud [e] e converso quam in trinitate habetur. Ibi enim alius & alius est, ut non subsistentias confundamus: non aliud vero & aliud: unum enim [f] idemque sunt tria, & idipsum divinitate.

* conjunctionem,

Si quis velut in propheta dicit secundum gratiam operatum, & non secundum essentiam [g] conjunctum & conformatum esse, sit vacuus melioris operationis, magis autem plenus * [h] nugis.

* contraria

Si quis non adorat eum qui crucifixus est, anathema sit, & connumeretur cum [i] Dei interfectoribus.

Si quis ex operibus perfectum, aut post baptisma, aut post resurrectionem ex mortuis, adoptionem meruisse dicit, sicut pagani * [k] fictos subintroducunt, anathema sit. Quod enim cœpit, & proficit, aut perficitur, non est Deus, etsi per modicum augmentum ita dicatur.

* adscriptitios

[l] *Basilii sanctissimi episcopi Cæsareæ Cappadociæ.*

Lib. de Spir. san. ad Amphiloch. cap. 8.

Non enim tantum cœlum & terra, & magnitudines [m] pelagorum, & in [n] aquis degentia, & terrena animalia, & arbores, & stellæ, & aer, & horæ, & varia universitatis decoratio, [o] excellentiam fortitudinis [p] demonstravit, quantum est quod possibile fuit Deo [q] incomprehensibili impassibiliter per carnem cum morte confligere, ut nobis propria passione impassibilitatem donaret.

Gregorii sanctissimi episcopi Nysseni.

Hoc enim sapiatur, inquit, *in vobis quod & in Christo Jesu; qui cum in forma Dei esset, non rapinam arbitratus est esse se æqualem Deo, sed semetipsum exinanivit, formam servi suscipiens.* Quid pauperius in Deo, quam forma servi? Quid humilius in rege universorum, quam in communionem pauperis nostræ naturæ voluntarie pervenire? Rex regum & dominus dominantium forma [r] servitutis induitur: judex omnium [f] fit sub tributo potentium: [t] creaturæ dominus [u] in speluncam divertit: & qui omnia palmo tenet, non invenit locum in diversorio, sed in præsepio animalium * projicitur: mundus & * [x] incontaminabilis, humanæ naturæ [y] suscipere dignatur sordes; & per omnem paupertatem nostram pertransiens, usque ad mortis processit experimentum. Videte voluntariæ paupertatis mensuram. Vita mortem gustat; judex [z] in judicium adducitur; vitæ universorum dominus fit sub sententia judicantis; omnium cœlestium potestatem [aa] rex carnificum manus [bb] non repulit. Ad hoc tibi, inquit, exemplum respiciat humilitatis mensura.

Philip. 2. De ben... ta com... da, ho...
Matt. ... Isai. 40 Luc. 2.
* jacet
* imma... tus, immor...
Joan. 1.

Attici episcopi Constantinopolitani.

Hodie Christus dominus * [cc] clementiæ nativitatem suscepit. [dd] Nativitas enim divinæ majestatis jam præexistebat. *Deinde post hæc iterum subjungit:* Misericordiæ Verbum exinanitur, qui natura exinaniri non potest: seipsum enim exinanivit, formam servi accipiens. Incorporeus propter te [ee] incarnatur. Verbum enim caro factum est. Palpatur, qui propter incorpoream naturam tactui non subjacet, qui sine initio est,

* misericordia.
Philipp.
Joan. 1.
Psalm.
Luc. 2.

BALUZII NOTÆ.

a Corb. & Divion. & veteres editiones, *aliud quidem & aliud ea ex quibus*. Paris. *aliud ea quidem & aliud ex quibus*. Sic etiam primo habebat exemplar Divionense, sed postea vox *ea* addita est supra lineam.

b Paris. *quoniam non idem est invisibile visibili*. Divion. *quoniam non idem tempus invisibilem visibili*, & in margine, *al. quoniam non idem est illud invisibile huic visibili*.

c Codex Corb. & veteres editiones, *humanato*. Paris. & Divion. *homine facto*. Divion. in margine, *al. humanato*.

d Pro his in codicibus Paris. & Divion. legitur *quemadmodum*. Sed Divion. habet editionem vulgatam in margine.

e Paris. *contrario*. Divion. *& contrario*, & in margine, *al. e converso*.

f Hæc desunt in omnibus antiquis exemplaribus. Habentur tamen Tom. V. pag. 548. in gestis Ephesinæ synodi, & ib. pag. 672. in interpretatione Marii Mercatoris.

g Codex Paris. *unitum*. In Divionensi mendose *unum* pro *unitum*. Idem in margine, *al. conjunctum*.

h Vetera exemplaria, *contraria*.

i Codex Corb. & veteres editiones, *Deicidis*. Paris. & Divion. *occisoribus Dei*. Veteres editiones habent in margine lectionem quam Mercator ib. pag. 673. habet in textu.

k Paris. *finctos*. Vide loc. cit.

l Codex Corb. & veteres editiones: *Sanctissimi Basilii quondam Episcopi Cæsariæ primæ Cappadociæ*. Annotatio Rustici. *In libro ejus & Amphilicii jacet capitulo octavo*.

m Paris. & Divion. *pelagi*. n Divion. *aqua*.

o Ego puto hanc lectionem non esse sanam. In libro Parisiensi legitur; *fortitudinem majestatis*. Ita etiam primo in Divionensi, sed postea vox *excellentiam* addita est supra lineam. Quod indicat *fortitudinem & excellentiam* eundem heic sensum habere, adeoque alterutrum tantum retinendum.

p Error typographicus editionis Labbeanæ, pro quo reponendum est *demonstrant*.

q Veteres libri, *incapabili*. r Divion. *servi*; & in margine, *al. servitutis*.

f In codice Divionensi primo scriptum fuit *fert tributa*. Postea emendatum est.

t Paris. *creator & dominus*.

u Corb. *in spelunca divertitur*. Paris. & Divionen. *in spelunca habitat*. Divion. in margine, *al. divertitur*. Atque hæc lectio optima est. Plautus Phœnulo: *ut divortatur ad me in hospitium*. Idem in milite glorioso: *divertitur apud hospitium paternum*. Sunt alia exempla.

x Paris. & Divion. *immortalis*. Divionensis habet editionem vulgatam in margine.

y Divion. *dignatus est suscipere sordes*. z Paris. & Divion. *in judicio*.

aa Hanc lectionem confirmant vetus interpres Concilii Ephesini & Marius Mercator. At omnia vetera exemplaria synodi Calchedonensis habent *quæstionariorum*. Eam porro lectionem esse bonam ostendunt ea quæ vir eruditissimus Carolus Dufresnius Cangius commentatur ad eam vocem in suo glossario, ubi probat carnificis & quæstionarii eamdem esse significationem.

bb Divion. *non repellit*. Sic etiam vetus interpres Concilii Ephesini ib. pag. 549. & Marius Mercator pag. 673.

cc Corb. *Clementia nativitatum*.

dd Idem codex: *Circa divinę enim majestatis jam praexistebat*. Divion. *Circa divinæ autem majestatis jam præerat*; & in margine, *al. præexistebat*. Paris. *Divina autem majestatis jam præerat*. Itaque vox *nativitas* in nullo veterum exemplarium habetur, sicut etiam non extat in gestis Ephesini Concilii & apud Marium Mercatorem. ee Veteres libri, *incarnatus*.

est, sub corporeo fit initio. qui perfectus est, crescit: incommutabilis proficit. qui dives est, * intrat in diversorio: qui operit cœlum nubibus, pannis involvitur; rex in præsepio ponitur.

n paupere iversorio t.

Amphilochii episcopi Iconii.

Quoniam enim idem [a] ipse est & rex & Deus, & mortem propter dispensationem passionis gustavit, dona mysterii sunt indicia. Offerunt aurum: [b] agnoscunt enim eum esse regem. offerunt & thus sicut Deo; offerentes & myrrham, propter mortem in mysterio passionis.

trh. 2.

Item ejusdem.

Nisi enim ille nasceretur carnaliter, nunquam tu natus fuisses [c] spiritualiter. Nisi ille dignatus fuisset formam servi suscipere, [d] nunquam tu gloriam adoptionis [e] lucratus esses. [f] Propter hoc venit in terram cœlestis, [g] ut tu terrenus * elevareris in cælum. Propter hoc Christus semetipsum exinanivit, [h] ut nos omnes de plenitudine ejus acciperemus. Illius mors, nostra facta est immortalitas, domini passio [i] servo facta est exaltatio Tu vero beneficium accipis ad occasionem blasphemiæ.

fcenderes lip. 2. m. 2.

[k] *Attici episcopi Constantinopolitani.*

[l] Si quem * discernit incarnatio unigeniti, & partus virginis, & passionum communio, & crux, & passio, atque mors, [m] discens cognoscat, provisoria hæc [n] universalis salutis, [o] sed non indigna divinæ clementiæ. Si enim turpe est [p] Deo habitare in virgine, turpius [q] omnino est & creare. Si autem creans [r] non sustinuit contumeliam, neque habitare in creatura dignum verecundia judicavit. Et si pati malum est, [s] quale est a passionibus liberare? Ideo & mortuus est, ut [t] immortalis morte

mbiguum cit.

A mortem mortificaret: & resurrexit, nostram disponens resurrectionem. Et omnia hæc suscepit non natura divinitatis, sed susceptione carnis: [u] illa quidem in inviolabilitate propriæ impassibilitatis permanens, hac vero omnes passiones sustinens, quatenus optimæ conversationis fieret legislator & princeps. * [x] *Quibus expletis subjunctum est.*

* Finiunt exempla sanctorum patrum.

[y] Petrus presbyter Alexandriæ & primicerius notariorum dixit: Secundum sanctionem piissimorum ([z] & amicorum Christi) imperatorum Theodosii & Valentiniani, congregata in * Ephesia metropoli ex omni (sicut dicitur) mundo sancta hac synodo religiosissimorum [aa] omnino sanctarum ecclesiarum episcoporum, & considente, & definiente obtinere ac firmam esse fidem, quæ exposita est per sanctum Spiritum a sanctis patribus pro tempore in Nicæa civitate [bb] congregatis numero trecentis decem & octo, [cc] & ordinante de his quemadmodum oportebat, Charisius quidam nomine presbyter, qui fuit & œconomus sanctæ ecclesiæ Philadelphenæ civitatis, docuit, quia quidam de Lydia provincia descendentes hæretici, voluerunt suum quidem errorem relinquere, ad veritatis vero lumen converti, & imbui catholicæ ecclesiæ [dd] rectis & piis dogmatibus: & cum oporteret eos in veritatem perduci, amplius decepti sunt, & quasi ex fovea in [ee] deteriorem foveam ceciderunt. Docuit enim, quoniam [ff] Antonius & Jacobus presbyterorum nomen habentes, descenderunt [gg] de Constantinopoli, commendatitias portantes epistolas a quodam Anastasio & Photio, illo tempore cum hæretico Nestorio constitutis, [hh] & iisdem quoque presbyterorum habentibus nomina. Et cum oporteret apostolicam atque evangelicam traditionem fidei,

* Ephesina.

BALUZII NOTÆ.

a Veteres libri: *ipse & Rex & Deus, mortem.* Antiquæ editiones: *ipse est & Rex & Deus, mortem.*

b Divion. *agnoscunt eum esse Regem. Offerunt thus. Deo enim sciunt offerentes. offerunt & myrrham mortem in myster. passionis.* Parisiensis: *agnoscunt eum esse Regem. Offerunt thus. Deo e. sc. offerentes. Offerunt & myrrham propter immortalitatem mysterii passionis.* c Veteres libri & editiones, *spiritaliter.*

d Divion. *numquid.* & in margine, *al. nunquam.*

e Veteres libri & editiones, *lucrareris.* Lectionem vulgatam confirmant vetus interpres Concilii Ephesini & Marius Mercator.

f Veteres libri: *Propter hoc enim in terra cælestis.* Confirmant hanc lectionem interpres Concilii Ephesini paulo ante laudatus & Marius Mercator.

g Paris. & Divion. *ut tu terrenus in calum ascenderes.*

h Codex Corbejensis non habet vocem *omnes.* Sed eam reliqui habent & omnes editiones. Extat etiam in gestis Ephesinæ synodi & apud Mercatorem.

i Corb. *servi.* Sic etiam vetus interpres Concilii Ephesini & Marius Mercator.

k Codex Divion. *Item ejusdem Attici Episcopi Constantinopolitani.* Ita etiam fere Parisiensis. Vetus interpres Concilii Ephesini Tom. V. pag. 549. *Similiter Attici Episcopi Constantinopoleos.*

l Paris. & Divion. *Sunt qua discernit.* Divionensis habet in margine: *Si quem discernit.* Melius vetus interpres synodi Ephesinæ: *Siquidem ambiguum facit.* Item Marius Mercator: *Siquidem dubium facit.*

m Paris. & Divion. *qui discit.* Marius Mercator, *is doceatur.*

n Iidem libri, *universa.* Mercator, *mundana.*

o Paris. *sed enim indigna.* Sic etiam olim legebatur in Divionensi, sed postea reposita est editio vulgata.

p Divion. & Paris. *Deum.* q Vox *est* desideratur in omnibus antiquis libris & editionibus.

r Divion. *sustulit*, & in margine, *al. non sustinuit.*

s Melius in Parisiensi & Divionensi, *quantum est.* Sic etiam vetus interpres Concilii Ephesini & Marius Mercator.

t Veteres libri & editiones, *immortali.* Sic etiam vetus interpres Ephesini Concilii.

u Paris. & Divion. *hac quidem in integritate.* Divionensis habet in margine, *al. inviolabilitate.*

x Ista neque extant in antiquis exemplaribus, neque in editionibus Romana vetustioribus.

y *Petrus Presbyter dixit.* Et † c quoque desunt in antiquis exemplaribus & editionibus, & addita sunt a Romanis editoribus ex gestis Ephesini Concilii. Vide Tom. V. pag. 604.

z Hæc desunt in codice Divionensi & in Parisiensi. Vetus interpretatio Concilii Ephesini, *& Christo amabilium.*

aa Codices Corb. & Divion. & veteres editiones, *omnium sanctarum.* Sic etiam Marius Mercator supra ib. pagin. 674. bb Codices Divion. & Paris. *congregatorum.*

cc Conjunctio non extat in libris manu scriptis.

dd Hanc lectionem confirmant vetus interpres Concilii Ephesini & Marius Mercator. Ceterum antiqua exemplaria synodi Calchedonensis & veteres editiones ante Romanam habent, *recto & pio dogmate.*

ee Paris. & Divion. *majorem.* Vulgata lectio habetur in margine libri Divionensis.

ff Ita codex Divionensis & vetus interpres Concilii Ephesini, tum etiam Marius Mercator. Corbejensis & Paris. & veteres editiones, *Antoninus.*

gg Divion. *de Constantinopolim.*

hh Codex Corb. & veteres editiones; *& iisdem vero Presbyterorum.* Sic etiam Divion. & Paris. nisi quod non habent vocem *vero.*

fidei, quam exposuerunt pro tempore patres qui in Nicæa civitate congregati sunt, tradere iis qui ex errore ad veritatem [a] convertebantur, & a tenebris [b] venire ad lucem [c] desiderabant; protulerunt expositionem aliquam impiorum dogmatum, sub obtentu symboli compositam, & huic fecerunt subscribere miseros illos, omnem modum impietatis superantes in iis. Pro manifestissima vero explanatione eorum quæ dicta sunt, insertus est, qui porrectus est libellus a memorato presbytero Charisio, & impiæ illius hæreseos expositio de [d] inhumanatione unigeniti filii Dei cum subscriptione eorum qui decepti sunt.

[e] *Sanctissimo & universali concilio Deo amabili congregato in Ephesina civitate metropoli,* * *a Charisio presbytero & œconomo Philadelphiæ.*

* *libellus.*

ORatio * quidem est omnium qui bene sapiunt, honorem semper & decentem reverentiam [f] spiritualibus maxime patribus & doctoribus exhibere. Si vero alicubi contigerit, eos qui docere debent talia subjectos, de fide * [g] insonare, quæ omnium [h] aures & corda * lædunt; necessarium est ordinem commutari, & eos qui male docere conantur, [i] a minoribus redargui. Igitur quia unus ex his * Nestorius est, * [k] suæ carens perfidiæ fructu, qui pessime de fide quæ [l] in Christum est, sapiens & docens multa sæpius, quæ non oportebat, omnem omnino, qui sub [m] sole est, [n] orbem pariter conturbavit [o] ita ut & [p] Christi amantissimos imperatores cogeret sancire, vestram sanctitatem hic congregatam, ea quæ catholicæ sunt fidei dogmata confirmare. Et

* Est quidem omnibus sapientibus exoptandum.

* garrire,
* lædant
* Nestorianus carpens s. p. fructus.
* qui fructus vanæ gloriæ suæ decerpsit, quique

A hoc propter suam clementiam dominus Deus præstans, omnes vos sanctos patres hic propterea congregavit. [q] Hujus gratia ego ad vestræ sanctitatis genua provolutus, doceo, quia non solus ipse [r] Nestorius, sed & qui cum eo sunt impietatis ejus participes Anastasius & Photius presbyteri, eamdem hæresim & in aliis civitatibus volentes dispergere, Jacobum quemdam similia iis sapientem continuerunt, & hactenus continent, * [s] mensam & fiduciam ei præstantes; quem & per literas jamdudum sicut orthodoxum commendaverunt reverendissimis episcopis [t] Lydiæ. Talia vero ab isto [u] tentata sunt, quæ cum sanctitas vestra cognoverit, omnibus modis movebitur ad regularem adver-B sus eum pœnam, & adversus [x] illos qui * eum continent. In Philadelphiam enim civitatem provinciæ Lydiæ perveniens, & quosdam [y] simpliciores clericos decipiens, sanctorum patrum Nicænorum expositionem fidei spernens, alterius expositioni fidei, magis autem perfidiæ subscribere fecit. Et hoc fecerunt, sicut simpliciores, subscribentes. Quia huic orthodoxæ fidei acquiescimus. Quæ expositio hæreticis blasphemiis plena, & habens subreptiones eorum, [z] quibus subrepsit, salva est: quam rogo coram vestra sanctitate relegi, ut manifesta sit, quæ ab iis [aa] meditata sit contra catholicam fidem subversio. [bb] Non solum vero hoc, sed & literæ prædictorum, ubi Jacobo quidem hære-C tico constituto, qui talia commisit, testimonium catholicæ fidei perhibent: me autem, sicut hæreticum, [cc] ministerio & communione privaverunt, pie sapientem, sicut subnexum est. His enim lectis, docebitur omnibus modis vestra reverentia, quæ adversus catholicam fidem ab eis commissa sunt, [dd] quæ dominus per

* ad collo[…] societate ad mens[…] eum adh[…]bentes;

* ei faven[…]

BALUZII NOTÆ.

a Paris. & Divion. *convertuntur*. Sic etiam vetus interpres Concilii Ephesini.

b Corb. *venire in lucem*. c Divion. & Paris. *desiderant*.

d Iidem libri, *incarnatione*. Ita etiam idem vetus interpres & Marius Mercator.

e In exemplari Parisiensi & in Divionensi ita scriptum vidi. *Sancto & Deo amabili universali Concilio congregato in Ephesia metropoli, libellus a Charisio Presbytero & Oeconomo Philadelphiæ*.

f Veteres libri, *spiritalibus*.

g Paris. & Divion. *instruere*. Divionensis habet in margine editionem vulgatam.

h Error typographicus editionis Labbeanæ. Legendum *lædant*, ut in superioribus editionibus. Ceterum vetera exemplaria & veteres editiones non agnoscunt vocem *lædant*, & habent *aures nocent & corda*. Verum quia Crabbus in margine monuerat legendum videri *auribus & cordibus*, editores Romani non animadvertentes verbum *nocere* conjungi quandoque cum accusativo, maluerunt vocem substituere quæ esset extra controversiam, & propterea posuerunt *lædant* pro *nocent*. Ceterum nos in Notis ad Capitularia Regum Francorum adnotavimus veteres sæpe *nocendi* verbum conjunxisse cum accusativo.

i Ita etiam vetus interpres Concilii Ephesini supra Tom. V. pag. 605. ubi monuimus Marium Mercatorem vertisse *a discipulis*.

k Corb. *cariens perfidiæ fructus*. Divion. *carens perfidiæ fructu*. Uterque male. Melius ergo Parisiensis, in quo legitur: *suæ carpens perfidiæ fructus*, quam lectionem confirmant vetus interpres Concilii Ephesini loc. cit. & Marius Mercator ib. p. 675. l Veteres libri & editiones, *in Christo*.

m Hæc est scriptura codicis Divionensis, qui in margine habet: *al. sub cælo*. Corb. & Paris. *quæ sub cælo est*.

n Ita quidem codex Parisiensis. Sed Corbejensis habet *opem*. Divion. *hominem*; & in margine, *al. opem*.

o Hanc vocem neque veteres libri habent neque veteres editiones.

p Corb. *Christi amicissimos*. Divion. & Paris. *Christianissimos*.

q Codex Paris. *Hujus ergo gratia provolutus vestram obsecrans sanctitatem doceo*. Ita etiam fere Divionensis. Corbejensis & veteres aditiones: *Hujus gratia ego provolutus vestræ sanctitati doceo*.

r Additum est hoc nomen ab editoribus Romanis. Non extat enim in antiquis editionibus, neque in libris nostris. Deest etiam in gestis Concilii Ephesini. Verum repetitur a Mercatore.

s Ita quoque veteres libri; & in margine Divionensis adnotatum est alibi scriptum esse *mensuram*. Veteres editiones habent, *immensam fiduciam*, quam lectionem esse falsam ostendunt gesta Ephesini Concilii & Marius Mercator.

t Hæc est vera lectio. Attamen codex Divionensis & heic & paulo post legit *Lyziæ*, quod idem est. Notæ est permutatio literarum *d* & *z*, de qua pluribus a nobis dictum est lib. 2. miscellaneor. nostrorum pag. 383. Numiziam pro Numidia vidi scriptum in veteri codice MS. bibliothecæ Colbertinæ.

u Ita reposuere Romani, cum antea legeretur *temerata*. Veterum tamen editionum lectionem confirmant omnia vetera exemplaria.

x Corb. *eos qui eum continent*. Paris. & Divion. *& adversus eum continentes*. Vetus interpres Concilii Ephesini, *& ei faventes*.

y Hæc lectio debetur editoribus Romanis. Crabbus enim & alii ediderant: *simplices decipiens (clerici autem sunt isti) sanctorum patrum*. Veteribus editionibus congruunt & vetera exemplaria.

z Codex Paris. *quibus subripuit*.

aa Paris. & Divion. *meditata est*. bb Divion. *Non solum vere hoc credit*.

cc Annotatio Rustici Diaconi. *Nota quia excommunicatus & depositus fuit*.

dd Paris. & Divion. *quæ Deus*. Ita etiam vetus interpres Concilii Ephesini & Marius Mercator.

per vestram sanctitatem usque ad finem [a] destruet.

[b] *Charisii fidei professio catholica.*

[c] Credo in unum Deum Patrem omnipotentem, omnium visibilium & invisibilium factorem. Et in unum dominum Jesum Christum filium ejus unigenitum; Deum de Deo, lumen de lumine, Deum verum de Deo vero, homousion Patri. Qui propter nos & propter nostram salutem descendit [d] de cœlis, & incarnatus est, & natus ex sancta virgine, & [e] homo factus est; crucifixus est propter nos, mortuus, & resurrexit tertia die, ascendit in cœlos, & iterum veniet judicare vivos & mortuos. [f] Et sanctum Spiritum veritatis, [g] paracletum, consubstantialem Patri & Filio: [h] & B in sanctam catholicam ecclesiam, in [i] resurrectionem mortuorum, [k] & in vitam æternam.

Ego Charisius hos libellos dedi, sicut superius scriptum est, subscribens manu mea.

Exemplar expositionis falsati symboli.

Eos qui nunc in primis imbuuntur ecclesiastici dogmatis diligentia, aut ex aliquo volunt hæretico errore ad veritatem converti, doceri & confiteri oportet, quia credimus in unum Deum, [l] Patrem sempiternum, neque postea incipientem ut esset, sed [m] qui est ab æternitate sempiternus Deus: neque vero po- C stea factum patrem, quoniam utique semper Deus erat & pater. Credimus vero & in unum Dei filium unigenitum, [n] de substantia existentem Patris, sicut vere filium, & ejusdem substantiæ existentem illi, cujus est & creditur filius. Et in Spiritum [o] vere sanctum, qui ex Dei est substantia; non Filium, [p] Deum vero, sicut ejusdem existentem substantiæ, cujus est Deus Pater, ex quo secundum essentiam est. *Nos enim*, inquit, *non spiritum mundi ac-* (Cor 15.) A *cepimus, sed spiritum qui ex Deo est*: a creatura quidem eum universa separans, Deo vero conjungens, ex quo essentialiter est speciali modo præter omnem creaturam, quam non secundum substantiam, sed secundum causam creationis ex Deo esse arbitramur. Sed neque [q] Filium æstimamus eum, neque per Filium sumpsisse substantiam. [r] Confitemur vero * Patrem perfectum persona, & Filium similiter, & sanctum Spiritum identidem, salva nobis [s] pietatis ratione: id est, Patrem & Filium & Spiritum sanctum, non tres aliquas diversas substantias [t] æstimari, [u] sed unam identitate deitatis cognoscendam. Oportet vero & de dispensatione, quam pro nostra [x] salute in domino Christo dominus Deus perfecit, scire, quoniam Deus Verbum hominem perfectum assumpsit ex semine Abrahæ & David, secundum pronuntiationem divinarum scripturarum, (Matth. 1. Rom. 1.) [y] hoc existentem natura, quod erant illi, ex quorum erat semine, hominem perfectum natura ex anima intellectuali & carne humana constantem. Quem hominem existentem secundum nos per naturam, Spiritus sancti virtute in virginis [z] utero formatum, factum ex muliere & factum sub lege, ut omnes nos a [aa] servitute legis redimeret, (Galat. 4.) ante jam prædestinatam adoptionem accipientes, inenarrabiliter sibimet [bb] univit, mortem quidem eum secundum legem humanam [cc] experiri constituens, suscitans vero ex mortuis, & perducens in cœlum, & [dd] considere faciens ad dexteram Dei. Unde super omnes constitutus, (Ephes. 1. 21.) principatus & potestates & dominationes & virtutes, & omne quod nominatur nomen non solum [ee] in solum in hoc sæculo, verum etiam & in futuro, ab omni creatura accepit adorationem, sicut inseparabilem [ff] ad divinam naturam habens copulationem relatione Dei & intelligentia, omni creatura ei adorationem exhibente. Et neque duos filios dicimus, neque duos dominos: [gg] quoniam unus filius

* Patris perfectam personam, Filii similiter & S. S. identidem

BALUZII NOTÆ.

a Ita reposuere Romani. Veteres quippe editiones & vetera exemplaria habent *destruat*.
b Iste titulus non habetur in codicibus calamo exaratis.
c Annotatio Rustici: *Et hæc editio symboli non consentit cum suprascripta* (id est, cum ea quæ edi ta e pag. 875. hujus tomi) *sed eum Timothei Apostoli*.
d Corb. & Divion. & veteres editiones: *de cœlo, incarnatus est, natur*.
e Codex Corb. & eædem editiones, *inhumanatus*. Ita etiam Divionensis in margine.
f Mendum editionis Labbeanæ. Repone: *Et in sanctum spiritum*.
g Ita codex Divion. & veteres editiones. Corbejensis & Paris. habent *paraclytum*. Vide Tom. V. pag. 606.
h Codex Paris. & veteres editiones, *& sanctam Catholicam*. Vide Tom. V. loc. cit.
i Paris. & Corb. *resurrectione*.
k Veteres editiones, *& vitam æternam*. Sic etiam codex Divionensis.
l Paris. & Divion. *æternum*.
m Divion. *qui est desursum æternus Deus, neque enim postea factum &c.* Sic etiam Parisiensis.
n Iidem libri, *de substantia esse patris, sicut vere est filius, & ejusdem substantiæ constitutum cujus est & creditur filius*. Divionensis habet lectionem vulgatam in margine.
o Veteres libri, *vero*.
p Corb. & Paris. *Deum vero existentem substantia sicut ejusdem existentem substantiæ cujus est Deus & pater*. Divion. *Deum vero esse (al. existentem) substantia sicut ejusdem constitutus (al. existentem) substantiæ cujus est Deus pater*. Ista confirmantur auctoritate veteris interpretis Ephesinæ synodi & Marii Mercatoris.
q Veteres libri & editiones, *æstimantes*.
r Divion. & Paris. *Confitemur vero patris perfectam personam, & filii similiter, & spiritus sancti identidem*.
s Corb. & Paris. *pietate ratione*.
t Paris. & Divion. *æstimantes*. Divion. & in margine, *al. æstimari*.
u Paris. *sed unam proprietatem deitatis cognoscendam*. Divion. *sed unam proprietatis cognoscendam*. Et in margine: *al. indeitate* (legendum, *identitate*, ut in codice Corbejensi) *deitatis cognoscendam*.
x Codex Corb. & veteres editiones: *salute in Deum ea quæ est secundum Christum dispensatione Dominus Deus*. Divion. *salute in Deum (ea quæ est secundum) Christum dispensatione Dominus Deus*, ubi tamen ea quæ uncis conclusa sunt, addita sunt supra lineam. Paris. *salute quam in hominis Christi dispensatione Dominus Deus*.
y Paris. & Divion. & heic & paulo post legunt *constitutum*.
z Veteres editiones, *vulva*.
aa Paris. & Divion. *servitutis lege*. Verum hæc lectio non est bona.
bb Veteres libri & editiones, *unitus*.
cc Paris. & Divion. *gustare faciens*. Divionensis habet in margine editionem vulgatam.
dd Iidem libri, *considere*.
ee Hæc delenda sunt, quæ in hunc locum irrepserunt eorum incuria & negligentia qui Labbeanam editionem curarunt.
ff Paris. *a divina natura*. gg Veteres libri, *unius*.

[a] filius secundum substantiam, Deus Verbum, unigenitus filius Patris, [b] cui iste conjunctus [c] & participans filiatione, communicat nomine filii & honore: & dominus [d] secundum essentiam est Deus Verbum, cui iste conjunctus honore communicat. Et ideo neque duos filios dicimus, neque duos dominos; quia [e] manifeste constituto secundum substantiam domino & Filio; inseparabilem tenet ad eum copulationem qui causa nostræ salutis assumptus, confertur nomine & honore Filio & domino: non sicut [f] unusquisque nostrum & (1) secundum seipsum constitutus est filius; unde & multi, secundum beatum Paulum, dicimur filii; sed solus præcipuum habens [g] hoc, quod in ea quæ est ad Deum Verbum copulatione, filiatione & dominatione participans, aufert quidem omnem suspicionem dualitatis filiorum & dominorum, præstat vero nobis in copulatione ad Deum Verbum, omnem habere ipsius fidem & intelligentiam & [h] speculationem, pro quibus & adorationem pro relatione Dei ab omni suscepit creatura. Unum igitur filium dicimus, & [i] dominum nostrum Jesum Christum per quem omnia facta sunt, principaliter quidem Deum Verbum intelligentes, substantialiter filium Dei, & dominum; [k] cointelligentes autem assumptum Jesum a Nazareth, quem unxit Deus spiritu & virtute, sicut in Verbi Dei copulatione [l] filiationis & dominationis participantem. Qui & secundus Adam [m] juxta beatum Paulum dicitur, [n] utpote ejusdem naturæ constitutus cujus Adam, demonstrans vero nobis futurum statum, & tantam habens ab illo differentiam, [o] quantam quidem esse oportet inter eum, qui inenarrabilia ministrat in futuro sæculo bona, & inter eum qui præsentium tribulationum dedit initium. Simili vero modo & secundus Adam vocatur, sicut secundum statum demonstrans: quoniam [p] primi quidem mortalis & passibilis & multis [q] pleni doloribus, exordium factus est Adam, cujus & nos suscepimus similitudinem: secundum vero ostendit dominus Christus, qui de cœlo in futuro apparens, omnes nos ad suam perducet communionem. *Primus enim*, inquit, *homo ex terra terrenus, secundus homo dominus de cœlo*: id est, exinde appariturus, ut omnes ad imitationem perducat suam. Unde subjunxit: *Qualis terrenus, tales & terreni: & qualis cœlestis, tales & cœlestes.* Et *sicut portavimus imaginem terreni, portemus & imaginem cœlestis*. In eo vero apparente, & [r] ab omnibus videndo qui in futuro judicandi sunt, [s] invisibiliter existens: faciet judicium divina natura. *Tempora enim ignorantiæ nostræ* [t] *prætermittens Deus, nunc præcepit* [u] *omnibus hominibus ubique pœnitentiam agere, quoniam statuit diem, in qua judicaturus est universum orbem in justitia, in viro quem prædestinavit, fidem præstans omnibus, resuscitans eum a mortuis.* Hæc est ecclesiasticorum dogmatum doctrina: & omnis qui his contraria sapit, anathema sit. Omnis qui salutarem pœnitentiam non suscipit, anathema sit. Omnis, qui non celebrat sanctum diem paschæ secundum sanctæ catholicæ ecclesiæ statuta, anathema sit. [x] Budius Junici Philadelphiensis Quartodecimanus cognoscens veram & catholicam fidem, & postulans sanctissimum episcopum * [y] Theophanium, accessi ad [z] sanctam & catholicam ecclesiam: & anathematizo omnem hæresim, præcipue Quartodecimanorum, in qua prius erraveram, & consentio supra scriptæ expositioni catholicæ fidei, anathematizans & eos qui non celebrant sanctum diem paschæ, sicut sancta catholica & apostolica ecclesia celebrat; jurans per sanctam & [aa] consubstantialem trinitatem, & pietatem & victoriam dominorum orbis terræ, Flavii Theodosii & Flavii Valentiniani perpetuorum Augustorum. Si vero

(1) Græce, καθ' ἑαυτὸν, seorsum exclusis aliis, singulus quisque Hard.

Galat. 3. ver. 26. & alibi.

1. Cor. 15.

Ibid. f.

Act. 17.

* Theophanem,

BALUZII NOTÆ.

a Divion. & Paris. *filius patris sec. substantiam*.
b Iidem libri, *sicut iste conjunctus*.
c Divionensis: *& particeps constitutus filii communicat nomine sibi & honore dominus secundum essentiam Deus verbum*. Ita etiam Parisiensis, nisi quod *nomen* habet, & vocem *sibi* non habet. Eadem deerat in Divionensi, sed postea addita est supra lineam.
d Vox *est* desideratur in antiquis exemplaribus & editionibus.
e Veteres libri & editiones, *manifeste*.
f Paris. & Divion. *unusquisque nostrum secundum*. Conjunctionem reor errore additam ab eo qui in veteri codice legebat *nostrummet secundum*. Conjecturam nostram adjuvat quod syllaba *met* in codice Divionensi posita est supra lineam inter voces *nostrum* & *secundum*.
g Paris. *hoc quod ad Dei verbi copulationem optione & dominatione participans*. Ita etiam Divion. nisi quod pro *optione* habet *filiatione*.
h Paris. & Divion. *theoriam*. Vulgata lectio extat in margine codicis Divionensis.
i Veteres libri non habent vocem *nostrum*. Sic etiam in gestis Concilii Ephesini Tom. V. pag. 608. & apud Marium Mercatorem ib. pag. 697.
k Divion. & Paris. *consuspicantes*. Divion. in margine, *al. cointelligentes*. Vide quæ Tom. V. adnotavimus pag. 608.
l Codex Corb. & veteres editiones, *filiationis participantem & dominationis*. Divion. & Paris. *adoptionis particip. & dominationis*. m Veteres libri & editiones, *secundum*.
n Corb. & veteres editiones, *sicut ejusdem naturæ*. Paris. & Divion. *sicut ejusdem quidem natura*. Hanc lectionem confirmant ea quæ a nobis dicuntur supra ibid.
o Codices Divion. & Paris. *quanta si facta fuerit inter enarrabilia administrante in futuro sæculo bona & inter eum*.
p Veteres libri & editiones: *primi quidem exordii factus est Adam mortalis & passibilis & multis plenus doloribus, cujus & nos suscepimus*. q Ita codex Corbejensis. Reliqui habent *plenus*.
r Paris. *ab omni visa*. Ita etiam Divionensis, qui in margine habet: *al. ab omnibus videndo*.
s Iidem libri, *invisibiliter constituta*.
t Codex Corbejensis habet in margine, *despiciens*. Sic etiam in veteri versione synodi Ephesinæ.
u Vox *omnibus* non extat in libro Parisiensis. Deficeret quoque etiamnum in Divionensi, nisi addita fuisset supra lineam. Eamdem codex Parisiensi non habet paulo post.
x Corb. *Budios i. inici*. Divion. *Buzio yrionico*, & in margine, *al. Budius in inici*. Paris. *Budiosionice*.
y Annotatio Rustici. *Theophanius Episcopus unus fuit ex his qui erant cum orientalibus*. Verum dicit Rusticus. Etenim subscripsit contestationi orientalium directæ Cyrillo, quæ extat in capite VII. synodici adversus Tragœdiam Irenæi Tom. V. pag. 767. & epistolæ orientalium ad clerum Euphratesiæ editæ ibid. cap. XIII. pag. 776. ac etiam epistolæ orientalium ad eos qui missi erant Constantinopolim ibidem XXVIII. pag. 287. Ceterum hanc Rustici annotationem editores Romani sustulerunt, quia nesciebant esse Rustici.
z Ita quidem codex Corbejensis. Sed ceteri non habent conjunctionem.
aa Omnes libri veteres & antiquæ editiones habent *homousion*.

ro aliquid eorum quandoque transgressus fuero, subjacere me legis severitati. Et relecta mihi expositione, subscripsi per Flavium[a] * Hesychium Philadelphiæ * principalem, [b] propterea quod literas [c] ignorem.

* curialem

Similiter subscripserunt & Flavius Hesychius Cerdanepii Philadelphiæ * senator, Quartodecimanus.

* in mss. Bohierano & Jolyano fusius explicantur omnes istæ subscriptiones, quas hoc loco omisimus, ut minus necessarias.

Rufinus Diffilius Philadelphiæ secundæ, Quartodecimanus,

Eugenius secundæ Philadelphiæ Quartodecimanus,

Faustinus laicus secundæ Philadelphiæ Quartodecimanus,

* Dalmatius & Alexander per manum * Eutropii diaconi,

* Damasius. * Eupropii. Eutrophii filii Theodori.

B

Flavianus Nymphidianus secundæ Philadelphiæ scholasticus,

Polychronius Tatiani Philadelphiensis, per manum Flavii Hesychii Cerdanepii, & Danielis, Philadelphenorum principalium,

Eustathius Marcelli Philadelphius Quartodecimanus,

Eutychius secundæ Philadelphiæ,

Stratonicus * Ammonii Philadelphius Quartodecimanus,

* Eunomii.

* Theodorus & Alexander Philadelphii,

* Theodoritus, * Eutychis,

* Marinianus Evethii, per manum Neoterii lectoris,

* Padicius Philadelphius,

* Placidius.

C

Cyriacus Philadelphenus, de hæresi Novatianorum, per Eusebium Syrum Calliopium.

Auxonius Philadelphius, Novatianus,

Diomedes, habitans in vico Caccaba,

Julianus Philadelphiæ secundæ, per * Martyrium lectorem,

* Martinum.

Eutychius chorepiscopus, de vico Aulacis *, primus Tessarescædecatitarum,

* princeps Quartodecimanorum hæreseos.

Patricius presbyter, de vico Paradioxilo, per manum Maximi presbyteri, &

Zenon chorepiscopus, Quartodecimanorum hæreseos, per Flavium Palladium.

His igitur perlectis, statuit Sancta synodus, alteram fidem nemini licere proferre, aut conscribere, aut componere, præter definitam a sanctis patribus, qui in Nicæa cum Spiritu sancto

D

congregati sunt. [d] Qui vero ausi fuerint aut componere fidem alteram, aut proferre, vel offerre converti volentibus in agnitionem veritatis, sive ex gentilitate, sive ex Judaismo, sive ex qualicumque hæresi; hos quidem, si sunt episcopi aut clerici, alienos esse episcopos ab episcopatu, & clericos a clericatu judicamus; si vero laici fuerint, anathema esse. Secundum similem vero modum, si inventi fuerint sive episcopi, vel clerici, aut laici, sive sapere, sive docere [e] ea quæ sunt in oblata expositione a Charisio presbytero de inhumanatione unigeniti Filii Dei, sive scelerata & perversa Nestorii dogmata, quæ & subnexa sunt; subjaceant sententiæ sanctæ hujus & universalis synodi, quatenus manifestum sit, quia episcopus quidem privabitur ab episcopatu, & erit damnatus; [f] clericum vero similiter cadere a clericatu: si vero laicus quis sit, [g] & ipse anathematizetur, sicut superius dictum est,

[h] *Lecta sunt etiam * capita quædam ex Nestorii blasphemiis.*

* testimonia

Ex codice Nestorii, quaternione XVII. *de* [i] *dogmatibus.*

Quoties igitur divina scriptura dictura est aut nativitatem Christi ex virgine Maria, aut mortem, nusquam videtur ponere, Deus, sed aut Christus, aut Filius, aut dominus: quoniam hæc tria duarum naturarum sunt [k] significativa, aliquando quidem hujus, aliquando illius, aliquando vero & hujus, & illius. Est autem tale quod dico. Quando ex virgine nativitatem nobis scriptura narrat, quid dicit? *Misit Deus Filium suum.* Et non dicit, Misit Deus Deum Verbum: sed profert nomen, quod significat duas naturas. Quoniam enim Filius homo est & Deus, dicit: *Misit Deus Filium suum* [l] *factum ex muliere*: ut cum audis, Factum ex muliere, deinde vides nomen præpositum, quod indicat duas naturas, nativitatem ex beata virgine factam, Filium quidem voces: (Filium enim genuit Dei [m] & quæ peperit Christum virgo:) sed quoniam Filius Dei duplex est secundum naturas, non genuit quidem Filium Dei, sed genuit humanitatem, quæ est Filius propter conjunctum Filium.

Galat. 4.

Similiter ejusdem, ex quaternione XXI.

Vide quid contingat, hæretice. Non invideo voci dicenti Christi genitricem virginem, sed scio venerabilem, quæ suscepit Deum, per quam processit omnium dominator, per quam illuxit justitiæ sol. Iterum [n] suspectum habeo plausum: [o] quod dixi, Processit, intellexistis? Non est dictum a me, Processit, quasi genitus est: nec enim ita cito obliviscor meorum: nam procedere Deum ex Christi genitrice virgine, a sanctis scripturis didici: nasci vero Deum ex ipsa, nusquam didici. *Et post alia*, Nusquam igitur divina scriptura Deum de Christi matre virgine dicit natum, sed [p] Jesum Christum, & Filium, & dominum. Hæc omnes confitemur. Quæ enim docuit divina scriptura, infelix qui non continuo suscipit. *Surgens, accipe infantem & matrem ejus.* Hæc angelorum vox est. Fortasse vero melius te, quæ pertinent ad nativitatem, sciebant archangeli. Sur-

Matth. 2.

BALUZII NOTÆ.

a Codex Divion. *Isicium.* b Veteres libri, *propter quod.*
c Paris. *ignorarem.* d Paris. & Divion. *Qui vero ausus fuerit.*
e Hæc desiderantur in codice Parisiensi. In Divionensi sunt addita supra lineam.
f Iidem libri: *clericus vero similiter cadat a clericatu.* g Ibidem, *sit anathema.*
h Hic titulus his gestis insertus est ab editoribus Romanis. Non extat autem in superioribus editionibus, neque in codicibus calamo exaratis.
i Veteres libri, *dogmate.* Sic etiam in gestis Concilii Ephesini Tom. V. pag. 552. & pag. 610. & apud Marium Mercatorem Tom. V. pag. 703. Sic etiam in locis sequentibus.
k Hanc mutationem, ut opinor, editores Romani acceperunt ex antiqua versione Concilii Ephesini. Ceterum omnes libri veteres & editiones Concilii Calchedonensis legunt *significationes.*
l Divionensis & Parisiensis addunt, *factum sub lege.*
m Divion. *& Christi mater virgo*, & in margine, *al. & quæ peperit Christum virgo.*
n Idem codex & Paris. *suspicor*, & in margine Divionensis, *al. suspectum habeo.* Vetus interpres Concilii Ephesini, *suspicor.*
o Mendum editionis Labbeanæ. Repone: *quomodo quod dixi.* Ita omnes libri & editiones.
p Conjunctiones in hoc loco addidere Romani. Nam superiores editiones habent: *Jesum Christum, filium, Dominum.* Sic etiam vetera exemplaria & Marius Mercator.

Surgens, tolle infantem & matrem ejus, Non dixit: [a] Surge, tolle Deum & matrem ejus.

Similiter ejusdem, ex quaternione XXIV.

Matth 1. γεννηθὲν, natum significat. γενηθὲν vero, factum. * in ms Quoniam si duas posueris νν literas, apud Græcos natus intelligitur, si vero unam, factus. * coesse.

Quod igitur dicebamus, [b] *Noli timere accipere Mariam conjugem tuam: quod enim* (a) *in ea natum, vel factum est*, (quod sive per unam, n, literam, sive per duas scribatur, sensui nihil præjudicat) *de Spiritu sancto est*. Si vero dixerimus, quia Deus Verbum natus est [c] in carne. * [d] aliud enim est * simul esse cum illo qui natus est, & aliud, nasci. *Quod* enim, inquit, *in ea natum est, de Spiritu sancto est*; id est, Spiritus sanctus creavit quod in ipsa est. Viderunt ergo patres, sicut [e] docti in divinis scripturis, quod si pro incarnato posuerimus natum, invenietur aut filius Spiritu sancti Deus B Verbum, aut duos patres habens: [f] aut, si per unam, n, literam, & factum dicamus, invenietur Deus Verbum creatura esse Spiritus sancti. Fugientes igitur nativitatis sermonem, [g] posuerunt: Qui descendit propter nos homines & propter nostram salutem, & incarnatus est. Quid est; Incarnatus est? Non conversus ex divinitate in carnem. Incarnatum enim ex sancto Spiritu [h] dicentes, secuti sunt evangelistam. Nam & evangelista veniens ad [i] inhumanationem, fugit nativitatem dicere [k] in Verbo, & posuit incarnationem: Ubi? Audi: *Et Verbum caro factum est*: (Joan. 1.) Non dixit, Verbum per carnem natum est. Namque ubi commemorant [l] apostoli & evangelistæ filium, po- C nunt, quia natus est ex muliere. Intende [m] quod dicitur, obsecro. Ubi dicunt nomen filii, & quoniam natus est ex muliere, [n] ponunt natum esse: ubi vero commemorant Verbum, nullus eorum ausus est dicere nativitatem per humanitatem. Audi. Beatus Joannes evangelista veniens ad Verbum & ad incarnationem ejus, audi qualia dicit: *Verbum caro factum est*; (Ibidem.) (hoc est, suscepit carnem) *& habitavit in nobis*, (id est, [o] nostram naturam [p] indutus est) *& vidimus* [q] *gloriam ipsius* filii. Non dixit, Vidimus nativitatem Verbi,

Similiter ejusdem, ex quaternione XV. *in dogmate.*

Ita & secundum carnem Christum Deum nominamus propter conjunctionem Dei Verbi, hoc quod videtur, scientes ut hominem. [r] Audi Paulum utraque prædicantem. *Ex Judæis*, (Rom. 9.) inquit, *Christus secundum carnem, qui est super omnia Deus*. [s] Confitetur hominem prius, & tunc propter conjunctionem Dei, Deum prædicat, quod videtur; ut nullus [t] Christianitatem hominem colere suspicetur.

Similiter ejusdem, ex quaternione XXVII.

[u] Non autem sicut dicebamus Deum omnium creatorem, & Deum, Moysen. *Deum* (Exod. 7.) enim, inquit, *posui te* [x] *Pharaonis*. & filium (Exod. 4.) Dei Israel. *Filius enim*, inquit, *primogenitus meus Israel*. & sicut dicebamus Christum Saul. (3. Reg. 24.) *Nos enim*, inquit, *mittam* [y] *manum meam in eum, quoniam Christus domini est*. & Cyrum identidem. *Hæc*, enim inquit, *ait dominus Christo meo Cyro*. (Isai. 45.) & Babylonium sanctum. *Ego* enim (Isai. 13.) inquit, *impero eis*; *sanctificati sunt, & ego adduco eos*. ita dicimus dominum Christum, & Deum, & filium, & sanctum, & Christum: sed communio quidem nominum similis, non eadem vero dignitas.

Similiter ejusdem, ex quaternione XV.

Hoc sapiatur in vobis, quod & in Christo Jesu; qui cum in forma Dei esset, semetipsum exinani- (Philip. 2.)

BALUZII NOTÆ.

a Corb. *Surgens tolle Deum.*

b Veteres libri & editiones: *Noli timere tollere: quod enim in ea natum*. Præstat referre variantes lectiones veterum codicum manu scriptorum. Sic ergo legitur in Corbejensi: *quod enim in ea natum est, quod Græce dicitur genethen, sive per unam* en *litteram sive per duas, sensui nihil præjudicat: quoniam si duas posueris* en *litteras, apud Græcos natus intelligitur; si vero unam, factus, quod enim in ea natum est, de spiritu sancto est*. In Divionensi vero sic: *quod enim de ea (al. in ea) natum est, quod Græce dicitur γεννηθεῖν, sive per unam* n *litteram sive per duas, sensui nihil præjudicat: quoniam si duas posueris* n *litteras &c.* ut in Corbejensi. Sic etiam ferme in Parisiensi & in antiquis editionibus. Vide quæ de hoc argumento dicta sunt Tom. V. pag. 551.

c Veteres libri & editiones, *in utero*. Ita etiam vetus interpres Concilii Ephesini & Marius Mercator.

d Veteres libri & editiones: *aliud enim est coesse illi*.

e Vetera exemplaria, *docti divinis*.

f Nuspiam licentius auctoritate sua usi sunt editores Romani quam in hac pagina, in qua mutarunt quamplurima contra veterum librorum & editionum fidem absque ulla necessitate, quod mox ostensuri sumus. Sane fateor lectiones quas illi attulerunt extare in antiqua versione Concilii Ephesini. Sed qui Calchedonensis synodi editionem procurabant, eam dare debebant qualis reperiebatur in antiquis libris, & editionibus, non vero confugere ad externa, *aut si per unam* n. Veteres libri & editiones: *aut per unam* n *litteram, sicut apud Græcos, invenitur Deus*. Parisiensis legit: *aut si per unam*. In ceteris congruit cum vetustis libris & editionibus.

g Iidem libri & editiones: *posuerunt descendisse propter nos homines & propter nostram salutem & incarnatum esse. Quid est, incarnatum esse, non mutatum a divinitate in carne* vel *in carnem*.

h Hæc vox deest in omnibus antiquis libris & editionibus,

i Iidem libri & veteres editiones, *incarnationem*.

k Iidem libri & editiones, *in verbum*.

l Veteres libri, *Apostoli aut evangelistæ*.

m Divion. *quod dico*, & in margine, *al. quod dicitur*.

n Iidem libri & editiones, *ponunt quia natus est*.

o Paris. & Divion. *nostra natura*.

p Post hæc verba, rursum veteres libri & editiones ponunt, *& habitavit in nobis*. Sic etiam in gestis Concilii Ephesini ibid. pag. 552. & apud Marium Mercatorem ib. pag. 707. Ex quo sequitur male fecisse Romanos quum hanc repetitionem sustulerunt.

q Corb. *gloriam ejus*.

r Corb. & Divion. & veteres editiones: *Audi itaque Paulum prædicantem*. Paris. *Audi utraque Paulum prædicantem*. Quam lectionem confirmant ea quæ leguntur ibid. pag. 553. & pag. 708.

s Parisiensis. *Confitere hominem &c. Deum prædica*.

t Corb. & Divion. *Christianissimum*. Ita etiam veteres editiones. Parisiensis habet *Christum*. Lectionem vulgatam confirmant vetus interpres Concilii Ephesini & Marius Mercator.

u Codices Corb. & Paris. & vetus interpres Concilii Ephesini: *sed sicut dicebamus*: Marius Mercator; *sed quemadmodum dicebamus*. Codex Paris. *Sicut dicebamus*.

x Corb. & Paris. & veteres editiones, *Pharaoni*.

y Veteres libri & editiones, *super eum*.

(a) Sequentia ita legit Cod. Casin. *In ea natum est, quod Græce dicitur gennethen, sive per unam* en *literam sive per duas (νν) sensui nihil præjudicat, quoniam si præposueris (sic)* en *literas, apud Græcos natus intelligeretur; si vero unam, factus. Quod in ea natum est de Spiritu sancto est. Si vero dixerimus quod Deus Verbum natus est in utero; aliud enim coesse illi qui natus est, & aliud nasci. Quod enim, inquit, de ea natum est, de Spiritu Sancto est; id est Spiritus Sanctus creavit.*

nanivit, formam servi accipiens. Non dixit, [a] Hoc sapiatur in vobis, quod & in Deo Verbo, quod [b] cum in forma Dei esset, formam servi accepit: sed [c] dicens, Christus, tamquam vocem duas naturas significantem, sine periculo eum & formam servi, quam accepit, & Deum nominat; [d] quia ea quæ dicuntur, in naturarum duplicitatem, irreprehensibiliter dividuntur.

Similiter ejusdem, ex quaternione XVI.

d. v. 10. *Ut in nomine Jesu*, inquit, *omne genu flectatur, cœlestium, terrestrium & infernorum; & omnis lingua confiteatur*, [e] *quia dominus Jesus Christus*. [f] Propter induentem * indutum veneror; [g] propter absconditum adoro visibilem. Inseparabilis enim a visibili Deus; [h] ideoque ejus B qui non separatur, honorem non * separo. Separo naturas, sed adorationem unio.

indumentum

divido

Similiter ejusdem, ex quaternione XVII.
[i] * *de Deo*.

de dogmate

Erat quidem Deus Verbum & ante [k] inhumanationem Filius, & Deus, [l] & existens cum Patre: suscepit vero in ultimis temporibus servi formam. Sed ante hoc Filius constitutus & vocatus, post susceptionem non potest vocari separatus Filius, [m] ne duos filios doceamus. Sed quoniam illi Filio copulatus est qui in principio erat; [n] qui ad eum copulatus est, [o] non potest secundum filiationis dignitatem, divisionem suscipere. Secundum dignitatem dixi filiationis, non secundum naturas. Propterea C & Deus Verbum Christus nuncupatur, [p] quoniam conjunctionem habet cum Christo perpetuam.

Similiter ejusdem, ex quaternione XV.
[q] *in dogmate*.

[r] Inconfusibilem igitur naturarum servemus A copulationem: [s] confiteamur [t] in homine Deum: [u] veneremur eum, qui divina copulatione omnipotenti [x] Deo coadoratur homo.

Similiter ejusdem, ex [y] *quaternione* VI.
in dogmate.

Attende & hoc confestim conjunctum. *Ut misericors*; inquit, *fiat, & fidelis sacerdos apud Deum. In quo enim passus est* [z] *ipse & tentatus, potens est hos, qui tentantur, adjuvare*. Ergo qui passus est, sacerdos est misericors. Passibile autem est templum, non ille qui passibilem vivificat Deus. Hebr. 2.

Similiter ejusdem, ex quaternione XXVII.

Ut discatis, inquit, quoniam nimia erat [aa] illa copulatio deitatis, quæ & in infantia carnis dominicæ videbatur. Erat enim ipse & infans, & infantis dominus. Laudastis vocem, sed nec [bb] propterea sine examinatione [cc] plaudatis. Dixi enim, quia ipse erat infans, & infantis habitator.

Similiter ejusdem, ex quaternione I.

Communes igitur [dd] sunt operationes trinitatis, [ee] & solis subsistentiis divisionem habentes. Gloria ergo unigeniti aliquando ad Patrem refertur, *Est enim*, inquit, *Pater meus, qui me glorificat*. Aliquando vero ad Spiritum: *Spiritus enim*, inquit, *veritatis me glorificabit*. Aliquando vero ad Christi potestatem. Joan. 8. Joan. 16.

Similiter ejusdem, ex quaternione XVI.
de Filio dicens.

Iste qui dicit: *Deus meus, Deus meus, quare me dereliquisti?* Iste, qui triduanam sustinuit mortem. [ff] Adoro vero eum cum deitate, sicut divinæ auctoritatis cooperatorem. Et Matth. 27. ex Psal. 21.

BALUZII NOTÆ

a Iidem libri & editiones: *Hoc sentiatur*. Ita etiam paulo post.
b Iidem libri & editiones, *qui cum in forma*.
c Divion. & Paris. *dicens Christum*. Marius Mercator: *sed cum dicat Christum*.
d Paris. & Divion. *quia verba ad naturas relata dupliciter dividuntur*. Divionensis habet lectionem vulgatam in margine.
e Veteres libri, *quoniam dominus*. Divion. *quoniam dominus Jesus Christus in gloria est Dei patris*. Sic etiam apud Mercatorem Tom. V. pag. 708.
f Codex Corbejensis: *Propter induentem veneror enim quem induit indumentum*. Paris. & Divion. *Propter induentem veneror indumentum*. Divion. in margine, *al. veneror enim eum quem induit*. Veteres editiones: *Propter induentem veneror eum quem induit indumento*, ubi certum est legendum esse *indumentum*.
g Veteres libri & editiones, *pro occulto adoro visibilem*. Editiones tamen habent *visibile*.
h Corb. & veteres editiones: *ideoque inseparabilis honorem non separo*. Paris. & Divionen. *ideoque hujus inseparabilis honorem non divido. Divido naturas, sed venerationem unio*.
i Pessima lectio, quæ ex editione Crabbi fluxit. Miror autem eam non fuisse emendatam ab editoribus Romanis, qui pro his verbis legere potuerunt *in dogmate* in antiqua interpretatione Concilii Ephesini. Sic etiam habet codex Corbejensis. Error ortus ex eo quod in libro quo Crabbus utebatur scriptum erat tantum *de do*, ut in Divionensi *in do*; ex quo Crabbus effecit *de Deo*. Repone ergo, *in dogmate*, ut in gestis Ephesini Concilii ibid. pag. 553. vel *de dogmate*, ut apud Marium Mercatorem ibid. pag. 708.
k Paris. & Divion. *incarnationem*.
l Codex Corb. & veteres editiones, *& ens*. Neutrum autem habent Parisiensis & Divionensis.
m Veteres libri & editiones, *ut ne duos filios*.
n Divion. & Paris. *propter ejus conjunctionem non potest a vocabulo filii separari. A vocabulo filii dixi, non secundum naturas*. Codex Divionensis habet editionem vulgatam in margine.
o Ista non habentur in codice Corbejensi, neque in antiquis editionibus.
p Veteres libri & editiones; *quoniam habet copulationem cum Christo perpetuam*.
q Veteres libri & editiones, *de dogmate*.
r Divion. *Inconfusibili igitur non serviamus copulationi*.
s Paris. & Divion. *confitemur*. Sic etiam vetus interpres Concilii Ephesini.
t Male in Corbejensi, *in nomine*, quam lectionem habet etiam Divionensis in margine.
u Iidem libri, *veneramur*. Eamdem lectionem habent gesta Concilii Ephesini supra ibid. pag. 553.
x Annotatio Rustici. *Ambilingua dixit forsan dixit patri coadorandum*.
y Veteres libri non habent *in dogmate*. Ita etiam in gestis Concilii Ephesini, & apud Marium Mercatorem.
z Veteres libri non habent conjunctionem, neque gesta Concilii Ephesini, neque demum Marius Mercator.
aa Veteres libri & editiones, *aliqua copulatio* In gestis Concilii Ephesini, *quædam*.
bb Iidem libri & codices, *propter eam*.
cc Paris. & Divion. *teneatis*. In margine Divionensis scriptum est, *al. plaudatis*.
dd Vetera exemplaria non habent vocem *sunt*.
ee Eadem exemplaria & veteres editiones, *& tantummodo subsistentiis*, Marius Mercator habet *substantiis*.
ff Divion. & Corb. *Adora*.

[a] *Et post aliqua*. Non secundum se Deus, quod [b] in utero plasmatum est. non secundum se Deus, quod creatum est de Spiritu. non secundum se Deus, quod in sepulcro sepultum est. sic enim erimus [c] hominum & mortuorum cultores aperti. sed quoniam in illo suscepto Deus [d] est; [e] ex suscipiente, qui susceptus est, sicut suscipienti copulatus, [f] connuncupatur Deus.

Similiter ejusdem, ex quaternione III. *contra hæreticos*, [g] *de Spiritu dicens*.

Quomodo enim servus sit, inquit, qui cum Filio & Patre operatur. [h] Et si requirat quis actiones Spiritus, inveniet Filii & Patris in nullo minores. Non quia [i] una dividatur deitas, sed [k] quia sancta scriptura, ea quæ unius virtutis sunt, & in singulas partitur subsistentias, * [l] ad demonstrationem * similitudinis Trinitatis. [m] Et attende mihi hanc similitudinem, ex majoribus operibus incipientem. Deus Verbum factus est caro, & habitavit in nobis. Consedere fecit sibi Pater susceptam humanitatem. *Dixit* enim, inquit, *Dominus domino meo, Sede ad dexteram meam*. Ejus qui susceptus est, gloriam descendens Spiritus sustentavit. *Quando enim*, inquit, *veniet Spiritus veritatis, ipse me glorificabit*.

* in approbatione omousii trinitatis.
* æqualitatis

Joan. 1. *Ephes.* 2. *Psalm.* 109. *Joan.* 16.

Ejusdem ex quaternione VI. *de Christo dicens*.

Quia missus est prædicare captivis remissionem, [n] (& cæcis restitutionem visus): [o] & sicut apostolus subjungit, & dicit: *Hic fidelis Deo* [p] *factus pontifex*. Factus est enim iste, qui non prius erat æternus: iste qui paulatim in pontificis, o hæretice, proficit dignitate. [q] * Et audit manifestiore tibi hoc voce clamantem: *In diebus*, ait, *carnis suæ preces supplicationesque ad eum, qui poterat illum* [r] *salvum facere a morte, cum clamore valido & lacrymis offerens, & exauditus est pro sua reverentia. Et quidem cum esset Filius, didicit ex his quæ passus est, obedientiam; & consummatus, factus est omnibus obtemperantibus sibi causa salutis æternæ*. Consummatur vero, [s] o hæretice, quod paulatim proficit. [t] De quo & Lucas in evangeliis clamat: *Jesus proficiebat ætate & sapientia & gratia*. Quibus consona Paulus loquitur: *Consummatus*, inquit, *factus est omnibus obtemperantibus sibi causa salutis æternæ, appellatus a Deo pontifex juxta ordinem Melchisedec*. Et post alia: *Pontifex vocatus*. Quid ergo e contrario interpretaris Paulo, impassibilem Deum Verbum [u] terrenæ commiscens similitudini, & passibilem pontificem faciens?

Luc. 4. *Hebr.* 2.

* & audivit *Hebr.* 5.

Luc. 2. *Hebr.* 5.

Et iterum ejusdem, [x] *ex quaternione* XVII.

Unde fratres sancti, vocationis cælestis participes, considerate apostolum & pontificem confessionis nostræ Jesum, qui fidelis est ei qui fecit illum. Et post alia: [y] Existente ergo nobis hoc solo pontifice compatiente, & cognato & [z] firmo, ab ejus fide ne recedatis. Ipse est enim nobis promissæ benedictionis destinatus ex semine Abrahæ, pro se & genere suo sacrificium corporis offerens. Attendendum est hic, quia confitens omnem pontificem egere sacrificio, & excipiens Christum, ut qui non indiguit, hic dixit & pro seipso offerre, & pro genere suo, sacrificium.

Hebr. 3. *Hebr.* 5.

Similiter ejusdem, ex quaternione IV.

Audite igitur attendentes verba. [aa] *Qui manducat*, inquit, *meam carnem*. Memorate, quia de carne est quod dicitur, & quia non a me [bb] additum est carnis nomen, ut non videar illis male interpretari. *Qui manducat meam carnem, & bibit meum sanguinem*. Numquid dixit, Qui manducat deitatem meam? & bibit deita-

Joan. 6.

BALUZII NOTÆ.

a Legendum. Et post aliquanta. *Propter eum qui indutus est eum quem induit colo* vel *veneror*. *Propter absconditum adoro visibilem. Inseparabilis a visibili Deus; ideoque ejus qui non separatur honorem non separo* vel *divido Separo* vel *divido naturas, sed unio adorationem*. Ista non habet editio Romana. Et tamen extant in omnibus antiquis codicibus & editionibus, in gestis Concilii Ephesini tam Græcis quam Latinis, & apud Marium Mercatorem. Et quamquam eadem habeantur paulo supra, quod movere potuit editores Romanos ut ab hoc loco auferrent, non debuerunt tamen heic deleri, præsertim cum hinc colligere possimus ordinem fragmentorum quaternionis XVI. Nestorii.

b Jam supra monuimus editores Romanos posuisse *in utero* ubicumque veteres libri & editiones habent *in vulva*, quod etiam in hoc loco contigit.

c Corbejensis & veteres editiones, *hominicolæ*. Paris. & Divion. *creaturæ*. Divionensis habet in margine, *al. hominicolæ*.

d Verbum *est* addidere Romani. Non extat enim in antiquis editionibus, neque in codicibus manu scriptis.

e Iidem libri & editiones, *a suscipiente*.

f Divion. & Paris. *qui nuncupatur*.

g Ita codex Corbejensis, Divion. *de spiritu sancto dicens*. Paris. *de spiritu sancto dicit*. Editionem vulgatam confirmant vetus interpres Concilii Ephesini & Marius Mercator.

h Divion. *Et si inquiras*. Paris. *Et si requiras*. Et paulo post *invenies*.

i Paris. & Divion. *dividitur*, Corb. & veteres editiones, *partitur*.

k Paris. & Divion. *quia sancta scriptura unam virtutem in singulas dividit substantias*. Divion. *subsistentias*. Lectionem codicis Parisiensis confirmant gesta Ephesini Concilii & Marius Mercator.

l Codex Corbejensis & veteres editiones, *in approbatione similitudinis*. Divion. & Paris. *in approbatione omousii*. Divionensis habet in margine, *al. similitudinis*.

m Divion. & Paris. *Et attende unam substantiam*.

n Hæc in nullo veterum exemplarium habentur, neque in antiquis editionibus. Nescio igitur unde acceperint Romani hanc additionem.

o Conjunctionem neque veteres libri habent neque veteres editiones. Parisiensis legit: *sicut Apostolus de Christo dicens subjungit & dicit*.

p Paris. *factus sacerdos*. Divion. *factus est sacerdos*.

q Legendum. *Et audivi*. Mendum est typographicum editionis Labbeanæ.

r Divion. & Paris. *a mortuis salvum facere*.

s Veteres libri & editiones: *quod paulatim, o hæretice, proficit*.

t Vide quæ adnotantur supra Tom. V. pag. 555.

u Hoc loco Rusticus Diaconus admonet in Acæmetensi codice legi, *terreno commiscens corpori*. Marius Mercator vertit, *corpore terreno commiscens*.

x Omnes veteres libri, si Divionensem excipias, & editiones habent VII. In Divionensi scriptum est VIIII. & in margine, *al.* VII. Lectio quam plures habent, nititur etiam auctoritate gestorum Concilii Ephesini & Marii Mercatoris.

y Paris. & Divion. *Constituto*.

z Iidem libri, *firmissimo*.

aa Et heic & in omnibus locis sequentibus veteres libri & editiones constanter legunt *manducaverit* & *biberit*.

bb Paris. & Divion. *additum est quod carnis est nomen*.

deitatem meam? Qui manducat meam carnem, & bibit meum ſanguinem, in me manet, & ego in eo. [a] *Et poſt alia.* Sed ad propoſitum redeamus. *Qui manducat meam carnem & bibit meum ſanguinem, in me manet & ego in eo.* Commemoramini quia de carne dicitur: *Sicut miſit me qui vivus eſt Pater*; me, qui viſibilis ſum. [b] Si forte [c] mala interpretor, ex his quæ ſequuntur, audiamus. *Sicut miſit me qui vivus eſt Pater.* Ille dicit deitatem, ego humanitatem. Videamus quis eſt qui male interpretatur: *Sicut miſit me qui vivus eſt Pater.* Dicit hæreticus: Hic divinitatem dicit. Miſit me, inquit Deum Verbum. Sicut miſit me vivus Pater (ſecundum illos) & ego vivo Deus Verbum propter Patrem. Deinde quod poſt hæc eſt: *Et qui me manducat, & ipſe vivet.* Quem manducamus? Deitatem, aut carnem?

Similiter ejuſdem, ex quaternione XVI.

Et omnino, inquit, ſi omnem ſimul novam ſcripturam * [d] effoderis, nuſquam invenies in ipſa mortem ad Deum pertinentem, ſed aut ad Chriſtum, aut ad Filium, aut ad dominum. Chriſtus enim, & Filius, & dominus in unigenito a divina ſcriptura poſitum, duarum naturarum ſignificativum eſt, & aliquando quidem deſignans deitatem, aliquando vero humanitatem, aliquando etiam utraque; ut eſt illud, cum Paulus in epiſtola prædicat; [e] *Cum inimici eſſemus, reconciliati ſumus Deo per mortem Filii ejus*; humanitatem clamat Filii. Cum vero iterum idem ad Hebræos dicit: *Deus locutus eſt nobis in Filio, per quem fecit & ſæcula*; divinitatem ſignificat Filii. Neque enim caro creatrix eſt ſæculorum, quæ poſt multa creata eſt ſæcula. *Et poſt alia*: Non deitas fratrem Jacobum habuit; nec Dei Verbi mortem nos annuntiamus, [f] cum dominico corpore & ſanguine paſcimur.

(Margin: *verſaveris* — Rom. 5. — Heb. 1. — Galat. 1. — 1. Cor. 11.)

Similiter ejuſdem, ex quaternione XXIII.

[g] Conſidero, inquit, [h] noſtros populos multam * reverentiam poſſidentes & ferventiſſimam pietatem; per ignorantiam vero divinæ ſcientiæ [i] labentes. Hoc vero non crimen eſt populi, ſed (ut decenter dicam) eo quod non habuerint doctores tempus, quo poſſint aliquid [k] de doctrina nobis commendare ſubtilius.

(Margin: * religioſitatem)

Petrus presbyter Alexandriæ & primicerius notariorum dixit: Ecce manifeſte in his dicit, quoniam eorum qui ante eum fuerunt, doctorum nullus hæc locutus eſt populus, [l] quæ ipſe locutus eſt.

Cyrillus epiſcopus Alexandriæ ſubſcripſi, pronuntians cum ſancta Synodo.
Arcadius epiſcopus & legatus ſedis apoſtolicæ,
Juvenalis epiſcopus Hieroſolymæ,
Projectus epiſcopus & legatus ſedis apoſtolicæ,
Flavianus epiſcopus Philippenſium,
Philippus presbyter ſedis apoſtolicæ atque legatus.
Firmus epiſcopus Cæſareæ,
Memnon epiſcopus Epheſi,
Et omnes alii epiſcopi ſupra recenſiti ſimiliter ſubſcripſerunt.

Ὧν ἀναγινωσκομένων, κηρίων ἀναφθέντων, Κωνσταντῖνος ὁ καθωσιωμένος σηκρητάριος ἀνέγνω τὰ ἑξῆς οὕτως.

Διόσκορος ἐπίσκοπος Ἀλεξανδρείας εἶπεν· οἶμαι πᾶσιν ἀρέσκειν τὰ ἐκτεθέντα παρὰ τῶν ἁγίων πατέρων τῶν ἐν Νικαίᾳ συνελθόντων πάλαι· ἃ καὶ ἐβεβαίωσε, καὶ μόνα κρατεῖν ὥρισεν ἡ ἐνταῦθα συνειλεγμένη πρώην ἁγία σύνοδος· καὶ ἀρκούντως ἔχοντα * ἠκούσαμεν, διορισάντων αὐτῶν οὕτως· εἴτις παρὰ ταῦτα λέγει, ἢ φρονεῖ, ἢ ἀνασκευάζει, ἢ ζητεῖ, ὑποκείσθω τῇ ἀποφάσει. τί ὑμῖν δοκεῖ; ἕκαστος ποίαν ἔχει γνώ-

CALCHED ACTA.

Et cum legerentur, accenſis cereis: Conſtantinus devotiſſimus ſecretarius (ſacri conſiſtorii ex eadem ſcheda) recitavit ſequentia in hunc modum.

EPHESI ACTA.

Dioſcorus epiſcopus Alexandriæ dixit: Exiſtimo omnibus placere quæ ſunt expoſita a ſanctis patribus qui in Nicæa olim congregati ſunt quæ & confirmavit, & ſola tenere definivit, quæ hic pridem ſancta ſynodus collecta eſt, (Deo amabilia) & ſufficienter habentia. * Audivimus autem definientes eos ita. [m] Si quis præter hæc dixerit, aut ſapuerit, aut retractaverit, aut quæſierit, ſubjaceat ſententiæ. Quid vobis videtur? Unuſquiſ-

(Margin: * audivimus, cum ipſi definiverint ita;)

BALUZII NOTÆ.

a Iſta uſque ad *& ego in eo* non extant in codicibus antiquis, neque in editionibus Romana vetuſtioribus. Sane Ruſticus heic admonet inveniſſe ſe in Græco codice quædam plus habente in ordine quæ in aliis non ſunt, nimirum iſta. *Et poſt aliqua. Sed ad propoſitum veniamus. Qui manducat meam carnem & bibit meum ſanguinem, in me manet, & ego in eo.* Addit Ruſticus hæc Acumitenſes codices non habere. Extant T. V. pag. 556. in geſtis Epheſini Concilii, & ibid. pag. 710. apud Marium Mercatorem.

b Veteres libri: *Sed forte.*

c Lege, *male.* Mendum eſt typographicum editionis Labbeanæ.

d Veteres libri, *effodieris.* Vetus interpres Concilii Epheſini, *verſabis.* Marius Mercator, *ſcrutatus fueris.*

e Veteres libri: *Si enim cum inimici eſſemus.* Sic etiam veteres editiones, niſi quod habent *etiam* pro *enim.*

f Quamvis lectio libri Divionenſis prava ſit, referam tamen. Sic ergo habet: *ſed cum dominico corpore & ſanguine paſcetur*, & in margine, *al. paſcimur.*

g Male in Divionenſi, *Conſentio.* Sed tamen idem habet in margine, *Conſidero.*

h Idem codex, *noſtrum populum mult. rev. poſſidentem & ferventiſſimum pietate.* Hæc lectio juvatur ex verbis Marii Mercatoris ib. pag. 711.

i Veteres libri & editiones, *lubricantes.*

k Melius veteres libri, *vobis de doctrina.* Eodem modo legit vetus interpres Concilii Epheſini, eodem Marius Mercator.

l Certum eſt editores Romanos iſta non accepiſſe ex antiquis editionibus ſynodi Calchedonenſis. Certum quoque eſt ea non extare in antiquis exemplaribus quibus nos utimur. Acceperunt ergo ex veteri verſione Concilii Epheſini, ubi extant. Vide ib. pag. 558.

m Annotatio Ruſtici Diaconi. *Falſavit ſanctæ ſynodi verba Dioſcorus, ſimul & terruit Epiſcopos & compulit.* Locus Epheſinæ ſynodi ad quem reſpicit, ut reor, Dioſcorus, extat ſupra in hac noſtra collectione ib. pag. 610. & 703. ubi poſt actionem de Chariſio legitur: *His igitur recitatis, decrevit ſancta ſynodus aliam fidem nulli licere proferre vel conſcribere vel componere præter illam quæ definita eſt a ſanctis patribus qui Nicæam per ſpiritum ſanctum convenerunt.* Conjecturam noſtram confirmant verba Dioſcori relata infra pag. 907. & verba Quintilli Epiſcopi Heracleæ infra pag. 911. & 912. qui docet iſta decreta ab Epheſino primo Concilio fuiſſe in actione in qua damnatus eſt Neſtorius.

quiſque qualem habet voluntatem, [a] ſubſcriptis dicat. * [b] Non enim poſſumus hæc aut quærere, aut retractare. Si vero aliquis inquiſivit ultra iſta quæ dicta, (& ordinata ſunt, & placuerunt.) nonne juſte ſubjacebit patrum ſententiæ? [c] Dicat igitur unuſquiſque veſtrum, ſi ejus eſt * voluntatis.

* Poſſumusne præter hæc aut quærere, aut retractare?

* ſententiæ.

Thalaſſius epiſcopus Cæſareæ Cappadociæ dixit: Trecentorum decem & octo patrum in editione fidei laudem illis temporibus divina gratia demonſtravit, cui illi accommodantes linguas, * prædicaverunt. Confirmavit vero maxime & quæ in hac ſplendida metropoli convenit ſanctorum concordia, quam tenere omnino eſt neceſſarium ſine aliquo additamento aut detrimento: quia hæc B ſimiliter nocere ſolent regulæ pietatis ſancitæ a ſanctis patribus qui in Nicæa congregati ſunt, & confirmatæ ab his qui hic ante hoc convenerunt. Eos autem, qui contraria iis ſapiunt, [d] abominor, ſicut ſolventes rectam fidem.

* dogmatizarunt

A μίω, ἐγγράφως λεγέτω. δυνάμεθα παρὰ ταῦτα ζητεῖν, ἢ ἀνασκευάζειν; εἰ δέ τις ἐζήτησε περαιτέρω τῶν εἰρημένων, οὐ δικαίως ὑποκείσεται τῇ ἀποφάσει τῶν πατέρων; λεγέτω τοίνυν ἕκαστος ὑμῶν, εἰ ταύτης ἐστὶ τῆς γνώμης.

Θαλάσσιος ἐπίσκοπος Καισαρείας Καππαδοκίας εἶπε· τὸ τῶν τριακοσίων δέκα καὶ ὀκτὼ ἁγίων πατέρων ἐπὶ τῇ ἐκθέσει τῆς πίστεως εὐδόκιμον ἔδειξε καὶ κατ' ἐκεῖνο καιροῦ ἡ θεία χάρις· ᾗπερ ἐκεῖνοι τὰς γλώσσας χρήσαντες, ἐδογμάτισαν. ἐβεβαίωσε δὲ μάλιστα, καὶ ἡ ἐν ταύτῃ τῇ λαμπρᾷ μητροπόλει συνελθοῦσα τῶν ἁγίων ὁμόνοια, ἣν κρατεῖν ἐκ παντὸς ἀναγκαῖόν ἐστι τοῦ τρόπου, προσθήκης ὁμοῦ, ἢ ὑφαιρέσεως ὁμοίως λυμαινομένης τῷ κανόνι τῆς Εὐσεβείας, τῆς θεσπισθείσης ὑπὸ τῶν ἁγίων πατέρων τῶν ἐν Νικαίᾳ, καὶ βεβαιωθείσης ὑπὸ τῶν ἐνταῦθα συνεληλυθότων τὸ πρότερον. τοὺς δὲ ἐναντία τούτων φρονοῦντας βδελύσσομαι, ὡς παραλύοντας τὴν ὀρθὴν πίστιν.

Σώζων ἐπίσκοπος Φιλίππων.

Sozon epiſcopus Philippenſis dixit: A trecentis decem & octo ſanctis patribus qui in Nicæa convenerunt, expoſitam fidem [e] * & credo, & in hac urbe congregatæ ſynodo [f] conſentimus: & eos qui præter hæc ſapiunt, aut docent, [g] minime eſſe catholicos credidi;

* credidi &

Ιωάννης ἐπίσκοπος * Σεβαστῆς Αρμενίας·

* Σεβαστείας

Joannes epiſcopus Sebaſtiæ civitatis Armeniæ primæ dixit: [h] Morbum in veritate introducere nihil eſt aliud, quam audere [i] impietatem fidei commiſcere. Qui enim ſpernit fidem, quæ in ſe firmitatem poſſidet præ multitudine & tempore [k] & auctoritate eorum qui expoſuerunt, nullum habet ſtabilitatis terminum, mutabili voluntatis impietate ægrotans. Unde & ego omnem hæreſim & novitatem abominans, colo ſolam hanc fidem, quæ a [l] ſanctiſſimis patribus eſt expoſita, quia omnis pietatis noſtræ eſt ſubſidium.

Θεόδωρος ἐπίσκοπος Ταρσοῦ τῆς Κιλικίας·

Theodorus epiſcopus Tarſenſis civitatis provinciæ Ciliciæ primæ, dixit: [m] Ei fidei, quæ expoſita eſt a ſanctis patribus qui in Nicæa convenerunt, & qui pridem in Epheſo congregati ſunt, ſimilia & ego ipſe ſapiens permaneo; & eos qui præter hæc ſapiunt, non judico catholice ſapere.

Βασίλειος ἐπίσκοπος Σελευκείας Ισαυρίας.

Baſilius epiſcopus civitatis Seleuciæ, provinciæ Iſauriæ, dixit: Et expoſitam fidem a ſanctis patribus qui in Nicæa convenerunt, & quæ ſunt lecta ſanctorum patrum dogmata, & quæ pridem in hac civitate a ſanctis patribus congregatis ordinata ſunt, ejuſdem ſancti Spiritus C operationis [n] eſſe credo, * eos qui præter hæc aut ſapiunt, aut docent, inimicos orthodoxorum eccleſiæ exiſtimo.

* & eos

Στέφανος ἐπίσκοπος Ἐφέσου.

Stephanus epiſcopus civitatis Epheſinæ dixit: Manifeſta ſunt, quæ a ſanctis patribus ſancita & definita ſunt trecentis decem & octo, qui in Nicæa civitate congregati ſunt, [o] quæ confirmata ſunt a ſancta & univerſali ſynodo collecta in hac Epheſia metropoli. Unde ſi quis præter ea quæ ſancita ſunt, dixerit, anathema ſit; quoniam hæc eſt vera & catholica fides.

Οὐράνιος ἐπίσκοπος πόλεως Ἱμερίας, ἐπαρχίας Οσροηνῆς, διὰ ἑρμηνέως Εὐλογίου πρεσ- D βυτέρου Ἐδεσσηνοῦ.

Uranius epiſcopus civitatis Himeriæ, provinciæ Oſroenæ, interpretante ſe [p] Eulogio presbytero Edeſſeno, dixit: In his quæ expoſita ſunt a concilio in Nicæa congregato, & ſententia quæ definita eſt in hac metropoli de eadem fide adverſus prævaricatores ejus, perma-

BALUZII NOTÆ.

a Codices Pariſ. & Divion. non habent vocem *ſub*.
b Iidem libri: *Poſſumuſne præter hæc aut quærere aut retractare?* Eadem habentur in margine editionis Romanæ.
c Annotatio Ruſtici. *Hic & contra beati Cyrilli unitivam epiſtolam & ipſum ſententias protulerunt.*
d Veteres editiones, *abominabor*. Sic etiam in codice Pariſienſi. Divionenſis habet *abominamur*.
e Legendum, *& credidi & credo*. Mendum eſt editionis Labbeanæ.
f Omnes veteres libri & editiones habent *conſenſimus*.
g Divion. *non eos catholicos eſſe credo*.
h Idem codex: *Morbum aliquando in veritate*. Eandem lectionem habet Divionenſis in margine; ſed idem male in textu, *inventæ*.
i Vox *fidei* deſideratur in codice Pariſienſi. In Divionenſi addita eſt ſupra lineam.
k Divion. & Pariſ. *& in dignitate credulitatis decretorum*.
l Veteres libri & editiones, *ſanctis*.
m Mendum item editionis Labbeanæ. Omnes aliæ & omnes libri veteres habent: *Et fidei*.
n Legendum, *eſſe credo: & eos qui præter*. Sic omnes editiones & omnia vetera exemplaria. Erratum ergo primo eſt in Labbeana.
o Editio regia, quam ſequebatur Labbeus; *quæ & confirmata ſunt*. Sic etiam in Romana. Codices Divionenſis & Pariſ. *& quæ confirmata ſunt*. Corb. *& confirmati ſunt*.
p Annotatio Ruſtici. *Nota Eulogium ibi accuſatorem*.

maneo: & qui præter hæc [a] ausi fuerint aut A dicere, aut inquirere, anathematizo, & alienos esse a recta fide definio.

Θεόδωρος ἐπίσκοπος Δαμασκοῦ * εἶπον ταῦτα, καὶ ὅμοια.

Theodorus episcopus Damasci dixit: Qui istis quæ nuper lecta sunt, non obtemperat, alienus est a catholica fide, & dignus anathemate, quod a sanctis patribus definitum est.

Ἰουλιανὸς ἐπίσκοπος ἐπέχων τὸν τύπον τοῦ ἁγιωτάτου ἐπισκόπου τῆς Ῥωμαίων ἐκκλησίας Λέοντος, ἑρμηνεύοντος αὐτὸν Φλωρεντίου ἐπισκόπου Λυδῶν, εἶπε· ταῦτα κατέχει ἡ Ἀποστολικὴ καθέδρα.

[b] Julianus episcopus tenens locum Leonis B sanctissimi episcopi Romanæ ecclesiæ, interpretante se Florentio episcopo [c] Lydiæ, dixit: Hæc tenet apostolica sedes.

Στέφανος ἐπίσκοπος Ἱερᾶς πόλεως εἶπε· τούτοις, καὶ ἡμεῖς συντιθέμεθα· καὶ παρὰ ταῦτα οὔτε ἐφρονήσαμεν, οὔτε φρονήσομεν, ἀλλὰ μέχρι τελείας ἡμῶν ἀναπνοῆς αὐτοῖς ἀκολουθήσομεν, καὶ οὐδενὸς τῶν παρὰ ταῦτα διδάσκειν ἐπιχειρούντων πώποτε ἀνεξόμεθα.

Stephanus episcopus Hieropolitanus dixit: His & nos consentimus, & præter hæc [d] neque sapuimus, & usque ad ultimum * suspirium nostrum hæc [e] sequemur, & nullis unquam præter hæc conantibus docere [f] permitte- C mus.

Μελέτιος ἐπίσκοπος Λαρίσσης, ποιούμενος τὸν λόγον, καὶ ὑπὲρ τοῦ ὁσιωτάτου ἐπισκόπου Ἀπαμείας δευτέρας Συρίας Δόμνου.

Meletius episcopus Larissenæ civitatis, [g] faciens verbum pro [h] sanctissimo episcopo Domno [i] Apameæ civitatis Syriæ secundæ, dixit: Semper ab infantia his credidi, & nunc hanc eamdem teneo fidem, & amplector eam, [k] quæ nuper nobis lecta est, sanctorum patrum expositionem.

Κῦρος ἐπίσκοπος Ἀφροδισιάδος τῆς Καρίας.

[l] Cyrus episcopus Aphrodisiadis civitatis, provinciæ Cariæ, dixit: Et ego non solum a [m] puerili ac monachali mea vita, sed etiam ex paterna doctrina hanc fidem possideo.

Φλωρέντιος ἐπίσκοπος Λυδῶν·

Florentius episcopus civitatis [n] Lydiæ dixit: Et ego huic adhæreo fidei, quæ nuper lecta est, & dudum a sanctis patribus cum sancto Spiritu [o] definita; & tutelam meæ spei esse confiteor, & placent mihi quæ sancita sunt.

Κανδιδιανὸς ἐπίσκοπος Ἀντιοχείας τῆς Πισιδίας εἶπεν τὰ ὅμοια·

Candidianus episcopus civitatis Antiochiæ, provinciæ Pisidiæ, dixit: Et a pueritia nutritus sum in catholica fide, & archidiaconus regiæ civitatis [p] fui, & gratia Dei & Christi sine querela hactenus (sicut arbitror) conversatus sum, & usque hodie sanctorum patrum trecentorum decem & octo qui in Nicæa, & eorum qui in hac metropoli [q] congregati, inconcussibiles expositiones custodio, & usque in finem hæc eadem & sapui, & sapio.

Ἵλαρος διάκονος τῆς Ῥωμαίων ἐκκλησίας, ἑρμηνεύοντος αὐτὸν Φλωρεντίου ἐπισκόπου Λυδῶν, εἶπε· τὰ πρόσφατον ἀναγνωσθέντα, τοῦτο μὲν ἐκ τῆς τῶν ἐν τῇ Νικαέων συνηγμένων πίστεως, τοῦτο δὲ καὶ βεβαιωθέντα ἐν τῇ κατὰ τὴν Ἔφεσον ἁγίᾳ συνόδῳ πάλαι συνειλεγμένῃ, ὁ ἀποστολικὸς θρόνος, καὶ διδάσκει, καὶ πρεσβεύει. ταῦτα τοίνυν οἶδα συνᾴδοντα τοῖς δόγμασι τῶν ἁγίων πατέρων, καὶ τοῖς ἰδίοις δὲ πρὸς ὑμᾶς, ἁγιώτατοι, D

[r] Hilarus diaconus [f] Romanæ interpretante se Florentio episcopo Lydiensi, dixit: Quæ nuper lecta sunt de fide prolata, tam quæ in Nicæa est exposita, [t] quam quæ a sancta synodo pridem in Ephesina civitate (a sanctis patribus) confirmata est, apostolica sedes & docet & veneratur. Hæc ergo scio sanctorum patrum consonare dogmatibus: hæc & propriis, [u] o vos sanctissimi, literis, quas ad vos destinavit, apostolica sedes

BALUZII NOTÆ.

a Divion. & Paris. *ausus fuerit*; & paulo post, *alienum*.

b Et heic quoque *Julius* habent omnia vetera exemplaria & editiones Crabbi. Surius reposuit *Julianus*. Vide quæ supra dicta sunt ad caput XI. eorum quæ ante gesta præmissa sunt. Annotatio Rustici. *Nota interloquutum sedis apostolicæ vicarium inter Eutychis approbatores quur in Concilio vanitatis dicat Frontinianus insanus.* Is Frontinianus non videtur fuisse diversus ab eo, qui tempore Concilii V. tenuit Cathedram Salonitanam, & qui in primo Antinoam in prima Thebaide missus est in exilium propter defensionem trium Capitulorum, postea vero de exilio illo Antinoensi transmutatus est Ancyram Galatiæ urbem, ut ait Victor Tunonensis.

c Veteres libri, *Lyddensi*. Sic etiam paulo post in interlocutione Hilari Diaconi.

d Adde, *neque sapiemus*. Ita omnes libri veteres & omnes editiones. Mendum est typographicum Labbeanæ.

e Codex Paris. *sequi*. sic etiam Divionensis; & in margine, *al. sequemur*.

f Codex Corb. & veteres editiones *permittimus*.

g Ita codex Divionensis. Paris. habet *verba*, Corb. *verbo*.

h Paris. & Divion. *reverentissimo*.

i Corb. & Paris. & veteres editiones. *Apamenæ*. Divionensis, *Apamiæ*.

k Paris. & Divion. *quæ nuper nobis a sanctis patribus lecta est expositio*.

l Codex Corb. *Cyrrus*. Sic etiam supra alicubi, & infra pag. seq.

m Puto sinceriorem esse lectionem veterum exemplarium, in quibus scriptum est *puerili monachili*. Pueri enim jam tum mittebantur ad monasteria ex voto parentum. Divionensis codex præfert *puerili monachali*, & in margine *al. monachili*.

n Veteres libri, *Lyddæ*.

o Veteres libri & editiones, *definita est*.

p Paris. & Divion. *factus sum*. Divionensis habet lectionem vulgatam in margine.

q Reponendum, *congregati sunt*. Hæc ultima vox excidit typographis qui Labbeanam editionem excuderunt.

r Annotatio Rustici. *Eadem dicenda etiam de sancto Hilaro*, nimirum eadem quæ paulo supra annotavit Rusticus ad interlocutionem Julii, post quam sequitur ista annotatio ad interlocutionem Hilari.

f Legendum, *Romanæ Ecclesiæ*. Et hoc quoque connumerandum est inter errata typographica editionis Labbeanæ. t Veteres libri & editiones, *quam a sancta synodo quæ in hac Ephesia civitate a sanctis patribus*.

u Annotatio Rustici. *Sanctissimi habetur in Græco. Iterum petit sanctus Hilarus ut beati Leonis epistola relegatur.* Hæc *o vos* non extant in codice Parisiensi. Non extitisse autem olim in Divionensi illud indicio est quod addita sunt supra lineam.

sedes inseruit. Quas, si jusseritis recitari, cognoscetis consonas esse veritati.

Basilius episcopus Trajanopolitanus dixit: Et mea parvitas in hac sancta fide nutrita est, & in ipsa oro vitam finire.

Polychronius episcopus [a] Antipatridis civitatis dixit: Divinas & veras constitutiones sanctorum patrum & tenemus gratia Dei apud nosmetipsos, & in hac nos fide semper custodiri oramus.

Sancta synodus dixit: Omnes ejusdem sumus * voluntatis & fidei.

* sententiæ.

Dioscorus episcopus Alexandriæ dixit: Quoniam sancta & magna synodus; quæ jamdudum in Nicæa congregata est per voluntatem Dei, rectam nostram & immaculatam fidem exposuit, quam & nuper hic congregata (sancta synodus) [b] confirmavit, & hanc solam teneri, & in ecclesia [c] tradi definivit, ordinans & hoc, quatenus nulli liceat alteram fidem præter hanc vel exponere, vel inquirere, vel innovare *, aut penitus commovere de nostra venerabili religione: eos autem qui præter hæc tentant aut sapere, aut quærere, aut componere, aut omnino quæ ordinata sunt, retractare, certis [d] subjecit damnationibus, [e] ita ut si episcopi sint, [f] alieni sint ab episcopatu, & clerici a clericatu: si vero laici, priventur communione; hæc namque ex nuper lectis monimentis didicimus. Apparent vero, sicut omnis vestra sancta & universalis synodus pervidet, omnia pene * [g] renovantes & immutantes, [h] Flavianus ecclesiæ quondam Constantinopolitanæ urbis episcopus, & Eusebius [i] Dorylæi, [k] & scandali & conturbationis facti occasio sanctissimis ecclesiis, & ubique catholicis populis, [l] certum est, hos ex semetipsis synodicis olim a sanctis patribus definitis damnationibus subjacere. Unde & nos quæ eorum sunt confirmantes, memoratos, id est, Flavianum, & Eusebium, [m] ab omni sacerdotali & episcopali dignitate esse [n] judicamus alienos. Confiteatur vero & unusquisque [o] religiosissimorum episcoporum suam propriam * voluntatem, & manifestam hanc faciat sub fide monimentorum. Universa autem quæ acta sunt hodie, innotescant piissimis & Christianissimis imperatoribus. [p] Flavianus episcopus dixit: [q] Appello a te. Hilarus diaconus Romanæ ecclesiæ dixit: Contradicitur.

* aliquid.

* evertentes

* sententiam

A ἐνέθηκεν ὁ ἀποστολικὸς θρόνος γράμμασιν· ἅπερ, εἰ κελεύσητε ἀναγνωσθῆναι, γνώσεσθε συνᾴδοντα τῇ ἀληθείᾳ.

Βασίλειος ἐπίσκοπος Τραϊανουπόλεως εἶπε· καὶ ἡ ἐμὴ βραχύτης ἐν ταύτῃ ἀνατέθραπται τῇ ἁγίᾳ πίστει, καὶ ἐν αὐτῇ πληρῶσαι τὸν βίον εὔχομαι.

Πολυχρόνιος ἐπίσκοπος Ἀντιπατρίδος εἶπε· τὰς θείας, καὶ ἀληθεῖς διατυπώσεις τῶν ἁγίων πατέρων κατέχομεν χάριτι Θεοῦ παρ᾽ ἑαυτοῖς, καὶ ἐν τῇ πίστει ταύτῃ φυλαχθῆναι εὐχόμεθα.

Ἡ ἁγία σύνοδος εἶπεν· οἱ πάντες τῆς αὐτῆς ἐσμὲν γνώμης, καὶ πίστεως.

B Διόσκορος ἐπίσκοπος Ἀλεξανδρείας εἶπεν· ἐπειδήπερ ἡ ἁγία, καὶ μεγάλη σύνοδος, ἡ ἐν Νικαίᾳ πάλαι συναχθεῖσα γενομένη κατὰ θέλησιν Θεοῦ, τὴν ὀρθὴν ἡμῶν, καὶ ἀμώμητον ἐξέθετο πίστιν, ἥντινα καὶ ἡ πρὸ βραχέος ἐνταῦθα συνειλεγμένη ἐβεβαίωσε, καὶ ταύτην μόνην κρατεῖν, καὶ ἐκκλησιάζεσθαι ὥρισε, τυπώσασα, καὶ τοῦτο· ὥστε μηδενὶ ἐξεῖναι ἑτέραν πίστιν παρὰ ταύτην ἐκτίθεσθαι, ἢ ζητεῖν, ἢ καινουργεῖν τι, ἢ ἀνακινεῖν τι περὶ τῆς εὐαγοῦς ἡμῶν θρησκείας· τοὺς δέ γε παρὰ ταῦτα ἢ ζητεῖν, ἢ φρονεῖν, ἢ συντιθέναι τι πειρωμένους, ἢ ὅλως ἀνασκευάζειν ἐπιχειροῦντας τὰ τετυπωμένα, ἐπιτιμίοις φανεροῖς ὑποβέβληκεν,
C ἵν᾽ εἰ μὲν εἶεν ἐπίσκοποι, ἀλλότριοι τῆς ἐπισκοπῆς γίνωνται· εἰ δὲ κληρικοὶ, τοῦ κλήρου· εἰ δὲ λαϊκοὶ, ξένοι τῆς κοινωνίας. ταῦτα γὰρ ἐκ τῶν ἀναγνωσθέντων ἀρτίως ὑπομνημάτων ἐδιδάχθημεν. φαίνονται δὲ, ὡς συνορᾷ ἡ ἁγία αὕτη, καὶ οἰκουμενικὴ σύνοδος, πάντα σχεδὸν ἀνακινήσαντες, καὶ μετασκευάσαντες, Φλαβιανὸς ὁ γεγονὼς τῆς Κωνσταντινουπόλεως ἐκκλησίας ἐπίσκοπος, καὶ Εὐσέβιος ὁ τοῦ Δορυλαίου, καὶ σκανδάλου, καὶ ταραχῆς γεγονότες πρόφασις ταῖς τε ἁγίαις ἐκκλησίαις, καὶ τοῖς ἁπανταχοῦ ὀρθοδόξοις λαοῖς· εὔδηλον, ὡς ἑαυτοὺς ὑπέθηκαν τοῖς ὡρισμένοις τὸ τηνικαῦτα συνοδικῶς παρὰ τῶν ἁγίων
D ἡμῶν πατέρων ἐπιτιτιμίοις. ὅθεν δὴ, καὶ ἡμεῖς τὰ ἐκείνων βεβαιοῦντες, ἀλλοτρίους αὐτοὺς τοὺς μνημονευθέντας, Φλαβιανὸν, καὶ Εὐσέβιον, παντὸς ἱερατικοῦ, καὶ ἐπισκοπικοῦ ἀξιώματος κεκρίκαμεν εἶναι. κατατιθέσθω δὲ ἕκαστος τῶν παρόντων θεοσεβεστάτων ἐπισκόπων τὴν ἑαυτοῦ γνώμην, καὶ φανερὰν ταύτην ποιείτω ἐπὶ τῶν ὑπομνημάτων. σύμπαντα μέντοι τὰ πραττόμενα τήμερον, γνωρισθήσονται τοῖς εὐσεβεστάτοις, καὶ φιλοχρίστοις ἡμῶν βασιλεῦσιν. Φλαβιανὸς ἐπίσκοπος εἶπε· παραιτοῦμαί σε. Ἱλαρος διάκονος τῆς Ῥωμαίων ἐκκλησίας εἶπε· κοντραδίκιτουρ. ὅ ἐστιν, ἀντιλέγεται.

Καὶ

BALUZII NOTÆ.

a Veteres libri, *Antipatrida*.
b Conjunctionem non habent codices Parisiensis & Divionensis.
c Iidem codices, *tradere*. Vulgata lectio extat in margine Divionensis.
d Divion. *subjaceant*.
e Paris. & Divion. *ita tamen ut si Episcopi*.
f Corb. & Divion. *alieni sunt episcopatu, & clerici clericatu*.
g Veteres libri, *removentes*.
h Annotatio Rustici. *Præpropere etiam secundum se ante illum quod Episcopum d. quam de episcopatu deiceret circa se*.
i Veteres libri, *Dorylensis*.
k Conjunctio non extat in Divionensi & Parisiensi exemplaribus.
l Vox *est* desideratur in Libro Divionensi.
m Codices Paris. & Divion. non habent *ab*.
n Corb. *judicavimus*.
o Divion. & Paris. *reverentissimorum*.
p Divion. & Paris. & veteres editiones. *Flavianus dixit*.
q Annotatio Rustici. *Possumus dicere &c: Refuto te*. Gaudeo sententiam illustrissimi & eruditissimi antistitis

ac

καλχη-

Καὶ ἐν τῷ ἀναγινώσκεσθαι, οἱ ἀνατολικοὶ, καὶ A οἱ σὺν αὐτοῖς εὐλαβέστατοι ἐπίσκοποι, ἐπεβόησαν· ἀνάθεμα Διοσκόρῳ. ταύτῃ τῇ ὥρᾳ καθεῖλε, ταύτῃ τῇ ὥρᾳ καθαιρεθῇ. ἅγιε κύριε, σὺ σαυτὸν ἐκδίκησον. Λέοντος πολλὰ τὰ ἔτη. τοῦ πατριάρχου πολλὰ τὰ ἔτη.

Κωνσταντῖνος ὁ καθωσιωμένος σηκρητάριος ἀπὸ τοῦ αὐτοῦ χεδαρίου ἀνέγνω τὰ ἐπίλοιπα οὕτως.

Ἰουβενάλιος ἐπίσκοπος Ἱεροσολύμων εἶπεν· ἑαυτοὺς ἀλλοτρίους ἱερωσύνης, καὶ βαθμοῦ ἐπισκοπικοῦ ἀπέδειξαν Φλαβιανὸς, καὶ Εὐσέβιος, ἐπιχειρήσαντες προσθεῖναί τι, ἢ ἀφελεῖν ἐκ τῆς πίστεως τῆς ἐκτεθείσης ἐν τῇ ἁγίᾳ συνόδῳ τῇ ἐν Νικαίᾳ, ἣν B ἐβεβαίωσεν ἡ ἁγία, καὶ οἰκουμενικὴ σύνοδος, ἡ ἐνταῦθα ἐν τῇ Ἐφέσῳ πάλαι συνελθοῦσα· ὥστε τοὺς τολμῶντάς τι προσθεῖναι, ἢ ἀφελεῖν τῆς πίστεως, ἀλλοτρίους εἶναι τῆς ἱερωσύνης, καὶ μάλιστα τοσαύτην σύγχυσιν ποιήσαντας. ὅθεν κἀγὼ τὰ αὐτὰ ψηφίζομαι τῇ τε ἁγίᾳ, καὶ οἰκουμενικῇ συνόδῳ, καὶ τῷ ἁγίῳ, καὶ θεοφιλεστάτῳ ἀρχιεπισκόπῳ Διοσκόρῳ, ἀλλοτριῶν αὐτοὺς τοῦ ἐπισκοπικοῦ ἀξιώματος.

Δόμνος ἐπίσκοπος Ἀντιοχείας εἶπε· σύμψηφός εἰμι, καὶ αὐτὸς τῇ ἁγίᾳ ὑμῶν συνόδῳ τῇ καθελούσῃ Φλαβιανὸν, καὶ Εὐσέβιον, ὡς μὴ ἐμμένοντας τῇ ἐν Νικαίᾳ, καὶ τῇ πρώην ἐνταῦθα συναθροισθείσῃ· καὶ συναινῶ τῇ ἐπ᾽ αὐτοῖς παρ᾽ ὑμῶν C ἐξενεχθείσῃ δικαίᾳ ψήφῳ.

Θαλάσσιος ἐπίσκοπος Καισαρείας εἶπεν· ὅσοι παρὰ τοὺς ἐπὶ τῇ πίστει τῶν πατέρων τύπους διαπράττονται, ἑαυτοῖς ἐπάγουσι τὰ ἐκ τῶν κανόνων ἐπιτίμια. ὅθεν Φλαβιανὸς, καὶ Εὐσέβιος, ὑπερβάντες τοὺς ἐν Νικαίᾳ, καὶ ἐν Ἐφέσῳ ἐκτεθέντας τύπους παρὰ τῶν ἁγίων πατέρων, κατὰ τὴν ψῆφον τῆς ὑμετέρας θεοφιλείας, καὶ ἡμῶν, τοῦ τῆς ἐπισκοπῆς βαθμοῦ ἠλλοτρίωνται.

Εὐσέβιος ἐπίσκοπος Ἀγκύρας Γαλατίας εἶπεν· ἐμοὶ μὲν προσφιλὲς ἀεὶ τὸ φιλάνθρωπον. ἐπειδὴ δὲ θρησκείας λόγος ἐκίνησε τοὺς ὁσίους πατέρας πρὸς τὴν ἀπόφασιν, τῇ ἐξενηνεγμένῃ D δικαίᾳ ψήφῳ κατὰ Φλαβιανοῦ, καὶ Εὐσεβίου, συντίθεμαι.

Στέφανος ἐπίσκοπος Ἐφέσου εἶπε· δικαία ἡ ἐξενεχθεῖσα ἀπόφασις κατὰ Φλαβιανοῦ τοῦ πάλαι ἐπισκόπου, καὶ Εὐσεβίου· ὅθεν συναινῶ, καὶ συνυπογράφω ἐπὶ τῇ καθαιρέσει ἀμφοτέρων.

Et cum legerentur, orientales & qui cum ipſis reverendiſſimi epiſcopi clamaverunt: Anathema Dioſcoro. Hac ora damnavit, hac hora damnetur. Sancte domine, * [a] tu illum vindica. ([b] * domine, tu illum vindica. Catholice imperator, tu illum vindica.) Leoni multos annos. Patriarchæ multos annos.

CALCHED. ACTA.

* te ipſum domine do mine

Conſtantinus devotiſſimus ſecretarius (ſacri conſiſtorii) ex eadem ſcheda recitavit [c] reliqua in hunc modum.

Juvenalis epiſcopus Hieroſolymitanus dixit: Seſe alienos a ſacerdotio & gradu epiſcopali monſtraverunt Flavianus & Euſebius, qui conati ſunt addere & [d] minuere [e] aliquid de ſancta fide, quæ in Nicæa a ſancto concilio expoſita eſt, quam & confirmavit ſancta & univerſalis ſynodus in hac Epheſia civitate pridem collecta. [f] Quapropter juſtum eſt, eos qui audent addere aliquid fidei, aut minuere, alienos eſſe a ſacerdotio, & maxime qui tantam fecerunt confuſionem. Unde & ego conſona decerno [g] ſanctæ & univerſali ſynodo, & ſanctiſſimo archiepiſcopo Dioſcoro, alienans eos [h] ab epiſcopatus dignitate.

EPHESI ACTA.

Domnus epiſcopus Antiochiæ dixit: Concors ſum & ego ſanctæ veſtræ ſynodo [i] damnanti Flavianum & Euſebium, tamquam non permanentes in ſancto Nicæno concilio, & quod pridem hic congregatum eſt: & conſentio in eos a vobis prolatæ juſtæ ſententiæ.

Thalaſſius epiſcopus Cæſareæ Cappadociæ dixit: Quotquot præter conſtitutiones patrum, quas de fide decreverunt, agere conantur, ſibimet inducunt correptiones canonicas. Unde Flavianus & Euſebius, qui tranſgreſſi ſunt conſtituta quæ in Nicæa & in Epheſo a ſanctis patribus expoſita ſunt, ſecundum decretum veſtræ [k] religioſitatis & noſtrum, epiſcopali gradu privati ſunt.

Euſebius epiſcopus Ancyræ Galatiæ dixit: Mihi quidem [l] amabilis eſt ſemper miſericordia. Sed quoniam religionis ratio movet ſanctos patres ad prolatam [m] juſto judicio ſententiam [n] adverſus Flavianum & Euſebium, & ego conſentio.

Stephanus epiſcopus Epheſiæ civitatis dixit: Juſta eſt, quæ eſt prolata ſententia contra Flavianum quondam epiſcopum, & Euſebium: unde conſentio utrorumque depoſitioni, & ſubſcribo.

Κῦ-

BALUZII NOTÆ.

ac patroni quondam mei Petri de Marca Archiepiſcopi Pariſienſis, quæ extat in capite ſeptimo libri ſeptimi de concordia ſacerdotii & imperii, nunc confirmari ex iſta Ruſtici annotatione. Unde manifeſtæ vanitatis redarguas ea quæ adverſus magnum virum dicta ſunt a Joanne Davide in libro de judiciis canonicis Epiſcoporum pag. 300. Vide Valeſium ad librum ſecundum Evagrii cap. 18.

a Ruſticus admonet in Acœmetenſi codice legi: *Flavianum tu vindica*. Pariſienſis habet: *Flavianum vindica*.

b Legendum: *Domine, Domine, tu illum*. Iſtud quoque mendum imputandum eſt typographis penes quos fuit arbitrium editionis Labbeanæ.

c Hæc addita ſunt ab editoribus Romanis. Non extant autem in antiquis exemplaribus, neque in antiquis editionibus.

d Divion. & Pariſ. *aut minuere*. Corb. *aut minuare*. Et hæc quoque lectio bona eſt.

e Hæc vox non habetur in codice Pariſienſi. In Divionenſi addita eſt ſupra lineam.

f Iidem libri: *Quia hoc juſtum*. Sed tamen vulgata lectio extat in margine exemplaris Divionenſis.

g Iidem codices: *univerſali ſanctæ ſynodo quæ nunc congregata eſt & ſanctiſſimo*.

h Vocem *ab* certo ſcio non haberi in veteribus libris quibus nos utimur.

i Pariſ. & Divion. *damnans*. Sed Divionenſia habet in margine, *al. damnati*.

k Pariſ. *reverentiæ*. Divionenſis habet *ſententiæ* pro *reverentiæ*. Idem in margine, *al. veſtræ religioſitatis*.

l Divion. *ſemper amabilis eſt*.

m Idem codex, *juſtam*, & in margine, *al. juſto judicio*.

n Pariſ. & Divion. *Flavianum quondam Epiſcopum*.

Κῦρος ἐπίσκοπος Ἀφροδισιάδος·

Cyrus episcopus [a] Aphrodisiadis civitatis dixit: Nemo ita insipiens, aut Deo inimicus existit, qui definitionibus & sententiis patrum audeat contraire. Unde & ego concors [b] præcedentibus sententiis sanctorum patrum factus sum in damnatione Flaviani & Eusebii quondam episcoporum.

Ἐρασίστρατος ἐπίσκοπος Κορίνθου τῆς Ἑλλάδος·

Erasistratus episcopus Corinthi [c] Helladis dixit: Præsens & cognoscens ab his quæ lecta sunt, non consona sapere catholicæ fidei Flavianum & Eusebium, neque obtemperare Nicæno sancto concilio, nec non & Ephesio, (B) quod paulo ante est [d] collectum, & ego consentio sanctis patribus, & [e] alienos ab omni episcopali dignitate hos esse existimo, id est, Flavianum & Eusebium.

Κυϊντίλλος ἐπίσκοπος Ἡρακλείας, ἐπέχων καὶ τὸν τόπον Ἀναστασίου τοῦ εὐλαβεστάτου ἐπισκόπου τῆς Θεσσαλονικέων·

Quintillus episcopus Heracleæ, * vicarius Anastasii reverendissimi episcopi Thessalonicensis, dixit: Quæ paulo ante in hac civitate collecta est sancta & magna synodus in damnationem impii Nestorii definiit, nulli licere alteram quandoque proferre fidem, quam quæ in Nicæa [f] exposita est * sanctis trecentis decem & octo patribus. Sequens igitur & ego ipse il- (C) lam definitionem, omnes quidem qui permanent in prædicta fide, catholicos esse judico: hos vero qui aliquid [g] perverterunt, anathematizo, & alienos esse catholicæ fidei decerno.

* Locum etiam tenens.

* a sanctis

Μελήτιος ἐπίσκοπος Λαρίσσης, ἐπέχων καὶ τὸν τόπον τοῦ εὐλαβεστάτου ἐπισκόπου Δόμνου τῆς Ἀπαμέων ἐκκλησίας·

Meletius episcopus Larissenæ civitatis, & agens vices [h] * domini reverendissimi episcopi Apamenæ ecclesiæ, dixit: Consentio & ego vestræ sanctitati, [i] quæ justa & legitima est in depositione Flaviani & Eusebii quondam episcoporum, quoniam demonstrati sunt [k] prævaricari constituta, quæ tradita sunt a sanctis & (D) magnis conciliis quæ in Nicæa & in Epheso congregata sunt; & alienos eos esse episcopali dignitate una vobiscum existimo.

* domni

Διογένης ἐπίσκοπος Κυζίκου·

Diogenes episcopus Cyzicenæ civitatis dixit: Hæc eadem & ego consentio sanctis nostris patribus, in iis quæ adversus Flavianum & Eusebium ordinata sunt, alienans eos ab episcopali dignitate.

(A) Ἰωάννης ἐπίσκοπος Σεβαστείας Ἀρμενίας πρώτης·

Joannes episcopus Sebastiæ primæ Armeniæ dixit: Omnis innovatio, quæ contra justitiam ab aliquibus committitur, [l] super se trahit regularem sententiam. Quoniam igitur & Flavianus & Eusebius convicti sunt prævaricari, & innovationem fecisse [m] in ea fide, quæ a sanctis patribus apud Nicæam constituta est, & apud Ephesum [n] confirmata, justo judicio [o] sacerdotio privati sunt, secundum formam reverendissimi & sanctissimi Alexandrini archiepiscopi, & sancti & universalis concilii: & ego eisdem consentio.

Βασίλειος ἐπίσκοπος Σελευκείας Ἰσαυρίας·

Basilius episcopus Seleuciæ Isauriæ dixit: Sequor ea quæ a sanctitate vestra adversus Flavianum & Eusebium quondam episcopos ordinata sunt, & consentio omnibus definitis a vestra beatitudine. Etenim ipsi secuti estis ea quæ pridem sancti patres sanxerunt & jusserunt adversus prævaricatores fidei: si quidem sacerdotes sunt, alienos esse a sacerdotio; si vero laici sint, hos fieri sub anathemate.

Θεόδωρος ἐπίσκοπος Ταρσοῦ.

Theodorus episcopus Tarsensis civitatis dixit: Prolatæ adversus Flavianum & Eusebium sententiæ a sancta synodo, sicut juste & canonice promulgatæ, & ego consentio.

Ῥωμανὸς ἐπίσκοπος Μύρων τῆς Λυκίας·

Romanus episcopus Myrensis civitatis, provinciæ Lyciæ, dixit: Et ego concors sum iis quæ a sanctis patribus sancita sunt adversus Flavianum & Eusebium; [p] & juste adversus eos prolatæ sententiæ.

Φώτιος ἐπίσκοπος Τύρου·

Photius episcopus Tyri civitatis dixit: Consona & mea profitetur parvitas sententiæ sancti hujus & universalis concilii, alienos facienti Flavianum & pessimum Eusebium a sacerdotio, tamquam contraria sapientes sancto Nicæno concilio, & quod paulo ante in hac splendida Ephesina metropoli congregatum est.

Ἰουλιανὸς ἐπίσκοπος Ταβίας·

Julianus episcopus Tabiæ civitatis dixit: Doleo quidem, ad hanc tristem vocem veniens. Talis enim prudentium lex est. [q] Sed quoniam pro pietatis assertione magni universalis concilii præsules Flavianum & Eusebium definitioni patrum subjecerunt, his quæ legitime facta sunt, consentio.

Φλωρέντιος ἐπίσκοπος Λυδῶν·

Florentius episcopus [r] Lydorum civitatis dixit:

BALUZII NOTÆ.

a Ita editio Romana. Superiores & vetera exemplaria habent, *Aphrodisiada*. Romana lectio est elegantior.
b Deest in libro Divionensi.
c Veteres libri, *Hellada*. d Veteres libri, *collectum est*.
e Veteres libri & editiones, *alienos hos omni episcopali dignitate esse existimo*.
f Error typographicus editionis Labbeanæ. Legendum, *exposita est a sanctis*.
g Omnia vetera exemplaria habent *subverterunt*.
h Et hoc quoque insigne mendum est editionis Labbeanæ; pro quo reponendum, *Domni reverentissimi*. Episcopus Apamenus vocabatur Domnus.
i Paris. & Divion. *in justa & legitima depositione*.
k Codex Corbejensis & heic & paulo post præfert *prævaricati*. Et in altero loco codex quoque Parisiensis habet *prævaricati*. Divionensis heic *prævaricare*, infra *prævaricasse*.
l Paris. & Divion. *supra se*. m Divion. *in eam fidem*.
n Paris. *confirmata est*.
o Veteres libri & editiones, *a sacerdotio privati*. Nemo insiciari potest quin editio Romana sit elegantior.
p Conjunctio non extat in vetustis exemplaribus manuscriptis, neque in antiquis editionibus. Addita est in Romana.
q Divion. & Paris. *Sed quoniam vero pro pietate*.
r Veteres libri, *Lyddena*. Editiones Romana antiquiores. *Lydden*.

xit : Quoniam hoc sanctæ & magnæ synodo A placuit, eos qui divinas leges [a] prævaricantur, ex ejus sancto ore damnari ; adversus Flavianum & Eusebium quondam episcopos similia & ego vestræ sanctitati decerno.

Μαρινιανὸς ἐπίσκοπος Συννάδων·

[b] Marianus episcopus [c] Synnadensis dixit : Sequor in omnibus, quæ sunt ordinata a sancta synodo (quæ & meam supereminent parvitatem) adversus Flavianum & valde pessimum Eusebium : & consentio eorum damnationi.

Μουσώνιος ἐπίσκοπος Νύσσης·

Meonius. * Musonius episcopus Nyssenæ civitatis dixit : Quoniam spernere reperti sunt sanctam synodum ante hoc in Ephesia metropoli congregatam , Flavianus & Eusebius quondam B episcopi, ideo & ego in regulari eorum facta damnatione consentio.

Κωνςαντῖ-νος * Κωνςάντιος ἐπίσκοπος Βόςρων·

Constantinus episcopus Bostrenæ civitatis dixit : Consentio & ego justæ depositioni, quæ adversus Flavianum & Eusebium quondam episcopos a sancta synodo prolata est, & concors sum sententiæ bene ab ipsa definitæ.

Στέφανος ἐπίσκοπος Ἱερᾶς πόλεως·

Stephanus episcopus Hierapolitanæ civitatis dixit : [d] Sequor & ego a vestra sanctitate adversus Flavianum & Eusebium quondam episcopos prolatam sententiam, tamquam [e] prævaricantes sanctos canones, qui in Nicæa & hic C pridem constituti sunt ; & alienos eos esse [f] consequenter vestræ definitioni consentio.

Αττικὸς ἐπίσκοπος Νικοπόλεως Ἠπείρου παλαιᾶς·

Atticus episcopus Nicopolitanæ civitatis veteris Epiri dixit : Sequor & ego quæ a sanctis patribus definita sunt in sententia, quæ adversus Flavianum & Eusebium prolata est , alienans eos, sicut judicavit sanctorum [g] sententia, ab episcopatus dignitate.

Εὐστάθιος ἐπίσκοπος Βηρυτοῦ·

[h] Eustathius episcopus Beryti dixit: Manifesta omnibus facta est forma definita [i] a nostris sanctis patribus, qui hic pridem ex jussione piissimorum & Christianissimorum nostro- D rum imperatorum congregati sunt, aperte [k] jubens, eos qui conantur aliquid inquirere, aut scrutari , aut addere fidei sanctorum patrum qui in Nicæa convenerunt, & hos proprio gradu privari. Flavianus ergo quondam Constantinopolitanus episcopus, & Eusebius olim Dorylæi præsulatum habens, contraria his sapientes, seipsos illi [l] omnino terribili subjecerunt sententiæ.

Νουνέχιος ἐπίσκοπος Λαοδικείας Τριμιταρίας·

Nunechius episcopus Laodiceæ Trimitariæ dixit : Consentio & ego ipse prolatæ sententiæ a sanctis patribus adversus Flavianum & Eusebium quondam episcopos.

Ολύμπιος ἐπίσκοπος Κωνςαντίας τῆς Κύπρου·

Olympius episcopus Constantiæ civitatis Cypri insulæ dixit : Concors & ego sum vestro sancto & glorioso concilio , damnanti Flavianum & Eusebium tamquam prævaricatores eorum, quæ placita sunt in sancta Nicæna synodo, & in ea quæ hic sub [m] ter beato & sanctæ memoriæ patre nostro [n] & episcopo Cyrillo congregata est; & consentio [o] juste definitis a vestro magno & sancto concilio.

Ιωάννης ἐπίσκοπος Ῥόδου·

Joannes episcopus insulæ Rhodi dixit: Consentio & ego ipse his quæ definita sunt a sancta & magna vestra synodo in alienatione Flaviani & Eusebii, eo quod prævaricati sunt quæ in sancta & magna Nicæna synodo definita sunt, & quæ sub [p] reverendo & sanctæ memoriæ patre nostro & episcopo Cyrillo in hac Ephesia metropoli ordinata sunt.

Κανδιδιανὸς ἐπίσκοπος Αντιοχείας τῆς Πισιδίας·

Candidianus episcopus civitatis Antiochiæ , provinciæ Pisidiæ, dixit : Omnibus regulariter ordinatis ab omni sancta synodo sanctorum patrum adversus Flavianum & Eusebium & ego consentio.

Στέφανος ἐπίσκοπος Αναζάρβου·

Stephanus episcopus Anazarbenæ civitatis dixit : Consentio & ego juste prolatæ sententiæ a vestra sanctitate adversus Flavianum & Eusebium quondam episcopos, & alienos eos de cetero [q] existimo ab hujusmodi dignitate, [r] * & * quod prævaricati sunt prolata statuta a sancta & magna in Nicæa congregata synodo , nec non & quæ consequenter in hac civitate collecta est. *eo quod.*

Γερόντιος ἐπίσκοπος Σελευκείας Συρίας·

Gerontius episcopus Seleuciæ Syriæ dixit : Et ego ipse consentio sancto vestro concilio , & alienos decerno Flavianum & Eusebium [ſ] ab episcopatus dignitate, tamquam prævaricatores eorum quæ sancita sunt a sanctis patribus, qui in Nicæa, & qui in Ephesia civitate collecti sunt .

Ρουφῖνος ἐπίσκοπος Σαμοσάτων·

Rufinus episcopus Samosatenæ civitatis dixit : Consentio omnibus quæ juste prolata sunt ad-

BALUZII NOTÆ.

a Parif. *prævaricati sunt.*
b Quamquam in codice Parisiensi reperiatur hæc lectio, certum tamen est eam reponendam esse inter errata editionis Labbeanæ. Nam reliquæ omnes & codices Corbejensis & Divionensis legunt *Marinianus.*
c Parif. & Divion. *Synnada civitatis* Corb. *Synadensis civitatis.*
d Parif. & Divion. *Sequor & ego vestræ sanctitatis.*
e Codex Parif. *pravaricatores.*
f Hanc vocem non habet idem codex Parisiensis. In Divionensi addita est supra lineam.
g Veteres libri , *sententia* , *episcopatus.*
h Divion. & Parif. *Eustatius*, Corb. *Eustachius.*
i Melius in Divion. & Corb. *a sanctis nostris.*
k Parif. & Divion. *jubentibus.* l Deest *omnino* in Parisiensi. Deerat etiam olim in Divionensi.
m Parif. & Divion. *beatissimo.*
n Hæc & *episcopo* desunt in codice Parisiensi. In Divionensi addita sunt supra lineam.
o Divion. *justæ definitæ sententiæ*, sed ego puto mendum heic esse & vocem *sententiæ* ab eo additam qui non videbat emendationem. p Vetera exemplaria, *reverentissimo.*
q Eadem exemplaria, *existimo hujusmodi.* r Legendum , *eo quod prævaricati.* Et istud quoque reponendum est inter errata editionis Labbeanæ.
ſ Vox *ab* deest in omnibus antiquis exemplaribus.

adversus Flavianum & Eusebium quondam episcopos, [a] & alienos esse existimo a [b] sacerdotali dignitate, tamquam prævaricatores eorum quæ a sanctis patribus statuta sunt in Nicæa & in Epheso [c] congregatis.

Ἰνδίμιος ἐπίσκοπος Εἰρηνουπόλεως·

* Indimius.

* Indimus episcopus Irenopolitanæ civitatis dixit: Juste promulgato judicio a vestra sanctitate in damnatione Flaviani & Eusebii quondam episcoporum, qui prævaricati sunt prolata statuta a sancta & magna synodo sanctorum patrum, qui in Nicæa civitate collecti sunt, nec non etiam qui paulo ante in hac Ephesia civitate, consentio, & alienos eos de [d] cetero ab episcopali dignitate existimo.

Τιμόθεος ἐπίσκοπος Βαλανέων·

Timotheus episcopus [e] Balaneensis dixit: Consentio & ego [f] prolatæ juste sententiæ a vestra sancta synodo in damnationem Flaviani & Eusebii quondam episcoporum, [g] in quibus transgredi ausi sunt ea quæ placita sunt synodo, quæ in Nicæa civitate & quæ nuper in Epheso [h] collecta est.

Θεοδόσιος ἐπίσκοπος Κανώθα·

Theodosius episcopus Canothæ civitatis dixit: Permaneo in omnibus definitis a sancta synodo de Flaviano & Eusebio quondam episcopis, & alienos eos existimo ab episcopatus dignitate, tamquam prævaricatores statutorum patrum, qui in Nicæa & qui in Epheso convenerunt.

Σέλευκος ἐπίσκοπος Ἀμασείας.

Seleucus episcopus Amasiæ dixit: His quæ legitime & regulariter de Flaviano & Eusebio a sancta synodo definita sunt, & ego ipse concors efficior, & consentio [i] alienos esse ab omni sacerdotali ministerio.

Πέτρος ἐπίσκοπος Γαγγρῶν·

Petrus episcopus Gangrenæ civitatis dixit: Et ego concors sum sententiæ sanctorum patrum in damnatione Flaviani & Eusebii. [k]

. . . .

(Eutychius episcopus Hadrianopolis veteris Epiri, dixit similiter.

Claudius episcopus civitatis [l] Anchiaxi veteris Epiri, dixit similiter.

Simeon episcopus [m] Amiæ, dixit similiter.

Elias episcopus Hadrianopolitanus [n] Asiæ dixit similiter.

Lucas episcopus Dyrrachenæ civitatis, dixit similiter.)

Βασίλειος ἐπίσκοπος Τραϊανουπόλεως.

Basilius episcopus Trajanopolitanus Rhodopenæ provinciæ dixit: Sententiæ hujus magnæ & sanctæ synodi & mea consentit parvitas adversus Flavianum & Eusebium.

Δοκιμάσιος ἐπίσκοπος Μαρωνείας·

Docimasius episcopus [o] Maroneæ dixit: Prolatæ sententiæ a sancta magna synodo adversus Flavianum & Eusebium consentit & mea humilitas.

Ἀλέξανδρος ἐπίσκοπος Σεβαστῆς·

Alexander episcopus civitatis [p] Sebastæ dixit: [q] Quæ prolata est a sanctis patribus adversus Flavianum & Eusebium sententiæ & ego [r] similiter consentio.

Οὐράνιος ἐπίσκοπος Ἱμερίας ἐπαρχίας Ὀσδροηνῆς, ἑρμηνεύοντος αὐτὸν Εὐλογίου πρεσβυτέρου Ἐδεσσηνῶν·

Uranius episcopus [s] Himerorum civitatis, provinciæ Osroenæ, interpretante se [t] Eulogio presbytero Edesseno, dixit: Quotquot ausi sunt prævaricari sententiam sanctorum patrum qui in Nicæa & qui in Epheso convenerunt, hi non solum ab ecclesiastica dignitate debent expelli, [u] verum etiam gladio submitti. Oportebat enim, [x] videntes eos qui ante se fuerunt, quali subjacuerunt pœnæ, recedere ab hujusmodi conatibus. Quoniam igitur Flavianus & Eusebius prævaricatores eorum extiterunt, hos & ego [y] alienos ab episcopatus dignitate, & dignos [z] multis millibus malis esse definio.

Ἀθανάσιος ἐπίσκοπος Ὀπούντος·

[aa] Athanasius episcopus Opuntinæ civitatis dixit: Et ego concors effectus prolatæ sententiæ a sancta synodo in damnatione Flaviani & Eusebii, eadem profiteor.

Θεόδωρος ἐπίσκοπος Κλαυδιουπόλεως·

Theodorus episcopus Claudiopolitanus dixit: Consentio his quæ a sancta synodo judicata sunt

BALUZII NOTÆ.

a Corb. & *alienos eo esse*. Sic etiam Divionensis & Parisiensis.

b Eadem vetera exemplaria, *sacerdotii*.

c Hanc lectionem confirmat codex Parisiensis. Male in Corbejensi *congregatorum*, & in Divionensi *congregatum*.

d Corb. *cetero episcopali*.

e Corb. *Balanensis*, Paris. *Valanensis*, Divion. *Balensis*.

f Veteres editiones, *prolatæ justæ*. Sic etiam codices Corbejensis & Parisiensis. Divionensis habet, *prolatæ & justæ*.

g Paris. & Divion. *eo quod*.

h Corb. *collectæ sunt*. Divion. *collecta est*, & in margine, *al. collectæ sunt*.

i Paris. & Corb. & *alienos*.

k Post professionem Petri Episcopi Gangrenæ civitatis Rusticus quandam notam apposuit, & dein aliam ante prosecutionem Basilii Episcopi Trajanopolitani; in margine vero ita admonet. *A signo hoc usque ad signum istud in meo & in Acumitensi Græco non est. In alio tamen Græco sic inveni ut hic in Latino jacet.* Eandem annotationem suis verbis posuit Crabbus, in quibus tamen non omnia expressit quæ apud Rusticum habentur. Crabbi admonitionem Romani sustulerunt. Itaque in codice Rustici & in Acœmitensi deerant prosecutiones Eutychii, Claudii, Simeonis, Heliæ, & Lucæ.

l Paris. *Anctasmi*. Istius Episcopi prosecutio deest in libro Corbejensi. Non deest sane in Divionensi, sed scriptori excidit nomen loci ubi ille Episcopum agebat.

m Repone *Amidæ*. Error est editionis Labbeanæ. Paris. & Divion. habent *Amidiæ*, Corb. *Amiddæ*.

n Hæc vox deest in Corbejensi & Divionensi exemplaribus. Integra vero istius Episcopi interlocutio desideratur in Parisiensi.

o Omnia vetera exemplaria legunt *Marouiæ*.

p Veteres libri & editiones. *Sebastiæ*.

q Veteres libri: *Quæ prolata est sententia a sanctis*. Sed iidem codices non habent paulo post *sententiæ*.

r Veteres libri, *similia*.

s Iidem libri, *Himeriæ*.

t Annotatio Rustici. *Rursus Eulogius accusator ibat, homicidium prædicat*.

u Crabbus in margine posuit hanc annotationem. *Atrox sententia, & carnifice magis quam Episcopo digna*. Surius delevit, quia haud dubie illam non inveniebat in suis exemplaribus. Sane eam non reperi in illis ad quæ synodum istam Calchedonensem recenseo. Quare suspicor non esse Rustici, sed Crabbi.

x Divion. *videntes eos qui ante se*; sed postea, adjectis aliquot voculis supra lineam, factum est, *videntes eos qui ante se fuerunt*. Pro his autem Parisiensis habet tantum, *videntes priores*.

y Veteres libri, *alienos episcopatus*.

z Iidem libri, *multorum millium malorum*.

aa Parisiensis & Divionensis habent *Thalassius*. Sed melior est editio vulgata.

sunt in damnatione Flaviani & Eusebii, [a] ut qui non permanserunt in regulis trecentorum decem & octo patrum, & statutis sancti concilii, quod dudum in hac Ephesia civitate collectum est; [b] & similia decerno eorum quæ juste a vestra sancta synodo dicta sunt.

Λεόντιος ἐπίσκοπος Ἀσκάλωνος·

Leontius episcopus Ascalonensis dixit: Consentio omnibus quæ a sanctis patribus adversus Flavianum & Eusebium decreta sunt, quatenus alieni sint ab omni sacerdotali dignitate.

Φωτεινὸς ἐπίσκοπος Λύδδης·

Photinus episcopus [c] Lyddæ dixit: Recte & juste quod hic pridem convenit sanctum concilium definivit, [d] nihil ab aliquo mutilari eorum quæ in Nicæa, [e] vel in eo ordinata sunt. Propter quod consentio his quæ nunc a sanctis patribus [f] statuta sunt, & alieno ab episcopatus gradu Flavianum & Eusebium, qui ausi sunt prævaricari ea quæ in sancta ordinata sunt synodo.

Ἀναστάσιος ἐπίσκοπος Ἀρειοπόλεως·

Anastasius episcopus Areopolitanus dixit: Audiens cognitionem, quæ inter [g] reverendissimum presbyterum & archimandritam Eutychem & Eusebium & Flavianum habita est, & ex prolatis monimentis & porrectis libellis reprehendens eorum perfidiam, concors effectus & ego sanctis patribus, alienos eos [h] feci ab omni sacerdotali dignitate, id est, Flavianum & Eusebium.

Θεοδόσιος ἐπίσκοπος Ἀμαθοῦντος·

Heliodorus * Theodosius episcopus Amathuntenæ civitatis dixit: Flavianus & Eusebius, qui sanctorum patrum, qui in Nicæa & qui in hac pridem civitate collecti sunt, [i] definitiones non custodierunt, & a sanctis patribus damnati sunt, [k] etiam alieni ab episcopali dignitate a me facti sunt. Sequor enim ea quæ a sanctis patribus decreta sunt.

Παῦλος ἐπίσκοπος Μαϊουμᾶ·

Paulus episcopus [l] Majumensis civitatis dixit: [m] Flavium & Eusebium, qui sanctorum [n] patrum in Nicæa, & pridem in Epheso congregatorum statuta prævaricati sunt, & propter hoc [o] damnati a nunc collecta sancta sy-

A nodo, decrevi & ego alienos esse ab episcopali dignitate.

Ζώσιμος ἐπίσκοπος Μινωείδης·

Zosimus episcopus Minoidæ civitatis dixit: Flavianus & Eusebius, quoniam in sanctorum [p] patrum, qui in Nicæa & in Epheso convenerunt, definitionibus minime permanserunt, [q] & prævaricati sunt, & [r] mutilarunt, & propter hoc damnati sunt sententia hujus præsentis sanctæ synodi, [s] etiam a me sanctis patribus concordante, episcopali privati sunt dignitate.

Ἐπιφάνιος ἐπίσκοπος Πέργης·

Epiphanius episcopus [t] Pergensis civitatis dixit: Execrabile quidem erat hoc mihi, lacrymans vero anima; concors & ego efficior in B damnatione Flaviani quondam Constantinopolitani episcopi, & Eusebii qui olim Dorylenæ civitatis tenuit præsulatum.

Βαρούχ ἐπίσκοπος Σωζούσης·

Baruchius episcopus Sozusenæ civitatis dixit: Custodes fidei sacerdotes semper Spiritus sanctus producit. Qui ergo contraria committunt, quam peragere debuerunt, [u] damnandi sunt. Inter quos Flavianus, nec non & Eusebius, canonicis expositionibus sanctorum patrum qui in Nicæa & qui in Epheso convenerunt, [x] audacter rebelles inventi, episcopatus decident gradu, propriæ temeritatis justum luentes judicium.

C Ἡράκλειος ἐπίσκοπος Ἀζώτου·

Heraclius episcopus Azoti civitatis dixit: Eos qui conturbare conantur & mutilare semper ea quæ a sanctis patribus bene statuta sunt, * sancta hæc & magna synodus bene fecit [y] abscindere Flavianum & Eusebium [z] ab omni sacerdotali ministerio: Unde & ego juste [aa] definita sequens consentio.

Ἰωάννης ἐπίσκοπος Τιβεριάδος·

Joannes episcopus [bb] Tiberiadis dixit: Justa est & legitima quæ adversus Flavianum & Eusebium a sancta synodo est prolata sententia: unde & ego hæc eadem profiteor.

Μουσώνιος ἐπίσκοπος Ζωόρων·

Musonius episcopus [cc] Zoarensis dixit: Non D adversantur hominibus, sed Deo, [dd] qui iis quæ a trecentis decem & octo sanctis patribus in Ni-

BALUZII NOTÆ.

a Codex Parisiensis non habet vocem *ut*. In Divionensi addita est supra lineam.
b Divion. & Paris. *& similia profiteor*.
c Paris. *Lyddia*, Divion. *Lydia*.
d Veteres libri, *nihil a nullo*.
e Male in Corbejensi & in Divionensi, *vel in ea*.
f Codex Paris. *constituta sunt*.
g Paris. & Divion. *religiosum*.
h Divion. *facio*. i Idem codex, *definitionem*.
k Veteres libri, *alieni & a me episcopali dignitate facti sunt*.
l Amor elegantiæ hanc lectionem nobis protulit. Veteres enim editiones & libri calamo exarati habent *Majumenæ*.
m Lege, *Flavianum*. Et hoc quoque connumeretur inter errata typographica editionis Labbeanæ.
n Vetera exemplaria: *patrum qui in Nicæa & qui pridem in Ephesο convenerunt*.
o Eadem vetera exemplaria, *damnati sunt a nunc esse ab episcopali*. Corb. *esse episcopali*, Divion. & Paris. *eos esse episcopali*.
p Corb. *patrum eorum qui in Nicæa, & qua in Epheso*. Paris. *patrum eorum qui in Nicæa & qui hic Epheso*. Sic etiam Divionensis.
q Codices Divion. & Paris. & Crabbus, *sed prævaricati sunt*.
r Paris. *mutilaverunt*.
s Codex Corb. *& a me episcopali dignitate*. Divion. *& a me episcopali dignitate alienati sunt sanctis patribus concordante*. t Veteres libri & editiones, *Pergenæ*.
u Paris. *damnati sunt*. x Veteres libri, *audaciter*.
y Crabbus scripsit *abscindere*, satis indicans se *abscidere* legisse in suis exemplaribus. Qui Crabbum secuti sunt, *abscindere* posuerunt, nullam litterarum differentiam notantes. Ceterum omnes libri nostri habent *abscidere*. z Vetera exemplaria non habent vocem *ab*.
aa Divion. & Paris. *definitis sequens*.
bb Omnes veteres. *Tiberiadæ*. cc Iidem libri, *Zoronensis*.
dd Ibidem, *qui ea quæ*.

Nicæa a Spiritu ſancto congregatis, & poſt ipſos iterum in hac magna Epheſia metropoli ſancita ſunt, exiſtunt contrarii. Unde Flavianus & Euſebius contraria ſancto Spiritui loquentes & peragentes, epiſcopatus utrique [a] deciderunt gradu, ſibimetipſis cauſam ruinæ, non nobis, qui ab eorum impietate receſſimus, adſcribentes.

Διονύσιος ἐπίσκοπος Συκαμαζόνος·

Dionyſius epiſcopus Sycamazonenſis dixit: [b] Juſta & Deo amabilia [c] a patribus definita ſunt adverſus Flavianum & Euſebium quondam epiſcopos, qui [d] recte de fide non ſapuerunt. Unde & ego hæc eadem decerno, quæ & ſancta ſynodus.

Καΐουμος ἐπίσκοπος Φαίνους·

Cajumas epiſcopus [e] Phaneenſis dixit: Et ego juſta reperiens quæ a ſanctis patribus adverſus Flavianum & Euſebium quondam epiſcopos decreta ſunt, abſcidi eos a ſacerdotio, conſentiens ſanctæ ſynodo.

Αἰθέριχος ἐπίσκοπος Σμύρνης·

Ætherichus epiſcopus [f] Smyrnenſis dixit: Nullus audet contraire ſtatutis ſanctorum & magnorum conciliorum, quæ divinitus definierunt, eos qui [g] prævaricati ſunt catholicam religionem, regulari reprehenſioni ſubjacere. Unde & ego concors ſententiæ veſtræ ſanctitatis factus Flavianum & Euſebium quondam epiſcopos ſacerdotali nudavi dignitate.

Κωνστάντιος ἐπίσκοπος * Σεβαστείας· (* Σεβαστῆς.)

[h] Conſtantius epiſcopus Sebaſtiæ civitatis dixit: Flavianus & Euſebius, [i] quia ad acerbiſſimum bellum eorum quæ in Nicæa olim, & poſtmodum in Epheſo de fide ſunt regulariter expoſita, ſeipſos armaverunt, epiſcopali decidant gradu, per propriam ruinam univerſum orbem ab ſcandalo, quod operati ſunt, liberantes.

Ζεβέννος ἐπίσκοπος Πέλλης·

* [k] Zebennus epiſcopus Pellenſis dixit: Deo amabilia & utilia a ſanctis patribus decreta ſunt adverſus Flavianum & Euſebium, qui non ſecuti ſunt ſanctum & univerſale Nicænum concilium, & quæ in hac Epheſia civitate adverſus temeratores eccleſiaſticorum * terminorum confirmata ſunt. Unde & ego concors ſententiæ effectus, alienos [l] feci ab omni ſacerdotali dignitate Flavianum & Euſebium. (* Zennus. * canonum)

Ἀλύπιος ἐπίσκοπος Βάκχων·

Alypius epiſcopus * [m] Bachatenſis dixit: Præſens & audiens examinata cognitione, quæ inter [n] reverendiſſimum presbyterum & archimandritam Eutychem, interque Flavianum & Euſebium facta eſt, [o] & ego cognoſcens & ex relectis nobis monimentis & porrectis libellis eſſe reprehenſibiles eoſdem Flavianum & Euſebium, & reos perfidiæ apparuiſſe, concors effectus ſanctiſſimis patribus, [p] alienos eos feci, id eſt Flavianum & Euſebium, a ſacerdotali dignitate. (* Bacchorum)

Πολυχρόνιος ἐπίσκοπος Ἀντιπατρίδος·

Polychronius epiſcopus civitatis [q] Antipatridis dixit: Secundum ſententiam ſanctorum patrum, quæ adverſus Flavianum & Euſebium prolata eſt, ut [r] extranei ſint a ſacerdotio & dignitate epiſcopatus, & ego conſentio.

Παγκράτιος ἐπίσκοπος Λιβυάδος·

Pancratius epiſcopus [f] Libyadis civitatis dixit: Flavianus & Euſebius, epiſcopatus ſui ruina orbe ab ſcandalo liberato, docent omnes oportere perſeverare in regulis quæ a ſanctis patribus in Nicæa & in Epheſo promulgatæ ſunt, & non ſe armare ad manifeſtiſſimum prælium, quemadmodum hi.

Αὐξίλαος ἐπίσκοπος Σαρακηνῶν τῶν ὑποσπόνδων·

[t] Auxilaus epiſcopus gentis Saracenorum [u] fœderatorum dixit: Juſtum eſt, ea quæ a ſanctis patribus definita ſunt, ſequi. Unde & ego conſentio prolatis definitionibus adverſus Flavianum & Euſebium quondam epiſcopos.

Δομνῖνος ἐπίσκοπος Πλαταιῶν·

Domninus epiſcopus [x] Platææ civitatis dixit: Cum manifeſta ſit interlocutio ſanctorum patrum, & prolata definitio adverſus Flavianum [y] & Euſebium, [z] & ego concors effectus ſententiæ, hæc eadem profiteor.

Θεοδόσιος ἐπίσκοπος Μασαύρων.

Theodoſius epiſcopus Maſtaurenſis dixit: Juſto conſiſtente decreto ſanctorum patrum in damnatione Flaviani & Euſebii, & ego concors ſententiæ factus ſum.

Κυριακὸς ἐπίσκοπος * Αἴγλης· (* Αἰγίνης)

Cyriacus epiſcopus [aa] Æglenſis dixit: Etſi præter noſtras orationes factum eſt non obedire Flavianum & Euſebium regulari expoſitioni

BALUZII NOTÆ.

tur veſtram ſanctam ſynodum, ſuas mihi A aures accommodare, ut quæ in me commiſſa ſunt, pro meis viribus doceam, licet majore ſermone, [a] quia magna ſunt, egeant. Læſus enim maxime & ego, & in paupertatem deductus per diverſas circumventiones reverendiſſimi Dioſcori magnæ Alexandrinæ civitatis epiſcopi, per quas ſæpius adverſus me pauperem maligne operatus eſt, [b] adiens doceo, diverſos habens obnoxios, nec non etiam & iniqua paſſus a Macario magnæ Alexandrinæ civitatis curiali. Hic enim conjugem meam nomine [c] * Theodotam, ex qua & filios ſuſcepi, neque repudio conſequente, neque triſti aliquo commiſſo, ſed in communi connubio conſtitutam, deſiderio ini- B quo captus, raptam [d] apud ſe habuit. Ad hoc concitatus quod neque barbari unquam facile [e] perpetrarunt, (vix tamdem) perveniens ad dominos orbis terræ, & magnificentiſſimos & excellentiſſimos præfectos, accuſavi memoratum Macarium, & certa ſuper his acta ſunt. [f] Et poſtulavi eum, qui ſic contra jura perpetrare præſumpſit, repræſentari una cum mea conjuge Theodota, quatenus legitima * examinatio cognitionis proveniret, nominans & alios, qui mihi in ſcriptis, vel ſine ſcriptis probationibus obnoxii ſunt. Habens itaque divina decreta, ſed & maximas ſententias magnificentiſſimorum & glorioſiſſimorum præfectorum, ne- C ceſſarie vero & eorum executorem, id eſt, virum [g] venerabilem Theodorum ex ampliſſimo officio, reverſus ſum in magnam Alexandrinam civitatem, quatenus hæc executioni traderentur. Sed reverendiſſimus epiſcopus Dioſcorus omnia indevote agens, [h] arbitratuſque ſe ſuper omnes eſſe, neque [i] imperialia decreta, neque magnificas conceſſit exequi ſententias, ſuam magis provinciam, quam imperatorum eſſe dicens. [k] Quippe immittit adverſus me Iſidorum, nomen quidem habentem [l] diaconi, ſui vero furoris miniſtrum, cum latrocinantium agmine tam ruſticorum, quam quorumdam aliorum ut me de rebus humanis facerent D alienum; executorem vero mihi ex ampliſſimo officio delegatum, ſine ulla * accuſatione abigerent; quod & factum eſt. Qui diaconus, ſecundum præceptionem memorati reverendiſſimi epiſcopi Dioſcori, non contentus iis, inſuper omnes meas abſtulit facultates, [m] quas in * veſtibus & multis re-

* Theodotem
* examinatione cauſa procederet.
* actione.
* navibus.

A νυν τῆς ὁσιωτάτης ὑμῶν συνόδου παρασχεῖν μοι τὰς ἀκοὰς, ὥστε διδάξαι, καθὸ μοι δύναμίς ἐστιν, εἰ καὶ μεγάλα, καὶ λόγου πλείστου δεόμενα, τὰ κατ᾽ ἐμοῦ τολμηθέντα. ἀδικηθεὶς γὰρ τὰ μέγιστα κἀγὼ, καὶ εἰς πενίαν ἐληλακὼς ἐκ διαφόρων κατασκευῶν τοῦ εὐλαβεστάτου ἐπισκόπου Διοσκόρου τῆς μεγάλης Ἀλεξανδρείας, ἀφ᾽ ὧν διαφόρως κατ᾽ ἐμοῦ τοῦ πένητος κατεσκεύασε, πρόσειμι διδάσκων, διαφόρους ἐσχηκὼς ὑπευθύνους· οὐ μὴν ἀλλὰ γὰρ καὶ ἀδικηθεὶς παρὰ Μακαρίου τοῦ πολιτευομένου τῆς μεγάλης Ἀλεξανδρείας· οὗτος γὰρ τὴν ἡμετέραν γαμετὴν Θεοδότην, ἀφ᾽ ἧς καὶ παῖδας πεποίηκα, οὐ διαιρέσεως παρακολουθησάσης, οὐ λυπηροῦ τινὸς B γενομένου, ἀλλὰ γὰρ τὸ συνοικέσιον ἅμα ἡμῶν ἐχόντων, ἐν ἐπιθυμίᾳ ἀδίκῳ γενόμενος, ἁρπάσας ἔσχε. πρὸς τούτοις ἀχθεσθεὶς, δι᾽ ὅπερ οὔτε βάρβαροι τετολμήκασι ῥᾳδίως πώποτε, καταλαβὼν τοὺς δεσπότας τῆς οἰκουμένης, καὶ τοὺς μεγάλους, καὶ * ἐξοχωτάτους ὑπάρχους, ᾐτιασάμην τὸν μνημονευθέντα Μακάριον, καὶ φανερὰ ἐπὶ * τούτο πέπρακται. ἠξίωσά τε τὸν οὕτω παρανομῆσαι τολμήσαντα μετὰ καὶ τῆς ἡμετέρας γαμετῆς Θεοδότης ἄγεσθαι πρὸς τὸ νομίμῳ ἐξετάσει τὰ τῆς ὑποθέσεως προβῆναι, μνημονεύσας καὶ ἑτέρων μοι γενομένων ὑπευθύνων, κατ᾽ ἐγγράφους, καὶ ἀγράφους ἀποδείξεις. ἐσχηκὼς τοίνυν τοὺς θείους C τύπους, ἔτι τε καὶ τὰς μεγίστας ἀποφάσεις τῶν μεγάλων, καὶ ἐξοχωτάτων * ἐπάρχων, εἰκότως δὲ, καὶ τὸν ταῦτα συνεκβιβάζοντα, φημὶ δὴ τὸν αἰδέσιμον Θεόδωρον τὸν ἐκ τῆς μεγίστης τάξεως, κατέλαβον τὴν μεγάλην Ἀλεξάνδρειαν, ὥστε ἐκβιβασμῷ ταῦτα παραδοθῆναι. ἀλλ᾽ ὁ εὐλαβέστατος Διόσκορος πάντα ἀκαθοσιώτως πράττων, νομίζων τε ἀνωτέρω πάντων εἶναι, οὔτε τοὺς θείους τύπους, οὔτε τὰς μεγίστας ἀποφάσεις συνεχώρησεν ἐκβιβασθῆναι, ἑαυτοῦ τὴν χώραν μᾶλλον, ἢ τῶν κρατούντων εἶναι λέγων. ἀμέλει γοῦν καταπέμπει κατ᾽ ἐμοῦ Ἰσίδωρον, ὄνομα μὲν ἔχοντα διακόνου, ὑπηρέτην δὲ τῆς αὐτοῦ μανίας ἀεὶ γενόμενον, μετὰ D φάλαγγος λῃστρικῆς χωρικῶν τε, καὶ ἑτέρων τινῶν, ὥστε με τῶν ἀνθρωπίνων ἐκτὸς ποιῆσαι πραγμάτων, τὸν δὲ ἐκ τῆς μεγίστης τάξεως ἀπονεμηθέντα μοι ἐκβιβαστὴν, ἄπρακτον ἐκδιῶξαι· ὃ δὴ καὶ γεγένηται· ὅς τις διάκονος κατὰ πρόσταξιν τοῦ εὐλαβεστάτου ἐπισκόπου Διοσκόρου, οὐκ ἀρκεσθεὶς τούτοις, καὶ πάντα τὰ προσόντα μοι ἀφείλετο ἔν τε * φάρεσι,

* ἐνδοξοτ.
* ἴσ. τούτω
* ἀρχόντων
* βάρεσι

BALUZII NOTÆ.

a Pariſienſis repetit, *quæ in me commiſſa ſunt*.
b Codex Corbejenſis habet *adiciens*. Ita etiam Divionenſis in margine.
c Veteres libri & editiones docent legendum eſſe *Theodotem*, & *infra Theodote*.
d Hæc in nullo veterum exemplarium habentur.
e Veteres libri, *perpetraverunt*.
f Veteres editiones: *Et præcepi eum qui contra*. Veteres libri: *Et præcepit eum qui contra*.
g Omnes libri veteres & editiones, etiam Romana & Biniana, habent *ſtrenuum*. Curatores editionis regiæ prætulerunt lectionem quam Romani poſuerunt in margine, nimirum *venerabilem*.
h Pariſ. *arbitrans*.
i Ante regiam editionem hæc lectio (quæ ſola bona eſt, quam & codices quoque Pariſienſis & Divionenſis habent) non extabat in textu iſtius libelli, neque in margine ante editionem Romanam. In libro Corbejenſi ſcriptum eſt *immo alia*, quam lectionem eſſe antiquam hinc etiam patet quia legitur in margine codicis Divionenſis. Eadem, ni fallor, extabat etiam in exemplari quo Crabbus utebatur. Verum ille ſatis intelligens nullum hinc bonum ſenſum elici poſſe, repoſuit *immobilia*. Sed quoniam vocabulum illud neque cum Græco textu conveniebat, neque cum dignitate materiæ, editores Romani *immortalia* ſcripſerunt; & in margine *imperialia*. Hanc ergo lectionem marginalem in textum tranſtulerunt curatores editionis regiæ, comite fortuna ac præfulgente bonæ lectioni.
k Pariſ. & Divion. *Quippe igitur immittit*.
l Divion. *diaconatus*.
m Veteres editiones, *quas in navibus*. Veteres libri, *quæ in navibus*. Veteres editiones ſecuti ſunt Romani, ſed

ρεσι, καὶ ἑτέροις πράγμασιν· ἀφ᾽ ὧν τὰς διατροφὰς εἶχον μετὰ τῶν ἡμετέρων παίδων. ἐκ γὰρ παραδόξου τοῦτο γνοὺς, τινός μοι τὴν μανίαν τοῦ μνημονευθέντος μηνύσαντος, ἐκφυγὼν διεσώθην. ἐπεὶ οὖν τὰ τολμηθέντα παρὰ τοῦ εὐλαβεστάτου Διοσκόρου οὐδὲ βάρβαροί ποτε τετολμήκασι, καὶ δέομαι τῆς ὑμετέρας ἀγγελικῆς στρατιᾶς, κατελεῆσαί με, καὶ κελεῦσαι, ἐνταῦθα ἐκ θείας προνοίας καταληφθέντα τὸν τύραννον, τὰς ἀποκρίσεις ποιήσασθαί μοι. ἑτοίμως γὰρ ἔχω δεῖξαι τὸν εὐλαβέστατον ἐπίσκοπον Διόσκορον, καὶ κατὰ τῆς ἁγίας, καὶ ὁμοουσίου τριάδος πολλάκις δυσφήμους ἀφέντα φωνάς. οὐ μὴν ἀλλὰ καὶ μοιχείας τολμήσαντα, καὶ εἰς αὐτὴν τὴν καθοσίωσιν ἡμαρτηκότα. τῶν γὰρ θείων λαυράτων ἐπ᾽ εὐτυχίᾳ οἰκουμενικῇ εἰσερχομένων καὶ ἐν τῇ μεγαλοπόλει Ἀλεξανδρείᾳ, οὐ παρῃτήσατο ἔρανα διανεῖμαι πλείστοις δι᾽ Ἀγοράστου, καὶ Τιμοθέου, καὶ ἑτέρων τινῶν, καὶ ταῦτα παρασκευάσαι διωχθῆναι. ἐπαχθῶς γὰρ ἔφερεν, ἐφ᾽ οἷς ὅλως τοιοῦτος δεσπότης τῆς οἰκουμένης διηγορεύετο· ἑαυτὸν γὰρ μᾶλλον βασιλεύειν ἤθελε τῆς Αἰγυπτιακῆς διοικήσεως· καὶ τὰ πραχθέντα παρὰ διαφόροις ἄρχουσι δείκνυσιν· οὐ μὴν ἀλλὰ καὶ ὁ περίβλεπτος τριβοῦνος Ἰωάννης μαρτυρεῖ. καὶ εἰ μὴ ὅτι ἐκ θείας προνοίας ἔτυχεν ὁ μεγαλοπρεπέστατος, καὶ ἐνδοξότατος Θεόδωρος, τὰ τῆς Αἰγυπτιακῆς διοικήσεως ἰθύνων πράγματα, ὁ γενναῖος τῶν νόμων προστάτης, πάλαι ἂν * ἀπολέληπτο ἡ μεγάλη Ἀλεξάνδρεια παρὰ τοῦ προλεχθέντος τυράννου. ὅτι γὰρ οὐκ ἐγὼ μόνος, ἀλλὰ καὶ πλεῖστοι ἕτεροί εἰσιν, οἱ πεπειραμένοι τῆς μανίας τοῦ προλεχθέντος εὐλαβεστάτου Διοσκόρου, ὡμολόγηται. καὶ οἱ πεπονθότες, εἴτε διὰ πενίαν, εἴτε καὶ διὰ τὸν φόβον τῆς ἐκείνου τυραννίδος, οὐ τετολμήκασι καταλαβεῖν τὴν ὑμετέραν ὁσιότητα, καὶ τοῦτον αἰτιάσασθαι. καὶ παρακαλῶ, καὶ δέομαι τοῦ ὑμετέρου ἀγγελικοῦ χοροῦ, Ἀγόρασον ἐνταῦθα καταλαμβανόμενον, ἕνα τῶν συνεργησάντων αὐτοῦ τῇ μανίᾳ, σύγγελλον αὐτοῦ ὄντα, παρενεχθῆναι· καὶ κελεῦσαί με ἐπὶ τῆς ἁγιωτάτης ὑμῶν, καὶ οἰκουμενικῆς συνόδου εἰσελθόντα, συστῆναι πᾶσιν, οἷς ἐδίδαξα· ἑτοίμως γὰρ ἔχω, εἰ ἀξιωθείην τῶν ὑμετέρων ὁσίων ἀκοῶν, δεῖξαι τὸν εὐλαβέστατον ἐπίσκοπον Διόσκορον ταῦτα πεπλημμεληκότα.

Σωφρόνιος χριστιανὸς ὁ προκείμενος, ἐπιδέδωκα τῇ ἁγιωτάτῃ, καὶ οἰκουμενικῇ συνόδῳ τούσδε τοὺς λιβέλλους, ὡς πρόκειται.

* λέλειπτο

A bus aliis poſſidebam, ex quibus [a] cum noſtris infantibus victum habebam. [b] Ex inſperato enim iſta cognoſcens, aliquo mihi memorati inſaniam nuntiante, fugiens ſalvatus ſum. Quoniam igitur quæ perpetrata ſunt a reverendiſſimo epiſcopo Dioſcoro, neque a barbaris aliquando ſunt commiſſa, ([1]) adeo & deprecor veſtram angelicam militiam, miſeremini mei, & præcipite per Dei providentiam hic comprehenſum tyrannum mihi facere reſponſum. Præparatus enim ſum oſtendere, reverendiſſimum epiſcopum Dioſcorum & adverſus ſanctam & [c] conſubſtantialem trinitatem ſæpius blaſphemas emiſiſſe voces, nec non etiam adulte-B ria perpetraſſe, & in ipſam [d] devotionem peccaſſe. Nam & ſacra laureata, cum pro felicitate orbis terræ & in Alexandrinam civitatem introiſſent, [e] non recuſavit * multis diſpergere pecunias per Agoraſtum & Timotheum & alios quoſdam, ut ea de civitate depelleret. Moleſte enim ferebat, eo quod omnino talis orbis terræ dominus prædicaretur. Seipſum enim magis Ægyptiacæ [f] diœceſi imperare [g] volebat, ſicut & geſta apud diverſos judices confecta demonſtrant. Nam & vir [h] ſpectabilis tribunus (& notarius) Joannes, teſtimonium perhibet, & niſi quia ex divina providentia contigit magnificentiſſimum & glorioſiſſimum Theodo-C rum Ægyptiacæ provinciæ gubernare negotia, fortem legum patronum, olim a prædicto tyranno magna Alexandrinorum civitas fuiſſet * deleta. Quia enim non ego ſolus, ſed etiam multi ſunt alii experti inſaniam prædicti reverendiſſimi Dioſcori, manifeſtum eſt, licet qui pertulerunt, ſive pro paupertate, ſive pro timore ejus tyrannidis, non ſunt auſi, ad veſtram ſanctitatem pervenientes, eum accuſare: peto ergo & deprecor veſtrum angelicum chorum, Agoraſtum hic comprehenſum, unum ex cooperatoribus ejus inſaniæ, & ſyncellum ejus exiſtentem, adduci, & jubere me apud veſtrum ſanctum & univerſale concilium in-D gredientem, omnia probare quæ docui. Paratus enim ſum, ſi meruero a ſanctis veſtris auribus audientiam, oſtendere reverendiſſimum epiſcopum Dioſcorum hæc omnia perpetraſſe.

(1) Forte, *Ideo*. Hard.

* multas diſpergens

* capta.

Supraſcriptus Sophronius Chriſtianus hunc libellum obtuli ſancto & univerſali concilio, ſicut [i] præſcripta ſunt.

Et.

BALUZII. NOTÆ.

ſed in margine poſuerunt *veſtibus*. Hanc ergo poſtea lectionem in textum tranſtulerunt curatores editionis regiæ, nulla veteris mentione facta. Poſtea Labbeus inveniens vocem *navibus* in veteribus libris eam ſcripſit in margine. Et ſic quæ primo fuerat in textu, migravit ad marginem & in ejus locum ea irrepſit quæ antea marginem occupabat.

a Divion. *cum meis;* & in margine, *al. cum noſtris.*

b Veteres libri: *Ex diſperato*, vel *deſperato*.

c Veteres libri & editiones, *homouſion*. Sic ubique fere Græcum vocabulum Latine verterunt editores Romani.

d Hanc lectionem habent codex Pariſienſis & editiones Suriana & Veneta. Eadem extabat & in codice Divionenſi, ſed ſyllaba *ca* poſita ſupra lineam effecit *devocationem*. Iſtam lectionem exhibet codex Corbejenſis. Eamdem extitiſſe in Crabbiano oſtendere videtur ejus editio, in qua legitur *evocationem*. Melior eſt editio vulgata. Vide quæ ſupra dicta ſunt ad pag. 1023. hujus tomi quarti.

e Codex Pariſienſis: *non recuſavit multas diſpergens pecunias*, Sic etiam olim Divionenſis, ſed poſtea vox *agere* adjecta ſupra lineam inter voces *recuſavit* & *multas*, lectionem effecit quam inveni in codice Corbejenſi & in antiquis editionibus: *non recuſavit agere multas diſpergens pecunias*, quam habet etiam editio Romana. Curatores editionis regiæ novam lectionem & uſque ad illam diem non auditam introduxerunt, eam nimirum quam heic videmus in editione Labbeana.

f Veteres libri & editiones habent *diœceſeos:* & Crabbus in margine ſcripſit *diœceſi*, indicans ita legendum eſſe. In codice Pariſienſi legitur *dioceſeo*, barbare pro *dioceſi*.

g Pariſ. & Divion. *volens*. h Divion. *ſtrenuus*.

i Veteres libri, *perſcripta*.

Et post hæc sancta synodus dixit: Omnes hi libelli gestis inserantur. Opoteret enim eos rursus recitari, adveniente sanctissimo Dioscoro, * & querelam suscipiente. Florentius episcopus metropolitanus Sardensis dixit: Certis constitutis quæ lecta sunt, & tertio vocetur [a] religiosissimus Alexandrinorum episcopus Dioscorus; quoniam hoc vult ecclesiastici ordinis consequentia: ut si & post hanc tertiam [b] evocationem venire recusaverit, regulæ suo itinere gradiantur. Paschasinus episcopus dixit: Consequenter [c] Dei amantissimus episcopus Florentius prosecutus est, ut tertio commoneatur per sanctissimos fratres nostros, quatenus venire non differat ad respondendum se accusantibus. Et pro hoc, si placet sanctæ & universali synodo, & tertio vocetur [d] reverendissimus episcopus Dioscorus. Aetius archidiaconus & primicerius notariorum dixit: Quoniam tertiam vocationem a sancta synodo ad [e] religiosissimum episcopum Dioscorum fieri [f] judicastis, si placet, jubete aliquos sanctissimos episcopos pergere & commonefacere eum, ut occurrat vel nunc in [g] sacratissimum vestrum concilium. Sancta synodus dixit: [h] Deo amantissimi episcopi Francion, Lucianus & Joannes pergentes ad sanctissimum episcopum Dioscorum, manifestam ei tertiam constituant vocationem, [i] eum fraterne monentes.

* qui querelas sustinet,

A Καὶ μετὰ τὴν ἀνάγνωσιν ἡ ἁγία σύνοδος εἶπεν. οἱ μὲν λίβελλοι πάντες ἐμφερέσθωσαν τοῖς πραττομένοις· εὔδηλον δὲ, ὡς αὖθις ἀναγνωσθῆναι δεῖ τούτους, παραγινομένου τοῦ τὰς μέμψεις ἐπέχοντος ὁσιωτάτου ἐπισκόπου Διοσκόρου. Φλωρέντιος ἐπίσκοπος Σάρδεων εἶπε· δήλων ὄντων τῶν ἀνεγνωσμένων, καὶ τρίτον κληθῇ ὁ θεοσεβέστατος ἐπίσκοπος Διόσκορος· ἐπειδὴ τοῦτο βούλεται ἡ τῆς ἐκκλησιαστικῆς ἀταξίας ἀκολουθία· ὅπως εἰ καὶ μετὰ ταύτην παραιτήσοιτο, ὁ κανὼν τὴν ἑαυτοῦ βαδίσῃ ὁδόν. Πασχασῖνος ὁ θεοσεβέστατος ἐπίσκοπος εἶπε· προσφόρως ὁ θεοσεβέστατος ἐπίσκοπος Φλωρέντιος, δι᾽ ὧν εἶπε, κατέθετο, ὥστε τρίτον ὑπομνησθέντα διὰ τῶν B ἁγιωτάτων ἀδελφῶν ἡμῶν ἐλθεῖν αὐτὸν, καὶ μὴ ὑπερθέσθαι, ἐπὶ τῷ ταῖς τῶν οἰκείων κατηγορειῶν ἀγωγαῖς ἀποκρίνασθαι. καὶ διὰ τοῦτο, εἰ ἀρέσκει τῇ ἁγιωτάτῃ, καὶ οἰκουμενικῇ συνόδῳ, καὶ τρίτον κληθήτω ὁ θεοσεβέστατος ἐπίσκοπος Διόσκορος. Ἀέτιος ἀρχιδιάκονος, καὶ πριμικήριος νοταρίων εἶπεν· ἐπειδὴ τρίτην κλῆσιν παρὰ τῆς ἁγιωτάτης, καὶ οἰκουμενικῆς συνόδου πρὸς τὸν θεοσεβέστατον ἐπίσκοπον Διόσκορον γενέσθαι ἐδικαιώσατε, κελεύσατέ τινας τῶν ἁγιωτάτων ἐπισκόπων ἀπελθόντας, ὑπομνῆσαι αὐτὸν ἀπαντῆσαι νῦν γοῦν εἰς τὸ ἱερὸν τῆς ὑμετέρας ἁγιωσύνης συνέδριον. ἡ ἁγία σύνοδος εἶπεν· οἱ θεοσεβέστατοι ἐπίσκοποι, Φραγκίων, Λουκιανὸς, C καὶ Ἰωάννης, διαβάντες πρὸς τὸν ἐπίσκοπον Διόσκορον, ἐμφανῆ τὴν τρίτην ταύτην κλῆσιν καταστήσουσιν αὐτῷ, ἀδελφικῶς παραινοῦντες.

Literæ directæ a sancta synodo ad Dioscorum, quibus jam tertio vocatus est.

Tertia vocatio sanctæ synodi, ad Dioscorum episcopum.

Τρίτη κλῆσις Διοσκόρου. . . . .

Sancta & magna [k] universalis synodus, sanctissimo episcopo Dioscoro,

Quæ tua religiositate mandantur, multam & diversam habent varietatem. Aliquando enim teneri te a devotissimis [l] magistrianis atque [m] scholaribus significant: deinde post eorum permissionem, oportere confingunt, [n] gerendis præsentes esse debere magnificentissimos & gloriosissimos judices: rursus ægritudinem proferunt, & iterum magnificentissimorum & gloriosissimorum judicum [o] confessionem simulant expectare: insuper postulasse etiam a piissimo & [p] Christi amico nostro imperatore, [q] religiosissimos episcopos, Juvenalem, Thalassium, Eusebium, Basilium & Eustathium, una tecum adesse in iis quæ contra te dicta sunt, significant. Quorum singula nullo

Ἡ ἁγιωτάτη, καὶ οἰκουμενικὴ μεγάλη σύνοδος, τῷ ὁσιωτάτῳ ἐπισκόπῳ Διοσκόρῳ.

ΤΑ᾽ παρὰ τῆς σῆς θεοσεβείας δηλούμενα πολλὴν, καὶ διάφορον ἔχει τὴν ποικιλίαν, D ποτὲ μὲν ἐπέχεσθαι παρὰ τῶν καθωσιωμένων μαγιστριανῶν, καὶ σχολαρίων γνωρίζοντα, εἶτα μετὰ τὴν ἐκεῖθεν ἐπιτροπὴν, δεῖν παρεῖναι τοὺς μεγαλοπρεπεστάτους καὶ ἐνδοξοτάτους ἄρχοντας τοῖς πραττομένοις· αὖθις ἀῤῥωστίαν προϊσχόμενα, καὶ πάλιν ἀναμένειν τὴν τῶν μεγαλοπρεπεστάτων καὶ ἐνδοξοτάτων ἀρχόντων συνεδρείαν εἰρωνευόμενα. προσέτι δὲ καὶ ἐξητηκέναι ἤδη παρὰ τοῦ εὐσεβεστάτου καὶ φιλοχρίστου ἡμῶν βασιλέως, τοὺς θεοφιλεστάτους ἐπισκόπους, Ἰουβενάλιον, Θαλάσσιον, Εὐσέβιον, Βασίλειον, καὶ Εὐστάθιον, συμπαρεῖναί σοι ἐπὶ τοῖς κατὰ σοῦ ῥηθεῖσι σημαίνοντα· ὧν ἕκαστον

κατ᾽

a Paris & Divion. *reverentissimus*.
b Paris. & Divion. *vocationem*.
c Corb. *Deo amicissimus*. Paris. & Divion. *reverentissimus*.
d Corb. *religiosissimus*. e Divion. & Paris. *reverentissimum*.
f Corb. *judicatis*. Male in Divion. *jusseratis*.
g Veteres libri, *sacratissimum vel sanctum Concilium*.
h Corb. *Deo amicissimi*; reliqui, *reverentissimi*.
i Paris. *fraterne eum suadentes*.
k Divion. *& universalis*.
l Paris. *agentibus in rebus*. Vide quæ dicta sunt ad pag. 994.
m Omnes libri veteres, *scholariis*. Sic etiam supra.
n Hanc vocem editores Romani primi intulerunt in hæc gesta.
o Optima emendatio Romanorum. Nam antea mendose legebatur *confessionem*, quæ lectio extat etiam in codice Parisiensi. Divionensis habet *concessionem*, Corb. *consensionem*.
p Divion. & Paris. *Christianissimo*: Sic etiam paulo post iidem libri habent *Christianissimus*.
q Corb. *& Deo amicissimos*, reliqui, *& reverentissimos*.

κατ' οὐδένα τρόπον ἐπάγεται τὴν ἀλήθειαν, ἑκάστου A τῶν παρὰ σοῦ λεγομένων ἀπωθουμένου τὸ ἀληθές. ἐπεὶ τοίνυν οὐδὲ ὁ εὐσεβέστατος βασιλεὺς, οἷάπερ ἔφης, ἐθέσπισεν, ἀλλ' ἐπέτρεψε τῇ ἁγιωτάτῃ, καὶ οἰκουμενικῇ ταύτῃ συνόδῳ τὴν ἀκρόασιν, οὔτε τι ἕτερον ἀπείργει ἡμᾶς τῆς παρούσης κανονικῆς ἐξετάσεως, πᾶσαν ἀποσεισάμενος πρόφασιν, καταξίωσον καταλαβεῖν τὸ ἱερὸν τοῦτο συνέδριον, αὐτῷ τε τῷ θεοφιλεστάτῳ Εὐσεβίῳ τῷ ἐπισκόπῳ, καὶ τοῖς νῦν ἐπαγομένοις ἀποκρινόμενος, καὶ τοῖς ἐπὶ τοῦ παρόντος ἀποδεδωκόσι κατὰ σοῦ τοὺς κατηγορικοὺς λιβέλλους, οὐκ ὀλίγοις οὖσι, καὶ ἐκ τῆς Ἀλεξανδρέων ὁρμωμένοις κληρικοῖς τε, καὶ λαϊκοῖς· ὧν αἱ προσηγορίαι, Ἀθανάσιος, Θεόδωρος, Ἰ- B σχυρίων, καὶ Σωφρόνιος· ἀπολογησόμενος, εἰδὼς, ὡς εἰ μετὰ τὴν τρίτην ταύτην κανονικὴν κλῆσιν, πανταχοῦ τὸ ἀνύποπτον ἔχουσαν, ὑπέρθοιο πρὸς τὴν ἄφιξιν, ἡ παροῦσα ἁγία, καὶ μεγάλη οἰκουμενικὴ σύνοδος ἐπ' ἐκεῖνον ἐλεύσεται τὸν τρόπον, ὅστις κατὰ τῶν ἀπειθούντων, καὶ καταφρονούντων τῆς συνοδικῆς κλήσεως οἶδε κινεῖν τὴν ἐκ τῶν κανόνων ἔνθεσμον ἐπιτίμησιν. ἀπεστείλαμεν δὲ καὶ νῦν τῆς τρίτης κλήσεως πρὸς σὲ χάριν τοὺς θεοφιλεστάτους συνεπισκόπους ἡμῶν, Φραγκίωνα Φιλιππουπόλεως, καὶ Λουκιανὸν Βύζης, καὶ Ἰωάννην Γερμανικείας τῆς ἀνατολῆς.

Ὁ θεοφιλέστατος ἀρχιεπίσκοπος Ἀνατόλιος C εἶπε· καταξιωσάτωσαν, Φραγκίων, καὶ Λουκιανὸς, καὶ Ἰωάννης, οἱ θεοφιλέστατοι ἐπίσκοποι, ὡς συνέδοξε, παραγενόμενοι πρὸς τὸν θεοσεβέστατον ἐπίσκοπον Διόσκορον, παρακελεῦσαι αὐτὸν * γοῦν παραγενέσθαι εἰς τὴν ἁγίαν σύνοδον. Φραγκίων ἐπίσκοπος Φιλιππουπόλεως εἶπεν· ἕνα τῶν ἐξειληφότων νοταρίων κελεύσατε συνελθεῖν ἡμῖν, ἐπὶ τῷ ἀναγνωσθῆναι τὰ παρὰ τῆς ἁγίας ὑμῶν συνόδου δηλωθέντα τῷ θεοφιλεστάτῳ ἐπισκόπῳ Διοσκόρῳ. ἡ ἁγία σύνοδος εἶπεν. ἀπελθέτω Παλλάδιος διάκονος, καὶ νοτάριος τοῦ θεοφιλεστάτου ἐπισκόπου Πατρικίου, καὶ τὰ ὑπαγορευθέντα αὐτῷ παρ' ἡμῶν ἀπὸ τῆς ἐκλήψεως ὑπανα- D γνώτω τῷ θεοφιλεστάτῳ ἐπισκόπῳ Διοσκόρῳ, παρόντων τῶν εὐλαβεστάτων ἐπισκόπων τῶν ἀποσταλέντων.

Ἐπανελθόντων αὖθις αὐτῶν τῶν θεοφιλεστάτων ἐπισκόπων, Αέτιος ἀρχιδιάκονος, καὶ πριμικήριος νοταρίων εἶπεν· οἱ ἁγιώτατοι ἐπίσκοποι, οἱ ἀποσταλέντες πρὸς τὸν θεοφιλέστατον ἐπίσκοπον Διόσκορον ἐπὶ τῷ τρίτην κλῆσιν κατὰ τοὺς θείους κανόνας ποιήσασθαι, πάρεισι· καὶ τοῦτο αὐτὸ γνωρίζομεν. Ἀνατόλιος ἐπίσκοπος Κωνσταντινουπό-

A modo veritati concordant, quoniam unumquodque dictorum tuorum repellit (ex differentia) veritatem. Quoniam igitur neque piissimus & Christi amicus imperator noster ea quæ dixisti, decrevit, sed permisit sancto [a] huic universali concilio audientiam, [b] neque aliud * a præsenti regulari examinatione nos prohibet; omni deposita [c] excusatione dignare advenire [d] in sacrum hoc concilium, ad satisfaciendum simul & reverendissimo Eusebio episcopo, & iis quæ tibi nunc ingeruntur, responsurus, [e] & iis qui in præsenti adversus te alios accusatorios dederunt libellos, [f] qui non pauci sunt, & ab Alexandria venerunt, clericis & B laicis: quorum nomina sunt, Athanasius, Theodorus, Ischyrion, [g] & Sophronius: sciens, quod si post [h] tertiam regularem vocationem, ex omni parte nullam habentem suspicionem, ad veniendum distuleris, præsens sancta & magna & universalis synodus ad illum veniet modum, qui contra pertinaces & contemptores synodalis vocationis scit movere pœnam a canonibus [i] jure constitutam. Direximus vero ad te & nunc [k] tertiæ vocationis gratia, [l] Dei amicissimos coepiscopos nostros, Francionem metropolitanum Philippopoleos, & Lucianum * Byzenum (provinciæ Thraciæ,) & Joannem Germaniciæ civitatis orientalis.

* aliquid a

* Zebenum.

C Anatolius Dei amantissimus archiepiscopus dixit: Dignentur Francion & Lucianus & Joannes Deo amicissimi episcopi, sicut complacuit, pergere ad Dei amantissimum episcopum Dioscorum, [m] & rogare eum, ut vel nunc adsit huic sancto concilio. Francion episcopus metropolitanus Philippopoleos dixit: Unum de * excipientibus notariis jubete nobiscum venire, ad perlegenda religiosissimo Dioscoro episcopo quæ ei mandata sunt a vestro sancto concilio. Sancta synodus dixit: Pergat Palladius diaconus & notarius Deo amicissimi episcopi Patricii, & quæ a nobis ei dictata sunt, ex exceptis suis religiosissimo episcopo Dioscoro, D præsentibus [n] directis reverendissimis episcopis, relegat.

* ὧν

* his qui exceperunt.

Et redeuntibus rursus iisdem reverendissimis episcopis, Aetius archidiaconus & primicerius notariorum dixit: Qui destinati sunt sanctissimi episcopi [o] ad Dei amantissimum episcopum Dioscorum, [p] ad faciendam ad eum secundum divinas regulas tertiam vocationem, adsunt: & hoc ipsum suggero.

BALUZII NOTÆ.

a Veteres libri, *huic & universali*.

b Legendum, *neque aliud aliquid*. Et istud quoque connumerandum est inter errata typographica editionis Labbeanæ.

c Veteres libri & editiones, *occasione*. Infra *occasionibus*.

d Divion. *in hoc sacro Concilio*.

e Veteres libri & editiones: *& qui præsenti*.

f Iidem libri & editiones, *non paucis constitutis & qui ab Alexandria orti sunt clericis & laicis*.

g Iidem libri & editiones repetunt nomen Theodori, hoc modo: *Sophronius & Theodorus*.

h Legendum, *tertiam hanc regularem*. Mendum est typographicum editionis Labbeanæ.

i *Jure*. Abest ab omnibus antiquis exemplaribus & editionibus.

k Veteres editiones & codex Corb. *evocationis*. Sic etiam emendatum est in Divionensi.

l Corb. *Deo amicissimos*, reliqui *reverentissimos*. Sic etiam iidem codices paulo post ubi nominantur Episcopi missi ad Dioscorum, ubi Dioscorus ipse nominatur, aut aliquis Episcopus.

m Paris. & Divion. *& petere eum*.

n Divion. *domnis*.

o Corb. *ad Deo amicissimum*, Divion. & Paris. *reverentissimum*. Ita etiam paulo post in responsione Francionis.

p Veteres libri & editiones, *ob faciendam*. Sic supra pagina 994. *ob subvertendum*. Sunt & alia multa exempla.

gero. Anatolius episcopus Constantinopolis novæ Romæ dixit; [a] Dignemini referre nobis, quale & ipsi nunc pro tertia vocatione [b] a Dei amantissimo episcopo Dioscoro accepistis responsum. [c] Francion episcopus (metropolitanus) Philippopoleos dixit: Sicut præcipere dignata est vestra sanctitas, pergere nos ad Dei amantissimum episcopum Dioscorum, pervenimus, & quæ mandata fuerant, verbis ei nunciavimus & tertiam vocationem in scriptis directam perlegi fecimus: & petimus [d] a sancta synodo, tam quæ a nobis ad eum dicta, quam quæ ab ipso responsa sunt, relegi (sancto concilio.) Maximus episcopus (magnæ civitatis) Antiochiæ dixit: Legantur quæ a reverendissimo episcopo Dioscoro pro tertia vocatione mandata sunt. Palladius diaconus & notarius Patricii Deo amicissimi episcopi (Tyanensis) recitavit ita.

Francion episcopus Philippopolitanus [e] ad Dioscorum Alexandriæ civitatis episcopum dixit: Sancta & universalis synodus congregata in basilica sanctæ martyris Euphemiæ, nostram humilitatem ad tuam [f] religiositatem destinavit, tertiam jam hanc vocationem faciens, secundum consequentiam sanctorum canonum. Et hanc vocationem, quam in scriptis fecit, jubeat tua reverentia recitari, ut digneris advenire [g] in sanctam eorum congregationem, [h] ad respondendum ad ea quæ ingeruntur. (*a*) Dioscorus episcopus dixit: Sufficienter docui vestram (*b*) religiositatem: quibus addere aliquid non possum; illa enim sufficiunt mihi. Lucianus episcopus [i] Byzensis dixit: Decet tuam sanctitatem obedire sancto & magno (& universali) concilio, & [k] confidentia suæ conscientiæ advenire ad satisfaciendum super iis, quæ sibi ingeruntur, ne amplius contradicens, regulari * increpationi succumbat, præcipue jam tertia hac ad te a sancta & magna synodo facta vocatione. Dioscorus episcopus dixit: Quæ dixi, dixi: quibus addere aliquid non possum. Joannes episcopus Germaniciæ dicit: Ante tres dies secundum præceptionem piissimi & [l] Christianissimi nostri imperatoris, magnificentissimi & gloriosissimi judices, & sacratissimus senatus, una cum sancta (& magna) synodo examinationem * [m] fecit de iis peccatis, quæ ingerebantur tuæ religiositati a [n] religiosissimo episcopo Eusebio; & decernens adversus tuam reverentiam, promulgavit sententiam, si hoc placuisset san-

* pœnæ.

* fecerunt, &c. & decernentes, &c. promulgaverunt.

A λεως, νέας Ῥώμης, εἶπε· καταξιώσατε ἀπαγγεῖλαι ἡμῖν, ποίας καὶ αὐτοὶ νῦν ἐπὶ τῇ τρίτῃ κλήσει ἀποκρίσεως τετυχήκατε παρὰ τοῦ θεοφιλεστάτου ἐπισκόπου Διοσκόρου. Φραγκίων ἐπίσκοπος Φιλιππουπόλεως εἶπε, καθὼς κατηξίωσεν ἡ ὑμετέρα ὁσιότης προστάξαι, ὥστε ἡμᾶς διαβῆναι πρὸς τὸν θεοφιλέστατον ἐπίσκοπον Διόσκορον, ἀπελθόντες, καὶ τὰ ἐντααλθέντα διὰ ῥημάτων ἀπηγγείλαμεν, καὶ τὴν τρίτην κλῆσιν ἐγγράφως ἀποσταλεῖσαν ἀναγνωσθῆναι πεποιήκαμεν· καὶ ἀξιοῦμεν τὴν ἁγίαν σύνοδον, καὶ τὰ παρ' ἡμῶν πρὸς αὐτὸν εἰρημένα, καὶ τὰ παρ' ἐκείνου πρὸς * ἀπόκρισιν εἰρημένα παραναγνωσθῆναι. Μάξιμος ἐ-
B πίσκοπος Ἀντιοχείας εἶπεν· ἀναγινωσκέσθω τὰ παρὰ τοῦ θεοφιλεστάτου ἐπισκόπου Διοσκόρου ἐπὶ τῇ τρίτῃ κλήσει δηλωθέντα. Παλλάδιος διάκονος, καὶ νοτάριος τοῦ θεοφιλεστάτου ἐπισκόπου Πατρικίου ἀνέγνω οὕτως·

Φραγκίων ἐπίσκοπος Φιλιππουπόλεως πρὸς Διόσκορον ἐπίσκοπον Ἀλεξανδρείας εἶπεν· ἡ ἁγιωτάτη, καὶ οἰκουμενικὴ συνεδρεύσασα ἐν τῷ ἁγίῳ μαρτυρείῳ τῆς ἁγίας Εὐφημίας, ἀπέστειλε πρὸς τὴν σὴν θεοσέβειαν τὴν ἡμετέραν εὐτέλειαν, τρίτην ἤδη κλῆσιν ταύτην ποιουμένη, κατὰ τὴν ἀκολουθίαν τῶν ἁγίων κανόνων· καὶ αὐτὴν τὴν ἔγγραφον κλῆσιν, ἣν πεποίηται, κελεύσει ἡ σὴ θεο-
C σέβεια ὑπαναγνωσθῆναι· ἵνα καταξιώσῃς παραγενέσθαι εἰς τὸ θεοφιλὲς αὐτῶν συνέδριον, καὶ ἀποκρίνασθαι πρὸς τὰ ἐπαγόμενα. Διόσκορος ἐπίσκοπος εἶπεν· αὐτάρκως ἀνεδίδαξα τὴν ὑμετέραν θεοσέβειαν· οἷς προσθεῖναί τι οὐ δύναμαι· ἀρκοῦμαι γὰρ ἐκείνοις. Λουκιανὸς ἐπίσκοπος Βύζης εἶπε· πρέπει τῇ σῇ ὁσιότητι ὑπακοῦσαι τῇ ἁγιωτάτῃ, καὶ μεγάλῃ συνόδῳ, καὶ θαῤῥοῦσαν τῷ ἑαυτῆς συνειδότι παραγενέσθαι ἀπολογησομένην πρὸς τὰ ἐπαγόμενα· ἵνα μὴ ἐπὶ πλεῖον ἀντιλέγουσα, ὑποβληθῇ τῷ κανονικῷ ἐπιτιμίῳ, τῷ μάλιστα τρίτην ἤδη ταύτην γεγονέναι πρὸς σὲ παρὰ τῆς ἁγιωτάτης, καὶ μεγάλης συνόδου κλῆσιν. Διόσκορος ἐπίσκο-
D πος εἶπεν· ἃ εἶπον, εἶπον. οἷς προσθεῖναι οὐ δύναμαι. Ἰωάννης ἐπίσκοπος Γερμανικείας εἶπε· πρὸ τριῶν ἡμερῶν κατὰ θέσπισμα τοῦ εὐλαβεστάτου, καὶ φιλοχρίστου βασιλέως ἡμῶν, οἱ μεγαλοπρεπέστατοι, καὶ ἐνδοξότατοι ἄρχοντες, καὶ ἡ ἱερὰ σύγκλητος μετὰ τῆς ἁγίας συνόδου, τὴν ἐξέτασιν τῶν ἐπαγομένων τῇ θεοσεβείᾳ σου ἁμαρτημάτων παρὰ τοῦ θεοσεβεστάτου ἐπισκόπου Εὐσεβίου ἐποιήσαντο, καὶ καταψηφισάμενοι

* ἀ[...]

BALUZII NOTÆ.

a Veteres libri. *Dignamini*.

b Corb. *a Deo amicissimo*, Divion. & Paris. *a viro reverentissimo*.

c Post hanc Anatolii interlocutionem veteres editiones ita habent, *Maximus Episcopus Antiochiæ magnæ civitatis dixit. Relegantur ea quæ a Deo amantissimo Episcopo Dioscoro in tertia evocatione mandata sunt*. Editores Romani, quia hæc paulo post repetuntur, & in hoc loco non reperiuntur in textu Græco, ea omnino substulerunt, nulla annotatione apposita quæ doceret, cur illa Maximi interlocutio sublata erat. Eadem tamen habetur in codice Corbejensi, ubi Rusticus ita annotat. *In Græcis non est. In Acumitensi plus habet*. Et infra ad eamdem interlocutionem ait: *Plus sunt. Repetita sunt*.

d Hæc verba editores Romani acceperunt ex textu Græco. Non extant autem in antiquis editionibus, neque in codicibus calamo exaratis.

e Paris. *Dioscoro Alexandrinæ civ. Episcopo*.

f Paris. & Divion. *reverentiam*.

g Idem codex Paris. *in sancta eorum congregatione*.

h Veteres libri & editiones, *ob respondendum*.

i Veteres editiones & codex Corb. *Byzetanus*, Divion. *Byziotanus*, Paris. *Bezeetanus*.

k Veram lectionem exhibet codex Paris. ubi scriptum est *confidentem*. Corbejensis habet *confidente*, Divion. *confidenter*.

l Veteres editiones & Corb. *Christi amici*.

m Vox *fecit* non extat in hoc loco in antiquis exemplaribus & editionibus, sed post vocem *Eusebio*.

n Paris. & Divion. *reverentissimo*.

(*a*) Hic in Cod. inseritur titulus: *Tertiæ vocationis responsum*.

(*b*) *Reverentiam*.

μένοι τῆς θεοσεβείας σου, ὑπὸ ἀπόφασίν σε πεποιήκασιν, εἰ τοῦτο παρασταίη τοῖς ταύτην ἐπάγειν παρὰ τοῦ δεσπότου Θεοῦ πεπιστευμένοις ἁγιωτάτοις ἐπισκόποις. ἀλλὰ τὸ πρέπον ἑαυτῇ ἡ ἁγιωτάτη, καὶ μεγάλη σύνοδος, εἰς νοῦν λαβοῦσα, ἄχρι τοῦ παρόντος τῇ θεοσεβείᾳ σου ἐνδέδωκε. καταξίωσον τοίνυν, εἴπερ συνειδότι κέχρησαι καθαρῷ, παραγενέσθαι, καὶ τῇ ἁγίᾳ, καὶ μεγάλῃ ἀποκρίνασθαι συνόδῳ. Διόσκορος ἐπίσκοπος εἶπεν· καὶ τρίτον ἐγὼ ταῦτα λέγω, ὅτι προσθεῖναι τοῖς ἤδη ῥηθεῖσιν οὐκ ἔχω. Φραγκίων ἐπίσκοπος εἶπεν· ἀλλ' ἀναγκαῖον ἡγούμεθα, παρεῖναι τῇ ἁγίᾳ συνόδῳ τὴν σὴν θεοσέβειαν, καὶ ἀποκρίνασθαι, ὥστε τὰ τῷ Θεῷ δοκοῦντα τυπωθῆναι. Διόσκορος ἐπίσκοπος εἶπε· πάλιν τὰ αὐτὰ ἐρῶ, καὶ οὐδὲν πλέον προσθεῖναι τοῖς εἰρημένοις ἔχω. Λουκιανὸς ἐπίσκοπος εἶπεν· οὐ μικρὰ, οὐδὲ τὰ τυχόντα ἐμφέρεται τοῖς λιβέλλοις, τοῖς ἐπιδοθεῖσιν κατὰ τῆς σῆς θεοσεβείας τῇ ἁγιωτάτῃ, καὶ οἰκουμενικῇ συνόδῳ· εἰ τοίνυν σαυτῷ θαῤῥεῖς, δυνάμεως, συστῆναι πρὸς τὰ ἐπαγόμενα, ἐξαιτούμεθα παρεῖναί σε, δεικνύντα πανταχοῦ, ὅτιπερ ἀλλότριος, καὶ ἀθῶος τῶν κατά σου μέμψεων τυγχάνεις. Διόσκορος ἐπίσκοπος εἶπε· τί με ἀναγκάζετε ἄλλα εἰπεῖν; τὰ αὐτὰ τοῖς προλαβοῦσιν ἐρῶ. Ἰωάννης ἐπίσκοπος εἶπεν· οὐκ ἔστιν * ἀνάγκη τὸ πρᾶγμα. μεγάλη ἐστὶ, καὶ οἰκουμενικὴ ἡ ἁγία σύνοδος· καὶ πιστεύομεν, ὅτι, ὡς ὑπὸ μάρτυρι τῷ Θεῷ, οὕτω δικάζει. εἰ τοίνυν παρίσταται, καὶ οἶδέ σου ἡ ὁσιότης δύνασθαι ἀποσκευάσασθαι τὰς ἐπαγομένας σοι μέμψεις, παρά τε τοῦ θεοφιλεστάτου Εὐσεβίου, καὶ τῶν σήμερον προσελθόντων, καὶ λιβέλλους ἐπιδεδοκότων παραγενοῦ, καὶ ἀπάλλαξον σπίλου τὴν ἁγίαν τοῦ Θεοῦ ἐκκλησίαν. Διόσκορος ἐπίσκοπος εἶπε· σπίλον οὐκ ἔχει ἡ καθολικὴ ἐκκλησία· μὴ γένοιτο· ἐγὼ γὰρ οἶδα, πῶς προσῆλθον ταῖς ἀποκρίσεσιν. Ἰωάννης ἐπίσκοπος εἶπε. τὰ ἁμαρτήματα τῶν ἱερέων κοινὸν αἶσχός ἐστιν. εἰ τοίνυν οἶδέ σου ἡ ἁγιωσύνη συκοφαντίαν παρά τινων ὑπομένουσα. οὐκ ἔστι πόῤῥωθεν ἡ ἁγία σύνοδος. σκύλθητι, καὶ διέλεγξον τὸ ψεῦδος. Διόσκορος ἐπίσκοπος εἶπεν. ἃ εἶπον, εἶπον· καὶ ἀρκοῦμαι τούτοις.

*ἀνάγκης L.

Καὶ μετὰ τὸ ἀναγνωσθῆναι, Πασχασῖνος ἐπίσκοπος εἶπεν· ἔγνω ἡ θεοφιλεστάτη, καὶ μακαριωτάτη ἁγία σύνοδος, ὅτι τρίτον κληθεὶς διὰ τῶν θεοφιλεστάτων ἐπισκόπων, Φραγκίωνος, καὶ Λουκιανοῦ, καὶ Ἰωάννου, Διόσκορος ἐπίσκοπος ἐπὶ τῷ τοῖς οἰκείοις κατηγόροις ἀποκρίνασθαι, τῷ συνειδέναι ἔνοχον τυγχάνειν ἑαυτὸν, ἐλθεῖν * κατεφρόνησε. τίνος τοίνυν ἄξιός ἐστιν ὁ οὕτω καταφρονήσας, ἡ ὑμετέρα ἁγιότης τῷ οἰκείῳ στόματι δῆλον ποιησάτω· ἡ ἁγία σύνοδος εἶπε· τῆς ἐκ τῶν κανόνων κατὰ

*...φρόνησε.

A ctissimis episcopis, quibus hanc inferre a domino Deo creditum est. Sed quod ipsam decet, sancta & magna synodus mente concipiens, hactenus tuæ [a] religiositati dedit inducias. Dignare igitur, si conscientia uteris munda, advenire, & sanctæ & magnæ synodo respondere. Dioscorus episcopus dixit: Et tertio hæc eadem dico, quod [b] addere aliquid iis quæ jam dicta sunt, non habeo. Francion episcopus dixit: Sed necessarium ducimus, ad sanctam synodum tuam [c] religiositatem advenire, & respondere; ut quæ Deo placuerint, ordinentur. Dioscorus episcopus dixit: Iterum hæc eadem dico, & nihil amplius addere habeo iis quæ dicta sunt.
B Lucianus episcopus dixit: Non parva, neque levia inferuntur in libellis, qui adversus tuam reverentiam sancto & universali concilio oblati sunt. Si ergo tibi ipsi confidis, quasi potens adesse super iis quæ ingeruntur, petimus te adesse, ut ostendas, [d] quia per omnia ab iis, in quibus reprehenderis, innocens & alienus existis. Dioscorus episcopus dixit: Quid me compellitis alia dicere? Hæc eadem, quæ prius, dico. Joannes episcopus dixit: Non est * violentiæ causa. [e] Magna est & universalis sancta synodus: & credimus, quia sicut [f] placitum est Deo, ita judicat. Si igitur [g] videtur, & scit tua sanctitas, posse destruere querimonias, quæ sibi
C ingeruntur tam a [h] Dei amantissimo episcopo Eusebio, quam ab iis qui hodie interpellantes obtulerunt libellos, adesto, & a macula libera sanctam Dei ecclesiam. Dioscorus episcopus dixit: Maculam non habet catholica ecclesia, absit. Ego enim scio, quomodo occurri responsionibus. Joannes episcopus dixit: Delicta sacerdotum, communis est turpitudo. Si igitur scit tua sanctitas calumniam se ab aliquibus pati, non est longe sancta synodus: [i] fatigare, ut convincas mendacium. Dioscorus episcopus dixit: [k] Quæ dixi, dixi: & hæc mihi sufficiunt.

* violentia quod agitur.

D

Et postquam recitatum est, Paschasinus episcopus dixit: Cognovit [l] (a) Deo amabilis & beatissima synodus, quoniam tertio vocatus per [m] (b) Dei amantissimos episcopos, Francionem, Lucianum, & Joannem, [n] Dioscorus (c) episcopus ad respondendum suis accusatoribus, sciens se esse obnoxium, venire contempsit. [o] Quo igitur dignus est ita contemnens, vestra sanctitas ore proprio faciat manifestum. Sancta synodus dixit: In-
E dignatione, quæ contra inobedientes a sanctis

Vvv

BALUZII NOTÆ.

a Iidem libri, *reverentiæ.*
b Paris. *addere bis.* Sic etiam in Divionensi, nisi quod illic vox *aliquid* adjecta est supra lineam.
c Iidem libri, *reverentiam.*
d Paris. *quia ab ipsis.* Divion. *quia per omnia ab his.* Verum ibi *per omnia* additum est supra lineam.
e Veteres libri: *Magna & un. & sa. est synodus.*
f Veteres libri, *sub teste Deo.*
g Hæc desunt in antiquis exemplaribus & editionibus.
h Corb. *Deo amicissimo*, Paris. & Divion. *reverentissimo.*
i Divion. *fatigere.*
k Annotatio Rustici. *Nota quia nec permisit sibi legi hujusmodi scripta.*
l Divion. & Paris. *reverentissima.*
m Corb. *Deo amicissimos*, alii *reverentissimos.*
n Paris. & Divion. *Dioscorus reverentissimus Episcopus.*
o Veteres libri: *Quid igitur dignus.* Et paulo post. *Quid dignus est.*
(a) Cod. Cas. *reverentissima & beatissima.* (b) *Reverentissimos.* (c) Inserit, *reverentissimus.*

ctis regulis conſtituta eſt. Stephanus epiſcopus Epheſi metropolis dixit: Hoc conſequens eſt, ut qui ſecundum ſanctos canones vocatus, eoſdem canones * conculcavit, eorum ſententiæ ſubjaceat. Paſchaſinus epiſcopus dixit: Iterum rogamus veſtram beatitudinem. * Ecce tertio a ſanctis fratribus & coepiſcopis noſtris vocatus, & contemnens, & non veniens, quo dignus eſt? Quid placeat veſtræ ſanctitati, volumus diſcere. Sancta ſynodus dixit: Quæ placita ſunt canonibus. Lucianus epiſcopus dixit: A beatiſſimo patre [a] noſtro & archiepiſcopo Cyrillo in ſancta [b] Epheſina ſynodo contra Neſtorium quædam acta ſunt: ipſa inſpicientes, formam [c] quæ placuerit, date. Paſchaſinus epiſcopus dixit: Jubet [d] religioſitas veſtra, ut * [e] ultione eccleſiaſtica contra eum utamur? [f] Conſentitis? Sancta ſynodus dixit: Omnes conſentimus, [g] quæ regulis ſunt placita, in eo fieri. Paſchaſinus epiſcopus dixit: Jubet religioſitas veſtra, ut eccleſiaſtica ſententia adverſus eum, [h] ut ſum interlocutus, utamur? Sancta ſynodus dixit; Etiam conſentimus. [i] Quintus epiſcopus Phocenſis dixit: Quando ſanctum virum Flavianum catholicæ fidei cuſtodem interfecit, neque canones protulit, neque lecti ſunt, neque aliquo eccleſiaſtico ordine uſus eſt, ſed propria utens auctoritate, eum damnavit. Nunc vero omnia canonice placuerunt, & non [k] debent iterum dilationibus protrahi. Proterius epiſcopus * [l] Smyrnenſis dixit: Quando interfectus eſt ſanctus Flavianus, nihil conſequenter ſuper eum actum eſt. Nunc vero tanti ſancti patres, & nunc iterum protractiones [m] tentat exquirere, omnibus pie in ſancto concilio [n] collectis. [o] Julianus epiſcopus Hypæpenſis dixit: Sancti patres audite. Quando in Epheſia metropoli * primatum habebat Dioſcorus ad judicandum * inter ſanctum Flavianum & [p] religioſiſſimum Euſebium epiſcopum, (interque Eutychem,) * ex omni parte iniquam proferens ſententiam, ipſe prius proſecutus eſt injuſtum judicium, & omnes cum neceſſitate ſecuti ſunt. Nunc veſtra ſanctitas * primatum tenet ſanctiſſimi Leonis, [q] & omne ſanctum concilium, quod ſecundum Dei gratiam & ſanctionem piiſſimorum noſtrorum imperatorum congregatum eſt, & [r] cognoviſtis ſingula quæ in Epheſo injuſte facta ſunt; & omnia quæ ibi geſta ſunt, veſtræ ſanctitati innotuerunt: & ſemel, & ſecundo, & tertio vocavit Dioſcorum, & nullatenus voluit obedire. Petimus

* contempſit, *ſed interpres legit, καταπατήσαντα, ut etiam inferius habetur.*

* Qui jam tertio eſt a ſanctis.

* cenſuris eccleſiaſticis.

* auctoritatem

* interim quidem ſanctum Flav. & rel. Euſe. epiſc. depoſuit, iniquam

* *Videtur interpres legiſſe* καθ' ὅλου.

* auctoritatem

A τῶν ἀπειθούντων ἀγανακτήσεως. Στέφανος ἐπίσκοπος Ἐφέσου εἶπε· τοῦτό ἐστι τὸ ἀκόλουθον, τὸν κληθέντα κατὰ τοὺς ἁγίους κανόνας, καὶ καταφρονήσαντα, τῷ τῶν κανόνων ἐπιτιμίῳ ὑποβληθῆναι. Πασχασῖνος ἐπίσκοπος εἶπε· πάλιν ἀξιοῦμεν τὴν μακαριότητα ὑμῶν· ὁ ἤδη τρίτον παρὰ τῶν ἀδελφῶν ἡμῶν, καὶ συνεπισκόπων κληθεὶς, καὶ καταφρονήσας, καὶ μὴ ἐλθὼν, τίνος ἐστὶν ἄξιος; τί δοκεῖ τῇ ἁγιωσύνῃ ὑμῶν, μαθεῖν θέλομεν. ἡ ἁγία σύνοδος εἶπε· τὰ δοκοῦντα τοῖς κανόσι. Λουκιανὸς ἐπίσκοπος εἶπε· παρὰ τοῦ μακαριωτάτου πατρὸς ἡμῶν, καὶ ἀρχιεπισκόπου Κυρίλλου ἐπράχθη τινὰ κατὰ Νεστορίου ἐν τῇ ἁγίᾳ συνόδῳ τῇ κατ' Ἔφεσον· ἐκείνοις ἐγκύ- B ψαντες, τύπον δότε τὸν παριστάμενον. Πασχασῖνος ἐπίσκοπος εἶπε· κελεύει ἡ θεοσέβεια ὑμῶν, τοῖς ἐπιτιμίοις τοῖς ἐκκλησιαστικοῖς χρησόμεθα κατ' αὐτοῦ; συναινεῖτε; ἡ ἁγία σύνοδος εἶπε· πάντες συναινοῦμεν εἰς τὰ δοκοῦντα. Πασχασῖνος ἐπίσκοπος εἶπε· κελεύει ἡ θεοσέβεια ὑμῶν, τοῖς ἐπιτιμίοις τοῖς ἐκκλησιαστικοῖς χρησόμεθα κατ' αὐτοῦ, καθὰ διελάλησα; ἡ ἁγία σύνοδος εἶπεν· ναὶ, συναινοῦμεν. Κόϊντος ἐπίσκοπος Φωκαίας εἶπεν· ὅτε τὸν ἁγιώτατον ἄνδρα Φλαβιανὸν τὸν τῆς ὀρθοδοξίας φύλακα ἐφόνευσεν, οὔτε κανόνας * προσήγαγεν, οὔτε ἀνεγνώσθησαν, οὔτε ἐκκλησιαστικῇ τινι εὐταξίᾳ ἐχρήσατο, ἀλλὰ αὐθεντίᾳ ἰδίᾳ χρώμενος καθεῖλε. νῦν δὲ C πάντα κανονικῶς ἔδοξε, καὶ οὐκ ὀφείλει πάλιν εἰς ὑπέρθεσιν χωρεῖν· Πρότεριος ἐπίσκοπος * Σμύρνης εἶπεν· ὅτε ἐφονεύετο ὁ ἁγιώτατος Φλαβιανὸς, οὐδὲν ἀκόλουθον ἐπράχθη ἐπ' αὐτῷ. νῦν δὲ τοσοῦτοι ἅγιοι πατέρες. καὶ νῦν πάλιν ὑπερθέσεις * πειρᾶται ἐφευρίσκειν, πάντων εὐσεβῶς τῶν ἐν τῇ ἁγίᾳ συνόδῳ συνειλεγμένων. Ἰουλιανὸς ἐπίσκοπος Ὑπαίπων εἶπεν· ἅγιοι πατέρες ἀκούσατε. τότε τὸ κῦρος εἶχε Διόσκορος κατὰ τὴν Ἐφεσίων πόλιν τοῦ κρίνειν· καὶ μεταξὺ μὲν τὸν ἁγιώτατον Φλαβιανὸν, καὶ τὸν θεοσεβέστατον ἐπίσκοπον Εὐσέβιον καθεῖλεν, ἄδικον ψῆφον * ἐξαγαγών· καὶ αὐτὸς πρῶτος κατέθετο τὴν ἄδικον κρίσιν, καὶ πάντες * ἐπηκολούθησαν μετ' ἀνάγ- D κης. νῦν ἡ ὑμετέρα ἁγιότης τὸ κῦρος ἔχει τοῦ ἁγιωτάτου ἀρχιεπισκόπου Λέοντος, καὶ πᾶσα ἡ ἁγία σύνοδος ἡ συναχθεῖσα κατὰ Θεοῦ χάριν, καὶ θέσπισμα τῶν θεοσεβεστάτων ἡμῶν βασιλέων· καὶ ἐγνώκατε ἕκαστα, ἅπερ γέγονεν ἐν Ἐφέσῳ ἄδικα· καὶ ἅπαντα τὰ πραχθέντα ἐκεῖ, ἐν γνώσει γέγονε τῇ ὑμετέρᾳ ἁγιωσύνῃ· καὶ πρῶτον, καὶ δεύτερον καὶ τρίτον ἐκάλεσε Διόσκορον, καὶ οὐδαμῶς ἐβουλήθη ὑπακοῦσαι. παρακαλοῦμεν οὖν τὴν ὑμετέραν ἁγιωσύνην, τὸν ἐπέχον-

* π ρήι

* Μοε

* παρα

* ἐπα * ἐπε σαμ

BALUZII NOTÆ.

a Divion. *noſtro Epiſcopo*. Pariſ. *noſtro & coepiſcopo*. Corb. & veteres editiones, *noſtro & Epiſcopo*.
b Veteres editiones & codices Corb. & Divion. *Epheſia*.
c Pariſ. *quam placuerit*.
d Pariſ. & Divion. *reverentia*.
e Pariſ. *ultionem eccleſiaſtica ſententia*.
f Divion. *conſentientes*; & in margine *al. conſentitis*.
g Divion. *quæ ſanctis regulis*.
h Hæc addita primo ſunt in editione Romana. Non extant enim in ſuperioribus neque in vetuſtis codicibus.
i Divion. & Pariſ. *Cointus*, quod idem eſt.
k Veteres libri, *debet*.
l Corb. & Pariſ. *Myrenſis*, Divion. *Simirenſis*.
m Veteres libri & editiones, *tentatis*.
n Veteres editiones & codex Corb. *congeſtis*. Pariſ. & Divion. *geſtis*.
o Heic Ruſticus addit in margine: *Græci non habent, ſed debet eſſe*.
p Divion. & Pariſ. *reverentiſſimum*.
q Veteres editiones: *& cognovit veſtra ſanctitas & omne ſanctum Concilium*. Hanc lectionem confirmant etiam vetera exemplaria.
r Omnes veteres libri & editiones habent *cognovit*, etiam Romana. Verum quia illic in margine ſcriptum eſt *cognoviſtis*, curatores editionis regiæ retinuerunt lectionem quam Romani poſuerant in margine, veterem prorſus eliminarunt.

χοντα, μᾶλλον δὲ τοὺς ἐπέχοντας τὸν τόπον τοῦ ἁγιωτάτου ἀρχιεπισκόπου Λέοντος, ἀποφήνασθαι κατ' αὐτοῦ, καὶ τὰ ἐπιτίμια, τὰ τοῖς κανόσιν ἐγκείμενα, κατ' αὐτοῦ ὁρίσαι. πάντες γὰρ καὶ πᾶσα ἡ οἰκουμενικὴ σύνοδος σύμψηφος γίνεται τῇ ὑμετέρᾳ ἁγιωσύνῃ. Πασχασῖνος ἐπίσκοπος εἶπε· πάλιν λέγω· τί ἀρέσκει τῇ μακαριότητι ὑμῶν; Μάξιμος ἐπίσκοπος τῆς μεγαλοπόλεως Ἀντιοχείας εἶπεν· ὃ δοκεῖ τῇ ὁσιότητι ὑμῶν, καὶ ἡμεῖς σύμψηφοι γινόμεθα.

Πασχασῖνος ἐπίσκοπος Λιλυβαίου τῆς Σικελίας, καὶ μετ' αὐτοῦ Λουκήνσιος ἐπίσκοπος Ερκουλάνων, καὶ Βονιφάτιος πρεσβύτερος ἐκκλησίας τῆς μεγάλης Ῥώμης, ἐπέχοντες τὸν τόπον τοῦ ἁγιωτάτου, καὶ μακαριωτάτου πατριάρχου τῆς μεγάλης Ῥώμης, καὶ ἀρχιεπισκόπου Λέοντος, ἀπεφήναντο· δῆλα γεγένηται τὰ τετολμημένα Διοσκόρῳ, τῷ γενομένῳ τῆς Ἀλεξανδρέων μεγάλης ἐκκλησίας ἐπισκόπῳ, κατὰ τῆς τῶν κανόνων τάξεως, καὶ τῆς ἐκκλησιαστικῆς καταστάσεως, ἔκ τε τῶν ἤδη ἐξετασθέντων ἐν τῷ πρώτῳ συνεδρίῳ, καὶ ἀπὸ τῶν σήμερον πεπραγμένων. οὗτος γάρ, ἵνα τὰ πολλὰ παραλείψωμεν, Εὐτυχῆ τὸν ὁμόδοξον αὐτῷ, κανονικῶς καθαιρεθέντα παρὰ τοῦ ἰδίου ἐπισκόπου τοῦ ἐν ἁγίοις πατρὸς ἡμῶν Φλαβιανοῦ, αὐθεντήσας, ἀκανονίστως εἰς κοινωνίαν ἐδέξατο, πρὶν συνεδρεῦσαι ἐν τῇ Ἐφεσίων μετὰ τῶν θεοφιλεστάτων ἐπισκόπων. ἀλλ' ἐκείνοις μὲν ὁ ἀποστολικὸς θρόνος συγγνώμην ἀπένειμεν ἐπὶ τοῖς ἐκεῖσε μὴ κατὰ γνώμην ὑπ' αὐτῶν πεπραγμένοις. οἳ καὶ διετέλεσαν μέχρι τοῦ παρόντος ἑπόμενοι τῷ τε ἁγιωτάτῳ ἀρχιεπισκόπῳ Λέοντι, καὶ πάσῃ τῇ ἁγιωτάτῃ, καὶ οἰκουμενικῇ ἁγίᾳ συνόδῳ. οὗ δὴ χάριν καὶ ἐν τῇ ἑαυτοῦ κοινωνίᾳ ὁμοπίστους ἐδέξατο. οὗτος δὲ μέχρι τοῦ παρόντος ἐνέμεινε σεμνυνόμενος ἐπ' ἐκείνοις, ἐφ' οἷς ἔδει στένειν, καὶ εἰς γῆν κεκυφέναι. πρὸς τούτοις δὲ οὐδὲ τὴν ἐπιστολὴν ἀναγνωσθῆναι συνεχώρησε τοῦ μακαριωτάτου πάπα Λέοντος, τὴν γραφεῖσαν παρ' αὐτοῦ πρὸς τὸν ἐν ἁγίοις τῇ μνήμῃ Φλαβιανόν, καὶ ταῦτα, πολλάκις παρακληθεὶς ἀναγνῶναι ταύτην ἀπὸ τῶν κεκομικότων, καὶ μεθ' ὅρκων ποιήσασθαι τὴν ἀνάγνωσιν ὑποσχόμενος· ἧς μὴ ἀναγνωσθείσης, σκανδάλου, καὶ βλάβης αἱ ἀνὰ τὴν οἰκουμένην ἐπειράθησαν ἁγιώταται ἐκκλησίαι. ἀλλ' ὅμως τούτων παρ' αὐτοῦ τολμηθέντων, ἐσκοποῦμεν ἐκ τῆς προτέρας πράξεως, φιλανθρωπίας αὐτὸν ἀ-

A [a] igitur [b] vestram sanctitatem, qui habes, magis autem qui habetis locum sanctissimi papæ Leonis, promulgare in eum, & regulis insitam contra eum proferre sententiam. Omnes enim, & tota universalis synodus concors efficitur vestræ sanctitatis sententiæ. [c] Paschasinus episcopus dixit: Iterum dico: Quid placet beatitudini vestræ? Maximus episcopus magnæ Antiochenæ civitatis dixit: Quod videtur sanctitati vestræ, & nos concordes efficimur.

Paschasinus episcopus Lilybætanus, provinciæ Siciliæ, & cum ipso Lucentius episcopus [d] Esculanensis, & Bonifacius presbyter magnæ Romanæ [e] ecclesiæ, tenentes locum sanctissimi & beatissimi archiepiscopi B apostolicæ sedis magnæ & senioris Romæ Leonis, pronunciaverunt: (a) Manifesta facta sunt, quæ a Dioscoro quondam Alexandriæ magnæ ecclesiæ episcopo commissa sunt [f] adversus sanctarum regularum ordinem, & ecclesiasticam disciplinam, tam ex iis quæ dudum examinata sunt in priori consessu, [g] quam ex iis quæ hodie [h] acta sunt. Hic enim (ut plurima intermittamus) Eutychem similia sibi sapientem, & regulariter a proprio damnatum episcopo (id est, sanctissimo patre nostro (& archiepiscopo quondam) C Flaviano) præsumens sibi primatum, irregulariter in communionem suscepit, priusquam [i] consideret in Epheso cum [k] Dei amantissimis episcopis. Sed illis quidem apostolica sedes [l] veniam præstitit de iis quæ ibi non voluntarie ab eis gesta sunt, qui & hactenus permanserunt obedientes sanctissimo archiepiscopo Leoni, & omni sancto & universali concilio: hujus gratia & in sua communione eos [m] sicut confideles suscepit. Hic autem & hactenus permansit glorians [n] in eis, pro quibus eum oportebat gemere, & se terræ prosternere. Super hæc vero neque epistolam legi permisit beatissimi papæ D Leonis, scriptam ad sanctæ memoriæ Flavianum, & hoc frequenter rogatus a portitoribus recitari eam, & [o] cum juramento fieri lectionem [p] promittens: qua non lecta, scandalum & læsionem sanctæ Dei ecclesiæ per totum orbem terræ pertulerunt. Sed tamen talibus ab eo audacter commissis, [q] deliberabamus, ut de priore sua pessima actione aliqua ei præstaretur clementia, sicut & cete-

BALUZII NOTÆ.

a Desideratur in omnibus antiquis libris & editionibus.
b Sic etiam veteres editiones & codex Corbejensis, nisi quod habet *habentis*. In Parisiensi scriptum est: *vestram sanctitatem, magis autem habentes*: quem locum patet esse mutilum. Itaque cum eodem modo haberetur in Divionensi, sic emendatum est supra lineam & in margine ut legeretur: *vestram sanctitatem, qui habes, magis autem qui habentes*.
c Annotatio Rustici. *Nota quia & hic Julianus ita deest, ut in ultima die ibant interlocutione*. Intelligit Julianum Episcopum Coensem.
d Paris. *Herculanensis*, Divion. *Herclanensis*, Corb. *Arculanensis*.
e Omnes veteres libri & editiones, inter quas etiam heic numero Romanam, habent *civitatis*. Alia lectio, quæ nunc est vulgata, irrepsit in editionem regiam ex margine Romanæ.
f Paris. *adversus regularem ordinem, eccles. discipl. tam de his qua dudum*. Divion. *adversus regularum ordinem*: & in margine, *al. sanctarum regularum*.
g Veteres libri; *& ex his*.
h Paris. *gesta*.
i Annotatio Rustici. *Nota quod tacent gesta de ante synodus: summa prævaricatio*.
k Corb. *Deo amicissimis*, reliqui *reverentissimis*.
l Annotatio Rustici. *Magna decretio, sancta sententia*.
m Annotatio Rustici. *Nota. Confideles autem qui postea consentiebant in duabus naturis*.
n Paris. *in eis in quibus*.
o Annotatio ejusdem Rustici. *De perjurio notatur Dioscorus*. Hanc annotationem, quæ in Crabbiana & reliquis antiquis editionibus extabat, Romani sustulerunt.
p Divion. *promisit*; & in margine, *al. promittens*.
q Paris. & Divion. *inspiciebamus*. Lectio vulgata extat in margine codice Divionensis.
(a) Cod. Casin. iste titulus sequentibus præfigitur: *Sententia in Dioscorum a Legatis Romanæ Ecclesiæ Leonis*.

ceteris reverendiſſimis epiſcopis, * & iis qui neque ſimilem ei auctoritatem judicandi habuerunt. Sed quoniam ſecundis exceſſibus priorem iniquitatem valde tranſcendit, (præſumpſit enim & excommunicationem dictare adverſus ſanctiſſimum & beatiſſimum archiepiſcopum magnæ Romæ Leonem, [a] inſuper etiam multi libelli (multis) ejus pleni iniquitatibus, contra eum in ſancto & magno concilio oblati ſunt, & ſemel, & ſecundo, & tertio per [b] Dei amantiſſimos epiſcopos regulariter vocatus, minime voluit obedire, propria utique conſcientia ſtimulatus, & hos, qui a diverſis conciliis regulariter damnati ſunt, contra (divinas) leges ſuſcepit; ideo ipſe contra ſe elicuit ſententiam, & * [c] ſæpius eccleſiaſticos conculcans canones. Unde ſanctiſſimus & beatiſſimus archiepiſcopus magnæ [d] & ſenioris Romæ [e] Leo, per nos & per præſentem ſanctam ſynodum, una cum ter beatiſſimo & omni laude digno beato Petro apoſtolo, qui eſt petra & crepido catholicæ eccleſiæ, [f] & rectæ fidei fundamentum, nudavit eum tam epiſcopatus dignitate, [g] quam etiam & ab omni ſacerdotali alienavit miniſterio. Igitur ſancta hæc & magna ſynodus, quæ placent regulis, ſuper memorato Dioſcoro decernat.

* etſi non ſimilem ipſi cauſam judicii habuerint.

* diverſimode.

ξιῶσαι, ὡς καὶ τοὺς λοιποὺς θεοφιλεστάτους ἐπισκόπους, καίτοι μηδὲ * αἰτίαν παραπλησίως αὐτῷ τῆς κρίσεως * ἐχηκότες. ἐπειδὴ δὲ τοῖς δευτέροις τὴν προτέραν παρανομίαν ὑπερηκόντισεν, ἐτόλμησε δὲ, καὶ ἀκοινωνησίαν * ὑπαγορεῦσαι κατὰ τοῦ ἁγιωτάτου, καὶ ὁσιωτάτου ἀρχιεπισκόπου τῆς μεγάλης Ῥώμης Λέοντος, πρὸς δὲ τούτοις καὶ λιβέλλων πολλῶν * παρανομιῶν μεστῶν κατ' αὐτοῦ προσενεχθέντων τῇ ἁγίᾳ, καὶ μεγάλῃ συνόδῳ, καὶ ἅπαξ, καὶ δὶς, καὶ τρὶς διὰ θεοφιλεστάτων ἐπισκόπων κανονικῶς κληθεὶς οὐχ ὑπήκουσεν, ὑπὸ τοῦ συνειδότος δηλονότι κεντούμενος, καὶ τοὺς παρὰ συνόδων διαφόρων ἐνθέσμως καθαιρεθέντας, παρανόμως ἐδέξατο, αὐτὸς * καθ' ἑαυτοῦ τὴν ψῆφον ἐξήνεγκε, διαφόρως τοὺς ἐκκλησιαστικοὺς πατήσας θεσμούς. ὅθεν ὁ ἁγιώτατος, καὶ μακαριώτατος ἀρχιεπίσκοπος τῆς μεγάλης, καὶ πρεσβυτέρας Ῥώμης Λέων, δι' ἡμῶν καὶ τῆς παρούσης ἁγιωτάτης συνόδου, μετὰ τοῦ τρισμακαριωτάτου, καὶ πανευφήμου Πέτρου τοῦ Ἀποστόλου ὅς ἐστι, πέτρα, καὶ κρηπὶς τῆς καθολικῆς ἐκκλησίας, καὶ τῆς ὀρθοδόξου πίστεως ὁ θεμέλιος, ἐγύμνωσεν αὐτὸν τῆς τοῦ ἐπισκόπου, καὶ πάσης ἱερατικῆς ἠλλοτρίωσεν ἀξίας. τοιγαροῦν ἡ ἁγιωτάτη αὕτη, καὶ μεγάλη σύνοδος τὰ δόξαντα τοῖς κανόσιν ἐπὶ τῷ μνημονευθέντι Διοσκόρῳ ψηφίσεται.

* αὐθεντίαν
* ἴσ. ἐχηκότας
* ἐπαγορεῦσαι
* παρανομιῶν
* καθ' ἑαυτοῦ

Anatolius archiepiſcopus regiæ Conſtantinopolis novæ Romæ dixit: Hæc eadem apoſtolicæ [h] ſedi per omnia ſapiens, concors ſententiæ efficior ſuper damnatione Dioſcori quondam Alexandrinæ magnæ civitatis epiſcopi, qui [i] ſeipſum ab omni ſacerdotali miniſterio oſtendit alienum, [k] eo quod omnibus ſanctorum patrum regulis extitit inobediens, & tertio canonice vocatus noluit obtemperare.

Ἀνατόλιος ἐπίσκοπος τῆς βασιλευούσης Κωνσταντινουπόλεως, νέας Ῥώμης, εἶπε· τὰ αὐτὰ τῷ Ἀποστολικῷ θρόνῳ διὰ πάντων φρονῶν, σύμψηφος κἀγὼ γίνομαι ἐπὶ τῇ καθαιρέσει Διοσκόρου, τοῦ γενομένου ἐπισκόπου τῆς Ἀλεξανδρέων μεγαλοπόλεως, ἑαυτὸν πάσης ἱερατικῆς λειτουργίας ἀλλότριον ἀποδείξαντος, διὰ τὸ ἐν ἅπασιν ἀπειθῆσαι τοῖς τῶν ἁγίων πατέρων κανόσι, καὶ τρίτον κανονικῶς κληθέντα, καὶ μὴ ὑπακοῦσαι θελήσαντα.

Μάξιμος ἐπίσκοπος Ἀντιοχείας.

Maximus epiſcopus magnæ [l] Antiochiæ civitatis dixit: Optabam quidem nullum ex fratribus & [m] conſacerdotibus meis talibus peccatis inruere, ut etiam regulis [n] ſubjaceret. Quoniam vero Dioſcorus quondam Alexandrinæ magnæ civitatis epiſcopus, ſuper alia & tertio ad ſe facta regulari vocatione, inobediens viſus eſt, non occurrens: [o] ideo eum eccleſiaſticæ ſententiæ ſubjicio, ſicut & ſanctiſſimus & beatiſſimus archiepiſcopus & pater noſter Leo regiæ ſenioris urbis Romæ, per vicarios ſuos ſanctiſſimos epiſcopos Paſchaſinum & Lucentium, & religioſiſſimum presbyterum ejuſdem magnæ Romæ Bonifacium, & ſanctiſſimus & beatiſſimus regiæ novæ Romæ archiepiſcopus Anatolius interlocuti ſunt. Et ego his concors effectus, alienum eum [p] judico ab omni epiſcopali ſive ſacerdotali dignitate & miniſterio.

Στέφανος ἐπίσκοπος Ἐφέσου.

Stephanus epiſcopus Epheſi metropolis dixit: Et ego his quæ dicta ſunt a religioſiſſimis & ſanctiſſimis Leone & Anatolio ſuper damnatione Dioſcori quondam Alexandrinæ magnæ civitatis epiſcopi, concors efficior, [q] & alienum eum ab omni ſacerdotali dignitate eſſe definio.

Λουκια-

BALUZII NOTÆ.

a Divion. & Corb. *inſuper etiam & multi*. Pariſ. *inſuper etiam & multis libellis plenius &c. oblatis*.
b Corb. *Deo amiciſſimos*. Pariſ. & Divion *reverentiſſimos*.
c Conjunctio deeſt in codicibus manu ſcriptis.
d Et heic quoque conjunctionem non agnoſcunt veteres libri.
e Annotatio Ruſtici. *Promulgaverunt ſententiam contra Dioſcorum in Domino Chriſto uno de ſe Trinitas & beatus Petrus & beatus Leo & tres vicarii ejus. Et fiunt ſimul perſonæ octo*. Oſtendere ergo videtur hic locus Julianum Coenſem non fuiſſe vicarium Papæ Leonis in ſynodo, ſed Legatum, ut obſervat idem Ruſticus ad ſubſcriptiones actionis ſextæ.
f Hæc eſt lectio codicis Pariſienſis. Eadem primo fuit in Divionenſi, ſed poſtea ſupra lineam addita ſunt quædam verba quæ iſta conſtituunt: *& ille qui eſt rectæ fidei fundamentum*. Et hanc lectionem confirmat exemplar Corbeienſis monaſterii.
g Divion. & Corb. *quam etiam & omni*. Pariſ. *quam etiam omni*.
h Omnes veteres libri & editiones, *ſedis*.
i Veteres libri, *ſe ipſum omni*.
k Corb. & Divion. *eo quod in omnibus*. Pariſ. *ob eo quod in omnibus*.
l Corb. & Pariſ. *Antiochena*.
m Veteres editiones & codex Corb. *conſacerdotalibus quondam meis*. Eadem vox addita eſt ſupra lineam in Divionenſi. Deeſt autem in Pariſienſi.
n Divion. *ſubjacerent*. o Veteres libri, *ideoque eum*.
p Iidem libri, *judico omni epiſcopali*.
q Ibidem, *& alienum eum omni*.

Λουκιανὸς ἐπίσκοπος Βύζης·

Lucianus epiſcopus [a] Byziæ civitatis, [b] agens vices [c] Deo amiciſſimi epiſcopi Cyriaci metropolitani Heracleæ, pro ipſo dixit: His quæ ſecundum Deum ſancto & magno concilio ſuper damnatione Dioſcori quondam magnæ Alexandrinæ civitatis epiſcopi bene placuerunt, conſentio, alienans [d] eum ab omni ſacerdotali miniſterio & dignitate.

Διογένης ἐπίσκοπος Κυζίκου·

Diogenes epiſcopus Metropolis Cyzici civitatis dixit: Dioſcorus quondam magnæ Alexandrinæ civitatis epiſcopus, nuper adverſus eum oblatis libellis, tertio regulariter per [e] religioſiſſimos epiſcopos vocatus, & non obediens, ſemetipſum hujuſmodi increpationibus fecit obnoxium. Unde & ego conſentio his quæ adverſus eum ſunt definita, alienans eum ab omni ſacerdotali miniſterio, conſentiens his quæ ſtatuta ſunt a ſanctiſſimo & beatiſſimo archiepiſcopo [f] Romano Leone, & his quæ a ſanctiſſimo & beatiſſimo regiæ novæ Romæ Anatolio, & præſente ſancto & univerſali concilio.

Ἰουλιανὸς ἐπίσκοπος τῆς Κώων·

Julianus epiſcopus Coenſis, & legatus Romanæ eccleſiæ, dixit: Mihi quidem lacrimarum fontes diſtillant, & tenet linguam [g] ad explanationem communis compaſſio. Sed quoniam præter meum votum [h] Dioſcorus magnæ Alexandrinæ civitatis epiſcopus tot ſeipſum per inobedientiam criminibus monſtravit obnoxium, accuſatus a diverſis in multis delictis, & tertio vocatus regulariter, occurrere minime voluit, debilitate conſcientiæ tentus, dolens & gemens dico, alienum [i] eum eſſe ab epiſcopatus dignitate & omni ſacerdotali miniſterio.

Εὐνόμιος ἐπίσκοπος Νικομηδείας·

Eunomius epiſcopus Nicomediæ civitatis metropolitanus dixit: His quæ [k] ſub diligenti ſancti hujus & univerſalis concilii [l] examinatione ſuper Dioſcoro, qui fuit magnæ Alexandrinæ civitatis epiſcopus, cum legitima cautela geſta ſunt, & ego conſequenter decerno, alienum eum [m] judicans a ſede ſacerdotali.

Πέτρος ἐπίσκοπος Κορίνθου·

Petrus epiſcopus metropolitanus Corinthi, provinciæ Achajæ, dixit: Conſentio & ego [n] his interlocutionibus, tam vicariorum ſanctiſſimi & beatiſſimi archiepiſcopi [o] maximæ Romæ Leonis, & ſanctiſſimi & Deo amiciſſimi

A & omni laude ſupergreſſi Anatolii, ſuper damnatione Dioſcori, & [p] alienum eum ab omni ſacerdotali miniſterio eſſe decerno.

Ἐλευθέριος Καλχηδόνος·

Eleutherius epiſcopus Calchedonenſis dixit: Omnibus juſte definitis a ſancta hac & univerſali ſynodo adverſus Dioſcorum quondam magnæ Alexandrinæ civitatis epiſcopum, concors effectus, alienum eum eſſe [q] judico ab omni ſacerdotali dignitate & miniſterio.

Θεόδωρος Ταρσοῦ·

Theodorus epiſcopus metropolitanus Tarſenſis dixit: Seipſum alienum fecit a ſacerdotali dignitate Dioſcorus, Eutychem damnatum a ſanctæ memoriæ Flaviano in communionem ſuam
B irregulariter [r] ſuſcipiens; ſuper criminibus vero graviſſimis accuſatus, & vocatus a ſancto & univerſali concilio, non obtemperans: [s] unde a maximis ſedibus tam magnæ Romæ, quam novæ Romæ, ſanctiſſimarum eccleſiarum archiepiſcopis Leone & Anatolio juſte damnatus eſt. Quibus & ego concors effectus, interlocutus ſum, alienum eum [t] judicans ab omni Pontificali miniſterio.

Ῥωμανὸς Μύρων·

Romanus epiſcopus metropolitanus [u] Myrenæ civitatis dixit: Dioſcorum accuſatum per oblationem libellorum a [x] religioſiſſimo epiſcopo Euſebio, inſuper etiam & a diverſis clericis in
C ſancta & univerſali ſynodo, congregata ſecundum ſanctionem piiſſimorum & Chriſtianiſſimorum noſtrorum imperatorum in Chalcedonenſi civitate, [y] tertia ad eum regulariter facta vocatione per reverendiſſimos epiſcopos, ut veniret, & de his [z] quæ ei ingerebantur, ſibi adeſſet, & minime obedientem, conſone & ego ſequens ſanctiſſimum & [aa] beatiſſimum archiepiſcopum Leonem ſenioris Romæ, & ſanctiſſimum & [bb] Dei amantiſſimum archiepiſcopum novæ Romæ Conſtantinopolitanum Anatolium, & omne ſanctum & univerſale concilium, profiteor prædictum Dioſcorum Alexandrinæ civitatis quondam epiſcopum, contemnentem & non obedientem, alienum eſſe [cc] tam ab epiſcopatus dignitate, quam ab omni ſacerdotali
D miniſterio.

Κῦρος Ἀναζάρβου·

Cyrus epiſcopus metropolitanus Anazarbenæ civitatis dixit: Lamentatione quidem dignum eſt, aliquem [dd] patrum noſtrorum in hujuſmodi

---

BALUZII NOTÆ.

a Corb. & Pariſ. *Byzæ*, Divion. *Byzinæ*.
b Veteres libri, *& agens vices*.
c Divion. *beatiſſimi*, Pariſ. *beati*.
d Veteres libri, *eum omni*. Sic etiam paulo poſt in interlocutione Diogenis *Cyziceni*.
e Pariſ. & Divion. *reverentiſſimos*.
f Iidem libri, *regiæ Romæ*.
g Divion. *ab explanatione*.
h Annotatio Ruſtici. *Non ait qui fuit*. Hoc ideo notat Ruſticus quia alii Epiſcopi loquentes de Dioſcoro ajunt, *quondam Epiſcopus*.
i Veteres libri, *alienus eſt Epiſcopatus dignitate*.
k Corb. *ſub diligentia*. Pariſ. & Divion. *ſub diligentiſſima*.
l Ita codices Divionenſis & Pariſienſis. Corbejenſis habet *examinationes*. Veteres editiones, *examinationibus*.
m Divion. & Corb. *judicans ſede*. Pariſ. *judicans eſſe ſacerdotali ſede & miniſterio*.
n Corb. *his quæ interlocutionibus*. o Divion. *magnæ*.
p Veteres libri, *alienum eum omni*. q Iidem libri, *judico omni*.
r Divion. *excipiens*. ſ Pariſ. & Divion. *unde & a magnis*.
t Veteres libri, *judicans omni*. u Pariſ. *Myræ*, Divion. *Smyrnæ*.
x Pariſ. & Divion. *reverentiſſimo*. y Iidem libri, *tertio*.
z Divion. *quæ ingerebantur*. Pariſ. *quibus ingerebatur ſibi adeſſe minime*.
aa Corb. *Deo amiciſſimum*.
bb Idem codex, *Deo amiciſſimum*, reliqui *beatiſſimum*.
cc Pariſ. *tam epiſcopatus dignitate quam & omni*.
dd Corb. *patrum quondam noſtrorum*. Ita etiam Divionenſis, ſed, quod fatendum eſt, vox *quondam*, quam Pariſienſis non habet, addita eſt ſupra lineam.

di [a] incidiſſe delicta, [b] quæ a ſacerdotali eum alienent dignitate. Quoniam vero ea quæ [c] ſuper Dioſcono quondam epiſcopo magnæ Alexandrinæ civitatis ſubſecuta ſunt, & tres quæ ad eum facta ſunt vocationes, quibus noluit obedire, compulerunt ſanctos & beatiſſimos noſtros patres regulariter & conſequenter [d] eum ab epiſcopali dignitate & miniſterio exterum conſtituere: hæc & ego, quæ ab eis recte & juſte judicata ſunt, ſequens, eadem decerno, alienum eum [e] judicans ab omni epiſcopali dignitate & miniſterio.

Κωνςαντῖνος Μελιτηνῆς·

Conſtantinus epiſcopus metropolis Melitenæ civitatis dixit: Ploro quidem & plango per ſuos actus ruentem de epiſcopali gradu Dioſcorum quondam Alexandrinæ [f] magnæ civitatis epiſcopum. Tamen quoniam conſequenter & canonice & juſte adverſus eum a ſanctiſſimo & beatiſſimo archiepiſcopo Leone, & a ſancto & beatiſſimo Anatolio archiepiſcopo novæ Romæ Conſtantinopolitano, & ſancto & magno & univerſali Calchedonenſi concilio eſt prolata ſententia, concors efficior his quæ ſuper prædicto definita ſunt, alienum eum [g] judicans ab omni ſacerdotali miniſterio.

Σέλευκος Ἀμασείας·

Seleucus epiſcopus metropolitanus [h] Amaſiæ civitatis dixit: His quæ legitime & canonice nuper prolata ſunt ab apoſtolica Romana ſede [i] per ſanctiſſimos epiſcopos, [k] qui ejus loco advenerunt, & a ſanctiſſimo & [l] Dei amantiſſimo archiepiſcopo novæ Romæ Anatolio, & ab omni ſancto concilio, ſuper Dioſcoro magnæ Alexandrinæ civitatis quondam epiſcopo, & ipſe conſentio & concordo, [m] & omni eum judico pontificatus miniſterio eſſe privatum.

Ἰωάννης Σεβαστείας·

Joannes epiſcopus metropolitanus Sebaſtiæ civitatis [n] Armeniæ primæ dixit: Juſta & regularis [o] eſt prolata ſententia [p] a beatiſſimo & ſanctiſſimo patre noſtro [q] & archiepiſcopo Romano Leone, & [r] Dei amantiſſimo & ſanctiſſimo archiepiſcopo Anatolio novæ Romæ Conſtantinopolitano, & a ſancto hoc & univerſali concilio, [ſ] ſuper Dioſcoro Alexandrinæ magnæ civitatis quondam epiſcopo. Et ego omnibus quæ ſuper eum ſunt placita, conſentiens, alienum eum [t] judico ab omni ſacerdotali miniſterio.

Κωνςαντῖνος Βόςρων·

Conſtantinus epiſcopus [u] metropolitanus Boſtrenæ civitatis dixit: Conſentio & ego his quæ definita ſunt adverſus Dioſcorum Alexandrinæ magnæ civitatis quondam epiſcopum a vicariis ſanctiſſimi archiepiſcopi Leonis, [x] Dei amantiſſimis epiſcopis, & a ſancto & beatiſſimo archiepiſcopo regiæ Conſtantinopolitanæ civitatis novæ Romæ Anatolio; & alienum eum judico ab omni ſacerdotali dignitate & miniſterio.

Καλόγηρος Κλαυδιυπόλεως·

Calogerus epiſcopus Claudiopolis civitatis [y] metropolitanus dixit: Conſentio his quæ regulariter & juſte ſuper Dioſcoro Alexandrinæ magnæ civitatis quondam epiſcopo facta ſunt, decernens eum [z] alienum eſſe ab omni ſacerdotali [aa] dignitate & miniſterio.

Πατρίκιος Τυάνων·

Patricius epiſcopus Tyanæ civitatis [bb] metropolitanus dixit: Ego quidem optabam [cc] non intereſſe tali audaciæ [dd] Dioſcori, ita contemnentis tam divinos canones, quam etiam ſanctiſſimos patres, & archiepiſcopos magnæ Romæ Leonem, & novæ Romæ Anatolium, [ee] & omne ſanctum & univerſale concilium. Quoniam vero quæ commiſſa ſunt, omnem repulerunt regularem conſequentiam, [ff] concors ſum omnibus his quæ ſuper eo a [gg] maxima & Deo amabili ſynodo ordinata ſunt, alienum eum judicans ab omni pontificali miniſterio.

Ἀμφιλόχος Σίδης·

[hh] Amphilochius epiſcopus metropolitanus Sidenæ civitatis, provinciæ Pamphyliæ, dixit: [ii] Votum quidem mihi erat, nec qualecumque quidem, maxime autem, honoratum eccleſiæ membrum [kk] abſcindere. Quoniam vero Dioſcorus Alexandrinæ magnæ civitatis quondam epiſcopus, [ll] ſuper quibus accuſatus eſt a quibuſdam, tertio vocatus a ſancto & univerſali concilio minime occurrit, & ſuper ſeipſum ſanctæ ſynodi attraxit ſententiam, ſibimet hoc ipſum juſte reputet.

Ἐπι-

BALUZII NOTÆ.

a Veteres libri, *cecidiſſe*.
b Veteres libri & editiones, *quæ ſacerdotali eum alienarent*.
c Pariſ. *ſuper Dioſcorum quondam Epiſcopum*. Sic etiam paulo poſt in interlocutione Seleuci.
d Veteres libri, *eum Epiſcopali*. e Iidem libri, *judicans epiſcopali*.
f *Magnæ*. Deeſt in Divionenſi. g Veteres libri, *judicans omni*.
h Ita codex Pariſienſis. Corb. *Sebaſtia*. Divion. *Aſiæ*; & in margine, *al. Sebaſtia*. Veteres editiones, *Sebaſtiæ Armeniæ primæ*. Lectionem vulgatam confirmare videtur ſequens interlocutio, quæ eſt Joannis Epiſcopi Sebaſtiæ.
i Divion, *per ſanctiſſimos & beatiſſimos*.
k Corb. & Divion. *qui in ejus loco*. l Corb. *Deo amiciſſimo*. Pariſ. *beatiſſimo*.
m Hæc verſio eſt editorum Romanorum. Antea quippe legebatur, *& ab omni eum alienum judico pontificatus miniſterio*. Veteres libri, *& omni eum alienum judico pontificatus miniſterio*.
n Hæc addita ſunt ab editoribus Romanis. Non extant autem in vetuſtis editionibus, neque in antiquis exemplaribus. o Vocem *eſt* nullus veterum librorum habet.
p Corb. *a Deo amiciſſimo*. q Conjunctio abeſt a codice Divionenſi.
r Corb. *Deo amiciſſimo*, reliqui *beatiſſimo*.
ſ Divion. & Pariſ. *ſuper Dioſcorum Alex. mag. civitatis quondam Epiſcopum*. Sic etiam paulo poſt in interlocutione Calogeri Claudiopolitani.
t Veteres libri & heic & infra in interlocutione Conſtantini Boſtrenſis, *judico omni*. Iidem libri infra in interlocutione Patricii Epiſcopi Tyanenſis habent: *Judicans omni*.
u Pariſ. & Divion. *metropolis*. x Corb. *Deo amiciſſimis*, reliqui *reverentiſſimis*.
y Pariſ. & Divion. *metropolis*. Corb. *metropolitanæ*.
z Veteres libri, *alienum eſſe omni*. aa Divion. *miniſterio & dignitate*.
bb Divion. & Pariſ. *metropolis*. cc Veteres libri, *neque intereſſe*.
dd Pariſ. *Dioſcorum ita contemnentem*.
ee Iidem libri, *& omnem ſanctam & univerſalem ſynodum*.
ff Pariſ. & Divion. *concors ero omnibus his quæ in eo*.
gg Iidem libri, *magna & reverentiſſima*.
hh Veteres libri & editiones: *Amphilochius Epiſcopus metropol. provinciæ Pamphiliæ Sydenæ civitatis*.
ii Divion. *Votivum*. kk Veteres libri, *abſcidere*. ll Divion. *ſuper his quibus*.

Ἐπιφάνιος Πέργης·

[a] Epiphanius episcopus metropolitanus Pergensis civitatis provinciæ Pamphyliæ, dixit: Optabam quidem ex nulla parte, neque [b] super minores talem proferre sententiam, qualem adversus Dioscorum magnæ Alexandrinæ civitatis quondam episcopum. Sed quoniam seipsum obnoxium constituit, nolens tertio a sancto & universali concilio vocatus advenire, & satisfacere de his [c] quæ ei ingerebantur, contra seipsum sententiam protulit, quam & ego sequens, consentio omnibus his quæ [d] super eo judicata sunt.

Θεόδωρος Δαμασκοῦ·

Theodorus episcopus metropolitanus Damascenæ civitatis dixit: Recte & juste & secundum sanctorum canonum normam sancta & magna synodus definivit, quatenus Dioscorus sit alienus a [e] sacerdotali & episcopali dignitate. Propter quod & ego [f] alienum eum ab omni sacerdotis ministerio judico, concors effectus his quæ placita sunt, sicut prædixi, sanctæ & magnæ synodo.

Ἀττικὸς Νικοπόλεως παλαιᾶς Ἠπείρου·

[g] Atticus episcopus Nicopolitanæ civitatis, metropolis veteris Epiri, dixit: Regularem fidem sanctorum patrum decernentium damnationem Dioscori magnæ Alexandrinæ civitatis quondam episcopi, & ego sequens, concors efficior.

Ὀνησιφόρος Ἰκονίου·

Onesiphorus episcopus metropolis Iconii civitatis dixit: Oportebat quidem, [h] reverendissimum Dioscorum & scientem regulas & consuetudinem minime ignorantem, obtemperare his quæ a sancto & universali concilio præcepta fuerant, & tertio vocatum eum per [i] Dei amantissimos episcopos, [k] advenire in sanctum concilium ad satisfaciendum de his quæ ei ingerebantur. *

Βασίλειος Τραϊανουπόλεως·

Basilius episcopus metropolitanus Trajanopolis civitatis dixit: His quæ placuerunt sancto concilio [l] super Dioscoro consentit & mea parvitas.

Φλωρέντιος Σάρδεων·

Florentius episcopus metropolitanus Sardenæ

A civitatis dixit: Sequens & ego hæc quæ decreta sunt a sanctissimo & beatissimo Papa Leone, [m] per ejus beatitudinis vicarios, [n] & per alios sanctos episcopos, Dioscorum magnæ Alexandrinæ civitatis episcopum, ([o] quoniam seipsum obnoxium constituit, nolens tertio a sancta & universali synodo vocatus advenire), [p] alienum a sacerdotio & communione ecclesiastica decerno, propter suprascriptas * culpas. * causas.

Φραγκίων Φιλιππουπόλεως·

Francion episcopus metropolitanus Philippopolis civitatis dixit: Concors & ego efficior apostolicæ sedi & sanctissimo & [q] Dei amantissimo archiepiscopo Anatolio [r] Constantinopolitanæ civitatis novæ Romæ, & præsenti sancto & universali concilio, de damnatione Dioscori Alexandrinæ magnæ civitatis quondam episcopi: & judico alienum eum esse [s] tam a dignitate sacerdotali, [t] quam etiam a communione terribilis [u] mysterii.

B

Ἰωάννης Ῥόδου·

Joannes episcopus metropolitanus Rhodi insulæ dixit: Omnibus juste & regulariter definitis [x] a sancta hac & universali synodo adversus Dioscorum magnæ Alexandrinæ civitatis quondam episcopum, concors & ego effectus, alienum eum judico [y] ab omni sacerdotali, sive etiam episcopali dignitate & ministerio,

Πέτρος Γαγγρῶν·

C Petrus episcopus [z] metropolitanus Gangrenæ civitatis dixit: Quæ placuerunt apostolicæ sedi & sanctis patribus [aa] super damnatione Dioscori, his & ego consensi.

Φώτιος Τύρου·

Photius episcopus [bb] metropolitanus civitatis Tyri dixit: [cc] Justæ & regulari sententiæ, quæ facta est in Dioscorum magnæ Alexandrinæ civitatis quondam episcopum, a sanctissimo & beatissimo archiepiscopo Leone, & sanctissimo & beatissimo archiepiscopo [dd] regiæ urbis Anatolio, & a sancto & universali concilio, quod secundum decretum Dei & imperialem sanctionem in Calchedonensi civitate factum est, consentio, & decerno ea quæ [ee] super eo sunt placita, & alienum eum habeo ab omni sacerdotali dignitate.

Νουνέ-

BALUZII NOTÆ.

a Veteres libri & editiones; *Epiphanius Episcopus provinciæ Pamphyliæ Pergenæ civitatis.*
b Paris. & Divion. *supra minores.* c Divion. *de quibus ei ingerebantur.*
d Divion. & Paris. *super eum.* e Divion. & Paris. *sacerdotio.*
f Vox *judico*, quæ statim sequitur, non extat in antiquis exemplaribus. Itaque lubens amplector lectionem libri Paris. in quo sic scriptum est: *alieno eum omni.*
g Veteres libri & editiones: *Atticus Episcopus metropolis veteris Epiri Nicopolitanæ civitatis.* Non satis autem assequor rationem quæ movere potuit editores Romanos ut hanc lectionem mutarent.
h Divion. *reverentissimum Episcopum Dioscorum.*
i Corb. *per Deo amicissimos.* Divion. & Paris. *a reverentissimis Episcopis.*
k Divion. *advenire ad sanctum.* Paris. *advenire in sancto conlegio.*
l Divion. *super Dioscorum.*
m Veteres editiones & codex Corb. *per ejus beatitudinis hic inter gesta vicarios.* Ista mutata & sublata sunt ab editoribus Romanis.
n Paris. & Divion. *& per alios sanctissimos.*
o Hæc addita sunt ab iisdem Romanis, nescio unde accepta. Non extant in superioribus editionibus neque in libris nostris.
p Paris. & Corb. *alienum sacerdotio.*
q Corb. *Deo amicissimo*, alii *beatissimo.*
r Veteres libri & editiones, *novæ Romæ Const. civitatis.* Non video majorem illam elegantiam quam Romani editores viderunt in lectione ab ipsis constituta.
s Paris. & Corb. *tam dign. sacerdotali.* Divion. *tam dign. sacerdotii.*
t Divion. *quam etiam communionis.*
u Divion. *ministerii.* Hanc lectionem habet etiam Crabbus in margine.
x Paris. *a sancto & un. Concilio.*
y Paris. & Divion. *judicavi ab omni tam sac. quam etiam episcopali.*
z Iidem libri, *metropolis.* aa Corb. & Divion. *super damnationem.*
bb Divion. *metropolis.* cc Paris. *Justa & regulari facta sententia in Dioscorum.*
dd Veteres libri & editiones, *hujus regiæ.* Sic etiam supra annotatum est alicubi. Editores Romani sustulerunt vocem *hujus*, quia videbant hæc geri Calchedone. ee Divionen. & Paris. *super eum.*

Νουνέχιος Λαοδικείας·

Nunechius episcopus metropolitanus Laodiceæ civitatis dixit: [a] Secundum ea quæ definita sunt a sanctissimo & beatissimo patre [b] nostro & archiepiscopo senioris Romæ Leone, per directos ab eo [c] reverendissimos episcopos [d] & Dei amantissimum presbyterum Bonifacium, & a reverendissimo & sanctissimos Anatolio archiepiscopo novæ Romæ Constantinopolitanæ civitatis, & omni [e] præsenti concilio, judico & ipse Dioscorum Alexandrinæ magnæ civitatis quondam episcopum, [f] alienum esse ab omni sacerdotali ministerio.

Περγάμιος Αντιοχείας Πισιδίας·

Pergamius episcopus metropolitanus [g] Antiochenæ civitatis, provinciæ Pisidiæ, dixit: Plurimam olim confusionem contra divinos canones operantem Dioscorum magnæ Alexandrinæ civitatis quondam episcopum, & [h] post multa adversus eum a diversis personis in sancta & magna synodo [i] in scriptis deposita, [k] vocatum probabiliter non semel, neque secundo, sed tertio, & advenire minime passum, sed aliqua inconsequenter & indecenter responsa facientem, [l] & propter hoc juste damnatum ab universali hoc & sancto concilio, [m] alienum eum esse a sacerdotali ministerio & dignitate, [n] & prædictis increpationibus subjacere, similiter & ego decerno.

Μελέτιος Λαρίσσης·

Meletius episcopus Larissenæ civitatis, faciens verba pro Domno sanctissimo episcopo metropolitano Apameæ civitatis, dixit: Hæc eadem & ego decerno, concors effectus sanctis patribus adversus Dioscorum magnæ Alexandrinæ civitatis quondam episcopum, & eum alienum facio ab omni sacerdotali ministerio & dignitate.

Κριτωνιανὸς Ἀφροδισιάδος·

Critonianus episcopus metropolitanus [o] Aphrodisiadis civitatis dixit: Secundum prolatam sententiam adversus Dioscorum magnæ Alexandrinæ civitatis quondam episcopum, a sanctissimis [p] & beatissimis archiepiscopis & patribus nostris magnarum & regalium urbium, secundo & tertio regulariter vocatum, & minime obedientem, & ego concors effectus eidem

A sententiæ, alienum eum [q] definio ab omni sacerdotali ordine & ministerio.

Συμεῶνος Ἀμίδης·

Symeon episcopus metropolitanus Amidenæ civitatis dixit: Concors & ego sum regulariter gestis super damnatione Dioscori quondam episcopi Alexandrinæ magnæ civitatis, a sanctissimo ac [r] beatissimo Anatolio archiepiscopo Constantinopolitanæ civitatis novæ Romæ, & sanctissimis & [s] Dei amantissimis episcopis in hoc sancto concilio congregatis, alienum judicans eumdem [t] Dioscorum ab omni episcopali dignitate & ministerio.

Θεόκτιστος Πισινουῦτος·

B Theoctistus episcopus metropolitanus Pissinuntenæ civitatis dixit: Consentio & ego omnibus, quæ adversus Dioscorum magnæ Alexandrinę civitatis quondam episcopum ordinata sunt a sancto & universali concilio, per Photinum religiosissimum archidiaconum meum, [u] alienans eum ab omni sacerdotali dignitate & ministerio.

Φροντινιανὸς Σαγαλασσοῦ·

[x] Frontinianus episcopus Sagalassenæ civitatis dixit: Concors efficior his quæ statuta sunt [y] a sanctissimis patribus super damnatione Dioscori magnæ Alexandrinæ civitatis quondam episcopi, & alienum eum [z] existimo ab omni [aa] sacerdotali & ecclesiastico ordine.

Νεοπτόλεμος Κόρνων.

C Neoptolemus episcopus [bb] Cornensis dixit: Necessarium est & nos [cc] sequi ea quæ regulariter adversus Dioscorum sanctis patribus & metropolitanis episcopis sunt placita. Unde & ipse consentio factæ [dd] super eo [ee] damnationi.

Ἀχόλιος Λαράνδων·

Acholius episcopus [ff] Larandenæ civitatis dixit: Juste & regulariter [gg] judicatis a sanctis patribus adversus Dioscorum Alexandrinæ magnæ civitatis quondam episcopum, concors & ego effectus sum in ejus damnatione.

Ἰουλιανὸς Ὑπαίπων·

Julianus episcopus [hh] Hypæporum dixit: Et ego [ii] consentio omnibus, quæ interlocuti sunt sanctissimi episcopi Paschasinus & Lucentius, & Bonifacius religiosissimus presbyter, vicarii san-

---

BALUZII NOTÆ.

a Paris. *Secundum quæ definita.*
b Idem codex, *patre nostro Archiepiscopo.* c Corb. *Deo amicissimos.*
d Corb. *& a Deo amicissimo Presbytero Bonifacio, & a Deo amicissimo & sanctissimo Anatholio.* Divion. & Paris. *& a reverentissimo Presbytero Bonifacio & a sanctissimo & beatissimo Archiepiscopo Anatholio.*
e Corb. *præsenti sancto Concilio.*
f Idem codex, *alienum esse omni.* Divion. *alienum esse a sacerdotali.* Paris. *alienum esse sacerdotali.*
g Veteres libri & editiones. *Pisidiæ provinciæ Antiochenæ civitatis.*
h Paris. *post multas.*
i Paris. & Divion. *inscriptiones depositas.*
k Veteres libri & editiones, *vocatum eum probabiliter.*
l Paris. *propter quod &.* m Paris. *alienum eum esse sacerdotali.*
n Veteres libri & editiones: *similiter & ego prædictis increpationibus subjacere eum decerno.*
o Veteres libri & editiones, *Aphrodisiadæ.* p Corb. *& Deo amicissimis.*
q Paris. *definio omni.*
r Corb. *Deo amicissimo Archiepiscopo novæ Romæ Constantinopolitanæ civitatis Anatholio.* Sic etiam alii & veteres editiones, nisi quod pro *Deo amicissimo* legunt *beatissimo.*
s Corb. *Deo amicissimis.* Divion. & Paris. *reverentissimis.*
t Paris. *Dioscorum omni.* u Idem codex, *alienans eum omni.*
x Corb. *Phontejanus Episcopus Salagassenæ.* Divion. *Frontejanus Episcopus Alagassenæ.* Paris. *Pontianus Ep. Sagalassenæ. Veteres editiones: Phontenus*; & in margine, ex Crabbo, Fontejanus huc usque dictus.
y Paris. *a sanctis patribus.* z Idem codex, *existimo omni.*
aa Codices Paris. & Corb. & veteres editiones, *sacerdotali ecclesiastico.*
bb Paris. & Divion. *Coronensis.* cc Iidem libri, *sequi quæ.*
dd Iidem, *super eum,* ee Divion. *damnationem.*
ff Veteres libri, *Larendenæ.* gg Divion. *dijudicatis.*
hh Veteres libri & editiones, *Hypepæ.* ii Divion. & Corb. *consentio in omnibus.*

ſanctiſſimi & beatiſſimi archiepiſcopi Romani, & ſanctiſſimus & beatiſſimus archiepiſcopus regiæ Conſtantinopolitanæ civitatis novæ Romæ Anatolius, & omnibus quæ [a] definivit ſancta & univerſalis ſynodus [b] ſuper Dioſcoro magnæ Alexandrinæ civitatis quondam [c] epiſcopo, & judico [d] eum alienum ab omni ſacerdotali dignitate, [e] & a fruitione ſancti & inenarrabilis myſterii Dei noſtri.

Λεόντιος Μαγνησίας·

Leontius epiſcopus [f] Magneſiæ civitatis dixit: Lex eſt pia, patribus obedire, & eorum ſequi judicia. Hanc legem & in præſenti cuſtodiens, iis quæ ordinata ſunt ſuper Dioſcoro, [g] concors & ego efficior, [h] alienans eum ab omni ſacerdotali dignitate.

Εὐδόξιος Χώματος·

Eudoxius epiſcopus [i] Chomatenæ civitatis dixit: [k] Secundum ea quæ a ſanctis patribus approbata ſunt ſuper damnatione Dioſcori quondam Alexandrinæ magnæ civitatis epiſcopi, & ego conſentio, & alienum eum ab omni ſacerdotio judico.

Στέφανος Λιμυρέων·

Stephanus epiſcopus [l] Limyræ civitatis dixit: Conſentio regulariter factæ Dioſcori Alexandrinæ magnæ civitatis quondam epiſcopi damnationi propter quod & ego minimus definio, eum eſſe ab omnio ſacerdotio alienum.

Φρόντων Φασηλίδος·

[m] Fronton epiſcopus [n] Phaſelidenæ civitatis dixit: Concors ſum & ipſe damnationi factæ [o] ſuper Dioſcoro magnæ Alexandrinæ civitatis [p] quondam epiſcopo, & [q] alienum eum ab omni epiſcopali & ſacerdotali miniſterio eſſe approbavi, ſicut & ſancti patres, & ſanctum decrevit concilium.

Θεόδωρος Αντιφέλλυ·

Theodorus epiſopus [r] Antiphellenæ civitatis dixit: Conſentio damnationi Dioſcori Alexandrinæ magnæ civitatis quondam epiſcopi, ſicut ſanctis regulis placuit, alienum eum exiſtimans ab omni ſacerdotali dignitate.

Λεόντιος Αράξυ.

Leontius epiſcopus * [ſ] Zarenæ civitatis dixit: Secundum prolatam ſententiam a ſanctis [t] per omnia patribus adverſus Dioſcorum magnæ Alexandrinæ civitatis quondam epiſcopum, concors efficior in ejus damnatione, ab omni ſacerdotali dignitate alienum [u] eum exiſtimans.

(margin: tenæ)

Αντίπατρος (1) Κάμυ·

Antipater epiſcopus * [x] Cauninæ civitatis dixit: Conſentio in Dioſcori Alexandrinæ magnæ civitatis quondam epiſcopi damnatione, & ab omni ſacerdotali miniſterio alienum eum judico.

(1) Forte Καύνυ. Hard.

* Cami, Charmenæ.

Φίλιππος Λιβυρέων·

Philippus epiſcopus * [y] Liburenæ civitatis dixit: Concors efficior [z] profeſſionibus ſanctorum patrum, factis ſuper damnatione Dioſcori Alexandrinæ magnæ civitatis quondam epiſcopi, & approbo & ego alienum eum eſſe ab epiſcopatus dignitate, & omni ſacerdotali miniſterio.

* Libyæ

Κρατῖνος Πανόρμυ·

[aa] Gratianus epiſcopus Panormenſis dixit: Concors & ego efficior in damnatione Dioſcori magnæ Alexandrinæ civitatis quondam epiſcopi, facta a ſanctis patribus, & alienum eum exiſtimo ab omni ſacerdotali dignitate.

Ανδρέας Τοέων·

Andreas epiſcopus * [bb] Toenſis dixit: His quæ definita ſunt a præcedentibus ſanctis patribus de damnatione Dioſcori Alexandrinæ magnæ civitatis quondam epiſcopi, in omnibus concors efficior, & ab omni eum honore ſacerdotali alienum judico.

* Tſoæorum ſup.

Νικόλαος Αχαρασſυ·

Nicolaus epiſcopus [cc] Acaraſſenus dixit: Conſentio damnationi Dioſcori Alexandrinæ magnæ civitatis quondam epiſcopi, factæ a ſanctis patribus & a ſancta ſynodo, alienum eum judicans ab omni ſacerdotali dignitate.

Ρωμανὸς Βυβονέων·

Romanus epiſcopus [dd] Bubonenſis dixit: Hæc eadem & ego profiteor, quæ & ante me ſanctiſſimi patres; & [ee] concors ſum in damnatione Dioſcori Alexandrinæ magnæ civitatis quondam epiſcopi, ab omni ſacerdotali honore alienum eum judicans.

Αττικὸς Ζήλων·

Atticus epiſcopus [ff] Zelenſis dixit: [gg] Lacrymor equidem de his quæ contigerunt, [hh] eo quod

BALUZII NOTÆ.

a Divion. *præfinivit*. Pariſ. *prædefinivit*. b Divion. & Pariſ. *Dioſcorum*.
c Divion. *Epiſcopum*. d Veteres libri, *eum eſſe alienum*.
e Divionen. *& a fructu*; & in margine, *& a fruitione*. Pariſ. *& fructu*.
f Veteres libri, *Magnifiæ*.
g Corb. *& concors ego efficior ſententiæ*. Divion. *& ego concors efficior ſententiæ*. Pariſ. *concors & ego efficior ſententiæ*.
h Pariſ. *alienans eum omni*. i Veteres libri. *Chomatæ*.
k Pariſ. & Divion. *Secundum quæ*. l Corb. *Lemyræ*. Pariſ. *Limineæ*.
m Codices Corb. & Divion. & veteres editiones, *Fronto*.
n Corb. *Phaſiledenæ*. Pariſ. *Faſilidæ*. Divion. *Baſilidæ*.
o Divion. *Dioſcorum*. p Divion. *Epiſcopum*.
q Corb. *alienum eum omni*. r Pariſ. *Antefallenæ*, Divion. *Antifallinæ*.
ſ Divion. *Azarenæ*. Pariſ. *Zeronæ*.
t Hæc deſiderantur in libro Pariſienſi. Addita vero ſunt ſupra lineam in Divionenſi.
u Vox *eum* abeſt a codice Pariſienſi. x Corb. *Canvenæ*. Divion. *Camini*. Pariſ. *Chamenæ*.
y Veteres editiones; *Liburnæ*. Codex Divion. *Liborenæ*. Pariſ. *Libiæ*.
z Debemus hanc lectionem editioni Romanæ. Nam antea legebatur *confeſſionibus*. Sic etiam vetera exemplaria.
aa Veteres editiones & codex Divion. *Crattanus*. Pariſ. *Cratinus*. Sic etiam primo ſcriptum fuit in libro Corbejenſi; ſed littera *r* addita ſupra lineam effecit *Crartinus*.
bb Corb. *Loeonenſis*. Divion. *Taeenſis*; & in margine, *al. Letonenſis*. Pariſ. *Taroenſis*. Male veteres editiones, *Coenſis*; & in margine, *Ceoenſis*.
cc Veteres editiones, *Acraſſenus*. Codex Divion. *Acraſſinus*. Pariſ. *Acraſſenæ*. Corb. *Acraſſanæ*.
dd Pariſ. *Burbonenſis*. ee Idem codex, *concors eis ſum*.
ff Divion. *Zelonenſis*; & in margine, *al. Lezienſis*, quæ eſt lectio libri Corbejenſis. Pariſienſis habet *Zeloenſe civitatis*. gg Pariſ. & Corb. *Lacrymor quidem*.
hh Pariſ. *ob eo quod*. Sic etiam Corbejenſis, ubi tamen primo ſcriptum fuit *ab eo*. Quo modo habet Divionenſis. Crabbum legiſſe *ob eo* in ſuo exemplari illud argumento eſt quod edidit *ob ea*.

quod frater noster aliquando & consacerdos A in talibus [a] fuerit delictis. Quoniam vero consequens est & justum, regulariter [b] me motum, eadem adversus eum definire, [c] hujus rei gratia consentaneus & ego super damnatione Dioscori Alexandriæ magnæ civitatis quondam episcopi, sanctis patribus efficior, & alienum eum judico ab omni sacerdotali [d] dignitate.

Παῦλος Φιλομηλίε·

Paulus episcopus [e] Philomeliensis dixit: Concors & ego efficior tam sanctissimo archiepiscopo Leoni, quam regulari & justæ sententiæ factæ super damnatione Dioscori Alexandrinæ magnæ civitatis quondam episcopi, & alienum eum judico ab omni sacerdotali mi- B nisterio.

Φλωρέντιος Ἀδριανεπόλεως·

Florentius episcopus [f] Hadrianopolitanus dixit: Alexandrinæ magnæ civitatis quondam episcopus Dioscorus [g] super iis quæ gessit inique, luit [h] supplicium. Igitur & ego his quæ a sanctis patribus & archiepiscopis & omni sancto concilio super eum definita sunt, [i] consentio, ab omni ecclesiastico ministerio [k] cessare eum decernens.

Μεσσαλῖνος Λαοδικείας·

Messalinus episcopus Laodicensis dixit: Ostendit divinitas, quia non protractione temporum solent magnitudines delictorum oblivionem suscipere; sed divinorum ac sanctorum pa- C trum regulæ apprehenderunt iniqua gerentem, & per nos judicant, Dioscorum magnæ Alexandrinæ civitatis quondam episcopum [l] foras abjici ab ecclesiastico ordine, & [m] divina sacerdotali operatione.

Ἐλπίδιος μονῆς Θέρμων·

Elpidius episcopus [n] mansionis Thermensis dixit: [o] Consentio sententiæ prolatæ a sanctis patribus contra Dioscorum Alexandrinæ magnæ civitatis quondam episcopum, [p] & alienum eum existimo ab omni sacerdotali ordine & ministerio.

Λογγῖνος Ὀρχισε·

Longinus episcopus Orchistensis civitatis dixit: Concors efficior sanctis patribus in damna- D tione Dioscori quondam Alexandrinæ magnæ civitatis episcopi, & ab omni sacerdotali ministerio alienum eum esse judico.

Μυστήριος Ἀμμορίε·

Mysterius episcopus [q] Ammorii civitatis dixit: Prolatæ a sanctissimis & [r] beatissimis patribus & episcopis [s] nostris adversus Dioscorum quondam magnæ civitatis Alexandrinæ episcopum sententiæ & ego minimus consentio, alienum eum ab omni sacerdotali ministerio esse existimans.

Πέτρος Δαρδάνε·

Petrus episcopus [t] Dardaniensis civitatis dixit. Definitionibus sanctorum patrum adversus Dioscorum promulgatis & ego concors efficior, alienaus eum ab omni sacerdotali ministerio.

Ἰοβῖνος (1) Λιβέλλε·

[u] Jovinus episcopus * Develtensis dixit: Dioscorum magnæ Alexandrinæ civitatis quondam episcopum, in multis & diversis accusatum criminibus, insuper & perfidiam Eutychis secutum, & juste a sancta & magna synodo damnatum, concors & ego effectus, [x] ab omni eum episcopali ministerio [y] existimo alienum.

(1) Leg. Δεβέλτ... Hard. * Libelli...

Ἰνδιμος Εἰρηνεπόλεως·

Indimus episcopus [z] Irenopolitanus Ciliciæ secundæ dixit: Consentio prolatæ sententiæ adversus Dioscorum magnæ Alexandrinæ civitatis quondam episcopum, a sanctissimo & beatissimo archiepiscopo Romano Leone, per eos qui ab ipso directi sunt, sanctissimos & beatissimos episcopos, nec non etiam & a sanctissimo & beatissimo [aa] archiepiscopo regiæ Constantinopolitanæ urbis novæ Romæ Anatolio, & a ceteris sanctissimis patribus, & alienum eum [bb] existimo ab omni episcopali dignitate & ministerio.

Ἀκύλας Εὐδοξιάδος·

[cc] Aquilas episcopus Eudoxiadæ civitatis dixit: Agnosco juste damnatum Dioscorum in hac sancta synodo a sanctis patribus, [dd] quia præter regulas, beatæ memoriæ [ee] episcopum Flavianum damnavit: hunc & ego cum omni synodo damnatum habeo.

Eu-

BALUZII NOTÆ.

a Error editionis Labbeanæ. Reponendum est *fuerit*.
b Veteres libri, *memoratum*. Veteres editiones, *memorata*.
c Paris. *hujus gratia*. Sic etiam primo in Divionensi, sed postea vox *rei* addita est supra lineam.
d Corb. *ministerio*. e Omnes libri veteres habent *Philomelensis*.
f Paris. *Adrianopolitanæ civitatis*.
g Crabbus, qui sequebatur exemplaria nostris similia, edidit *super quibus*, & in margine, *for. iis quæ*. Crabbum imitatæ sunt editiones Suriana & Veneta. Romani conjecturam Crabbi prætulerunt auctoritati veterum librorum.
h Paris. & Divion. *judicium*. Sed Divionensis habet lectionem vulgatam in margine.
i Divion. *& ego consentio*. k Corb. *cessasse*.
l Ita editio regia. Reliquæ & veteres libri habent *foris*.
m Veteres libri & editiones, *divina & sacerdotali*.
n Sive *monasterii*, ut in margine explicat Rusticus. Eamdem variam lectionem habuit Crabbus in suo codice, eamque apposuit in margine suæ editionis. Surius eam male sustulit. Nam in Græco est *μονῆς*.
o Veteres libri: *Concors efficior prolatæ sententiæ a sanctis*.
p Iidem libri: *& ab omni sacerdotali ministerio alienum eum esse judico*. Parisiensis tamen non habet vocem *ab*.
q Veteres editiones & codex Corb. *Amorii*, Paris. *Amorii*, Divion. *Amario*.
r Ita etiam codices Divionensis & Parisiensis. Corbejensis legit *Deo amicissimis*.
s Paris. & Divion. *coepiscopis*.
t Veteres libri & editiones, *Dardani*.
u Corb. *Juvinus Ep. Debeltensis*. Divion. *Johannis Ep. Debaltensis*; & in margine, *al. Juvinus*. Paris. *Jovianus Episcopus Debeltenæ civitatis provinciæ Emimonti dixit*.
x Vox *ab* non extat in codice Parisiensi.
y Idem codex, *existimans*. Sed alii habent *existimo*.
z Idem: *Orinopolitanæ provinciæ secundæ Ciliciæ*.
aa Hæc vox deest in codice Divionensi. In Parisiensi & in Corbejensi legitur *Episcopo*.
bb Corb. *existimo omni*.
cc Melius Corb. & Paris. *Acylas*. Sic etiam Divionensis in margine.
dd Veteres editiones & codex Corb. *qui præter*.
ee Vox *Episcopum* desideratur in codice Parisiensi. In Divionensi addita est supra lineam.

Ἀδάδε.

Εὐτρόπιος * Ἀραδε·

Eutropius episcopus [a] Adadensis dixit: Factæ damnationi Dioscori Alexandrinæ magnæ civitatis quondam episcopi, [b] & a sanctissimis & beatissimis archiepiscopis Leone & Anatolio antiquæ Romæ & novæ, & a sancto & universali hoc concilio, consentio & concors sum, ab omni eum ecclesiastico ministerio alienum judicans.

Μάρκος Ἀρεθούσης·

Marcus episcopus [c] Arethusæ civitatis dixit: Ad hæc eadem & ego consentio sanctis patribus adversus Dioscorum magnæ Alexandrinæ civitatis quondam episcopum, & alieno eum ab omni sacerdotali ministerio.

Προτέριος Μυῤῥίνης·

[d] Proterius episcopus [e] Myrrhinæ civitatis dixit: Cum omnibus sanctis patribus & ego concors efficior in damnatione Dioscori magnæ Alexandrinæ civitatis quondam episcopi.

Μαρκελλῖνος Μητροπόλεως·

[f] Marcellinus episcopus [g] Metropolis civitatis dixit: Consentio & ego sanctis patribus universalis & sancti concilii, in damnatione Dioscori, juste suscipientis damnationem.

Εὐσέβιος Κλαζομενῶν·

Eusebius episcopus Clazomenæ civitatis dixit: Et ego concors efficior sanctissimis & [h] Dei amantissimis patribus, in damnatione Dioscori magnæ Alexandrinæ civitatis quondam episcopi.

Ὀλύμπιος Θεοδοσιουπόλεως·

Alypius in Joi.

[i] * Olympius episcopus Theodosiopolitanus dixit: Consentio & ego sanctissimis & [k] beatissimis patribus [l] in damnatione Dioscori Alexandrinorum quondam episcopi.

Μάμας Ἀνινήτου·

Prolatæ sententiæ.

Mamas episcopus Aninetenæ civitatis dixit: * Prolato termino a sanctis patribus super damnatione Dioscori Alexandrinæ civitatis quondam episcopi & ego consentio.

Γερόντιος Σελευκείας·

Gerontius episcopus Seleuciæ civitatis dixit: Et ego consentio factæ damnationi a sanctis patribus [m] super Dioscoro Alexandrinæ magnæ civitatis quondam episcopo.

A Ἰουλιανὸς Ῥώσου·

Julianus episcopus [n] Rhosi civitatis dixit: Consentio damnationi factæ a sanctis patribus super Dioscoro Alexandrinæ magnæ civitatis quondam episcopo, & alienum eum judico ab omni sacerdotali ministerio.

Ὑπάτιος Ζεφυρίου, καὶ Ἀλέξανδρος Σεβαστῆς, καὶ Θεόδωρος Αὐγούστης, καὶ Χρύσιππος Μάλλου·

Hypatius episcopus [o] Zephyrii, & Alexander episcopus [p] Sebastæ [q] Ciliciæ secundæ, & Theodorus episcopus Augustæ, & Chrysippus episcopus Malli, dixerunt: Consentimus omnibus regulariter & juste judicatis super damnatione Dioscori Alexandrinæ magnæ civitatis
B quondam episcopi, a sancta & universali synodo, & alienum eum habemus ab omni sacerdotali ministerio.

Κυριακὸς Τροκμάδων·

Chrysippus presbyter, verba faciens pro [r] Dei amantissimo & sanctissimo Cyriaco episcopo [s] Trocmadenæ sanctæ Dei ecclesiæ, dixit: Concors & ego efficior his quæ determinata sunt a sanctis patribus super damnatione Dioscori magnæ Alexandrinæ civitatis quondam episcopi, quatenus [t] alienus sit a sacerdotali [u] ministerio & episcopali dignitate.

Δανιὴλ * Ὀλέας· * Καδῶν.

Daniel minimus episcopus Cadenæ civitatis dixit: [x] Secundum ea quæ ordinata sunt ab
C apostolica sede [y] senioris & regiæ Romæ, & ab omni presente sancto concilio, & ipse judico alienum esse Dioscorum Alexandrinæ magnæ civitatis quondam episcopum ab omni ecclesiastico ministerio & sancta communione.

Θωμᾶς Θεοδοσιουπόλεως·

Thomas episcopus Theodosiopolitanæ civitatis dixit: Et ipse concors efficior tam apostolicæ sedi, [z] quam universæ sanctæ synodo, adversus Dioscorum Alexandrinæ civitatis quondam episcopum, [aa] quatenus alienus sit ab ecclesiastico ministerio & sancta communione.

Ἰωάννης Τραπεζοῦντος·

Joannes episcopus Trapezantis dixit: Con-
D cors efficior & ego omnibus præcedentibus sanctis patribus adversus Dioscorum, & alienum judico eum ab omni sacerdotali ministerio & dignitate.

BALUZII NOTÆ

a Corb. & Divion. *Adardensis*, Paris. *Adaroena civitatis*.
b Veteres libri & editiones non agnoscunt conjunctionem.
c Veteres libri & editiones, *Arethusinæ*. d Divion. *Paterius*.
e Corb. *Myrenæ*. Divion. & Paris. *Smyrnæ*.
f In hoc loco editores Romani mutaverunt ordinem interloquentium Episcoporum, & Olympium, qui in antiquis editionibus loquitur ante Marcellinum, eidem Marcellino & Eusebio postposuerunt. Lectionem tamen veterem confirmant codex Corbejensis & adnotatio Rustici, quæ sic habet. *Ordinem verum summæ ostendunt*. Sane in codice Divionensi Marcellinus & Eusebius antecedunt Olympium, & in Parisiensi Olympius longo post intervallo ponitur inter Julianum & Hypatium. Sed hæc ostendunt quidem discrepantiam veterum exemplarium, non evincunt autem mutandum fuisse ordinem veterum editionum.
g Veteres editiones, *Metropolitanus*. Veteres libri, *metropolitanæ*.
h Corb. *Deo amicissimis*, alii *beatissimis*.
i Paris. *Alipius Ep. Theodosiopolis*. k Corb. *Deo amicissimis*. Divion. *Deo amabilibus*.
l Paris. *super damnatione*.
m Paris. & Divion. *super Dioscorum Alex. ma. civit. quondam Episcopum*. Sic etiam in sequenti interlocutione Juliani. n Corb. & Paris. *Rosu*, Divion. *Rusu*.
o Corb. *Zephyriu*. quod imitatur verbum Græcum. Divion. *Zypheri*, Paris. *Zephynæ*.
p Veteres libri, *Sebastiæ*. q Ista non habentur in antiquis exemplaribus.
r Corb. *Deo amicissimo & sanctissimo*. Paris. & Divion. *reverentissimo & beatissimo*.
s Corb. *Trocbnadenæ*, Divion. *Trognadenæ*, Paris. *Procandenæ*.
t Veteres libri, *alienus sit sacerdotali*. u Abest a Parisiensi & Divionensi.
x Vox *ea* deest in codice Parisiensi. Deerat etiam in Divionensi, sed addita est supra lineam.
y Divion. *& senioris*.
z Vox *universæ* non extat in libro Parisiensi; in Divionensi autem addita est super lineam.
aa Paris. *quatenus sit ecclesiastici ministerii & sanctæ communioni*. Desunt autem nonnulla in illo codice.

* Γεννάδιος. * Gennadius. sup.

* Ἀθανάσιος Μοσσυνῶν·

* Athanasius episcopus [a] Mossynorum dixit: Et ego concors efficior omni sancto concilio, & alienum judico Dioscorum ab omni sacerdotali dignitate & sancta communione.

Πατρίκιος Νεοκαισαρείας·

Patricius episcopus [b] Neocæsareæ, provinciæ Augustæ Euphratesiæ, dixit: Consentio sancto & universali concilio, & judico Dioscorum ab omni sacerdotali dignitate & ministerio alienum.

Ἐπίκτητος Διοκλητιανουπόλεως·

Epictetus episcopus Diocletianopolis dixit: Vestigia sequens & ego sanctorum patrum, cum sanctis viris alienum judico Dioscorum ab episcopali honore & dignitate.

Ἀλέξανδρος Σελευκείας Πισιδίας·

Alexander episcopus Seleuciæ Pisidiæ provinciæ dixit: Concors & ego in omnibus efficior his quæ judicata sunt ab [c] angelico vestro consessu adversus Dioscorum Alexandrinæ magnæ civitatis quondam episcopum.

Οὐαλεριανὸς Λαοδικείας Φοινίκης·

[d] Valerius episcopus Laodiceæ Phœnicis dixit: Consona & ipse sancto concilio adversus Dioscorum quondam episcopum decerno, judicans eum ab omni [e] ecclesiastico ministerio & episcopali dignitate alienum.

Νατίρας Γάζης·

[f] Natiras episcopus [g] Gazæ dixit: Consentio [h] beatissimis & sanctissimis patribus nostris adversus Dioscorum Alexandrinæ magnæ civitatis quondam episcopum, & judico eum alienum esse ab omni Episcopali dignitate & ministerio, contemnentem [i] vocationes sanctorum patrum.

Κυρῖνος Πατάρων·

[k] Cyrinus episcopus civitatis Pataræ dixit: His quæ judicata sunt a sanctissimis patribus & [l] archiepiscopis adversus Dioscorum quondam episcopum, concors & ego efficior & consentio, & alienum eum existimo a sacerdotali dignitate & ministerio.

* Ἀ ... σσοῦ. * Ariassi, al. Onesii Orias in c. Iol at in Boh. Ariasu

Θεόφιλος * Ἀσσοριασσοῦ·

Theophilus episcopus civitatis * [m] Orei dixit: In omnibus quæ ordinata sunt a sancta & universali synodo adversus Dioscorum quondam episcopum, [n] consentio, & concordo his quæ super eo gesta sunt.

Νέων Σιλίκ·

Neon episcopus civitatis * [o] Silii dixit: Omnibus quæ prolata sunt vel decreta a sancta & universali synodo adversus Dioscorum quondam episcopum, consentio, & concordo omnibus quæ adversus eum acta sunt.

al. Illi... * Sillac... vel Sy...rum

Εὐδόξιος Ἐτεννῶν·

Eudoxius episcopus civitatis [p] Etennorum dixit: Sicut præcedentes sancti patres, & ego concors efficior [q] ad damnationem Dioscori quondam episcopi.

Μαρκιανὸς Κοτένων·

Marcianus episcopus * Stephanorum dixit: Sicut præcedentes sancti patres, & ego concors efficior ad damnationem Dioscori quondam episcopi.

* Cote...

Διόδοτος Λυσανίας·

Diodorus episcopus civitatis [r] Lysimachiorum dixit: Et ego consentio [s] omnibus decretis super damnatione Dioscori, qui fuit episcopus.

Ἰωάννης Φλαβιάδος·

Joannes episcopus [t] Flaviadis, provinciæ Ciliciæ, dixit: Consentio prolatæ a sanctis patribus sententiæ adversus Dioscorum quondam episcopum, & alieno eum ab omni sacerdotali ministerio.

Τρύφων Χίου.

Tryphon episcopus insulæ Chii dixit: Concors efficior sanctis patribus adversus Dioscorum quondam episcopum, & alienum eum judico ab omni sacerdotali dignitate & ministerio.

Παῦλος Πτολεμαΐδος·

Paulus episcopus [u] Ptolemaidis civitatis dixit: In omnibus quæ ordinata sunt a sancto & universali concilio [x] super Dioscoro quondam episcopo, & ego consentio, & alienum eum [y] judico ab omni episcopali dignitate & ministerio.

Διονύσιος Ἡρακλείας·

Dionysius episcopus [z] Heracleotenæ civitatis dixit: [aa] Prolatæ sententiæ a sanctissimis & beatissimis archiepiscopis & patribus magnatum & regalium urbium super [bb] Dioscoro quondam episcopo, vocato secundo & tertio, & non obediente, & ego concors efficior, alienum eum [cc] existimans ab omni sacerdotali dignitate & ministerio.

Ἰωάν-

BALUZII NOTÆ.

a Paris. *Mossynon*. Veteres editiones in margine *Morsynon*. Corb. *Morsynan*. Divion. *Mocryno*; & in margine *al. Moysynandis* pro *Morsynan dixit*.

b Veteres libri & editiones, *Neocæsareæ Augustæ provinciæ Euphratesiæ*.

c Paris. *apostolico vestro solio*.

d Interlocutio istius Episcopi non extat in hoc loco in antiquis libris & editionibus, sed post Natiram. Veteres libri, *Valerianus*.

e Annotatio Rustici. *Acumitensis: ecclesiæ dignum & ecclesiastico gradu*.

f Corb. *Netiras*.

g Hanc vocem non agnoscunt vetera exemplaria.

h Divion. & Paris. *sanctissimis & beatissimis*.

i Iidem libri, *vocationem*.

k Divion. *Cyprianus*.

l Veteres libri & editiones, *archiepiscopis concors & ego efficior & consentio adversus Dioscorum quondam Episcopum, & alienum &c.*

m Codex Paris. *Orias*, Corb. *Oriessu*, Divion. *Ariasu*; & in margine, *al. Oriensu*. Meliorem esse editionem libri Corbejensis ostendunt reliquiæ textus Græci, ubi sic legendum. Θεόφιλος Ὀριασσοῦ.

n Divion. *consentio his quæ super eum gesta sunt*. Paris. *consentio quæ ab eis gesta sunt*.

o Corb. *Illiatorum*, Divion. *Syliatorum*, Paris. *Silyateron*

p Divion. & Paris. *Stenon*. Corb. *Etennon Stenon*.

q Paris. *super damnationem*. Sic etiam in interlocutione sequentis Marciani.

r Corb. *Lysaniæ*, reliqui *Lisaniæ*.

s Paris. *omnibus quæ decreta sunt super damnatione Dioscori quondam Episcopi*.

t Veteres libri, *Flaviadæ*.

u Iidem libri, *Ptolomaidæ*.

x Paris. *super Dioscorum quondam Episcopum*.

y Corb. *adjudico*. Eandem lectionem in Divionensi constituit syllaba *ad* posita supra lineam.

z Veteres libri, & editiones, *Heracleotanæ*.

aa Paris. *Secundum prolatam sententiam a sanctissimis*

bb Idem codex, *super Dioscorum quondam Episcopum, vocatum secundo & tertio, & non obedientem*.

cc Idem liber, *existimo*.

Ἰωάννης Ἀλίνδου·

A Joannes episcopus civitatis [a] Alindæ dixit: Concors & ego efficior sanctis patribus senioris & novæ Romæ, & ceteris sanctis patribus, adversus Dioscorum quondam episcopum, & alienum eum existimo ab omni sacerdotali dignitate & ministerio.

Εὐτρόπιος Στρατονικείας·

(ropius Eupi-) * [b] Eustathius episcopus Stratoniciæ civitatis dixit: Secundum prolatam sententiam a sanctis archiepiscopis & patribus adversus Dioscorum quondam episcopum, [c] vocatum secundo & tertio, & ego concors eis efficior, & alienum eum [d] existimo ab omni sacerdotali dignitate & ministerio.

Ἰωάννης Ἀμαζονέων·

Joannes episcopus civitatis [e] Amyzonum dixit: Et ego in omnibus concors efficior his, quæ [f] super Dioscoro quondam episcopo acta sunt, alienum eum judicans ab omni episcopali dignitate & ministerio.

Παπίας Ἐρίζων·

Papias episcopus civitatis [g] Erizorum dixit: Secundum prolatam sententiam a sanctis patribus adversus Dioscorum quondam episcopum, concors & ipse efficior eis, & alienum eum [h] judico ab omni episcopali ministerio.

Διονύσιος Ἀντιοχείας * Καισαρείας·

Dionysius episcopus Antiochiæ civitatis, provinciæ Cariæ, dixit: Et ipse concors efficior omnibus sanctis patribus, & alienum judico Dioscorum quondam episcopum ab omni sacerdotali dignitate & [i] cooperatione.

Τυγχάνιος Ἀπολλωνιάδος·

Tynchanius episcopus Apolloniadæ civitatis dixit: [k] Et ego similia sanctissimis & [l] Deo amicissimis archiepiscopis & patribus nostris decerno super damnatione [m] Dioscori episcopi.

Θεοδώρητος Ἀλαβάνδων·

Theodoretus episcopus civitatis Alabandenæ dixit: Et ego similia decerno [n] beatissimis & sanctissimis archiepiscopis & patribus nostris super damnatione Dioscori quondam episcopi, alienum eum judicans ab omni sacerdotali dignitate & operatione.

Μένανδρος Ἡρακλείας·

Menander episcopus Heracleæ civitatis dixit: Similia & ego decerno iis, quæ [o] sancti archiepiscopi & patres nostri super Dioscoro quondam episcopo, alienans eum ab omni sacerdotali dignitate & operatione.

Φλακκίλλος Ἰασοῦ·

Flaccillus episcopus civitatis [p] Jassi dixit: Secundum prolatum decretum a sanctissimis archiepiscopis & patribus super Dioscoro quondam episcopo, vocato secundo & tertio, & minime obediente, & ego alienum eum [q] existimo ab omni sacerdotali dignitate & [r] operatione.

B

Ἰωάννης Κνίδου·

Joannes episcopus civitatis [ſ] Gnidi dixit: Concors & ego efficior sanctis patribus, & alienum judico Dioscorum quondam [t] episcopum ab omni sacerdotali dignitate & ministerio.

Καλανδίων Ἁλικαρνασοῦ·

Julianus presbyter, [u] & agens vices Calandionis episcopi Halicarnassenæ civitatis, dixit: Secundum prolatam justam sententiam a sanctis archiepiscopis & patribus adversus Dioscorum quondam episcopum, vocatum & secundo & tertio, & minime obedientem, & ego alienum eum existimo ab omni sacerdotali dignitate & ministerio.

C

Θεότεκνος Τυρέου·

Theotecnus episcopus * [x] Tyrali dixit: Omnibus quæ a sanctis patribus secundum Dei timorem & secundum diligentiam sanctorum canonum ordinata sunt [y] super Dioscoro quondam episcopo, & ego consentio, [z] alienans eum ab omni episcopali ministerio. (* Tyrei, Tyaradi)

Ἑορτίκιος Νικοπόλεως·

* Eorticius episcopus Nicopolitanæ civitatis, provinciæ Pisidiæ, dixit: Concors & ego efficior sanctis patribus senioris & novæ Romæ, & ceteris omnibus sanctis patribus, adversus Dioscorum quondam episcopum, & alienum eum existimo ab omni sacerdotali [aa] dignitate & ministerio: (* Eontius)

D

Κῦρος Σινιανδοῦ·

[bb] Cyrus episcopus [cc] Siniandi civitatis dixit: Dioscorum quondam episcopum [dd] contra san-

---

BALUZII NOTÆ.

a Corb. *Alindu*, Parif. *Alendu*, Divion. *Alindo*.

b Divion. *Eustasius*; & in margine, *al. Eustachius*. Corb. *Eusthacius*.

c Post hæc verba sequitur in codice Parisiensi ultima pars interlocutionis Juliani Presbyteri vicarii Calandionis Episcopi Halicarnassensis. Desunt ergo in codice illo interlocutiones Joannis Episcopi Amyzonensis, Papiæ Erizonensis, Dionysii Antiochiæ Cariæ, Tynchanii Apolloniadæ, Theodoreti Alabandensi, Menandri Heracleæ, Flacilli Jassi, Joannis Gnidi, & prima pars Juliani Presbyteri.

d Corb. *existimo omni*. e Veteres libri, *Amazonum*.

f Divion. *supra Dioscorum quondam Episcopum*. g Veteres libri, *Erizonensis*.

h Iidem libri, *judico omni*.

i Hæc prava lectio debetur editioni Romanæ. Legendum ergo *operatione*, ut in sequentibus interlocutionibus: *operatione* pro *ministerio*, ut habent superiores interlocutiones & etiam plurimæ ex sequentibus. Hæc vera lectio quam nos revocamus extat in antiquis editionibus & in libris calamo exaratis.

k Veteres libri, *Insimilia*. l Divion. *beatissimis*.

m Veteres libri, *Dioscori quondam Episcopi*.

n Corb. *Deo amicissimis & sanctissimis*. Divion. *sanctissimis & beatissimis*.

o Divion. *sancti patres & archiepiscopi*. p Divion. *Jassu*. Corb. *Assu*. Veteres editiones, *Assi*.

q Veteres libri, *existimo omni*. r Divion. *ordinatione*; & in margine, *al. operatione*.

ſ Crabbus, *Cnidi*. Codex Corb. *Cnida*, Divion. *Cnido*.

t Corb. *Episcopum omni*. u Conjunctio deest in antiquis exemplaribus.

x Corb. *Tyr*, Parif. *Tyradu*, Divion. *Tyaredo*, & in margine, *al. Tyra*. Veteres editiones, *Tera*.

y Divion. *super Dioscorum quondam Episcopum*.

z Parif. *alienans eum ab episcopali dignitate & ministerio*.

aa Idem codex, *ministerio & dignitate*.

bb Hanc interlocutionem non habent veteres editiones. Addita est in Romana. Extat rursum infra in antiquis exemplaribus post interlocutionem Luciani Episcopi Ipsensis.

cc Corb. *Siniande*, Divion. *Siniando*, Parif. *Aliandu*.

dd Omnes libri veteres habent: *contra regulas agentem & in nefandis & pessimis ausis* (Divion. *causis*) *plurimis* (Parif. *pluribus*) *accusatum & tertia jam actione* (Divion. & Parif. *tertia clamatione*) *vocatum*, *& non obe-*

ſanctos canones agentem, & ſuper ſceleratis A & nefandis a plurimis accuſatum, & tertia vocatione vocatum, & minime obedientem, ſecundum præcedentes ſanctos patres & ego alienum eum judico a pontificatus collegio, & omni ſacerdotali miniſterio.

Αἰθέριχος Σμύρνης.

Æthericus epiſcopus Smyrnæ civitatis dixit: Decreto ſanctorum patrum ſuper damnatione Dioſcori quondam epiſcopi facto, & ego conſentio, alienum eum exiſtimans ab epiſcopali dignitate [a] & ſanctorum communione, ſecundum quod placuit ſanctiſſimo archiepiſcopo Anatolio & ſancto concilio.

Φλωρέντιος Τενέδου.

Florentius epiſcopus Tenedi inſulæ dixit: B Seipſum nudans pontificatus dignitate Dioſcorus quondam epiſcopus, pro eo quod vocatus ſecundum eccleſiaſticas regulas tertio per diverſos ſanctiſſimos epiſcopos, [b] obaudire minime paſſus eſt, inordinatis uſus [c] occaſionibus, dignus eſt [d] alienus eſſe a ſacerdotali ordine, [e] & ab omni miniſterio & communione, ſecundum quod placuit [f] præcedentibus ſanctiſſimis patribus & [g] epiſcopis.

Ζηνόδοτος Τερμισσοῦ.

* Termiſſi
* Telmiſſidis

Zenodotus epiſcopus civitatis * [h] Telmeſſi dixit: Non debet indignari Dioſcorus, juſto ſuccumbens judicio, qui ſanctæ memoriæ quondam [i] epiſcopum Flavianum [k] nullo modo C damnatione [l] oſtenſum dignum, inique damnavit, ſicut lecta monimenta antehac in hoc ſancto concilio oſtenderunt, & in præſenti vocatus a ſancta ſynodo per ſanctiſſimos patres [m] ſemel, ſecundo & tertio, ſecundum divinorum canonum ordinem, occurrere, & accuſatoribus reſpondere minime paſſus eſt: Juſte [n] igitur [o] auferatur ab epiſcopali ſede, & omni eccleſiaſtico ſtatu.

Σάββας Πάλτου.

Sabbas epiſcopus civitatis [p] Palti dixit: Juſte & ſancte ſancti patres damnaverunt novum Cain Dioſcorum Alexandrinæ magnæ civitatis quondam epiſcopum. Hunc & ego damno, & alienum ab eccleſiaſtico miniſterio eſſe decerno. D

Θεόκτιστος Βεῤῥοίας.

Theoctiſtus epiſcopus civitatis [q] Berrhœæ dixit: Conſentio omnibus quæ decreta ſunt a ſanctis patribus ſuper damnatione Dioſcori, & alienum eum [r] judico ab omni ſacerdotali miniſterio & communione.

Μακάριος Αἴνου.

Macarius epiſcopus [ſ] Æni civitatis dixit: Conſentio omnibus decretis [t] præcedentium ſanctorum patrum ſuper damnatione Dioſcori.

Κυριακὸς Αἰγέης.

Cyriacus epiſcopus civitatis Ægeæ dixit: Conſentio omnibus quæ regulariter & legitime a ſanctis patribus [u] ſuper Dioſcoro Alexandrinæ magnæ civitatis quondam epiſcopo terminata ſunt, alienum eum faciens ab omni ſacerdotali honore, & epiſcopali dignitate.

Γενέθλιος Κρατείας.

Eulogius presbyter, agens vices [x] Genethlii reverendiſſimi epiſcopi Cratiæ civitatis, dixit: Conſentiens [y] ſubſcripſi his quæ definita ſunt a ſancta ſynodo:

Φίλιππος Θεοδοσιουπόλεως.

Philippus epiſcopus [z] Theodoſiopolis, ſive Novæ aulæ, dixit: Et ego concors efficior ſanctis patribus adverſus Dioſcorum quondam epiſcopum Alexandrinorum, [aa] alienum eum faciens ab epiſcopali dignitate, & omni ſacerdotali miniſterio.

Βασίλειος Παλαιᾶς πόλεως.

* Baſilius epiſcopus [bb] Palæopolis dixit: Secundum * [cc] terminum ſanctorum patrum, [dd] quem ſanxerunt adverſus Dioſcorum quondam epiſcopum Alexandrinorum regulariter [ee] ſuper eo proferentes ſententiam, & ego concors eis efficior, ut ſit extraneus [ff] tam a ſacerdotali dignitate, quam a communione.

* Baſi... ſup. decr... f. p...

Παυλῖνος Ἀπαμείας Πισιδίας.

Paulinus epiſcopus civitatis [gg] Apameæ Piſidiæ dixit: Conſona & ego [hh] profitens ſanctis patribus veteris & novæ Romæ, [ii] a quibus Dioſcorus [kk] damnatus eſt, qui intolerabiliter in divinitate [ll] deliquit, mala operans, [mm] ſuper ejus digne facta damnatione concors efficior.

Ba-

BALUZII NOTÆ.

obedientem, alienum a ſacerdotali decerno eſſe collegio. Pariſ. habet *alienum ſacerdotali*. Emendabitur autem per occaſionem Liberatus cap. 12. ubi legitur, *Ibam Edeſſenum damnavit ut abſentem*. Vetera exemplaria habent, *clamavit abſentem*; quam lectionem eſſe veriſſimam oſtendunt ſequentia.

a Pariſ. & Divion. *& ſanctæ communionis.* b Divion. *obedire*; & in margine, *al. obaudire.*
c Id eſt, *excuſationibus*. Vide ſupra pag. 1296. d Divion. *alienus eſſe ſacerdotali.*
e Corb. & Divion. *& omni miniſterio.* f Pariſ. *prædictis.*
g Divion. *coepiſcopis.* h Corb. *Telmiſſi*, Pariſ. *Telmiſſu*, Divion. *Telmiſidis.*
i Divion. *Archiepiſcopum.* k Pariſ. & Divion. *minime*; & in margine, *al. nullo modo.*
l Deeſt *oſtenſum* in codice Pariſienſi. m Veteres libri & editiones, *ſemel & ſecundo.*
n Abeſt a vetuſtis codicibus. o Pariſ. *aufertur.*
p Corb. & Pariſ. *Paltu*, Divion. *Palto.*
q Corb. *Beroeæ*, Pariſ. *Beroidæ*, Divion. *Beruidæ*, veteres editiones *Beroæ.*
r Pariſ. & Divion. *duxi*; & in margine, *al. judico.*
ſ Veteres libri, *Æno*. Veteres editiones, *Enos.*
t Pariſ. & Corb. *præſidentium*. Divion. *reſedentium.*
u Pariſ. & Divion. *ſuper Dioſcorum Alex. ma. civ. quondam Epiſcopum.*
x Veteres libri & editiones, *reverentiſſimi Epiſcopi Genethlii.* y Pariſ. *ſubſcripſi quæ.*
z Veteres libri & editiones, *civitatis Theodoſiopolis.*
aa Corb. *alienum eum faciens epiſcopali*. Divion. *alienum faciens eum epiſcopali*. Pariſ. *alienum faciens ab epiſcopali.* bb Veteres libri & editiones, *civitatis Paleaſpoleos.*
cc Male in Divion. *teſtimonium.* dd Divion. & Pariſ. *quod ſanxerunt.*
ee Divion. *ſuper eum.* ff Divion. *tam ſacerdotali.*
gg Veteres libri, ut ſupra diximus, habent *Apamiæ.*
hh Divion. *proferens*; & in margine, *al. profitens.*
ii Corb. *in his quibus*. Pariſ. tantum *quibus.* kk Iſta non extant in codice Corbejenſi.
ll Corb. *delinquit, mala operatus eſt*. Eandem lectionem habet Divionenſis in margine.
mm Divion. *ſuper cujus facta digne damnatione & ipſe ego concors efficior*. Pariſ. *ſuper cujus dig. fa. dam. & ipſe ego con. efficior.*

Βασίλειος Νικωλείας·

Baſilius epiſcopus civitatis Nacoliæ dixit: Et ego ſimilia decerno, [a] ſicut ſancta patrum ſynodus, adverſus Dioſcorum [b] Alexandrinæ quondam epiſcopum, & extraneum eum exiſtimo ab omni ſacerdotali miniſterio, regulis minime obtemperantem.

Ἰωάννης Γερμανικείας·

Joannes epiſcopus Germaniciæ civitatis dixit: Manifeſtus eſt Dioſcorus Alexandrinæ civitatis quondam epiſcopus, quia [c] mala uſus conſcientia, pro his quæ ei crimina ingerebantur, [d] occurrere ad hoc ſanctum & univerſale concilium minime voluit. Unde regulariter adverſus eum prolatæ ſententiæ & ego conſentio.

Κεκρόπιος Σεβαστουπόλεως·

Cecropius epiſcopus Sebaſtopolitanæ civitatis dixit: Concors ſum & ego apoſtolicæ ſedi, & ſanctæ & magnæ huic ſynodo, in his quæ regulariter ordinata ſunt adverſus Dioſcorum, & conſentio alienum eum [e] eſſe a ſacerdotali miniſterio.

Ἀκάκιος Ἀριαραθείας·

Acacius epiſcopus [f] Ariarathirenæ civitatis dixit: Juſto & recto judicio tam apoſtolicæ ſedis, quam ſanctæ & univerſalis ſynodi, & ego conſentio ſuper [g] Dioſcoro inobediente regulis, & alienum eum eſſe profiteor ab omni ſacerdotali miniſterio.

Ἰωάννης Νικοπόλεως·

Joannes epiſcopus Nicopolitanus dixit: Boni conſilii [h] bonus eſt finis. Sed quoniam non recte cogitans Dioſcorus Alexandrinæ magnæ civitatis quondam epiſcopus, [i] & ſecundum regulas tertio vocatus, minime obediens, ultimam ſuper ſe traxit ſententiam: [k] inde & ego concors ſum omnibus, & alienum eum ab omni ſacerdotali miniſterio eſſe judico.

Ῥουφῖνος Σαμοσάτων·

Rufinus epiſcopus Samoſatenæ civitatis dixit: Sequens ſanctos archiepiſcopos & patres, concors & ego efficior his quæ [l] juſte ſecundum regulas ordinata ſunt ſuper damnatione Dioſcori magnæ Alexandrinæ civitatis quondam epiſcopi, & alienum eum ab omni miniſterio ſacerdotali eſſe exiſtimo.

Λουκιανὸς Βύζης·

Lucianus epiſcopus Byzenſis dixit: Sequens & ego ſanctos patres, concors efficior juſtæ ſecundum regulas prolatæ ſententiæ adverſus Dioſcorum Alexandrinæ magnæ civitatis quondam epiſcopum, & alienum eum [m] ab omni dignitate & ſacerdotali miniſterio eſſe exiſtimo.

Σεβαστιανὸς Βεῤῥοίας·

Sebaſtianus epiſcopus [n] Berrhœnſis Macedoniæ dixit: Dioſcorus regularibus laqueis [o] compeditus, [p] alienus ſit ab epiſcopali ſede. Unde omnibus ſanctis patribus concors adverſus eum efficior, ſecundum apoſtolicæ ſcripturæ eloquium, dicentis: *Tolite malum* [q] *ex vobis ipſis*. 1. Cor. 5.

Μενεκράτης Κερασέων·

Menecrates epiſcopus * [r] Ceraſſorum civitatis dixit: Hæc eadem & ego profiteor, quæ & metropolita meus, & ſancta ſynodus, concors effectus in damnatione Dioſcori Alexandrinæ civitatis quondam epiſcopi, [ſ] alienans eum ab omni ſacerdotali dignitate. * Caryſſenæ.

Κοσίνιος Ἱεροκαισαρείας·

Coſſinius epiſcopus civitatis Hierocæſareæ, provinciæ Lydiæ, dixit: [t] Concors & ego efficior huic ſancto & magno concilio ſuper facta damnatione Dioſcori, & alienum eum decrevi ab omni ſacerdotali ordine & miniſterio.

Πατρίκιος Ἀχμασοῦ·

Patricius epiſcopus [u] Acmaſſenæ civitatis dixit: Conſentio in facta damnatione ab omni ſancto concilio adverſus Dioſcorum Alexandrinum quondam epiſcopum, alienum [x] eum judicans ab omni ſacerdotali miniſterio.

Δομνῖνος Πλατεῶν.

[y] Domninus epiſcopus Plateæ civitatis dixit: Conſentio juſtæ & regulariter factæ damnationi ſuper Dioſcorum Alexandrinorum quondam epiſcopum, a ſancto & univerſali concilio, & alienum eum exiſtimo ab omni ſacerdotali ordine & miniſterio.

Διονύσιος ἐπίσκοπος Ἀτταλίας·

Dionyſius epiſcopus [z] Attaliæ Lydiorum civitatis dixit: Conſentio juſtæ & regulari damnationi quæ facta eſt in Dioſcorum, qui fuit epiſcopus Alexandriæ, a ſancta & univerſali ſynodo, & alienum eum exiſtimo ab omni [aa] eccleſiaſtico miniſterio.

Παῦλος Τριπόλεως·

Paulus epiſcopus Tripolitanus dixit: Conſentio & ego juſtæ & regulariter a ſancta hac & univerſali ſynodo adverſus Dioſcorum Alexandrinorum quondam epiſcopum factæ damnationi, & alieno eum ab omni ſacerdotali miniſterio.

Γε-

BALUZII NOTÆ.

a Divion. & Corb. *ſicut & ſancta.*
b Legendum *Alexandriæ*, vel *Alexandrinæ civitatis.* Variant enim heic codices.
c Divion. *mala ejus eſt conſcientia.* Lectio vulgata habetur in margine.
d Idem codex, *& occurrere.* e Pariſ. & Corb. *eſſe ſacerdotali.*
f Divion. & Corb. *Ariarathenorum.* Pariſ. *Ariaretena.* g Divion. *Dioſcorum inobedientem.*
h Pariſ. *bonus eſt & finis.* Corb. & Divion. *bonus & finis.*
i Conjunctio deeſt in codice Divionenſi & in Pariſienſi.
k Hanc vocem non agnoſcit vetus exemplar Eccleſiæ Pariſienſis. In Divionenſi addita eſt ſupra lineam.
l Pariſ. & Divion. *juſte & ſec. regulas.* m Iidem libri, *ab omni ſacerdotali eſſe exiſtimo.*
n Divion. & Corb. *Beroenſis*, Pariſ. *Beroetanæ.*
o Divion. *impeditus*; & in margine, *al. compeditus.* p Pariſ. *alienus ſit epiſcopali.*
q Idem codex, *ex vobiſmetipſis.* r Pariſ. & Divion. *Ceraſſenæ*, Corb. *Caraſpena.*
ſ Veteres libri non habent vocem *ab.*
t Pariſ. *Concors & ego efficior ſanctis patribus huic magni Concilii ſuper facta.*
u Ita repoſuere Romani ſecuti auctoritatem textus Græci, tanquam ſi Græca exemplaria non eſſent corruptibilia. Veteres editiones habent *Acamuſena*, veteres libri *Acamaſſena.*
x Vox *eum* abeſt a libro Pariſienſi.
y Iſtius Epiſcopi civitatiſque cujus Epiſcopus fuit nulla mentio extat in libris noſtris, pro quibus iſta leguntur. *Dionyſius Epiſcopus Attaliæ civitatis dixit.* At veteres editiones heic exhibent nomen Domnini & Plateæ civitatis.
z Corb. *Ataliatenorum*, Divion. *Attaliæ civitatis.* Ita etiam Pariſienſis. Nullus agnoſcit vocem *Lydiorum.*
aa Pariſ. *ſacerdotali.*

Γεμέλλος Στρατονικείας·

Gemellus episcopus Stratoniciæ civitatis dixit: Consentio in damnatione Dioscori Alexandrinæ civitatis quondam episcopi, ab hac sancta & magna synodo facta, & extraneum eum esse [a] judico ab omni episcopali sede.

Μαιόνιος Νύσσης.

Mæonius episcopus [b] Nyssenæ civitatis, provinciæ Asiæ, dixit: Non parva, neque levia adversus [c] divinos canones deliquit Dioscorus Alexandrinorum quondam episcopus, sicut pridem ante excellentissimos judices & sacratissimum senatum ostensum est, & sicut diversæ [d] accusationes a diversis [e] hodie factæ [f] ostendunt. Unde & ego sequens sanctos patres, decerno nudum eum esse ab omni sacerdotali [g] dignitate.

Ησαΐας Ελαΐτης·

[h] Isaias episcopus [i] Elaitanæ civitatis dixit: [k] Juxta prolatam formam a sanctis patribus, contra se Dioscorus Alexandrinæ civitatis quondam episcopus, super his quæ ab eo perpetrata sunt in sanctæ memoriæ episcopo Flaviano, audiat Domini per meam parvitatem vocem:

Matth. 7. *In quo judicio judicaveritis*, [l] *judicabimini*. Projectus est igitur a sancto & universali hoc concilio, cui & ego concors efficior.

Εσπέριος Πιτάνης·

Hesperius episcopus [m] Pitanensis dixit: Juste sanctis patribus judicantibus secundum sanctas regulas super damnatione Dioscori [n] Alexandrinæ urbis quondam episcopi, alieno eum & ego cum omnibus ab omni ecclesiastico ministerio.

Κόϊντος Φωκέων.

[o] Quintus episcopus Phoceæ civitatis dixit: Juste & sancte a sanctis patribus [p] determinatis super damnatione Dioscori quondam episcopi consentio.

Εὐστόχιος Δοκιμέων·

[q] Eustochius episcopus Docimeorum dixit: Dioscorum quondam Alexandrinorum episcopum damnatum regulariter a sanctis & beatissimis patribus, alienum esse & ipse existimo ab omni sacerdotali consequentia.

A Μουσώνιος Νύσσης·

Musonius episcopus [r] Nyssenus [s] Lyciæ dixit; Ejusdem sum & ego [t] sententiæ, quæ a sanctis patribus promulgata est super damnatione Dioscori Alexandrinorum quondam episcopi, & alieno eum ab omni [u] sacerdotali dignitate.

Ρῆνος Ιουνοπόλεως·

[x] Zenus episcopus Junopolitanus dixit: His quæ apostolica sedes & sanctum concilium in Calchedona congregatum terminavit adversus Dioscorum Alexandrinorum quondam episcopum, [y] & ego consentio.

Παῦλος Μαριάμνης·

Paulus episcopus [z] * Marianmæ civitatis dixit: Omnibus sanctis patribus consentio, & condemno Dioscorum quondam episcopum, & alieno eum ab omni sacerdotali ministerio. (B) * Mariam.

Εὐστάθιος Σαρακηνῶν·

* [aa] Eustathius episcopus gentis Saracenorum dixit: Omnibus quæ placita sunt sanctis regulis & sanctis patribus consentio. * Eustach. sup.

Θαλάσσιος Παρίου·

Thalassius episcopus [bb] Parii civitatis dixit: Quæ a sancta synodo juste definita sunt adversus Dioscorum Alexandrinorum quondam episcopum, & ego decerno, & alienum eum judico ab [cc] omni episcopali dignitate.

Αθανάσιος Πέρρης·

(C) [dd] Athanasius episcopus * [ee] Pari insulæ dixit: Consentio omnibus, quæ sancto placuerunt concilio super damnatione Dioscori Alexandrinæ magnæ civitatis quondam episcopi, & alienum eum judico ab omni episcopali dignitate. * Penthis Pergensis pro Parit fis.

Οὐράνιος Εμέσης·

[ff] Uranius episcopus [gg] Emisenus dixit: Eadem & ego, quæ sancti patres, decerno de Dioscoro Alexandrinorum quondam episcopo, & volo eum alienum esse ab omni episcopali ministerio.

Δαμιανὸς Σιδῶνος·

Damianus episcopus civitatis [hh] Sidoniorum dixit: Hæc eadem & ego quæ & sancta synodus,

---

BALUZII NOTÆ.

a Corb. & Divion. & Crabbus, *judico omni*.
b Divion. *Messanæ*. c Paris. & Divion. *sacros canones*.
d Divion. *causationes*.
e Divion. & Paris. *hodie factæ sunt*. Vox *ostendunt* non extat in duobus illis exemplaribus.
f Corb. *ostendent*. Sic etiam Divionensis in margine.
g Parisiensis addit, *& ministerio*. h Veteres editiones & codex Corb. *Esaias*. Sic etiam Parisiensis.
i Corb. *Eleitanæ*. k Veteres libri & editiones: *Justa prolata forma*.
l Paris. *judicabitur vobis*. m Paris. *Pitianensis*. Divion. *Pitinensis*.
n Corb. *Alexandriæ quondam Episcopi*. Paris. & Divion. habent *civitatis* pro *urbis*.
o Veteres libri; *Cointus Episcopus Fociæ*. p Paris. & Divion. *terminatis*.
q Hæc est scriptura libri Corbejensis. Divionensis præfert: *Stochius Ep. Doriminorum*. Quamquam Labbeus ibi legit *Dominiorum*, ut patet ex variis lectionibus appositis in margine. In Parisiensi scriptum est. *Eutichius Ep. Dociminæ civitatis*.
r Paris. *Nibsenæ civitatis*. s Deest in omnibus antiquis exemplaribus.
t Paris. *sententiæ a sanctis patribus promulgatæ*.
u Idem codex addit ut supra, *& ministerio*.
x Corb. *Renus Episcopus Janopolitanus*. Divion. *Renus Ep. Joenopolitanæ civitatis*. Paris. *Rinus Ep. Hirinopolitanæ civitatis*.
y Codex Parisiensis addit, *& alieno eum ab omni sacerdotali ministerio*.
z Veteres editiones, *Mariamniæ*; Romana & regia, quam sequitur Labbeus, *Mariamnæ*. Mendum igitur est typographicum. Codex Corb. *Mariamnis*, Paris. *Marianis*.
aa Corb. *Eustachius*, Paris. & Divion. *Eustatius*.
bb Divion. *Pariæ*, Paris. *Patriæ*. cc Paris. & Divion. *omni sacerdotali ministerio*.
dd Annotatio Rustici. *De isto est actio*.
ee Corb. *Peryensis*, Divion. *Pergensis*, Paris. *Pergenæ civitatis*.
ff Annotatio Rustici. *Sub isto & ab ipsius monachis caput sancti Joannis inventum est & loco ubi oportuit collocatum*. Hanc annotationem paucis mutatis edidit Crabbus: quam Romani deleverunt, quia nesciebant esse Rustici. Respicit autem ad historiam quam enarrat Marcellinus Comes sub consulatu Vincomali & Opilionis. Vide Baronium ad diem 29. Augusti. gg Paris. *Emissenæ civitatis*.
hh Corb. *Sydonius*. Divion. *Sedis*; & in margine; *al. Sydonius*. Paris. *Sidis*. Alibi in his gestis, *Sidonis*.

dus, decerno, & judico Dioſcorum Alexandrinorum quondam epiſcopum alienum eſſe [a] ab omni ſacerdotali miniſterio. A

Νῶε Κηφᾶς·

[b] Noe epiſcopus [c] Cephacaſtelli dixit: Et ego concors ſum in omnibus, quæ placita ſunt ſancto concilio ſuper damnatione Dioſcori Alexandrinæ magnæ civitatis quondam epiſcopi.

Οὐράνι⊗ * Ἱβηρέων·

Paulus presbyter, agens vices [d] Deo amiciſſimi Uranii epiſcopi [e] Himerorum civitatis, dixit: Dioſcorus aliquando Alexandrinæ civitatis epiſcopus, * [f] ipſum concilium condemnans, [g] alienavit ſe a ſacerdotali dignitate. Unde & ego talia accipiens a [h] Dei amantiſſimo Uranio epiſcopo mandata, concors efficior [i] ſanctiſſimis & Deo amiciſſimis epiſcopis, qui juſtam [k] ſuper eo protulerunt ſententiam.

(margin: …ſr, … am … mnans, … vit a … otio.)

Πολυχρόνι⊗ Ἐπιφανείας.

Polychronius epiſcopus Epiphaniæ civitatis dixit: Conſentio ſanctis patribus [l] ſuper facta damnatione [m] juſta & regulari adverſus Dioſcorum magnæ Alexandrinæ civitatis quondam epiſcopum [n] conſtitutum, judicans eum alienum eſſe ab omni ſacerdotali dignitate.

Θεόδωρ⊗ Τριπόλεως Φοινίκης·

Theodorus epiſcopus [o] Tripolitanæ civitatis, provinciæ Phœniciæ primæ, dixit: Miratus ſum hujus ſancti & magni concilii [p] ſapientiam & compaſſionem, atque magnanimitatem circa Dioſcorum magnæ Alexandrinæ civitatis quondam epiſcopum, [q] hujus vero memorati viri duritiam cordis. Namque tertio evocatus a ſancta hac & magna ſynodo, ut in [r] Dei amantiſſimam congregationem veniret, atque [ſ] accuſationibus criminalibus ſatisfaceret, non acquievit, mala conſcientia vulneratus. Unde & ipſe iis quæ recte & regulariter a ſancta hac & [t] beata ſynodo adverſus eum decreta ſunt, & [u] conſentio & concordo, alienans eum ab omni ſacerdotali miniſterio.

Λȣκιανὸς Ἰψȣ̃·

Lucianus epiſcopus [x] Ipſenſis civitatis dixit: Audiens hæc quæ [y] geſta ſunt & decreta a ſanctis patribus [z] & omni ſancto concilio de Dioſcoro quondam Alexandriæ epiſcopo, [aa] ut minime obtemperante ſanctis canonibus, & ego alienum eum judico ab omni ſacerdotali dignitate & miniſterio.

Πρόκλ⊗ Ἀδράνων·

[bb] Proclus epiſcopus civitatis [cc] Adrianorum dixit: Hæc eadem & ego, quæ placuerunt [dd] Deo amantiſſimis & ſanctiſſimis archiepiſcopis & ſanctæ ſynodo, decerno, alienum eſſe judicans Dioſcorum ab omni epiſcopali [ee] & ſacerdotali ordine & miniſterio. B

Ἀμάχι⊗ Σέπτων·

(1) Amachius epiſcopus [ff] Septenæ civitatis, provinciæ Lydiæ, dixit: Et ego hæc eadem decerno, quæ regulariter a ſancto & univerſali concilio ordinata ſunt ſuper damnatione Dioſcori magnæ Alexandrinæ civitatis quondam epiſcopi, [gg] ab omni eum alienans ſacerdotali dignitate.

(margin: (1) ſupra *Almachius Settorum*. Hard.)

* Ἀλκμαΐδι⊗ Σιλανδῶν·

(margin: * Ἀλκιμήδης Σιλανδȣ̃.)

Alcimedes epiſcopus [hh] Silandi civitatis, provinciæ Lydiæ, dixit: His quæ conſequenter & ſecundum diligentiam canonum a ſancto hoc & univerſali concilio ſuper damnatione Dioſcori Alexandrinæ magnæ civitatis quondam epiſcopi ordinata ſunt, conſentio, alienum eum eſſe [ii] judicans ab omni ſacerdotali miniſterio. C

Πολύκαρπ⊗ Γαβάλων·

Polycarpus epiſcopus Gabalenæ civitatis, provinciæ Lydiæ, dixit: [kk] Et hæc eadem decerno, quæ ſancta & univerſalis ſynodus ſecundum prolatam ſententiam ſuper damnatione Dioſcori Alexandrinæ magnæ civitatis quondam epiſcopi, [ll] & alieno eum ab omni ſacerdotali dignitate & ab eccleſiaſtico miniſterio.

BALUZII NOTÆ.

a Vox *ab* deeſt in libro Pariſienſi. b Ita Corbejenſis. At Divionenſis habet *Nonae*, Pariſ. *Neo*.

c Pariſ. & Divion. *Cephaſcaſtelli*. *Dubium* autem non eſt quin legendum ſit *Cephas caſtelli*.

d Divion. *beati*, Pariſ. *beatiſſimi*. e Corb. *Ibioritanæ*, Divion. *Hiboritanæ*, Pariſ. *Boſtrenæ*.

f Vox *Concilium* non extat in codice Corbejenſi. In Pariſienſi legitur, *ſe ipſum condemnans*; in Divionenſi vero, *qui ſe ipſum condemnans*.

g Divion. *a ſacerdotio*. Sic etiam haberi in codicibus Græcis admonet Ruſticus Diaconus.

h Corb. *Deo amiciſſimo*. Pariſ. & Divion. *beatiſſimo*.

i Pariſ. & Divion. *ſanctiſſimis & beatiſſimis*. k Iidem libri, *ſuper eum*.

l Codex Pariſ. *ſuper factam damnationem adverſus Dioſcorum ma. Alex. civ. quon. Epiſcopum juſtam & regularem conſtitutam*. m Divion. *juſte & regulariter*.

n Veram lectionem exhibent codices Corbejenſis & Divionenſis, in quibus ſcriptum eſt *conſtituta*.

o Pariſ. *Tarapolis civitatis*.

p Idem codex *ſapientiam*, *quod & circa Dioſcorum ma. Alex. civ. quon. Epiſcopum compaſſionem & patientiam & longanimitatem*, *miſeram vero duxi memorati viri duritiam cordis*.

q Corb. *lux* (pro *hujus*) *vero memorati*. Divion. *miſeram vero duxit memorati viri duritiam cordis*; & in margine, *al. lux vero*.

r Divion. *Deo amantiſſima congregatione*. Corb. *Deo amiciſſima congregatione*.

ſ Pariſ. *& accuſanti criminaliter ſatisfaceret*, *vocatus*, *& mala conſcientia vulneratus*, *minime paſſus eſt*. *Unde*.

t Pariſ. & Divion. *beatiſſima*. u Idem codex, *conſentio & concordor*.

x Divion. & Corb. *Ipſinenſis*, Pariſ. *Spinenſis*.

y Corb. *geſta & decreta ſunt*. z Divion. & Pariſ. *& ab omni Concilio*.

aa Vox *ut* non extat in exemplari Pariſienſi.

bb In hoc loco, poſt Lucianum & ante Proclum, veteres libri & editiones rurſum exhibent interlocutionem Cyri Epiſcopi Syniandenſis, quæ extat ſupra pag. 1223. *Cyrus Epiſcopus civitatis Syniandena dixit. Dioſcorum adverſus ſanctos canones agentem*, *& ſuper ſceleratis & nefandis actibus accuſatum & tertia clamatione vocatum*, *& minime obedientem*, *ſecundum præcedentes ſanctos patres & ego alienum ipſum judico a pontificatus collegio & omni ſacerdotali dignitate*.

cc Pariſ. *Adrana*, Divion. *Adriana*, Corb. *Adrona*.

dd Corb. *Deo amiciſſimis*, alii *beatiſſimis*.

ee Veteres libri, *& ſacerdocali dignitate*.

ff Divion. *Septina*, Corb. *Eptena*, Pariſ. *Eptona*.

gg Vox *ab* deeſt in omnibus antiquis codicibus.

hh Pariſ. & Divion. *Silandu*. Corb. *Silanda*. ii Divion. *judicans omni*.

kk Pariſ. & Corb. *Et ego hac eadem decerno*. Sic etiam veteres editiones.

ll Divion. & Corb. *alienans eum ab omni*.

Ελδσίνιος Απόλλωνος ἱερȣ͂·

* Leucius. *sup.* * Sacri

* Eleusinius episcopus [a] Apollinis * fani civitatis, provinciæ Lydiæ, dixit: [b] Eadem & ego profiteor, quæcumque & sancta synodus super damnatione Dioscori Alexandrinæ magnæ civitatis quondam episcopi, & [c] alieno eum ab omni sacerdotali ministerio & episcopatus dignitate.

Πατρίκιος Αδραμυτ θηρῶν·

* Hadrianutherorum,

Patricius episcopus ecclesiæ * [d] Adramyteorum, provinciæ Hellesponti, dixit: Concors & ego efficior huic sanctæ & beatissimæ synodo, & Dioscorum Alexandrinæ magnæ civitatis quondam episcopum, in plurimis [e] & magnis delictis accusatum, & damnatum a sanctis archiepiscopis, damno, [f] ab omni eum ecclesiastica communione alienum [g] decernens.

Ηλίας Βλανδȣ͂·

* Blandenæ.

Elias episcopus * [h] Bleandrenæ civitatis dixit: Consentio & ego his quæ a sancta synodo [i] super Dioscori damnatione ordinata sunt, & alienum eum judico ab omni sacerdotali ministerio.

Εὐσέβιος Σελευκοβήλου·

Eusebius episcopus [k] Seleucobeli civitatis dixit: Rectum & justum & regulare judicium sanctæ [l] hujus magnæ & universalis synodi sequens, & his quæ ab ea adversus Dioscorum Alexandrinæ magnæ civitatis quondam episcopum definita sunt, concors effectus, alienum eum definio ab omni sacerdotali dignitate & ministerio.

Θεοδόσιος Κανώθα·

[m] Theodosius episcopus [n] Canothæ dixit: Concors efficior sanctæ & universali huic synodo adversus Dioscorum quondam Alexandrinæ civitatis episcopum, & [o] alieno eum ab omni sacerdotali dignitate & episcopali ministerio.

Ερμείας Αβύδȣ·

Hermias episcopus Abydi sanctæ ecclesiæ dixit: Concors efficior sanctis patribus super damnatione Dioscori Alexandriæ quondam episcopi, & alienum eum esse judico ab omni ecclesiastico ministerio.

Γεννάδιος Α'κμονέων·

Gennadius episcopus civitatis [p] Acmoneorum Phrygiæ Pacatianæ dixit: [q] Concors efficior sanctis patribus, [r] & sancto magnoque concilio, super damnatione Dioscori Alexandrinæ magnæ civitatis quondam episcopi, & alienum eum [f] esse judico ab omni ecclesiastico ministerio.

Εὐλάλιος Πιονίȣ·

Eulalius episcopus [t] Pionitanorum civitatis provinciæ Hellesponti, dixit: [u] Secundum ea quæ determinata sunt a sanctis patribus, consentio, & alienum judico ab omni sacerdotali ministerio Dioscorum Alexandrinæ magnæ civitatis quondam episcopum.

Θεοσέβιος Ιλιέων·

Theosebius episcopus Ilii [x] Hellesponti dixit: His quæ determinata sunt adversus Dioscorum Alexandrinæ magnæ civitatis quondam episcopum a sancto & universali concilio, concors efficior, & alienum eum esse judico ab omni sacerdotali ministerio.

Πιόνιος Τρωάδος·

Pionius episcopus civitatis [y] Troadis dixit: Omnibus quæ definita sunt a sanctis patribus adversus Dioscorum quondam Alexandrinæ magnæ civitatis episcopum, consentio, alienum eum esse existimans [z] ab episcopali honore, & omni sacerdotali ministerio.

Στέφανος Ποιμανινȣ͂·

Stephanus episcopus civitatis * [aa] Jamnæorum dixit: His quæ determinata sunt a sanctissimis patribus [bb] super Dioscoro Alexandrinorum quondam episcopo, consentio, & alienum eum judico ab omni sacerdotali ministerio.

* Pœm[illegible] Menad[illegible]

Καλλίνικος Απαμείας·

Callinicus episcopus Apamiæ dixit: Tribus vocationibus a sancto & universali concilio regulariter factis inobediens Dioscorus, seipsum [cc] alienum a sacerdotali dignitate ostendit, regulis contraria perpetrans. Igitur & ego ipse sequens sententiam tam Romani sanctissimi archiepiscopi Leonis, [dd] * quem adversus eum protulit per eos qui ab eo directi sunt, quam etiam [ee] magnæ Constantinopolitanæ civitatis sanctissimi archiepiscopi Anatolii, & Antiochiæ, [ff] hæc eadem de eo decerno.

* quam

Ρωμανὸς Εὐδοξιυπόλεως·

Romanus episcopus Eudoxiopolis Thraciæ dixit: Sequens fidem & decretum sanctorum patrum, Dioscorum alienum judicavi ab omni

BALUZII NOTÆ.

a Corb. & veteres editiones, *civitatis fani Apollinis*. Paris. & Divion. *civitatis sacri Apollinis*.
b Paris. & Divion. *Et ego profiteor quæ & sancta synodus*.
c Deest syllaba *ab* in codice Corbejensi.
d Corb. *Adrianuthira*, Paris. *Arianotira*. Divion. *Assianotyre*; & in margine, *al. Adrianuthyre*.
e Corb. *& in magnis*. Ita etiam veteres editiones.
f Corb. & Divion. *& ab omni*. g Paris. & Divion. *decerno*.
h Paris. & Divion. *Blandinæ*. Corb. *Ballandenæ*. i Paris. *super Dioscorum*.
k Male in Divion. & Paris. *Seleucopolis*. Vide supra in synodico adversus Tragœdiam Irenæi cap. 18.
l Veteres libri, *hujus & magna*. Sic etiam veteres editiones.
m Paris. & Divion. *Theodorus*. n Iidem libri, *Canothas*. Corb. *Canathas*.
o Corb. & Paris. *alieno eum omni episcopali dignitate & ministerio*. Divion. *alieno eum omni episc. dign. & sacerdotali ministerio*. Veteres editiones: *alieno eum ab omni episc. dign. & omni ministerio*.
p Corb. *Acmoenorum*, Paris. *Agmoneorum*, Divion. *Agmoniorum*, veteres editiones *Admoniorum*.
q Paris. *Concors efficior patribus sancti & magni Concilii*.
r Rusticus admonet alibi legi, *ac his quæ placent sancto*.
f Veteres libri & editiones, *esse & ego judico*.
t Paris. *Pioniteorum*, Divion. *Pionitiorum*; & in margine, *al. Pianitanorum*.
u Veteres libri & editiones: *Secundum quæ*.
x Paris. *Iliupolitanus*. Corb. *Heliupolitanus*, Divion. *Heliopolitanus*.
y Veteres editiones, *Troadæ*. Codex Divion. *Creanorum*. Paris. & Corb. *Criarenorum*.
z Divion. *ab omni episc. ho. & sac. ministerio*.
aa Divion. & Corb. *Maneorum*, Paris. *Manenon*.
bb Paris. & Divion. *super Dioscorum Alex. quon. Episcopum*.
cc Corb. *alienum sacerdotali*. dd Legendum *quam*. Mendum est editionis Labbeanæ.
ee Divion. *magnificentissima*. Paris. *magnificatissima*.
ff Veteres libri, *hac eadem & nos de eo decrevimus*.

mni ministerio sacerdotali, & ecclesiastica di- A gnitate.

Ανδρέας Σατάλων·

Andreas episcopus civitatis * [a] Sectoriensis, provinciæ [b] Lydiæ, dixit; [c] Hæc eadem ego profiteor, & consentio [d] factæ damnationi super Dioscorum a [e] sanctissimo & universali concilio, & alienum eum [f] facio ab omni sacerdotali ministerio, & episcopali dignitate.

Σωφρόνιος Κωνςαντίνης·

Sophronius episcopus Constantinæ civitatis dixit: Consentio his quæ a [g] sanctissimis & Dei amantissimis archiepiscopis definita sunt, insuper etiam & a [h] considentibus eis sanctissimis patribus, adversus Dioscorum Alexandri- B næ magnæ civitatis quondam episcopum, decernens eum alienum esse ab omni sacerdotali dignitate & ministerio.

Ορμίσδας Φιλιπποπόλεως·

Hormisda episcopus [i] Philippopolitanus, provinciæ Arabiæ, dixit: Consentio his quæ regulariter & juste a sancto & universali concilio adversus Dioscorum Alexandrinæ magnæ civitatis quondam episcopum facta sunt, & alienum eum judico ab omni ecclesiastico ministerio.

Παῦλος Αράδε·

Paulus episcopus [k] Aradensis dixit: Dioscorus Alexandrinæ magnæ civitatis quondam episcopus, ostensus est, quia mala compunctus C conscientia, [l] vocatus a vestra hac sancta & universali synodo, [m] in Dei amantissimum hoc concilium advenire minime voluit, & de his quæ ei criminaliter ingerebantur, satisfacere. Unde legitime adversus eum facta damnatione a sanctis patribus, & ipse concors sum, [n] alienans eum ab omni sacerdotali dignitate & ministerio.

Τιμόθεος Βαλανέων·

Timotheus episcopus [o] Balaneorum dixit: Et mea concors constituta est parvitas prolatæ canonicæ interlocutioni adversus Dioscorum Alexandrinæ magnæ civitatis quondam episcopum a sancto hoc & universali concilio, & alienum eum esse existimo ab omni sacerdotali dignitate & ministerio.

Θεοδόσιος Ναζιανζε·

Theodosius episcopus [p] Nazianzenus, provinciæ Cappadociæ secundæ, dixit: Concors efficior sanctis patribus [q] in damnationem prolatam adversus Dioscorum Alexandrinæ magnæ civitatis quondam episcopum, & alienum eum esse judico ab omni sacerdotali ministerio & episcopali dignitate.

Αρισόμαχος Κολωνείας·

Aristomachus episcopus Coloniæ, provinciæ Cappadociæ secundæ, dixit: Similia sanctis patribus & regulis sapiens & judicans, alienum esse cognosco Dioscorum ab omni sacerdotali ministerio.

Πέτρος Γαββόλων·

Petrus episcopus [r] Gabalenus [s] Syriæ dixit: Consentio omnibus quæ definita sunt a sancto & universali concilio super damnatione Dioscori Alexandrinæ magnæ civitatis quondam episcopi, & alienum eum judico ab omni sacerdotali ministerio.

Ρεφῖνος Βριέλων·

Rufinus episcopus [t] Briulenus dixit: Consentio & ego damnationi Dioscori Alexandrinæ magnæ civitatis quondam episcopi, sicut & sancta & universalis synodus [u] determinavit, & alienum eum judico ab omni sacerdotali ministerio.

Ολύμπιος Σωζοπόλεως·

Olympius episcopus [x] Sozopolitanus dixit: Consentio sanctis patribus super damnatione Dioscori Alexandrinæ magnæ civitatis quondam episcopi, & alienum eum judico ab omni sacerdotali ministerio.

Ευφράτης Ελευθερίνης·

[y] Euphrates episcopus [z] Eleutherinæ civitatis dixit: Consentio sanctis patribus super damnatione Dioscori Alexandrinæ magnæ civitatis quondam episcopi, & alienum eum esse judico ab omni sacerdotali ministerio.

Καΐϋμας Μαρκεπόλεως·

[aa] Cajumas episcopus Metropolitanus similiter dixit.

Ιωάννης Καῤῥῶν·

[bb] Joannes episcopus [cc] Carrhensis dixit: Hæc eadem, quæ sancti patres, decerno adversus Dioscorum Alexandrinorum quondam episcopum,

BALUZII NOTÆ.

a Paris. *Seetis*, Corb. *Rettonensis*, Divion. *Sitrenensis*; & in margine, *al. Rettonensis*.
b Divion. *Lybiæ*. c Divion. & Paris. *Hæc eadem & ego*.
d Paris. *super factam damnationem Dioscori a sancto & univ. Concilio*.
e Divion. *sancto*. f Divion. & Paris. *judico*.
g Corb. *sanctiss. & Deo amitissimis*. Divion. & Paris. *sanctis & beatissimis*.
h Paris. *consedentibus & sanctis patribus*. Divion. *consedentibus sanctis patribus*.
i Paris. *Philippopolitanæ civitatis*.
k Paris. *Aradon*. Corb. *Aradonensis*; Divion. *Arodonensis*.
l Paris. *vocatus a sancta nostra hoc*. Divion. *a nostra vocatus sancta hac*. Divion. in margine, *al. vestra*.
m Paris. & Divion. *in reverentissimo hoc Concilio*. Corb. *in Deo amitissimo hoc Concilio*.
n Corb. *alienans eum omni*. o Paris. *Alaneorum*.
p Paris. *Nanziazenæ civitatis*. q Veteres libri & editiones, *ad damnationem*.
r Divion. *Gabbalenus*. Corb. *Gabbulenus*, Paris. *Gabulenæ civitatis*.
s Hæc vox addita est ab editoribus Romanis. Non extat enim in antiquis editionibus, neque in vetustis codicibus manu scriptis.
t Paris. *Brivolenæ civitatis*. u Paris. & Divion. *terminavit*.
x Idem codex, *Sozopolitanæ civitatis*.
y Veteres libri & editiones habent *Euphratas*. Non video autem rationem quæ movit Romanos ut mutarent. Major enim elegantia non est in lectione quæ reddit *Euphrates*, quam in alia.
z Veteres editiones & codex Corb. *Eleutbernæ*. Divionensis: *Eleutherinus dixit*.
aa Hæc tantum veteres editiones. Romani addiderunt, *similiter dixit*. Verum non docent unde hanc additionem acceperint. In codicibus Corbejensi & Divionensi legitur: *Cajumas Marcopolitanus* (Corb. *Maropolitanus*) *minus est & ejus interlocutio*. Quod significat nomen & interlocutionem Cajumæ deesse in hoc loco. Sane in Parisiensi neque nomen ejus apparet, neque interlocutio. Non extitisse in codice Acœmetensium & in alio Græco hæc tantum scripta fuisse quæ nos retulimus ex codicibus Corb. & Divion. docet Rusticus his verbis. *Hæc & in Acumitensi codice non est; & in alio Græco hoc solum habet, & similiter annotatur*.
bb Annotatio Rustici. *Iste cum Iba est accusatus*. Vide infra in actione decima; ubi tamen iste Joannes non vocatur Episcopus Carrensis, sed Theodosiopolitanus.
cc Codices Corb. & Divion. & veteres editiones, *Carensis*.

pum, & alienum eum [a] judico ab omni facerdotali ministerio.

Ἀβραάμιος Κάστρυ Κιρκισίυ.

Abraamius episcopus * [b] Castriciricensis dixit: Hæc eadem, quæ & sancti patres, adversus Dioscorum Alexandrinorum quondam episcopum decerno, & alieno eum ab omni ecclesiastico ministerio.

Δημήτριος * Λαπέτυ.

* Αδηπης.
* Lapeti

Demetrius episcopus civitatis * [c] Lappæ dixit: Consentio sanctis patribus super damnatione Dioscori Alexandrinorum quondam episcopi, & alienum eum esse judico ab omni sacerdotali ministerio.

Βοθέσλασις Νέας πόλεως.

* Bethesias

* [d] Bassonas episcopus [e] Neapolitanus dixit: B Concors efficior [f] professionibus sanctorum patrum super damnatione Dioscori Alexandrinorum [g] magnæ civitatis quondam episcopi, alienum eum existimans ab omni sacerdotali & ecclesiastico ministerio.

Μυσώνιος Βριμλιὺς.

* al. Limeniensis Bribenensis

Musonius episcopus * [h] Briminensis dixit: Concors & ego efficior, super damnatione Dioscori [i] magnæ Alexandrinorum civitatis quondam episcopi, & alienum eum esse judico ab omni sacerdotali & ecclesiastico ministerio.

* Αντίοχος Σινώπης.

* Ἀντίλοχος
* Antilochus

* Antiochus episcopus Sinopensis dixit: His C [k] quæ legitime & juste & regulariter definita sunt [l] a sanctissimo & beatissimo archiepiscopo Romano Leone, [m] & a sanctissimo archiepiscopo regiæ civitatis Anatolio, [n] super Dioscoro Alexandrinæ magnæ civitatis quondam episcopo, & ipse concors efficior, [o] alienans eum ab omni sacerdotali ministerio.

Παράλιος Ἀνδράπων.

Elpidius presbyter, agens vices [p] Deo amantissimi episcopi Paralii [q] Andrapensis, dixit: His quæ legitime ab archiepiscopis & ab universali concilio adversus Dioscorum Alexandrinæ magnæ civitatis quondam episcopum decreta sunt, concors efficior.

Δόμνος Κυκυσῦ.

D

Euphronius presbyter, verba faciens pro [r] Domno reverendissimo episcopo [s] Cucusenorum, dixit: Juste prolatæ a sancto hoc & universali concilio adversus Dioscorum Alexandrinæ magnæ civitatis quondam episcopum sententiæ consentio & concordo, alienans eum ab omni sacerdotali ministerio & dignitate.

Ἀντωνιανὸς Ἀμίσης.

Elpidius presbyter, agens [t] vices reverendissimi [u] Antoniani episcopi [x] Amisenorum, dixit: Legitime & regulariter [y] a sanctissimis archiepiscopis, & a sancto & universali concilio adversus Dioscorum Alexandrinæ magnæ civitatis quondam episcopum prolatæ sententiæ & ipse concors efficior.

Θεόδωρος Κλαυδιυπόλεως.

Theodorus episcopus [z] Claudiopolitanus, provinciæ Isauriæ, dixit: Consentio iis quæ juste decreta sunt a sanctissimo archiepiscopo regiæ urbis Romæ Leone per Paschasinum & Lucentium [aa] Dei amantissimos episcopos, & Bonifacium [bb] religiosissimum presbyterum, vicarios ejusdem [cc] beatissimi archiepiscopi Leonis, & a sanctissimo archiepiscopo regiæ urbis novæ Romæ Constantinopolitano Anatolio, & ab omni sancta synodo, super Dioscoro Alexandrinæ sanctæ ecclesiæ quondam episcopo, probans eum alienum esse ab episcopatus dignitate.

Οἱ πάντες εἱρμῷ τῦ θεοφιλεστάτυ τῆς βασιλευούσης Κωνσταντινυπόλεως Ἀνατολίου διελάλησαν.

* [dd] Omnes per ordinem post Dei amantissimum Anatolium episcopum regiæ urbis Constantinopolis interlocuti sunt.

* Omnes ... dem quæ amantissi... Anatoliu... episcopu... &c.

Καὶ μετὰ τὸ διαλαλῆσαι πάντας τὺς ὁσιωτάτους ἐπισκόπυς, ὑπέγραψαν ὕτως.

Et cum omnes sanctissimi episcopi interlocuti fuissent, subscripserunt in hunc modum.

ΑΙ ΥΠΟΓΡΑΦΑΙ.

Πασχασῖνος ἐπίσκοπος Λιλυβαίων τῆς Σικελῶν ἐπαρχίας, ἐπέχων τὸν τόπον τῦ ἁγιωτάτυ ἀρχιεπισκόπυ τῆς μεγάλης Ῥώμης Λέοντος. * ὡρίσα ἅμα τῇ ἁγιωτάτῃ συνόδῳ ἐπὶ τῇ καθαιρέσει Διοσκόρυ, ὁμῦ καὶ ὑπέγραψα.

* ὁρίσας

SUB-

BALUZII NOTÆ.

a Corb. & Divion. *judico omni.* b In codice Parisiensi scriptum est, *Circensis castri.* Quod evincit ista esse dividenda & legendum *castri Circensis.* Male in Divionensi, *Cerrensis.*

c Corb. *Lapeti*, Divion. *Lapisi*, Paris. *Lampsacis.*

d Corb. & Divion. *Betheslat*, Paris. *Bethesalas.* e Paris. *Neapolitanæ civitatis.*

f Divion. *confessionibus*; & in margine, *al. professionibus.*

g Hæc desunt in codice Divionensi. Postea lege *quondam.*

h Paris. *Bribinensis.* i Idem codex, *magnæ Alexandrinæ civitatis.*

k Idem codex, *Quæ & legitime & regulariter & juste.*

l Corb. *a Deo amicissimo & beatissimo.*

m Annotatio Rustici. *Acumit. Deo amicissim. & sanctissimo.* Codices Paris. & Divion. habent, *& a sanctissimo & beatissimo.*

n Divion. *super Dioscorum &c. Episcopum.*

o Paris. *ab omni sacerdotali eum alienans ministerio.*

p Ista desunt in codice Divionensi. Corbejensis habet *Deo amicissimi*, Paris. *reverentissimi.*

q Divion. & Corb. *Andrapinensis*, Paris. *Andrapenæ civitatis.*

r Corb. *Domno Deo amicissimo.*

s Corb. *Cucussenorum*, Divion. *Consinorum*, Paris. *Coccusenæ civitatis.* Puto autem in exemplari ex quo sumptus est codex Corb. scriptum fuisse *Consinorum* aut aliquid simile. Frustra enim Rusticus heic admonuisset in codice Acumitensi legi *Cucussenorum*, si eadem lectio fuisset in textu.

t Ita codices Paris. & Divion. At Corbejensis *vices Deo amicissimi.*

u Corb. & Divion. *Antonii*, Paris. *Aniani.*

x Corb. *Emisenorum*; sed Rusticus illic admonet in codice Acumitensi scriptum esse *Amisenorum.* Parisiensis & Divionensis habent *Emesenorum.*

y Paris. *ab Archiepiscopis.* z Idem codex, *Claudiopolis civitatis.*

aa Corb. *Deo amicissimos*, alii *beatissimos.*

bb Corb. *Deo amicissimum*, ceteri *reverentissimum.*

MUlta tibi bona præstentur, quæ donante digna sunt, salvatore, quæ amas Christum, [a] filia Augusta. Loquentes enim nos ad B alumnam fidei, oportet ab orationibus inchoare, atque hinc Deo laudes offerre, quia [b] juxta ipsam domnini evangelicam vocem, lucet lux meritorum vestrorum coram cunctis hominibus, & bona opera vestra cernentes, glorificant [c] patrem nostrum, qui in cœlis est. Ecce enim cunctis pietatis vestræ fulgor irradiat: impletus est per vos apostolicæ doctrinæ cursus, & zelo vestri amoris in Deum, ignorantiæ caligo perculsa est, & fidei declarata concordia, nec ultra hæreticæ pestilentiæ nobis sunt importuna zizania. Consonamus universis magisteriis pietatis, vestris id adiuti laboribus impetrantes. Per vos enim nobis fidelium gregibus caulæ replentur, per vos nunc, C qui olim fuerant dispersi, concurrunt: suntque pastores ovibus restituti, & magistri discipulis. Qui enim dispergebat, extinctus est: sopitus est persecutor, princeps tempestatis * explosus est: [d] ipsique naves suas in cursu repetiere rectores, Christo ad intelligentiam prospere dirigente, qui ostendit in Leone mirabili veritatem; [e] quia, sicut sapiente Petro, ita & isto utitur assertore. Et nos quidem desideravimus, ut omne membrum nobiscum pariter fraterna concordia choros gaudii celebraret. Sed quia solus ille, qui Alexandrinorum tenuit præsulatum, ultro semetipsum a tantorum * bonorum collegio pepulit, & nos ei cum tristitia & lacrymis denegavimus commu-

A nionis nostræ consortium: quia & salvator noster, qui vult omnes homines salvos fieri, & ad agnitionem veritatis venire, illum, quem sordida indutum veste conspexit, [f] a regali aula competenter exclusit. [g] Cui quia similem comperimus esse Dioscorum, ob hoc eum a sacerdotii dignitate contra vota nostra [h] definivimus alienum. Fratribus enim scandala ponebat ut nequam, [i] & in ore suo abundavit nequitia, fallacia sua literarum Romani pontificis abnuens lectionem. Unde quia semetipsum non exhibuit bonis exemplum, remansit sicut statua salis, ut terreat delinquentes, dum per illa quæ gessit, pro nobis suis adjudicatoribus satisfaciat, eo quod ex nulla duri- B tia, quinimo nec quanta adhuc exigebat justitia, sententiæ adversus eum decreta protulimus. Unde præsumentes, ea quæ placuerunt, vestro insinuamus imperio, ut illum pro suis erroribus execretur, nostram vero sententiam probet, a quibus [k] pro totius corporis providentia, quod computruerat, est abscissum.

1. Tim. 2. — *Matth. 22.* — *Psalm. 49.* — *Gen. 19.*

Estote igitur incolumium protectores, & sicut pii roborate fideles, & divinæ in vobis providentiæ largitori hanc vicissitudinem repensate, ut tali pretio illum obtineatis honorem, qui nulla successione finietur, & imperiali corona coronam immarcescibilem comparetis. His enim, qui pie dispensationem rerum peragunt terrenarum, necessario cœlestia C rependuntur, & maxime vobis, o fidelissimi, quibus & inter tanti onera principatus, in orationibus tota vita [l] consistit; quorum conversatio est [m] in psalmis; * [n] & apud quos dignitate videntur ornati qui se humiliant propter Deum: quibus * religionis est, ut ad eos facile accedatur; & zelus ille cœlestis, quatenus omnibus, qui ad vestrum pertinent principatum, fructum [o] provideant veritatis.

* qui cum dignitatem geratis, estis tamen humiles propter Deum.

In cod. Bohier. Post hanc relationem synodi ad Pulcheriam ante actionem IV. inseruntur edicta Impp. Valentiniani & Marciani Augg. adversus Dioscorum & Eutychianos, relatio synodi ad S. Leonem papam, aliaque, quæ habentur infra in Appendice seu tertia parte concilii.

PRI-

BALUZII NOTÆ.

a Crabbus: *filia & augusta*. Sic etiam legi debere docent libri nostri.
b Veteres libri, *circa*. c Melius in antiquis exemplaribus, *patrem vestrum*.
d Eadem vetera exemplaria: *ipsæque naves suos cursu repetiere rectores*.
e Veteres libri, *qui sicut*.
f Veteres libri & editiones, *regali*.
g Iidem libri non habent vocem, *quia*.
h Hæc sunt editionis Romanæ. Superiores enim habent *defiximus*. Quo etiam modo scriptum est in codicibus calamo exaratis.
i Veteres libri: *& ore suo abundavit nequitiam*.
k Veteres libri, *pro totietatis providentia*. Hujus vocis ignorantia peperit lectionem vulgatam, quæ haud dubie est Crabbi.
l Iidem libri, *perconsistit*. m Iidem, *in palmis*.
n In vetustis codicibus additur. *Aut certe sic interpretandum: qui dum dignitatem geratis, estis tamen humiles propter Deum*. Quare recte Crabbus ista rejecit ad marginem.
o Vetera exemplaria, *provideat*.

☞ PRISCÆ CANONUM EDITIONIS LATINÆ APPENDIX,

Complectens Canones Conciliorum Ancyrani, Neocæsariensis, Nicæni, Sardicensis, Gangrensis, Antiocheni, Constantinopolitani primi, & Chalcedonensis: quæ primum in lucem prodiit ex antiquissimo codice MS. bibliothecæ Christophori Justelli; nunc autem cum aliis pervetustis MSS. collectionibus collata, integra & emendatior exhibetur.

Additur vetustissima interpretatio Latina canonum Nicænorum ex præstantissimo MS. Vat. Reginæ 1997.

Auctoribus Ballerinis *Fratribus Veronensibus, ex eorum Editione Operum S. Leonis Magni, in Tomo III. in Appendice.*

BALLERINORUM
ADMONITIO.

1. *Priscam canonum editionem Latinam ex antiquissimo ac prorsus singulari MS. exemplo, cui nullum aliud simile invenire uspiam licuit, Gulielmus Voellus & Henricus Justellus Christophori filius Parisiis ediderunt anno MDCLXI. tomo I. Bibliothecæ juris canonici veteris pag. 277. & seqq. Cum vero hæc editio ab ipso Dionysio Exiguo* priscæ translationis *nomine allegata, & ob ejus antiquitatem venerabilis, in hac sola Parisiensi editione inveniatur, quæ & rarissima & prohibita paucissimis usui esse potest; cumque præterea ex unico codice typis impressa, aliquot locis sit mutila, ac nonnullis etiam mendis vitiata: interesse non modicum credidimus, si eam hoc loco integram, &, quoad fieri poterit, emendatam recuderemus. Licet autem nullum codicem Justelliano similem, in quo tota prisca editio continenter exhibeatur, nancisci potuimus; aliquot tamen manuscriptas collectiones diversæ originis & antiquas reperimus, in quibus, licet disjunctim ac separatim, omnia & singula ejusdem priscæ editionis monumenta inserta fuerunt: ac ex his defectus supplere, & errores non paucos emendare feliciter obtigit. Tales sunt MSS. collectiones Vaticana Reginæ 1997. in qua præter Nicænos canones ceteri omnes ex prisca sumti fuere, Lucensis 88. in qua Antiocheni, Constantinopolitani, & Chalcedonenses canones ejusdem versionis priscæ describuntur, Barberina 2888. & Vat. 1342. ubi Nicæni, Antiocheni, Constantinopolitani, & Chalcedonenses ex prisca inveniuntur decerpti, & codices præcedentis collectionis Quesnellianæ, quæ Chalcedonenses ex eadem interpretatione recepit. Sardicenses vero canones priscæ editioni inserti, cum proficiscantur ex originali Latino, ut alibi demonstravimus; ad manuscripta exemplaria Lucense 88. & Vat. 1342. potissimum exegimus, emendavimus, atque supplevimus.*

2. *Nonnulli hujus versionis barbarie & difficultatibus offenduntur. At quæ remotiori ævo Latinitate donata fuere, eodem plerumque vitio laborant, uti animadvertimus in præfatione ad epistolas S. Leonis num. 51. tomo 1. pag. 558. neque propterea eruditi viri ejusmodi interpretationes antiquas negligendas putarunt; sed ipsas summo studio vulgantes non modicum ex iisdem fructum percipi posse opinati sunt. Ita vero obscura identidem & involuta hæc prisca interpretatio est, ut quamvis ex memoratis collectionibus non pauca emendarimus, plura tamen adhuc difficilia loca supersint: quæ non semper librariorum oscitantiæ, sed sæpius interpretis imperitiæ tribuenda videntur. Quæ si ex Græco, vel ex aliis versionibus mutando quasdam voces ad clariorem sensum revocare conaremur, primigenium textum a nobis non exhiberi jure omnes conquererentur. Lectorum vero intelligentiæ consulemus vel in postillis margini appositis, vel in notationibus, quæ ad calcem subjicientur. Quanto autem usui hæc versio apud antiquos fuerit, ex iisdem antiquis collectionibus liquet, quæ ex hac canones derivarunt. Vide quæ de hac eadem versione pluribus disseruimus in Tractatu præmisso part. 2. c. 2. §. 3.*

3. *Nunc præfatiunculam a Voello & Justello huic interpretationi præfixam hic appendimus.*

LECTORI.

„ Ut nihil desiderares, erudite Lector, quod ad antiquitatis canonicæ & ecclesiasticæ memoriam conservandam posteris usui esse posset, huic operi nostro priscam illam Canonum editionem Latinam, a ceteris quæ hactenus editæ sunt aliam atque diversam, quam multi iique gravissimi viri sæpe laudarunt, inserendam esse duximus. Hanc ex venerandæ antiquitatis Codice MS. litteris majusculis, & bene quadratis descripto Bibliothecæ Christophori Justelli tibi repræsentamus. Continebat olim ille præstantissimus Codex Canones Conciliorum Ancyrani, Neocæsariensis, Nicæni, Sardicensis, Gangrensis, Antiocheni, Laodicensis, Constantinopolitani I. & Chalcedonensis: sed, quod maxime dolendum, Synodi Laodicenæ integri Canones, & maxima pars Sardicensium, cum postrema parte subscriptionum Concilii Nicæni injuria temporum periere. Quæ tamen supersunt Concilii Sardicensis fragmenta, post Nicænam Synodum collocavimus. Auctorem namque hujusce editionis non dignitatem Con-

„ ciliorum, ſed ordinem temporis ſequutum fuiſſe in ſua Collectione vero ſimile
„ eſt. Nec obſtat quod in eo Codice Chalcedonenſis Synodus ordine præpoſtero
„ ante Conſtantinopolitanam ponatur, & Canon XXVIII. Chalcedonenſis inter
„ Conſtantinopolitanos referatur: cum id potius hallucinationi vel incogitantiæ
„ amanuenſis qui hunc Codicem exſcripſit, quam auctoris errori, vel imperitiæ
„ tribuendum eſſe videatur. Et quamvis alia non pauca depravata, corrupta, &
„ confuſa in eodem libro paſſim occurrant, quæ non abs re amanuenſis errata
„ judicari poſſent; nobis tamen in tam eleganti & tantæ vetuſtatis cimelio ali-
„ quid emendare aut immutare religio fuit; ſatis eſſe rati, ſi ad marginem ſcri-
„ ptoris σφάλματα annotaremus. "

4. *Tria in hanc præfatiunculam adnotanda. Primo falſum eſt, quod ajunt, Laodicenæ Synodi integros canones hujus verſionis injuria temporum intercidiſſe. Hos enim ab interprete in Græco codice, quo uſus eſt, haudquaquam inventos, nec Latine redditos ſatis probabiliter oſtendimus in Tractatu loco paullo ante laudato. Secundo quod affirmant in Sardicenſibus canonibus codicem fuiſſe mutilum, qua de cauſſa id acciderit, ibidem ex Stephano Baluzio expoſuimus. Tandem quod hallucinationi, vel incogitantiæ amanuenſis potius, quam interpretis errori tribuitur, Conſtantinopolitanos canones poſt Chalcedonenſes deſcribi, iiſdemque adnecti canonem de primatu Sedis Conſtantinopolitanæ, qui in Chalcedonenſi Synodo conditus fuit; falſum pariter credimus. Hanc nimirum præpoſteram hujuſmodi canonum deſcriptionem & confuſionem nec amanuenſi, nec interpreti Latino, ſed Græco alicui codici vertendam arbitramur, ut in eodem Tractatu, & in adnotationibus ad ipſos canones plenius dicetur.*

PRI-

PRISCA CANONUM EDITIO LATINA.

* INCIPIT [a] CAPITULA Canonum Ancyrensium.

A

I. *De presbyteris qui immolaverunt in persecutione.*
II. *De diaconis* [b] *qui immolaverunt.*
III. *De his qui per vim paganizaverunt.*
IV. *De his qui multifarie cum paganis conveniunt.*
V. *De his* [c] *qui timori lapsi sunt.*
VI. *De his* [d] *qui in idolorum* * *loca comederunt.*
VII. *De his qui sæpius immolaverunt.*
VIII. *De his* [e] *qui & alios suadent idolis* * *immolarem.*
IX. *De his qui in ordinatione nuptias contestantur.* B
X. *De* * *disponsatis puellis, & ab aliis corruptis.*
XI. *De Catechumenis lapsis.*
XII. *Ut nullum liceat ordinare Chorepiscopum.*
XIII. *De his qui abstinent a carnibus.*
XIV. *De distrahentibus res ecclesiasticas.*
XV. *De his qui in animalibus cojerunt.*
XVI. *Ut supra aut in masculis vel corrupti sunt, ut corrumpunt.*
XVII. *De ordinatis Episcopis & non susceptis.*
XVIII. *De his qui virginitatem promittunt, & quasi sororibus* [f] *fingunt commorari.*
XIX. [g] *Qui adulteras habet uxores.*
XX. *De his qui ex fornicatione interficiunt natos.* C
XXI. *De homicidiis.*
XXII. *De extra voluntatem homicidio.*
XXIII. [h] *De divinantibus vel maleficis.*
XXIV. *De consciis corruptionis virginum.*

Explicit Capitula Canonum Ancyrensium.

* INCIPIT CONSTITUTA ejusdem Concilii. * l. incipiunt.

[i] ISti canones priores quidem sunt Nicænis canonibus expositis: sed tamen Nicæni primo accepti sunt, propter auctoritatem sancti & magni Concilii quod factum est in Niciam.

CANONES CONSTITUTI

A Sanctis Patribus qui congregati sunt per sanctum Spiritum in civitate Ancyrense. Tit. XXIV.

De presbyteris qui immolaverunt in persecutione, [k] * *reluctaverunt.* * l. & reluctaverunt.

I. PResbyteri qui immolaverunt & iterum resipuerunt, & neque reluctaverunt per remedium * aliquem, sed ex veritate; neque ante per compositum ea quæ egerunt firmantes, ut ostenderent se quasi suppliciis missos, ut videantur & credantur perscemate [l] offerri eis; de istis placuit honorem quidem secundum Cathedram eos habere; [m] offerre autem eos, aut * patere, aut agere, aut sacro ministerio ministrare non liceat. * l. aliquod. * l. pascere,

De diaconis qui immolaverunt.

II. Diaconi similiter qui immolaverunt & postea resipuerunt, dignitatem quidem suam habere, & cessare eos a sacro ministerio panis & calicis, non portare, [n] neque prædicare. Si autem aliqui Episcoporum [o] ipsorum scientes laborare eos, humilitatem mansuetudinis habere,

---

a Horum canonum priscam interpretationem in uno MS. Vat. Reginæ 1997. invenimus, ubi pro *Capitula* legitur *tituli*: & similiter semper in aliis canonum tabulis. In MS. Justelli *Constituta*; male: *constituta* enim canones dicuntur, non vero tituli, seu capitula canonum. Correximus ex inscriptionibus aliarum Synodorum, & ex ipsa clausula ejusdem codicis Justelliani: *Explicit capitula canonum Ancyrensium.*

b Cod. Vat. Reg. II. *De Diaconis similiter.* III. *De his qui idolotytum manducaverunt.*

c Idem cod. *qui pro timore paganizaverunt.*

d Just. MS. *qui in idolis comedunt.* Emendavimus ex cod. Vat. Reg. qui mox pro *sæpius* habet *sæpissime.*

e Idem cod. Vat. Reg. *per quos & alii coacti immolaverunt.* IX. *De Diaconis, qui in ordinatione de nuptiis contestati sunt.* X. *De puellis quæ sponsatæ sunt, & ab aliis stupratæ.* XI. *De catechumenis prævaricatis.* XII. *De Chorepiscopis.* XIII. *De Clericis, qui abstinent a carnibus.* XIV. *De his qui in opus Ecclesiæ venundantur.* XV. *De his qui in animalibus sunt fornicati.* XVI. *De his qui cum masculis animalibus faciscunt.*

f Just. cod. hoc loco *commorantur.* Prætulimus MS. Vat. Reg. quocum concinit idem Justelli codex in titulo canoni inferius præfixo: *fingunt commanere.*

g Vat. Reg. *De his qui invicem adulterantur.* XX. *De his qui natos interficiunt.*

h Idem cod. *De filactericis vel divinis.* XXIV. *De corruptores* (l. *corruptoribus*) *virginum.*

i Cod. V. R. omittit præmissam clausulam *explicit* &c. ac sequentem titulum *Incipit* &c. Hanc vero adnotationem sic effert. *Isti sunt canones priores quidem Nicænis canonibus expositi. Sed Nicæni primo scripti sunt propter auctoritatem sanctæ & magnæ Synodi, quæ facta est in Nicæa,* melius & cum Græco cohærensius, ubi Nicæni canones Ancyrensibus præmittuntur.

k Just. MS. omittit verbum *reluctaverunt*: adjecimus e cod. Vat. Reg. contextu canonis exigente. Dein ex eodem cod. emendavimus *resipuerunt*: apud Just. *resipiscerunt*. Mox cod. V. R. delet *&* ac *reluctaverunt*.

l Sic noster codex. Apud Just. *offerri se is.*

m Just. in textu *habere aut præcare*, at in margine Adde *offerre autem eos*, ac pro *precare* l. *precari*. Noster codex integram & veram lectionem exhibuit, si *pascere* pro *patere* emendes: Græcus enim textus aliæque versiones habent *sermonem habere*, pro quo noster interpres *pascere* reddidit.

n Just. *neque ministrare*. Melius noster codex cum Græco, aliisque versionibus concinens.

o Noster cod. *istorum scientes laborem, aut humanitatem mansuetudinis habere, voluerunt* &c. Mox delet *eis*: ac dein ex eodem cod. scripsimus *potestate*: Just. *potestatem*.

bere, voluerint plus aliquid dare eis, vel minuere, in eorum esse potestate. A

De his qui in fuga tenti per vim paganizaverunt.

III. Qui fugientes tenti sunt, aut a domesticis suis traditi [a], aut substantias suas perdiderunt: passos autem supplicia, aut in carcerem missos clamantes Christianos se esse tentos adque in manibus ferro violenter mittentes, & escam cum paganis necessitate acceperunt, confitentes quia sunt Christiani, & luctum de hoc quod evenit semper ostendentes, cum omni humilitate & scemate bonitatis, & sæculi hujus humilitates istos, quasi foris a peccato factos, de communione non privari. [b] B Sin autem privati sunt ab aliquibus, ut possent plus probari, & ab aliquot, mox suscipi. Hæc autem similiter apud clericos vel laicos. Discussum est, ut si possibile & laici tale necessitate subjecti ad provectionem honoris * possunt venire. Placuit ergo & istos, quasi nihil peccantes, aut antea inveniatur recta vita eorum, ad ordinationem venire cleri.

* *l.* possint.

De his quis multifarie [c] *egerunt * paganis.*

* *l.* cum paganis.

IV. De his qui per vim immolaverunt qui & aput * idolis cœnaverunt, quanti & scemate [d] inlustri ascenderunt, & veste usi sunt pretiosa, & acceperunt ex preparata cœna [e] diversi: placuit eos [f] audire, & subjacere eos tres annos, orationi simul communicare eos biennio, & sic ad perfectum venire. Quanticumque vero ascenderunt cum veste in luctu, & recumbentes comederunt cum tristitia & lacrymis, si compleverunt subjectum triennium, sine oblatione recipiantur. Si autem [g] non ederunt, biennio subjecti sint, & tertio anno communicent sine oblatione ut perfecti quarto anno accipiant. Episcopi autem habere potestatem, mores conversionis eorum probantes, humaniter, aut amplius addere tempus: [h] obiens autem & vita * qui antecedet, & qui sequitur * probatur. Et sic humanitas superadnumeretur. D

* *f.* idola.

* *l.* quæ antecessit, & quæ.

* *l.* probetur.

De his qui timori paganizaverunt.

V. De his qui [i] per minas & timorem paganizaverunt, per supplicia & substantiæ * perditionis aut * transmigrationis immolaverunt, & usque * ad presente tempore non pœnituerunt, neque conversi sunt, & nunc extra tempore Synodi supplicantes [k] & in sensum conversionis venientes; placuit eos usque ad majorem diem ad audientiam suscipi, & post majorem diem subjacere triennio; & postea communicare sine oblatione, & sic venire ad perfectum, ut tempus sex annorum compleant. Si autem aliqui ante Synodum suscepti sunt ad pœnitentiam, ab illo tempore numerati eis principium annorum sex. Si autem [l] aliqui periculum mortis, vel expectatio ab infirmitate, aut * alterius occasione, oportet istos sub hora suscipi.

* *l.* perditionem.

* *l.* transmigrationem.

* *l.* ad p… sens tem…

* *l.* alia… qua.

De his qui in idolorum locis comederunt.

VI. De his qui festivitate [m] in locis abominandis Gentilium simul edunt, & suam escam * defendentes pollutam comederunt, placuit eos biennio subjacere, & sic suscipi, quia oportet post oblationem unumquemque Episcopum eos probare, & vitam singulorum agnoscere.

* *l.* defere…

De his qui [n] *sæpius immolaverunt.*

VII. Qui secundo & tertio immolaverunt per vim, quatuor annis subjaceant, & duo sine oblatione communicent, & septimo ad perfectum suscipiantur. C

De his [o] *qui & alios suadent idolis immolare.*

VIII. Quanti autem non solum apostatarunt; sed & fratres sollicitaverunt, & rei fuerunt pro hoc quia * sollicitati sunt, hi tribus annis locum audientiæ suscipiant: in aliis autem sex annis [p] locum eo quo deciderunt vacent, alium autem annum communicent sine oblatione, ut decem annos complentes [q] perfectum suscipiant locum: in hoc autem oportet eorum custodire vitam.

* *Subaudi…* fratres.

De diaconibus qui in ordinatione [r] *nuptias contestantur.*

IX. Diaconi qui sunt ordinandi, si contestati sunt ante ordinationem, & dixerunt oportere se nubere, non posse eos sic manere, hi post hoc nubentes, sint in ministerio pro quod * præceptum eis est ab Episcopo. Si autem aliqui

* *idest* c… cessum.

---

a Just. repetit *sunt:* expunximus cum nostro codice.

b MS. Vat. Reg. *Si autem . . . . . ut possint* : & post pauca *apud Clericos & laicos*.

c Idem cod. *paganismum egerunt*. Mox initio canonis adjecimus *De his* ex nostro codice.

d Sic noster codex. Just. *illustrati*.

e Aliæ versiones reddidere *indifferenter*.

f Quædam hoc loco deesse notarunt Voellus atque Justellus. Deerant autem quatuor sequentes voces, quas ex MS. Vat. R. supplevimus. *Audire* eum pœnitentiæ gradum indicat, quo pœnitentes inter audientes recipiebantur: *subjacere* vero alterum, quo orationi fidelium prostrati aderant.

g Just. ignorat negationem, & habet *subjecti sunt*. Supplevimus, & correximus ex nostro cod.

h Ex Græco reddendum *Ante omnia autem*. Dein Just. *probatus*. Prætulimus cum nostro cod. *probatur*, pro quo melius legeretur *probetur*.

i Vat. Reg. *propter minas*.

k Voces & *in sensum conversionis venientes* adjecimus ex eodem codice: ubi præterea subaudiendum est *se se obtulerunt*.

l Lege *alicui*, & supple *contigerit*, vel *immineat*. In cod. Vat. Reg. habetur: *Si autem periculosa mortis expectatio*.

m Præpositionum *in* ex eodem MS. inseruimus.

n Vat. R. *multoties*.

o Idem cod. *per quos & alii coacti sunt immolare*.

p Idest prostrati pœnitentiam gerant.

q Cod. Vat. R. *perfecte suscipiantur*.

r Idem cod. *de nuptiis contestati sunt*.

qui [a] non contestati tacuerunt, & placuit eis in ordinatione perseverare innupti, & postmodum venerunt ad nuptias, cessare eos omnino a ministerio diaconi, A

De puellis quæ sponsatæ sunt, & [b] ab aliis distipulatæ sunt.

X. Quæ sponsatæ sunt, & ab aliis sunt raptæ, placuit post hoc eas reddi cui ante desponsatæ sunt, etiamsi [c] & vim ab his aliquid perpessæ sint.

De his qui cum catechumeni essent, immolaverunt.

XI. Qui ante baptismum immolaverunt, postea autem baptizati, placuit eos ad officium venire, [d] sicut eos qui & baptizati sunt.

Ut non sine Episcopo liceat [e] quemquam ordinare ab iis, qui dicuntur Corepiscopi.

XII. Corepiscopis non licere Presbyteros aut Diaconos ordinare, sed neque Presbyteris civitatis sine jussione Episcopi, [f] sed cum eisdem litteris eundi ad singulas parocias.

[g] *De his qui abstinent a carnibus.*

XIII. Qui in clero sunt Presbyteri vel Diaconi abstinentes a carnibus, placuit ut tangerent: [h] Et si non obaudierint canonem, placuit cessare eos de ordine.

[i] *De his qui temere res ecclesiasticas distrahunt.*

XIV. De his quæ adpertinent Dominico, [k] si qua, dum non esset Episcopus, Presbyteri venundaverunt, revocare, atque repetere Dominicum: & in arbitrio Episcopi esse, si oportuerit, recipere pretium, sive [l] reditus eorum quæ sunt venundata, reddere in his ipsis pretium.

*De his qui * in animalibus [m] cojerunt.* * l. cum

XV. Qui animaliter in animalibus tale aliquid committunt, [n] qui * amplius quam viginti annorum fuerint, & hoc commiserint, quindecim annis subjaceant, & sic communionem mereantur orationum, & in hoc perdurantes annis quinque tunc oblationes attingant. Requiratur autem eorum vita quæ sit adhuc subjacentibus, & sic mereantur humanitatem: si autem incessanter ad peccandum perseveraverint, longam habeant pœnitentiam. Quanti superfuerint * ætatem, & si uxores habentes [o] peccaverint in hoc delicto, viginti quinque annis B subjaceant, ita ut post quinquennium communionem orationis mereantur. Si autem & aliqui & uxores habentes, & amplius quinquaginta annorum hoc peccantes, in exitum vitæ suæ mereantur viaticum accipere.

* l. prius

* supple hanc

De his qui in animalibus aut masculis, aut aliquando corrupti sunt, aut corrumpunt libidini.

XVI. Pro his qui in animalibus, aut animalia * fraciscunt, vel in masculis [p] leprosi efficiuntur, de his præceptum est, ut cum eis [q] qui tempestatem patiuntur, orare.

* l. frascescunt.

De his qui in Episcopatu sunt probati, & non suscepti.

C

XVII. Qui in Episcopatum consecrati sunt, & non suscepti in parociis, in quibus sunt nominati; [r] & in aliis voluerint ire parociis, & per vim obprimere ibidem constitutos, & lites contra eos movere; [s] ipsos perpelli & * alienare. Si autem voluerint * in presbyterium, in quo fuerunt primum, sedere [t] ut Presbyteri, non eos pelli. Si enim voluerint resultare eis, qui ibidem sunt constituti Episcopi, expelli eos censemus [u] & de ordine Presbyterorum, & fieri exprædicatores.

* l. alienari

* l. in presbyterio.

De his qui in virginitate [x] se permanere promittunt, & quasi sororibus fingunt commanere.

E

XVIII. Quanti virginitati se promiserunt, [y] & evacuantes promissum bigami constitutionem se-

a Cod. Vat. Reg. omittit voces *non contestati .... innupti .... omnino*, & *diaconi*, melius.
b Idem cod. *ab aliis sunt raptæ.*
c Just. MS. *ei vim*. Prætulimus lectionem cod. Vat. Reg. in quo mox *ab eis aliquid perpessæ sunt.*
d Just. *sicut & ceteri*. Noster codex magis placuit; magis enim cohæret cum Græco, ex quo reddimus *placuit ad ordinem provehi, ut qui abluti sunt.*
e Cod. Vat. Reg. *Clericum*.
f Idem MS. delet *sed & eisdem.*
g Idem cod. *De Clericis qui abstinent.*
h In eod. cod. *& si sic non obaudient.*
i Idem MS. *De his qui in opus Ecclesiæ venundantur*. Mox initio canonis voces *De his* ex eodem MS. addidimus.
k Just. perperam *si quando non essent, aut nesciens Episcopus ... revocare atque reddere compellantur*. Emendavimus ex nostro codice.
l Vat. R. addit *multoties*. Sensus ex Græco est: Episcopi judicio relinqui, num oporteat pretium recipere, an non: quia, ut reddidit Dionysius *plerumque rerum distractarum reditus ampliorem summam pro pretio dato reddiderit.*
m Idem cod. *sunt fornicati.*
n Sic idem cod. melius, quam apud Just. *quia*: sed pro *amplius* legendum *prius*.
o Vat. R. *irruerunt in hoc peccato*, l. *peccatum.*
p Vat. R. inserit *&*.
q Isid. versio hunc locum explicat sic: *qui tempestate jactantur, qui a nobis energumeni appellantur.*
r Ita cod. Vat. R. Apud Just. *& si in aliis.*
s Just. *ipsos pellere*. Emendavimus ex MS. Vat. R. Clarius reddidit Dionysius *hos abjici placuit.*
t Just. addit *ordinem*: melius delet noster codex.
u Particulam *&*, idest *etiam*, ex eodem MS. adjecimus.
x MS. Vat. R. *se promiserunt.*
y Legendum esset, *& evacuarunt promissum, bigami constitutionem sectentur*. Mox Vat. R. *Cui autem conveniunt virgines* &c.

* l. quæ.

sectantur. * Cui vero convenerint virginis aliquibus sicut sorores, vetamus.

De his qui adulteras habent [a] mulieres, at ipsi adulterant.

XIX. Si alicujus uxor adulterata fuerit, aut adulterium [b] vir suus commiserit, septem annis oportet eum subici, & postea perfectam communionem mereri, secundum gradus qui procedunt.

De eis quæ gemunt ex fornicatione & [c] interficiunt natos.

XX. [d] Quæ erunt fornicatæ, & interficiunt natos, & festinant abortivum facere, primum constitutum usque ad exitum vetuit: * & hoc definito humaniore aliquid consequantur, constituimus eas decennio tempore, secundum gradus qui sunt constituti.

* l. ut & humanius.

De homicidiis.

XXI. De voluntarie homicidio admisso subjacent quidem omni tempore; & de perfecto ad finem vitæ mereantur viaticum,

De extra voluntatem homicidio,

XXII. [e] De homicidio extra voluntatem admisso primum constitutum in septem annis præcepit perfecti dignum esse; & ut fiat secundum gradus constitutos quinquennium censemus perficere.

De his qui quoquo modo divinant.

XXIII. Qui [f] divinant, & consuetudines gentium sequentes, aut introducentes aliquos in domibus suis [g] ad requisitionem divinando, qualibet causa maleficiorum, aut incantantium, si de clero sunt, abiciantur. Si vero sæculares, in canone jaceant quinquennii secundum gradus definitos.

De his qui conscii sunt corruptionis virginum.

XXIV. Si desponsatus aliquis puellam, corrupit sororem ejus, * ut gravet eam, nubserit [h] autem quam desponsavit; postmodum quæ corrupta est laqueo se suspendit: hi qui conscii sunt, præcipiuntur undecim annis suspendi constanter, secundum gradus qui jam ordinati sunt.

* l. & gravidam fecit.

[i] Et subscripserunt

Vitalis Antiociæ.
Marcellus Ancyræ.
Agricolaus Cæsariæ.
Lupus [k] Tarsi.
Basilius * Amesays.
Philadelphus Juliopolis.
Eustolus Nicomediæ.
[l] Heraclius * Zenoniæ.
Petrus [m] Iconii.
Nunechius Laodiciæ.
Sergianus Antiociæ Pisid.
Epidaurus Perges.
Narcissus * Merodiades.

* l. A

* l. Z

* l. N dis.

Explicit Constituta Canonum Ancyrensium.

INCIPIT CAPITULA

Canonum Neocæsariensium.

I. *De Presbyteris lapsis.*
II. [n] *De * nubtias duorum fratrum.*
III. *De his qui pluribus mulieribus nubserint.*
IV. *De his qui * constituti sunt fornicarive, & vetantur.*
V. *De Catechumenis lapsis.*
VI. *Mulieres pregnantes, quæ sunt * catechuminas, baptizandas.*
VII. *In nuptiis bigami, Presbyteri orare non debent.*
VIII. *De his qui adulteris mulieribus socientur.*
IX. *De his qui ante ordinem peccant, & postea confitentur.*
X. *De diaconis similiter.*
XI. [o] *Qua ætate debeant clerici in ordine promoveri.*
XII. *De his qui in ægritudine baptizantur.*
XIII. *De Presbyteris parociæ.*
XIV. *De numero diaconorum.*

* l. nu

* l. co tuunt cari, fra c.

* l. ca menæ

Expliciunt Capitula Neocæsariensium.

IN-

a Vocem *mulieres* inseruimus ex eodem codice.
b Idem cod. *aliquis commiserit*: & dein *mereatur*.
c Ita ex eodem MS. Apud Just. *inficiunt*.
d Just. *Quæ interficiunt*. Intermedias voces supplevimus ex nostro cod. qui dein habet & *interficerint quæ nascuntur*. Post pauca *consequantur* cum eodem MS. prætulimus: Just. *consequentur*.
e Voces *De homicidio* ex nostro MS. supplevimus.
f Voces *divinant &* ex eodem cod. inseruimus.
g Vat. R. *ad requisitionem maleficiorum divinando qualibet causa, si de clero* &c. forte melius.
h Particula *autem* contextu exigente ex nostro codice supplenda fuit.
i Cod. Vat. Reg. has subscriptiones post Neocæsarienses canones subiicit hac formula. *Et subscripserunt qui convenerant in Synodo Ancyræ civitatis*. Post nomina autem Episcoporum hujus Synodi describuntur Episcopi Synodi Neocæsariensis hac formula: *In Neocæsaria qui subscripserunt Vitalis* &c.
k Sic noster cod. Apud Just. *Tarsiæ*.
l Just. *Hercilius*. Melius noster codex.
m Ita MS. Vat. R. Apud Just. male *Jacomensis*.
n In uno codice Vat. Reg. 1997. hos quoque canones priscæ interpretationis invenimus. Sic autem in eo sequentes tituli exhibentur. II. *De virgine corrupta a duobus fratribus*. III. *De his qui multum nubserint*. IV. *De his qui per occasionem a fornicario liberantur*. V. *De Cathecumenis peccantibus*. VI. *De pragnantibus baptizandis*. VII. *De nubtiis bigamis presbyteros non orare*.
o Idem cod. sic in sequentibus titulis: XI. *Ut ante triginta annorum non liceat ordinari*. XII. *De gravatales*. XIII. *De parrochiales Presbyteros*.

A

INCIPIT TEXTUS

ejusdem Concilii.

[a] Isti canones secundi sunt Ancyrensium * Neocæsariam sunt expositi, & hi priores sunt Nicænis.

Neocæ- riæ.

De Presbyteris lapsis.

I. Presbyter si nubserit, deponi eum de ordine: si autem fornicatus fuerit, [b] aut in quolibet adulteraverit, pelli eum a communione etiam, & ad pœnitentiam adduci censemus.

B

De nubtias duorum fratrum.

nubtiis

II. Mulier si nubserit, & a duobus fratribus corrupta fuerit, expellatur usque ad mortem: tamen in hora mortis sui * viaticum accipiat, si agnoverit errorem: & si jam corrupta vetaverit nubtias, & egerit pœnitentiam, perfectam mereatur communionem. Si vero moriatur mulier in talibus nubtiis posita, aut vir talis corruptor, difficilis * eorum qui remanet, * pœnitentiæ remittatur.

suæ

ejus. pœniten- a.

De his qui multum nubserint.

III. [c] De his qui pluribus nubtiis inciderunt, tempus quidem * agnitus qui institutum est; conversatio autem & fides eorum * perincidet tempus.

agnitum uod desit abbre- iabit

De his qui constituunt fornicari., & vetantur.

IV. Si [d] disponens aliquis & desiderans mulierem alienam, dormire cum ea & constituerit, & non veniat ad dispositum suum, apparet quia gratia Dei liberatus est.

De catechumenis peccantibus.

V. Catechuminus si in Dominico [e] * catechuminum stat in ordinem, iste autem si pareat peccans, genua flectat. [f] Si autem genua flectens & audiens jam non peccaverit, consequatur gratiam: si autem audiens adhuc peccat, expellatur.

l. catechu- menorum stat in ordine

De pregnantibus mulieribus.

VI. Mulierem gravidam oportet baptizare quandoque voluerit; nihil enim hoc communicat qui nascitur, quoniam singuli propriam voluntatem ad confessionem ostendunt.

In nubtiis bigami presbyteros non orare.

VIII. Presbyterum ad nubtias bigami non comedere; quia pœnitentiam petens bigamus, [g] quis ausus est presbyter, ut propter convivium componat nubtias.

De his qui mulieribus adulteris sociantur.

VIII. Mulier cujusque adulterata laico constituto, [h] si doceatur, talis ad ministerium venire non potest, Si autem postquam ordinatus fuerit adulteretur, dimittere eam debet; si autem convivere cum ea voluerit, non potest attingere quod ei creditum est ministerium.

De his qui ante ordinem peccant.

IX. Presbyter si ante peccavit corpore, probetur & confiteatur, quia peccavit antequam ordinaretur, non offerat, permanens in reliquis; [i] pro reliqua festinantur migrare; quia

C

reliqua peccata dixerunt multi per manus * impositionis posse dimitti. Si autem ipse non confiteatur, & argui palam non potuerit, insuper hoc facere potest.

l. imposi- tionem

De diaconis similiter.

X. [k] Si in hoc ipso peccato diaconus inciderit, ministerii locum non habeat.

[l] *Qua ætate debeant ad ordines promoveri.*

XI. Presbyter ante triginta annos non ordinetur: etsi forsitan sit homo dignus, [m] tamen hoc in eo observari debere, quia Dominus in

D

trincesimo anno baptizatus docere cœpit.

De his qui in ægritudine baptizantur.

XII. Si quis ægrotus baptizatus fuerit; in ordinem presbyteri venire non potest, quia non ex voluntate fides [n] ei accessit: sed ex necessitate. [o] Si forte enim postmodum ferventiam fidei, aut hospitalitatem hominum erogata probetur.

a Idem codex hanc notationem tabulæ canonum præfigit his verbis: *Et isti sunt canones secundi quidem Ancyrensium, & eorum qui in Neocæsaria sunt expositi: de Nicænas autem primi sunt, sed in* (l. *post*) *Ancyrenses constituti sunt tituli XIV.*

b Idem cod. *aut adulatrum* (l. *adulterium*) *fecerit*, *perpelli eum* &c.

c Just. MS. *Hi qui plurioribus nubtiis*. Correctionem suppeditavit cod. Vat. Reg.

d Vat. Reg. *disposuerit*.

e Vocem *catechuminum* ex nostro codice supplevimus.

f Just. *genua flectat, & hoc cum audierit, desinat peccare, consequatur* &c. Melior visa est lectio nostri codicis, in quo solum desunt *genua flectat*.

g Noster cod. *qui etiam Presbyter, qui propter* &c. forte *quis erit Presbyter, qui* &c.

h Idem cod. *si arguatur*.

i Vat. Reg. *pro alia quæ festinantur*: locus utrobique corruptus. Reddit Hervetus ex Græco: *propter aliud ejus bonæ vitæ studium*.

k Idem MS. *Similiter Diaconus, si in hoc ipso peccato inciderit*.

l Cod. Vat. R. *Quando oporteat ordinari*.

m Idem MS. *sed observetur in eo hoc, quia* &c.

n Ita noster codex melius, quam apud Just. *ejus*.

o Locus depravatus. Dionysius reddidit: *nisi forte propter sequens studium ejus atque fidem, atque hominum raritatem talis possit admitti*.

A

De presbyteris [a] *Diocensium.*

XIII. De aliquibus locis presbyteri in Dominico civitatis offerre non possunt, præsente Episcopo, aut presbyteris civitatis; neque panem dare in oratione, neque calicem. Si autem absentes sint, & in oratione vocatus fuerit [b] qui de eo loco est Corepiscopus, solus dat: quia Corepiscopi sunt quidem forma de septuaginta, & sicut comministrantes propter curam pauperum offereut, honorantes eos.

De numero diaconorum.

XIV. Diaconi septem debent esse secundum B canonem. Et si * fortiter magna sit civitas: sed ut credas inquire a volumine Actuum Apostolorum.

* l. forte

Et subscripserunt qui convenerant in Synodo Neocæsariæ.

Vitalis.
[c] Lupus.
Leontius.
Basileus.
Gregorius.
Longinus.
Heraclius.
[d] Amphition.
[e] Sebius.
Erytrius.
[f] Xantulus.
Valentinus.
Narcissus.
Dicasius.
Alphion.
Germanus.
Gerontius.
Stephanus.
[g] Salaminus.
Leontius.

Expliciunt Constituta Canonum Neocæsariæ.

[h] *INCIPIUNT CONSTITUTA Canonum Sanctorum Patrum qui apud Niceam sunt congregati.*

Incipiunt Capitula Nicæni Concilii.

I. *De his qui se abscidunt vel eunicizant.*
II. *De Neophitis.*
III. *De commanentibus.*
IV. *De ordinandis Episcopis.*
V. *De his qui excommunicantur per singulas provincias.*
VI. *De primatu Ecclesiæ Romanæ.*
VII. *De honore Hierosolymitani Episcopi.*
VIII. *De his qui nominantur * Cataroæ.* * l. Cathar
IX. *De his qui inexaminati ordinantur.*
X. *De his qui in persecutione negaverunt fidem.*
XI. *De his qui prævaricati sunt præter necessitatem.*
XII. *De reconciliatione danda.*
XIII. *De catechumenis lapsis.*
XIV. *De clericis ne de civitate ad aliam transeant.*
XV. *Ut nullus alienum suscipiat clericum & promoveat.*
XVI. *Ut nullus alienum clericum ordinet.*
XVII. *Ut nullus clericus fœneret.*
C XVIII. *De * diaconi ne supra presbyteros possint.* * l. diaconi
XIX. *De Paulianistis baptizandis.*
XX. *De diaconissis.*
XXI. *De flectendo genu.*

Explicit Capitula Nicæni Concilii.

Incipit Præfatio Nicæni Concilii.

[i] Concilium sacrum venerandi culmina juris
Condidit, & nobis congrua frena dedit,
Ut bene fundatus justo moderamine possit
Intemerata gerens clericus ordo regi:
D Pontifices summi veterum præcepta sequentes,
Planius hæc monitis exposuere suis:
Hinc fidei nostræ se pandit semita, & omnes
Errorum damnant dogmata sancta vias.
Quis-

a Vat. Reg. *locorum.*
b Idem MS. *qui de locis, etiam solus dat.*
c Just. *Paulus.* Correximus cum nostro MS. Vat. Reg. quocum conveniunt codd. collectionis præcedentis: nulli autem *Paulum* præferunt.
d Noster cod. *Anphidon*: apud Isid. *Amphion.*
e In collectione præcedenti cap. 4. ex Isidoro *Redux*, tres autem codd. *Sedus.*
f In eadem collect. *Sanctus.*
g Ita cod. Vat. Reg. & in aliis MSS. præcedentis collectionis. Apud Just. *Phalminon.*
h Nicæni canones priscæ versionis inserti leguntur in pervetusta collectione Vat. 1342. & Barb. 2888. cumque Sirmondus canonem sextum hujus versionis recitarit ex laudato MS Vaticano, opinio invaluit hunc codicem esse omnino similem illi, quem Justellus habuit: cum tamen ea collectio non totam priscam editionem contineat, uti codex Justellianus, sed solos Nicænos, Antiochenos, Chalcedonenses & Constantinopolitanos canones ex eadem interpretatione receperit. Ordo codicis Vat. 1342. quem diligenter recognovimus, in præmissis aliquantulum variat. Titulus sic effertur: *Incipit fides, quam exposuerunt Patres CCCXVIII. apud Nicæam congregati, primum quidem adversus Arium blasphemum, dicentem esse creaturam Filium Dei, & adversus omnem hæresem Sabellii, Photini, Pauli Samosateni, Manichæi, Valentini, Marcionis, & adversus omnem omnino hæresem, si qua insurrexerit contra catholicam & apostolicam Ecclesiam. Quas omnes condemnarunt Nicæam congregati Episcopi CCCXVIII. quorum nomina & provinciæ infrascripta sunt. Sed plerique studiosi Dei servi magis curam gesserunt Orientalium Episcoporum nomina describere, propter hoc quod Occidens non similiter inquisitionem de hæresibus habuerit.* Dein sequitur: *Incipit præfatio ejusdem. Concilium sacrum* &c. Tum vero: *Incipit statuta. Credimus in unum Deum* &c. Post Symbolum: *Incipiunt canones, vel statuta supradicti Concilii. Cum convenisset sanctum & magnum Concilium* &c. Postea *Incipiunt Capitula Nicæni Concilii*. Exhibentur autem tituli canonum; ac tandem canones cum suo cujusque titulo.
Hos versus in pluribus MSS. collectionibus invenimus.

Quisque Dei famulus fuerit, Christique sacerdos,
Hoc sale conditus dulcia mella fluet.

Explicit Præfatio.

Incipit fides Nicæni Concilii.

Cum convenisset sanctum & magnum Concilium apud Niciam [a] metropolim Bythiniæ, statuta sunt quæ infra scripta sunt. Et placuit, ut hæc omnia mitterentur ad Episcopum urbis Romæ Silvestrum. Facta est autem Synodus [b] consulatu Constantini Aug. & Licinii XIII. Kalen. Jul. qui est aput Græcos XVIII. dies mensis eorum secundus, anno ab Alexandro DCXXXVI.

Ab universis Episcopis dictum est.
Confessio fidei.

Credimus in unum Deum Patrem omnipotentem, omnium visibilium & invisibilium factorem, & in unum Dominum Jesum Christum [c] natum ex Patre unigenitum, hoc est ex substantia Patris, Deum verum de Deo vero, natum, non factum, homousion, hoc est ejusdem * cum Patris substantia, per quem omnia facta sunt, quæ in cælo & quæ in terra, qui propter nos homines & propter nostram salutem descendit, [d] & incarnatus est, & homo factus, passus est, & resurrexit tertia die, ascendit in cælum, unde venturus est judicare vivos & mortuos, & in Spiritum sanctum. Eos autem qui dicunt: [e] erat tempus quando non erat, & prius quam nasceretur non erat, & quia ex nullis subsistentibus factus est, aut ex alia substantia, vel essentia dicunt esse τρέπτον, hoc est convertibilem, aut mutabilem Filium Dei, hos anathematizat catholica & apostolica Ecclesia.

* l. cum Patre substantia

[f] *De his qui se ipsos abscidunt, vel eununcizant, in totum ad clerum admitti non debere.*

I. Si quis per languorem a medicis sectus est, aut barbaris abscissus, iste remaneat in clero: si quis autem sanus se abscidit, etsi in clero [g] positum abici oportet, & cæterum nullum ex his debere promoveri. Sicut autem hoc manifestum est de his qui se audent abscidere; ita eos qui a barbaris, aut a dominis castrati sunt, [h] invenientur etiam alias tales digni, ad clerum adplicat canon.

De Neophitis, qui post baptisma ad clerum adplicantur.

II. [i] Plurima sive necessitate, aut aliter festinantibus hominibus facta sunt extra canonem ecclesiasticum, ut homines ex gentili vita nuper accedentes ad fidem, & pauco tempore catechizati, statim spiritale lavacrum accipiant, & cum baptizati fuerint, promoveantur ad Episcopatum aut presbyterium, bene haberi placuit: de cætero nihil tale fieri. Nam & tempore opus est qui catechizatur, & post baptisma adprobatio amplius manifesta. Etenim est Apostolica scriptura quæ dicit *non Neophytum*, ne forte stupore ductus in judicium incidat & laqueum diaboli. Si autem procedente tempore animæ * aliquid peccatum inveniatur circa aliquam personam, & convincatur a duobus vel tribus testibus, cesset iste a clero. Si quis autem præter hæc facit, quasi adversus sanctum & magnum Concilium superviens, ipse se periclitans privabitur a clero.

1. *Tim.* 3.

* *l.* aliquod

[k] *De commanentibus.*

III. De mulieribus quæ cum Episcopis vel presbyteris, vel diaconibus commorantur, sive viduæ vel virgines, interdixit omnimodo sanctum & magnum Concilium, neque Episcopo, neque presbytero, neque diacono, neque ex his qui in clero sunt, licere secum commanere, præter forte sororem, aut * Tiam, aut solas personas, quæ refugiunt omnem suspicionem.

* In Græco ἡ θεῖαν, *Italice* Zia.

De ordinandis Episcopis.

IV. Placuit autem, ut ab omnibus Episcopis qui sunt in provincia, ordinari Episcopum. Si autem difficile [l] erit hoc propter urgentem necessitatem, aut longitudinem itineris; omnimodo tres in unum convenientes oportet * constitui Episcopum, consentientes [m] & hi qui absentes fuerint, per scribta sua, tamquam si præsentes: confirmationem autem eorum, quæ fiunt, habentes [n] uniuscujusque provinciæ Metropolitani.

* *l.* constituere

a Cod. Vat. 1342. delet *metropolim*.

b Confer quæ in hunc erroneum consulatum animadvertimus not. 44. in cap. 1. præcedentis collectionis post Episcoporum catalogum. Post pauca *XVIII. dies* verius *XIX.* Vide not. 2. in idem caput 1. ex qua etiam intelliges errorem inesse in vocem *secundus*, pro qua scribendum erat *Desii*, qui non secundus, sed septimus erat Syromacedonum mensis.

c Cod. Vat. laudatus *Filium Dei, qui natus est ex Patre unigenitus, hoc est de substantia Patris, Deum ex Deo, lumen ex lumine, Deum verum ex Deo vero* &c.

d Idem cod. *& carnem assumsit, & homo factus est*. Post pauca *in calos*.

e In eodem MS. Vat. *erat aliquando, quando* &c.

f Laudatus codex. *De eunuchis, qui se ipsos absciderunt*. Incipit autem canon sic: *Si quis se ipsum absciderit, vel eunuchizaverit, omnino ad clerum admitti non debet. Quod si per languorem* &c.

g Idem MS. *positus fuerit*. Mox Just. *& ceteri:* ex eodem MS. emendavimus. *Ceterum* pro *de cetero* scriptum est. Dion. *& deinceps*.

h MS. Vat. *inveniuntur* (l. *si inveniantur*) *etiam aliqui tales digni*.

i Idem cod. *Si quis neophitus post baptisma ad clerum applicatur, plurima sine* &c.

k Vat. cod. *De subintroductis mulieribus*. Incipit autem canon: *Quicumque Episcopus, aut Presbyter, aut Diaconus cum mulieribus commoratur, sive vidua* &c.

l Idem cod. *fuerit hoc aut propter*.

m Quatuor voces *& hi qui absentes* supplevimus ex eodem codice.

n Just. addit *auctoritatem*. Melius delet noster codex.

A

a De his qui excommunicantur per singulas provincias.

* l. fint V. Sive de clero * fit, five de laico agmine, ab Epifcopis per fingulas provincias obtineat fententia fecundum canonem: eos vero qui ab aliis abiciuntur, ab aliis [b] non fufcipiendos aut admittendos. Requirantur autem, ne pufillanimitate, aut pertinacia, aut aliquo alio Epifcopi odio excommunicati fint. Ut autem hoc decentem adquifitionem accipiat, bene haberi placuit, [c] & fingulis annis per fingulas provincias bis in anno Concilia fieri, ut omnes fimul Epifcopi in unum congregati tales quæftiones inquirant: & fi qui incunctanter offenderint Epifcopum fuum, & rationabiliter excommunicati apud omnes effe probatum, & omnium Concilio innotefcat, quandiu Epifcopo placeat humaniorem pro his ferre fententiam. Concilia autem fiant, unum quidem ante Quadragefimam, ut omnium animofitate amputata, munus mundum offeratur Deo: fecundum vero fiat circa autumnum tempus.

De primatu Ecclefiæ Romanæ, vel aliarum civitatis Epifcopis.

VI. [d] Antiqui moris eft, ut urbis Romæ Epifcopus habeat principatum, ut fuburbicaria loca, & omnem provinciam [e] fuam follicitudine gubernet. Quæ vero apud Ægyptum funt, Alexandriæ Epifcopus omnium habeat follicitudinem: Similiter autem & circa Antiochiam, & in cæteris provinciis privilegia propria ferventur metropolitanis Ecclefiis. Omnimodo autem manifeftum eft illud, ut fi quis fine arbitrio ejus qui eft in metropolim, conftituerit Epifcopum, hunc cenfuit fanctum & magnum Concilium non [f] effe Epifcopum. Si vero communi omnium * rationabili, & fecundum
* fupple electioni canonem ecclefiafticum, duo aut tres propter
* Dion. melius proprias; * propinquas inimicitias contradixerint; obtineat fententia plurimorum, [g] quia confuetudo obtinuit, & traditio antiqua apud Hierofolyma.

De honore Hierofolymitani Epifcopi.

VII. Quoniam confuetudo obtinuit, & traditio antiqua, ut qui in Helia eft Epifcopus, ideft Hierofolymis, honoretur, & habeat [h] fecundum ordinem fuum honorem, Metropolitani manente dignitate.

De his qui nominantur [i] Catharoes.

VIII. De his qui * fepios Catharos, ideft mundos vocant. * l. feipf
Si quis ex his ad Ecclefiam catholicam veniat, placuit fancto & magno Concilio huic, ut per manus impofitionem Sa-

B

cerdotum maneat in clero. Ante omnia autem [k] hoc manifeftum fit, profiteri fe quod confentiat, & fequatur catholicæ & apoftolicæ Ecclefiæ dogmata, hoc eft & cum bigamis communicare, & cum his qui in perfecutione lapfi funt, circa quos & tempus conftitutum eft, & dies definitus, ut fequantur in omnibus quæ placuerint catholicæ Ecclefiæ. Ubicumque [l] vero fuerint five in caftellis, five in vicis, five in civitatibus, veniam mereantur; ordinati vero in clero fint, & in eodem ftatu permaneant. [m] Quod cum autem * catholicæ Ec- * fup. ad
clefiæ Epifcopos aut presbyteros acceflerint; manifeftum quia Epifcopus quidem Ecclefiæ habebit dignitatem epifcopatus: qui autem no-

C

minatur apud eos qui fe mundos dicunt, in Ecclefia catholica presbyterii honorem habebit, nifi forte placuerit Epifcopo honoris fui eum frui: fi vero non ei placuerit, providendum eft locum, ubi aut corepifcopatus, aut presbyterii fit, ut in clero omnino effe videatur, ut non videantur in [n] una civitate duo Epifcopi effe.

[o] De ordinandis Epifcopis & presbyteris.

IX. Si qui examinati promoti funt Epifcopi vel presbyteri, & poftea interrogati confeffi funt delicta fua, vel ab aliis convicti, & præterea confitentibus citra ordinem & difciplinam moti homines manus eis temere impofuerunt; tales enim canon non fufcipit: quod autem inrepre-

a Titulus in MS. Vat. eft; *De excommunicatis*. Incipit autem canon fic: *Hi qui excommunicantur per fingulas provincias five de clero five de laico* &c.

b Idem cod. *non fufcipiantur. Requirantur autem* &c.

c In eodem MS. *ut fingulis . . . fierent*: lege *fiant*.

d Hunc canonem ex duplici verfione recitat Cardinalis Deus-dedit lib. 1. num. 1. fuæ collectionis, quæ continetur in MS. Vat. 3833. primum ex verfione prifca, dein ex illa Dionyfii Exigui. Prifcam ergo verfionem in Romanæ Ecclefiæ bibliothecis invenit. Sic autem ille priora verba legit: *Antiqua confuetudo obtinuit, ut Urbis Romæ Epifcopus* &c. Sirmondus *in Cenfura Anonymi de regionibus & Ecclefiis fuburbicariis* hunc canonem ex noftro Vaticano MS. defcribens, habet ut in textu; & folum *primatum* pro *principatum* repofuit: fed nos *principatum*, uti & Deus dedit, legimus tum in Vat. 1342. tum in Barb. 2888. ejufdem collectionis.

e Juft. *fua*. Prætulimus *fuam* auctoritate noftrorum codicum Vat. & Barb. nec non alterius, quo Deus-dedit ufus eft. Dein pro *ferventur* cod. Barb. 2888. *referventur*.

f Juft. inferit *eum*: delevimus cum noftro MS. Vat.

g Sequentia licet cum hoc canone jungantur non folum in MS. Juft. verum etiam in noftris Vat. & Barb. non pertinent ad iftum canonem, fed ad initium fequentis, ubi fane iterum repetuntur. Hinc in MS. Barb. voci *quia* fignum apponitur, quo hæc verba delenda fignificantur.

h Juft. *fecundum fuum ordinem honorem*. Melius nofter codex Vat.

i Ita nofter cod. ex Græco καθαρούς. Juft. *Catharæ*.

k Juft. *hoc obfervandum fit, ut profiteantur fe, quod fentiant, & fequantur catholica & apoftolica dogmata*. Noftri MS. Vat. lectionem prætulimus.

l Particulam *vero* ex noftro cod. inferuimus.

m Juft. *Quodquod autem Catholicæ Epifcopi aut Prefbyteri acceflerint*. Cohærentior Nicænorum Patrum fententiæ vifa eft lectio noftri codicis. Sic enim clarius Ifid. interpretatio: *Si vero Epifcopus vel Prefbyter Ecclefiæ catholicæ fuerit, ad quem aliqui ex his accedunt*.

n Cod. Vat. omittit *una*.

o Idem cod. *De ordinatione Presbyterorum*. Et dein habet *promoti funt Prefbyteri vel Epifcopi*. Græcus textus, ficut & aliæ verfiones, de Epifcopis hoc loco filent: unde voces *vel Epifcopi* additititiæ nofcuntur. Mox idem cod. delet *poftea*.

reprehensibile est defendit catholica & apostolica Ecclesia. A

De his qui negaverunt in persecutione.

X. Quicunque ordinati sunt per ignorantiam de his qui lapsi sunt, aut dissimulantibus eis, qui eos ordinaverunt, hoc non præjudicat canoni ecclesiastico; cogniti enim [a] dejiciuntur.

De his qui prævaricati sunt præter necessitatem. [b]

XI. Hi qui prævaricati sunt præter ablationem facultatum, aut pericula, aut tale aliquid B quod factum est sub tyrannide Licinii, placuit sancto Concilio huic, licet indigni sint misericordia Dei, verumtamen placuit misereri eis. Quotquot igitur dignam pœnitentiam egerint, triennio inter audientes sint, & septem anni prostrati jacebunt, biennio autem sine Eucharistia communicabunt plebis orationibus. [c] Qui autem vocati sunt ad gratiam, & confessi, primos impetus suos ostendunt proicientes baltea, postea vero reversi sunt ad vomitum suum, quidam enim [d] & pecunias dederunt, & multa munera, ut rursus militiam reparent; hi decem annis prostrati jacebunt post triennii auditionis tempus. In omnibus autem his oportet discutere eorum voluntatem & pœnitentiam C quotquot enim timore & lacrimis, & perseverantia, & bonis operibus * conversationis opere, non simulatione demonstrantes, isti adimplentes tempus constitutum auditionis, sine dubio communicabunt [e] orationi: postea vero licebit Episcopo humanitatis auxilium eis impertiri. [f] Qui autem indiscrete tulerunt, vel neglegenter, & * ingressu Ecclesiæ sibi sufficere arbitrati sunt ad * conversationem, omne compleant tempus.

(margin: *conver-em; *ingressum; *conver-em)

De reconciliatione danda morientibus.

XII. Vetus & [g] canonica lex custodietur in eis, & nunc si qui mori speratur, novissimo ju- D bamine viatico non privetur. Si vero disperatus Eucharistia promerita, si oblatione percepta iterum ad superstes redeat, sit inter eos qui orationibus tantum communicant. Omnino autem cuilibet morituro petenti sibi dari gratiam, Episcopus cum probatione [h] oblationem tradat.

De catechumenis lapsis. [i]

XIII. De catechumenis lapsis, placuit sancto & magno Concilio, ut triennio audiant scripturas tantum: postea vero communicent ora- E tione cum catechumenis.

De clericis, ne de civitate ad aliam transeant.

XIV. Propter frequentem tumultum, & seditiones, quæ factæ sunt, placuit omnimodis auferri consuetudo, quæ est contra canonem, ut si inventi fuerint in quibusdam partibus de civitate ad civitatem migrare, nec Episcopo, nec presbytero, nec diacono liceat. Si quis autem post sancti & magni Concilii definitionem, tale aliquid temptaverit, aut sese dederit negotio, infirmabitur omnimodo hujusmodi machinatio, & restituetur Ecclesiæ, cujus Episcopus, aut presbyter, aut diaconus fuerit ordinatus.

De non suscipiendis alterius Ecclesiæ clericis.

XV. Si qui facile se periculo ingerentes, neque timorem Dei ante oculos habentes, neque ecclesiasticum canonem scientes discedunt [k] ab Ecclesia sua presbyteri, aut diaconi, aut quicunque in canone sunt constituti; isti nullo modo suscipi debent in alia Ecclesia: sed omnem eis necessitatem imponi debere reverti ad suas Ecclesias: si vero permanserint in obstinatione sua, excommunicatos esse oportere.

De non ordinando quemquam, qui ad alium pertinet.

XVI. Si quis autem ausu fuerit per subreptionem, aut contumaciam hoc agere, ut qui ad alium pertinet, sibi vindicando eum constituerit Episcopum vel presbyterum, inrita fiat ejus ordinatio.

Ut nullus clericus fœneret.

XVII. Quoniam plures in canone constituti avaritiam & lucra turpia sectantes, obliti sunt sanctæ scripturæ dicentis, *qui pecuniam suam non dedit ad usuram*, & fœnerantes centesimas exigunt; juste statuit sanctum & magnum Concilium, ut si quis inventus fuerit post hanc definitionem usuras accipiens ex hoc contractu, aut quovis modo tale negotium gerens, aut dimidiam exigens, aut aliud quid excogitans turpis lucri gratia, abiciatur a clero, & alienus a communione, & a canone ecclesiastico fiat. *Psal. 14.*

De diaconis, ne supra presbyteros sint.

XVIII. Pervenit ad sanctum & magnum Concilium, quod in quibusdam locis & civitatibus,

---

a In nostro cod. *deponantur*, & *abjiciantur*.

b Just. MS. addit in titulo, *aut præter ablationem facultatum, aut pericula, aut tale aliquid, quod factum est sub tyrannide Diocletiani*. Incipit autem canonem: *Placuit sancto Concilio huic, licet & indigni sint misericordia Dei, & tamen* &c. Textum ad canonem pertinentem ex nostro codice restituimus, & aliquot menda ex eodem correximus. Dein *quotquot* bis emendavimus ejusdem codicis auctoritate, cum apud Just. legatur *quodquod*.

c Ita ex eodem cod. Vat. Apud Just. perperam *quia*.

d Just. *et pecunias*. Emendavimus cum nostro codice.

e Cod. Vat. *orationibus*.

f Sic idem codex. Apud Just. *quia*, male.

g Just. MS. *catholica*. Nostrum codicem prætulimus.

h Just. addit *et*: abundat hæc vox, & cum nostro MS. expunximus.

i Cod. Vat. addit, *& ut nullus ad aliam migret civitatem*: jungit enim hunc canonem cum sequenti.

k Just. *ab Ecclesias suas*, & in margine l. *ab Ecclesiis suis*. Nostrum codicem sequuti sumus, qui post nonnulla pro *debere* habet *oportet*.

bus, Episcopis & presbyteris Eucharistiam diaconi porrigant, quod neque canon, neque consuetudo tradidit, ut qui potestatem non habent offerendi * hii offerentibus corpus Christi [a] porrigant: illud etiam cognitum est a nobis, quod quidam diaconi per usurpationem & temeritatem corpus Christi priores contingant. Omnia igitur hæc amputentur, & maneant diaconi in priori ordinatione, scientes quoniam quidem Episcoporum ministri sunt, presbyterorum autem inferiores sunt: accipiant autem secundum ordinem post presbyteros, dante eis aut Episcopo aut presbytero; [b] etiam nec sedere eis permittitur in medio presbyterorum: extra canonem est enim, & extra ordinem quod fit. Si quis vero noluerit obedire post hæc statuta, privabitur [c] de ordine diaconi.

[* leg. ii]

De Paulianistis. [d]

XIX. De Paulianistis qui refugiunt ad catholicam & apostolicam Ecclesiam, decretum est hos omnino rebaptizari. Si quis autem eorum præterito tempore in clero fuerunt constituti, siquidem inlibati & inreprehensibiles fuerint inventi, per manus impositionem Episcopi Ecclesiæ catholicæ ordinandi erunt in ordine clericorum: si vero discussio eos minus idoneos invenerit, [e] deponi eos convenit, & sint in ordine laicorum: similiter autem, & de eorum [f] diaconissis, & de omnibus his qui in eodem canone versantur, eadem forma servabitur.

De diaconissis.

XX. Meminimus autem de diaconissis, [g] quæ in scismate sunt constitutæ, quoniam neque per manus impositionem sunt ordinatæ, omnino inter laicas oportet eas dinumerari.

De flectendo genu.

XXI. Quoniam quidam sunt, qui die dominico flectunt genu, & in Pentecostes diebus: placuit [h] sancto & magno Synodo cunctos in omnibus locis constanter & consentienter, stantes Dominum orare debere. [i]

[k] Et subscripserunt.

Osius Episcopus civitatis Cortubensis provinciæ Spaniæ dixit: Ita credo, sicut superius scriptum est.

Victor & Vincentius presbyteri urbis Romæ

ALE-

a MS. Vat. *dividant*.
b Idem MS. *& nec*. Post pauca ex eodem supplevimus & ante *extra ordinem*.
c In eodem cod. *de loco diaconii*.
d Cod. Vat. jungit pariter hunc canonem cum sequenti; ac proinde in titulo addit: *& Diaconissis*. Mox *refugiunt* ex eodem MS. scripsimus, cum mendose apud Just. *refugium*.
e Just. MS. *rebaptizari eos*, male. Emendationem suppeditavit noster codex.
f Cod. Just. *diaconis*. Correximus cum eodem MS. Vat. qui delet *eorum*.
g Ita noster cod. Apud Just. *quod in scismate sint constitutæ*.
h Just. addit *de hoc*: delet noster codex.
i Just. addit: *dominicam diem, & diem Paschæ usque in Pentecostem*. Hæc nec leguntur in nostro codice, nec in Græco, nec in aliis versionibus. In MSS. Vat. & Barb. quatuor alii canones addititii leguntur, quos etiam posteriori manu Nicænis subjectos invenimus in extrema paginæ ora in MS. Veron. 55. Hi autem fere ex Africanis canonibus compacti, vel abbreviati; secundus vero est canon Neocæsariensis XI. ex Isidori versione. Sunt autem sequentes, quos ex cod. Veronensi alicubi emendatos & suppletos exhibemus.

Ne servus aut conditionalis clericus ordinetur.

Hoc placuit, ut si quis Subdiaconus, aut Diaconus, aut Presbyter, vel Episcopus fuerit ordinatus in his personis, si negligentia Episcopi, qui hoc fecit, libertas eorum non fuerit inquisita, personam tantum vindicet; peculium vero qui ordinatus est restituatur domino: prædictus tamen clericus tantum deponatur, etiamsi dominus intercesserit pro eo: illud tamen observandum sit, ut liber militet Ecclesiæ. Et lectum placuit.

Ut Presbyter ante triginta ætatis suæ annos (al. *trigesimum ætatis suæ annum*) *non ordinetur.*

Quamvis sit provabilis vita, sed observet (al. *observabit*) *usque ad præfinitum tempus: Dominus enim tricesimo anno baptizatus est, & tunc prædicavit. Et lectum placuit.*

Ut Presbyteri, Diacones, seu Subdiacones aut quodlibet clerici non peragant (MS. Vat. addit *ubique*) *inconsulto Episcopo suo.*

Placuit sancto & magno Concilio, ut Presbyter aut Diaconus, sibe Subdiaconus, vel quodlibet de clero nisi consulto Episcopo suo non pergat cujuscumque provinciæ. (Hæc prima canonis pars, quæ titulum repetit, legitur in solo MS. Vat.)
Ut Episcopus a propria Ecclesia non discedat nisi a Metropolitano formatam sumpserit. Neque Episcopum de transmare suscipi, nisi XX. Episcoporum cyrographa subscripta ostenderit. Si vero Romanus fuerit, sufficiat solius Metropolitani formata. Et lectum placuit.

De ordine clericorum & vita.

Lectores usque ad annos puvertatis legant, & nisi (Vat. & Barb. addunt *cum usuris*) *eruditi scripturis divinis, Clerici jam examinati ordinentur. Neque edendi vel bibendi caussa tavernas Clerici ingrediantur; nisi peregrinationis necessitate cautis* (l. *cauti*) *a populo inimicorum Ecclesiæ. Et lectum placuit.*
Dein hæc clausula subditur. *Explicit decreta Nicani Concilii.*
k Sequentem Episcoporum catalogum non solum contulimus cum MS. Vat. 1342. qui ex prisca versione Nicænos canones exhibet, verum etiam cum Veron. 58. interpretationis Isidorianæ, eo quod Episcoporum ordo in utrisque idem sit. Adhibuimus etiam MS. codicem Vallicellanum signatum A. 5. collectionis Hadrianeæ, qui in hoc catalogo, licet exhibeat versionem tum a prisca, tum ab Isidoriana diversam, ordinem tamen fere similem præfert. Confer quæ in hanc rem diximus adnot. 21. in cap. 1. collectionis præcedentis. Cod. Vat. 1342. habet: *& subscripserunt antea universi Episcopi*: forte melius: indicatur enim, subscriptiones *antea*, idest, symbolo antea descripto, fuisse subjectas.

[a] ALEXANDRIÆ.

Alexander Alxandriæ magnæ.
Alphocration [b] Alphocratiensis.
[c] Adamantius Cinensis.
Arbitio de Pharbeto.
Philippus [d] Panepynensis.
Potamion Eracliensis. [e]
Secundus Ptolomaidæ.
Dorotheus Pelusianus.
Gajus [f] de Thmueos.
Antiochus Memphensis.
Tiberius [g] Tauthitanus.

THEBAIDIS.

Atthas Schediensis.
Tyrannus Antinoensis.
Volusianus de Lyco.

LIBYÆ SUPERIORIS.

[h] Daches Berenicensis.
Zosirus [i] Barcensis.
Serapion [k] Antypirgensis
Secundus [l] Tauchitanus.

LIBYENSIS.

Titus de Paratonio.

PALÆSTINÆ.

Macharius Hierosolym.
Germanus Neapolitan.
Marinus Sebastenus.
Gajanus Sebastensis.
Eusebius Cæsariensis.
Sabinus Gadarensis.
Longinus Ascalonitanus.
Petrus Nicopolitanus.
A Macrinius Jamniensis.
Maximus Eleutheropolitanus.
Paulus Maximianopolit.
Januarius Hiericunctius.
Hæliodorus [m] Diabolinites.
Ætius Lyddensis.
Silvanus Azoti.
Patrofilus [n] Scythopolitanus.
Asclepius Gazensis.
Petrus Ailensis.
Antiocus Capitoliensis.

PHÆNICES.

Zenon Tyrius.
B Æneas [o] a Ptolemaide.
Magnus a Damasco.
Theodorus Sidonius.
Hellanicus Tripolitanus.
Marinus Palmyrensis.
[p] Thadonius Alasiæ.
Filocalus a Paneade.
Gregorius [q] Berastensis.
Anatholius Emisenus.

SYRIÆ COELE.

Eustatius Antiochenus.
Zenobius Seleuciæ.
Theodorus Laodicensis.
C [r] Alypius Appamenus.
Asienus [s] Rephaneotanus.
Phyloxenus Hierapolitanus.
[t] Salamenes Germaniciæ.
Piperius Samosatenus.
Archelaus [u] Dolænus.
[x] Euphration Balaneorum.
Pallidius Corepiscopus.
Zoilus Gabalitanus.
Bassus Zeumatenus.
Gerontius [y] Larissenus.
Manicius Epiphaniæ.

Eusta-

a Vocem *Alexandriæ* ex MS. Vat. adjecimus.

b Sic idem cod. Justellus *Alphocrantiam*: Episcopi autem nomen in aliis collectionibus, sicut & apud Socratem, *Arpocration*. At cod. Vallic. *Alfocration Alfogranon*.

c Justel. perperam *Amantius*. Correximus ex nostro MS. cum quo aliæ collectiones concinunt.

d Cod. Vat. *Phanepiensis*. Vallic. *Panephyseos*, melius.

e Cod. Vat. per falcum præterit quinque sequentia nomina.

f Justelli lectionem erroneam *Decummeos* emendavimus ex veriori nomine, ad quod exigua variante accedit cod. Veron. Isid. *de Temueos*.

g Sic ex Veron. Isid. pro quo Justellus *Tantitanus*. Vallicel. *Thathites*. Huic Episcopo apud eumdem Justellum subjiciuntur alii duo: *Plusianus Lynensis*, *Agathos Schedrensis*. Hi abundant. Cum enim in omnibus aliis collectionibus quatuordecim tantum Episcopi Ægypto & Thebaidi adscribantur; hi duo, qui sexdecim conficerent, ex variantibus *Volusiani de Lyco*, & *Atacis Schediensis*, qui in aliis quidem codd. scribuntur *Plusianus*, & *Agathos*, in textum perperam irrepsere.

h Justellus *Dattres Bercensis*. Vat. *Dathis Veniensis*. Ex Veron. MS. Isid. emendavimus. Huc accedit Vallic. *Daches Beronices*.

i Vat. *Baracensis*. Justellus, *Barteusis*. Melius in Veron. Isid. *Barcensis*, pro quo versio coll. Quesnellianæ *Barcis*: Vallic. *Barces*.

k Justel. *Antypirensis*. Vat. *Antipergensis*. Correximus ex versione MS. Veron. Isid. quam collectio Quesnelliana, & codex Vallic. approbant.

l Justel. *Tauritanensis*. Melius in Veron. Isid. *Tauchitanus*, cum quo concinit Vat. *Taucitanensis*. Indicatur *Tauchira* urbs Libyæ.

m Veron. Isid. melius *Zabulonites*: Vallic. *Zabulon*.

n Sic ex iisdem MSS. Veron. & Vallicellano. Justel. *Squitopolitanus*.

o Justellus *Ptolomeus*, male. Correximus ex duobus nostris codicibus Vat. & Veron.

p Al. *Thadoneus*, vel *Theodorus*. Dein Justellus *Talasia*. Ex omnibus MSS. nostris emendavimus, nisi quod Vallic. habet *Alassu*.

q Sic etiam Vat. 1342. Legendum *Berytensis*, ut liquet ex aliis versionibus, atque codicibus.

r Melius in Veron. Isid. concinente Vallicellano: *Alfius Apamea*.

s Vat. & Veron. Isid. *Rephaneuta*. Lege *Raphaneuta*. In cod. Vallic. *Bassianus Refaneos*.

t Sic ex Vat. Justellus, *Salamensis Germanensis*. Veron. Isid. *Salamanis Germanicianus*.

u Melius in MS. Isid. Veron. *Dolocenus*, ubi legendum *Dolichenus*: nam Archelaus fuit Episcopus *Doliches* in Euphratesia. Codex quidem Vallic. habet *Dolices*.

x Justellus *Euphrantiam Balanensis*. Emendavimus ex Vat. In MS. Veron. Isid. *Eufration Balaneota*. Vallic. *Ealaneos*.

y Duo laudati codd. Vat. & Veron. *Carisensis*. Vat. Reginæ *Lurissa*, pro quo in Quesnelliana melius *Larissa*. Hinc emendavimus lectionem Justelli *Carisienus*.

Euſtatius Aretuſæ.
Paulus Neocæſarienſis.
Syricius a Cyro.
Seleucius Corepiſcopus.
[a] Petrus Geddonenſis.
Pegaſius Arbocadamæ.
Baſſunis Gabalenſis.

ARABIÆ.

Nicomas Boſtritanus.
Cyrion Phyladelfiæ.
Gennadius Ybutenſis.
Severus Sodomitanus.
Sopater Berthanenſis.
Severus [b] Adſodianenſis.

MESOPOTAMIÆ.

[c] Ethilaus Edeſſenus.
Jacobus Niſibienſis.
Antiocus Reymitanus.
[d] Macrias Macedoniopolitanus.

A PERSIDA.

[e] Neopolitanus a Perſida.
Joannes Perſa.

CILICIÆ.

Theodorus Tarſenſis.
Amphion Epiphanienſis.
Narciſus Nerodianus.
Moyſes Cartabalitanus.
Niceta [f] Flavidenſis.
Eudemon Corepiſcopus.
Paulinus Adanenſis.
Macedonius [g] Mopſueſtenſis.
[h] Tarcodimantus Ægeitanus.
Eſicius Alexandriæ Minoris.
Narciſſus Hieropolitanus.

CAPPADOCIÆ.

Leontius Cæſarienſis.
Eupſicius Thianeus.
Heritrius Chobonienſis.
Timotheus Eubiſtenſis.
[i] Helpidius Comanenſis.
Gorgonius Corepiſcopus.
[k] Andronius Corepiſcopus.
Theophanius Corepiſcopus.

ARMENIÆ MINORIS.

Eulalius Sebaſtenus.
Eventius Satalitenſis.

ARMENIÆ MAJORIS.

[l] Ariſtarces,
& Acrites Armeni.

DIOSPONTI.

Euticius Amaſiæ.
Helpidius Comanenſis.
Eracleus Zolonenſis.

PONTI POLEMONIACI.

Longinianus Novacæſarienſis.
Domnus Trapezeuntenſis.
Stratophilus [m] Pithionita.

PAFLAGONIÆ.

Philadelphus Pompejopolitan.
Petronius [n] Jenopolitanus.
[o] Eupſicius Amaſtrianenſis.

GALATIÆ.

Marcellus Anquirenſis.
Dicaſius Tabienſis.
Erectius Gadavitanus.
Gorgonius Cynonenſis.
Philadelphus Juliopolitanus.

ASIÆ.

Theonas [p] Cyzicenus.
[q] Nenofantus Epheſianus.

Orio

---

a Juſtellus tria ſequentia nomina repetit ſic: *Petrus Petrus*, *Pegaſius Pegaſius*, *Blaſſones Blaſſones*. Supplevimus ex noſtro MS. Vat. qui priſcam editionem in Nicænis canonibus exhibet. Petrus *Geddonenſis* in MS. Vallic. *Gindaron* dicitur: ex aliis MSS. *Gindari* Epiſcopus intelligitur. Dein qui in eodem cod. Vat. *Gebalenſis* eſt; melius in editione Conciliorum *Gabenus* vocatur.

b Cod. Vat. *Leodocianenſis*. Codd. Iſidoriani *a Dionyſiade*: Vallic. *Dionyſiados*, melius: Dionyſias enim eſt civitas Arabiæ.

c Sic ex eodem Vat. cui lectioni affines ſunt Veron. Iſid. *Ethilas* & Vallic. *Ethilaos*. Juſtellus *Eutaltus*.

d Ita ex eodem Vat. Juſtellus *Marcus Machedonia*. Vallic. *Mareas Macedonupolos*.

e Juſtellus *Nepolitanus*. Hoc nomen ſola verſio Priſca exhibet; in ceteris ſolus *Joannes Perſidis* legitur, & jure quidem; nam unicum a Perſide Nicænæ Synodo interfuiſſe tradit Euſebius lib. 3. de Vit. Conſtantini. Utrum vero *Neopolitanus* nomen ſit epiſcopatus Joannis, quod errore antiqui interpretis, vel amanuenſis in nomen Epiſcopi traductum fuerit, alii judicent.

f Juſtellus *Flabioenſis*. Lectionem MS. Vat. recepimus. Vallic. *Niceas Flaviados*.

g Vat. cod. *Meſtorum*, quod & aliæ collectiones præferunt, Iſidoriana excepta, quæ veriorem Juſtelli lectionem approbat.

h Sic laudatus Vat. Apud Juſtell. *Tarcbodamantius Egeſtanus*.

i Hujus nominis Epiſcopus inferius quoque deſcribitur ſub titulo *Dioſponti*. Eum vero qui ponitur inter Epiſcopos *Cappadociæ*, exemplaria collectionis Queſhellianæ, & Vat. Reginæ non *Helpidium*, ſed *Amoroſium* appellant, *Comanam* porro civitatem non tam in Dioſponto, quam in Cappadocia Notitiæ deſignant. Vallic. MS. habet: *Helpidios Cumanus*.

k Vat. *Endronicus*; melius Ver. Iſid. cum codd. collectionis Queſnellianæ *Eudromius*. Vallic. *Eufronius*.

l Juſtellus: *Ariſtarces*, *Threnius*, *Ariſtes Armeni*. Correximus ex noſtro Vat. & ex Veron. Iſidor. Confer not. 66. in catalogum Nicænorum Patrum cap. 1. collectionis præcedentis.

m Juſtellus. *Thytionita*. Correximus ex Vat. codice.

n Idem Vat. 1382. cum Vat. Reg, *Genopolitanus*. Melius in Veron. Iſid. *Jonopolitanus*, ex Junopoli, quam in Paphlagonia Notitiæ exhibent. Vallic. *Jonopolis*.

o Sic noſtri codd. Vat. verſionis Priſcæ, & Veron. Iſid. Juſtellus *Eupbſicius*. Vallic. *Eupſirus a Maſtridos*.

p Sic omnes noſtri codd. tum editionis Priſcæ, tum Iſid. & Queſnellianæ. Vallic. *Ciziceniſ*. Juſtellus perperam *Cymrenus*.

q Sic etiam Vat. 1342. Melius Veron. Iſid. *Menophantus*; & Vallic. *Menofantos*.

A

Orion [a] Heleniensis.
Euticius Zmyrnensis.
Mithres Popanensis.
Narinus Liolypontianus.
Paulus [b] Andensis.

Lydiæ.

Artemidorus [c] Sardiensis.
Seras [d] Thiatyrensis.
Ethemasius Philadelfensis.
Polyn Parensis.
Agogius Tripolitanus.
Florentius Ancyræ Ferreæ.
Antiochus Aureliopolitanus.
Marcus Standitanus.

B

Phrygiæ.

Nunccius Leodiciæ.
[e] Flaccus Sanabensis.
Procopius Sinnadensis.
[f] Phristicus Azanensis.
Athenodorus [g] Doryleitanus.
Paulus Appamenus.
Eugenius Eucarpensis.
Flaccus Hieropolitanus.

Pysidiæ.

C

Eulalius [h] Scomensis.
Thelemacus [i] Andrinopolitanus.
Esicius Neapolitanus.
Eutices Seleuciæ.
[k] Aramius Limenensis.
Tharsicius Apamiensis.
Patricius Ambladinitanus.
Policarpus Metropolitanus.
Academius [l] a Paro.
[m] Heraclius Bartensis.
Theodorus Usensis.
Adon Byciæ.

Lyciæ.

Eudemius [n] Pacaritanus.

Pamphiliæ.

Gallites Pergensis.
Euresius Thermiensis.
Zeuxius [o] Siarbitanus.
Domnus Aspendevitanus.
Quintianus Seleuciæ.
Patricius Maximianopolitanus.
Afrodisius Magedensis.

Insulani.

Eufrosinus Rhodus.
Melifroon a Coo.
Stratigius a Lemno.
Apollodorus [p] Corquiritanus.

Cariæ.

Eusebius Anthiocensis.
[q] Ammonius Afrodisitanus.
Eugenius Apolliniades.
Lætodorus Cibritanus.
Eusebius a Mileto.

Isauriæ.

Stefanus [r] Barthensis.
[s] Antheneus Corpissitanus.
Ethesius Claudiopolitanus.
Agapius Seleuciæ.
Silvanus Isauriæ Metropolitan.
Faustus Phanemuticensis.
[t] Antoninus Anthiociæ.
Nestor [u] Suedritanus.
Isicius Corepiscopus.
Quirillus [x] Comanadensis.

a Justellus *Helemensis*. Correximus ex Vaticano versionis priscæ. In Veron. Isid. *Eliensis* ex *Elæa* civitate Asiæ. MS. Vallic. *Yliu*.

b Veron. Isid. *Aneadensis*: Vallic. *Æneas*, melius.

c Sic cod. Vat. concinente Vallic. in quo *Sardeon*. Justel. *Serdicensis*; male.

d Vulg. *Tyrensis*, perperam. Correximus ex cod. Veron. Isid. cum quo & MSS. collectionis præcedentis concinunt. In cod. Vallic. *Gozon Tyatyron*.

e Sic nostri codd. Justellus forte errore typographorum *Placcus*.

f Justellus perperam *Phistinus Aranensis*. Melior est lectio cod. Vat. *Pisticus* pro *Phristicus* in aliis MSS. legitur.

g Justellus *Dosolectanus*, Vat. *Dosoleitanus*. Emendavimus ex cod. Veron. Isid. Concinit Vallic. *Dorileu*.

h Apud Justellum episcopatuum nomina transposita leguntur, ita ut *Scomensis* vox Thelemaco affixa sit, *Adrinopolitanus* Esicio, & sic deinceps ad Theodorum usque, cujus episcopatus *Usensis* Eulalio adsignatur. Ex cunctis aliis codicibus, quorum unus priscam versionem præfert, ordinem restituimus. In MSS. porro priscæ versionis *Scomensis* perperam scriptum pro *Iconiensis*, quod exemplar Veron. Isid. exhibet. Concordat Vallic. *Iconius*.

i Legendum cum iisdem Veron. & Vallic. MSS. *Adrianopolitanus*.

k Vat. *Herasmus Limensis*. Veron. Isid. *Araunius Liminensis*. Vat. Reg. cum MSS. coll. præcedentis *Apagnius*. Vallic. *Syanios Symenon*, ubi *Limenon* legendum est.

l Sic codd. priscæ versionis. Male apud Justellum *Aparo*. Legendum *a Pappo*. Vide not. 93. in cap. 1. collectionis præcedentis.

m Solus Justellus *Aracleus*. Dein pro *Bartensis* cod. Veron. Isid. melius *Barensis*: Vallic. *Bareos*.

n Ita noster Vat. & Justellus; sed legendum cum MS. Veron. Isid. *Pataritanus* a Patara Lyciæ. Vallic *Edæmos Patharon*.

o Ita cum Just. etiam cod. Veron. Isid. Modicum discrepat Vallic. *Syarbon*, & Vat. *Sarbitanus*. Legendum vero *Barbitanus*, vel *Barbonitanus*, ut in MSS. collectionis præcedentis, & Vat. Reginæ a *Barbo* civitate Pamphiliæ.

p Just. *Corquitanus*. Emendavimus ex Vat. 1342. In Vallic. *Corciras Magidon*.

q MS. Vat. *Ammodius*. Veron. Isid. *Emmonius*.

r Melius cod. Veron. Isid. *Baratanensis* a *Barate*, quam posteriores Notitiæ in Lycaonia collocant. Concinit Vallic. *Barathon*.

s Vat. *Antenus Corepiscitanus*. Vide not. 7. in catalogum Episcoporum Nicænorum collectionis præcedentis.

t Sic etiam Veron. Isid. At Vaticanus cum ceteris MSS. aliarum collectionum *Antonius*.

u Aliæ versiones melius *Syedrensis* a *Syedra* dein locata in Pamphilia secunda.

x Just. *Cumanadensis*. Correximus ex aliis codd. congruitque urbis nomen *Comana*. Hic omittitur *Quintus Tymapodorum*, quem codd. collectionis præcedentis, & Vaticanus Reginæ præbuerunt.

Theodorus [a] Utaibitanus.
Anatholius Corepiscopus.
Paulus Larandensis.
Quintus Corepiscopus.
Tiberius Alistrensis.
Aquila Corepiscopus.
Eusebius [b] diœcesis Isauriæ.

CYPRI.

Quirillus a Pafo.
Gelasius Salamiensis.

BYTINIÆ.

Eusebius Nicomediæ.
Theogenus Nicænus.
Maris Calcedoniæ.
Quirillus a Cio.
Esicius Prusensis.
Gorgonius ab Apolloniade.
Evetius Hadrianensis.
Theophanes Corepiscopus.
[c] Rusus Cæsariensis.
Eulalius Corepiscopus.

EUROPÆ.

Phederus Heracliæ.
Marcus Comeonsis.

DACIÆ.

Protogenes Sardicensis.

CALABRIÆ.

Marcus Calabriensis.

MOESIÆ.

Pistus Marcianopolitanus.

[d] CIVITATES.

Aphricæ, Macedoniæ, Dardaniæ minoris, Achajæ.

Cæcilianus Carthaginensis.
Alexander Thessalonicensis.

A Dacus Macedoniæ.
Pistus Atheniensis.
Marcus [e] Boe.
Strategius Ephestiensis.

[f] ALIÆ CIVITATES.

Thessaliæ, Dardaniæ, Pannoniæ, Galliarum, Gotthiæ, Bosphori.

Claudianus Thessaliæ.
Budius Stobiensis.
Domnus Pannoniæ.
Nicasius [g] Dovensis.
Theophilus Gothiæ.
[h] Cathirius Bosphorensis.

B

[i] *INCIPIUNT CAPITULA*

Canonum Sardicensium.

I. DE *Episcopis etiam laica communione privandis, qui* [k] *civitates mutaverunt.*

II. *De Episcopis alienam sedem præcipiti temeritate petentibus.*

III. *Ut inter Episcopos discordes comprovinciales audiant Episcopi. Quod si* * *damnandus appellaverit Romanum Pontificem, id observandum quod ipse censuerit.* * f. damnat

IV. *Ut nullus accusati sedem usurpet Episcopus.*

V. *Quando liceat in aliena provincia Episcopis* C *ordinare.*

VI. *De non faciendis Episcopis per vicos & modicas civitates.*

VII. [l] *De retractanda Synodo provinciali per vicarios Episcopi urbis Romæ si fuerit appellatum.*

VIII. *Quando Episcopi, vel in quibus caussis ad Comitatum ire debeant.*

IX. *Diacones ad Comitatum dirigendi.*

X. *De pupillis & viduis.*

XI. *Qui in canali sunt constituti Episcopi, habeant potestatem discutiendi Episcopos ad Comitatum euntes.*

XII. *De his qui ignorant Synodi constituta.*

XIII. *De laicis cito non faciendis Episcopis.*

D XIV. *Quandiu Episcopus in aliena civitate peregrinari debeat, excepta gravi necessitate.*

XV. *Ut non liceat Episcopo pluribus hebdomadibus abesse.* [m]

XVI.

---

a Vat. *Balbitanus;* Veron. Isid. *Ulsabitanus.* Verius in collectione præcedenti *Vasadorum* a *Vasada* Lycaoniæ adscripta in Notitiis posterioribus. In MS. Vat. *Theodorus Corepiscopus.*

b Idem cod. Vat. priscæ versionis melius *Diocæsariæ.*

c Justellus desinit in *Theophane Corepiscopo.* Sequentia nomina ex Vat. 1342. priscæ versionis supplevimus: concinuntque cum Veron. Isid. & Vallic. MSS.

d Hunc titulum MS. Vat. præbuit. Codex autem Veron. Isid. provincias dividit, & *Africæ* titulum præmittit Cæciliano, *Macedoniæ* Alexandro, *Dardaniæ* Daco, & *Achajæ* tribus sequentibus Episcopis.

e Veron. Isid *Boeae*: quod accedit propius ad lectionem cod. Vindeb. *Euboensis.* Vallic. *Boajas.*

f Vat. codex hic quoque provincias una describit. Veronensis vero suam cuique Episcopo præfigit. *Thessaliam* Claudiano &c. In Vat. pro *Thessaliæ* perperam scribitur *Thessalonicæ.*

g Veron. Isid. *Bodensis*, male. Vindebonensis melius *Diviensis* pro *Diensis.*

h Veron. *Barboricathmus.* Vat. Reginæ *Cadamnus.* Vindeb. *Cadcemnus.* Vallic. *Camdos.*

i Quinque tantum canones Sardicenses, & unum ex his mutilum ex vetustissimo Christophori Justelli codice Henricus ejus filius, & Gulielmus Voellus ediderunt. Hujus rei caussam ex Stephano Baluzio aperuimus in præmisso Tractatu part. 2. c. 2. §. 3. Cum porro priscam horum canonum editionem repererimus in MSS. Vat. 1342. & Lucensi 88. adeo ut in titulis & lectionibus cum iis quæ ex Justelliano exemplari edita sunt, fere concordent: integram eorumdem canonum editionem ex eisdem codicibus supplere potuimus. Utemur etiam MSS. Vat. Reg. 1997. & quandoque etiam Veron. Isid. 58. ea de caussa, quam exposuimus not. 1. in caput 1. præcedentis collectionis, ubi Sardicenses canones ex alia quadam editione a Dionysio recepta excussi fuerunt. Hæc autem prisca editio eam ipsorum Sardicensium lectionem exhibet, quæ in antiquioribus Latinis & Italicis collectionibus inserta legitur.

k Cod. Luc. 88. *civitatem mutaverint.*

l MS. Vat. *De tractanda.* Emendavimus ex cod. Lucen. qui hunc solum titulum habet: *De retractanda Synodo.* Futiorem vero titulum codicis Vat. 1342. approbat etiam MS. Vat. Reg. 1997. ex quo scripsimus *fuerit* pro eo, quod Vat. laudatus *fuerunt* mendose exhibet.

m Ita cum MS. Justelli codex Lucen. qui solum pro *Episcopo* habet *Episcopis.* Vat. 1342. addit *nisi tribus hebdomadis.*

XVI. *De* [a] *clericis excommunicatis ab aliis minime suscipiendis.*

XVII. [b] *De excommunicatis apud vicinos Episcopos audiendis.*

XVIII. *De non sollicitandis clericis alienis.*

XIX. *De non ordinandis clericis alienis sine consensu Episcopi sui.*

XX. *De clericis qui Thessalonicam veniunt.*

XXI. *De suscipiendis his qui propter periculum & persecutionem fugiunt.*

INCIP. CANONES SARDICENSES.

De Episcopis etiam laica communione privandis, qui civitates mutaverunt.

I. Osius Episcopus dixit. [c] Tam mala consuetudo, quam ipsa rerum perniciosa corruptela funditus eradicanda est, [d] ut non liceat Episcopo de civitate sua ad aliam transire civitatem. Manifesta est enim causa, qua hoc facere quis temptet; cum [e] nullus in hac re inventus sit Episcopus, qui de majore civitate ad minorem transiret. Unde apparet avaritiæ ardore eos inflammari, & ambitioni servire, & ut dominationem exerceant. Si omnibus [f] hoc placet, ut hujusmodi pernicies sævissime & austerius vindicetur, ita ut nec laicam habeat communionem qui talis est. Responderunt universi: Placet.

De Episcopis alienam sedem præcipiti temeritate petentibus.

II. Osius Episcopus dixit. Etiamsi talis aliquis extiterit furiosus, vel temerarius, [g] ut fortassis talem excusationem attulerit, adseverans quod populi litteras acceperit; manifestum est autem illum [h] potuisse præmio paucos & mercede corrumpere, [i] ut seditiosis clamoribus in Ecclesiis agant, qui sinceram fidem non habent, ut ipsum petere videantur Episcopum; omnino has fraudes removendas esse, & damnandas arbitror, ita ut nec in fine saltem laicam communionem [k] talis accipiat sive Episcopus, sive presbyter ista committens. [l] Si ergo placet hæc sententia, respondete. Responderunt: Quæ dicta sunt placet.

Ut inter Episcopos discordes comprovinciales audiant Episcopi. Quod si damnandus appellaverit Romanum Pontificem, id observandum quod ipse censuerit.

III. Osius Episcopus dixit. Illud quoque statuendum [m] est, ut Episcopi de provincia ad aliam provinciam, in qua sunt Episcopi, non transeant, nisi forte a fratribus suis * fuerit invitatus, ne videamur januam caritatis [n] claudere. Hoc tantum providendum est, ut si in una provincia forte aliquis Episcopus contra fratrem suum Episcopum, quod absit, litem habuerit, [o] nullus ex his de alia provincia advocet Episcopum ad judicium. Quod si aliquis Episcopus adjudicatus fuerit in aliqua causa, & putaverit bonam causam se habere, & petierit ut iterum judicium renovetur; si placet omnibus, ut sanctissimi Apostoli Petri memoriam honoremus, [p] scribatur vel ab his, qui examinarunt judicium, [q] vel ab Episcopis, qui in proxima provincia morantur, Romano Episcopo; & si judicaverit inovandum esse judicium, renovetur, & det judices. Si vero probaverit talem causam esse, ut ea non refricentur quæ acta sunt; quæ decreverit [r] Romanus Episcopus, confirmata erunt. Si hoc ergo omnibus placet, statuatur. Synodus respondit: Placet.

* l. fuerint invitati

Ut nullus accusati sedem usurpet Episcopus.

IV. Gaudentius Episcopus dixit. Addendum si placet huic sententiæ, quam [ſ] plenam sanctitatis protulistis, ut cum aliquis Episcopus depositus fuerit eorum Episcoporum judicio, qui in vicinis locis commorantur, & procla-

a Vocem *clericus* in nostris codd. Vat. & Luc. omissam cum Justelliano exemplo retinuimus. Hic autem canon in MS. Just. sicut & in Lucensi est XV. & similiter sequentes uno numero deficiunt in utrisque; quia canon IV. per saltum omissus fuit in Lucensi, idemque Justelliano exemplo accidisse conjicimus.

b Ita cod. Just. In Vat. & Luc. *Excommunicati.... audiendi.*

c Ita MS. Vat. 1342. In Luc. *Etiam mala.* Vat. Reg. *Non magis mala.* Veron. Iſ. *Non minus mala*: ac mox hi duo MSS. codd. delent *ipsa rerum.* Dein *qua funditus* legitur in Vat. & Luc. Expunximus *qua* cum aliis codd. exigente contextu.

d Codd. Vat. Reg. & Veron. Iſ. *ne cui liceat.*

e Vat. Reg. *nullus fere inventus est*: & post pauca *dominationem habeant.*

f Veron. Iſ. delet *hoc*, & *ut*, nec non postea *sævissime &*, ac *ita ut.*

g Cod. Luc. *qui fortasse*. Vat. Reg. *& fortasse* Veron. *ut forsitan excusationem afferat, quod populi.*

h Verbum *potuisse* in MSS. Vat. & Luc. prætermissum, & aliis codd. Veron. & Vat. Reg. aliisque editionibus supplendum fuit.

i Cod. Vat. Reg. *ut clamarent in Ecclesia qui sinceram fidem non habent, tamquam ipsum petere* &c. Veron. Iſ. *cum manifestum sit premio & mercede paucos, qui sinceram fidem non habens, potuisse corrumpi, ut clamarent in Ecclesia, ut ipsum petere* &c.

k Adjecimus *talis* cum MS. Luc. Mox *sive Episcopus, sive presbyter ista committens* sunt in MSS. Veron. Iſ. & Vat. Reg.

l Vat. Reg. *Hoc omnibus placet? Synodus respondit, Placet.* Veron. Iſ. *Quod si vobis omnibus placet, statuto. Universi dixerunt, Placet.*

m Cod. Vat. addit *adjiciendum*. Veron. Iſ. *Illud quoque statutum sit*. Mox idem Veron. *Episcopus..... non transeat .... invitatus.*

n Vat. Reg. *exclusisse. Illud quoque providendum est, si in aliqua provincia forte* &c. omittit autem *quod absit.* Veron. Iſ. *clausisse. Providendum est etiam, ut si in aliqua provincia aliquis Episcopus.... litem habeat*: omissis *quod absit.*

o Vat. Reg. *ne unus e duobus ex alia provincia advocet Episcopum. Quod si* &c. Veron. Iſ. *unus e duobus ex alia provincia non advocet Episcopos ad judicium.* Luc. MS. habet pariter *Episcopos*: ac post pauca delet *iterum.*

p Vat. 1342. inserit *ut*: melius delet MS. Luc. cum Vat. Reg. & Veron. Iſ. Hi duo postremi postea omittunt *judicium.*

q Cod. Veron. Iſ. *vel etiam ab aliis Episcopis.*

r MS. Vat. Reg. delet *Romanus Episcopus*, ac dein *statuatur.*

ſ Vat. *plana sanctitatem.* Correximus ex aliis codd. Vat. R. & Veron. Iſ. In MS. Luc. hic canon desideratur.

maverit agendum sibi negotium in urbe Roma, alter Episcopus [a] in ejus cathedra post appellationem ejus, qui videtur esse depositus, omnino non ordinetur, nisi causa fuerit in judicio Episcopi Romani determinata.

Quando liceat in aliena provincia Episcopis ordinare.

V. Osius Episcopus dixit. Si contigerit in una provincia, in qua plurimi fuerint Episcopi, unum forte remanere Episcopum, [b] ille vero per negligentiam noluerit ordinare [c] Episcopum, & populi confugerint ad vicinos provinciæ Episcopos, * [d] debere illum prius convenire Episcopum, qui in eadem provincia moratur, & ostendere quod populi petant sibi rectorem; & hoc justum esse, ut ipse veniat, & cum eo ordinent Episcopum. Quod si conventus litteris tacuerit, & dissimulaverit, nihilque rescripserit; tunc satisfaciendum esse populis, ut conveniant ex vicina provincia Episcopi, & ordinent eis Episcopum.

* *supple* hos per litteras

De non faciendis Episcopis per vicos & modicas civitates.

VI. [e] Licentia vero danda non est ordinandi Episcopum, si aut vicus aliquis, aut modica civitas, cui satis fuerit unus presbyter, voluerit [f] petere Episcopum sibi ordinari, ad hoc ut vilescat [g] nomen episcopatus; nullo modo permittitur eis, qui ex alia provincia fuerint invitati, facere Episcopum, nisi aut in his civitatibus, quæ semper Episcopos habuerunt, aut si qua talis, * quæ tam populosa est civitas, ut mereatur habere Episcopum. [h] Si hoc omnibus placet. Synodus respondit: Placet.

* f. & tam

De retractanda Synodo provinciali per vicarios Episcopi urbis Romæ; si fuerit appellatum.

VII. Osius Episcopus dixit: [i] Placuit autem, ut si Episcopus accusatus fuerit, & judicaverint congregati Episcopi regionis ipsius, & de gradu suo dejecerint eum, si appellasse videatur, qui dejectus est, & confugerit ad beatissimum Urbis [k] Episcopum, & voluerit se audiri; si justum putaverit ut renovetur examen, scribere his Episcopis [l] dignetur, qui in finitima & propinqua provincia sunt, ut ipsi diligenter omnia exquirant, & juxta fidem veritatis definiant. Quod si is qui rogat iterum causam suam audiri, deprecatione sua moverit Episcopum Romanæ Ecclesiæ, ut ex latere suo presbyterum mittat, erit in ejus potestate [m] Episcopi quid velit & quid æstimet; & si decreverit mittendos esse, qui præsentes cum Episcopis judicent [n] habentes ejus auctoritatem, a quo destinati sunt, erit in suo arbitrio. Si vero crediderit sufficere Episcopos provinciales, ut negotio terminum imponant, faciet quod sapientissimo consilio suo judicaverit.

Quando Episcopi, vel in quibus causis ad Comitatum ire debeant.

VIII. Osius Episcopus dixit. [o] Importunitas nimia & injustæ frequenter petitiones fecerunt nos non tantum habere gratiam, nec fiduciam, dum quidam non cessant ad Comitatum ire Episcopi & maxime Afri, qui sicut cognovimus, sanctissimi fratris & Coepiscopi nostri Grati salutaria consilia spernunt, atque contemnunt; & non solum ad Comitatum multas & diversas Ecclesiæ [p] profuturas non perferant causas, nec, ut fieri solet, aut oportet, ut pauperibus, aut viduis, aut pupillis subveniatur; [q] sed & dignitates sæculares & administrationes quibusdam postulant. Hæc itaque pravitas olim non solum murmurationes, sed & scandala excitat. Honestum est autem, ut [r] Episcopus intercessionem suam his præstet, qui aliqua iniqua vi opprimuntur, aut si vidua affligatur, aut pupillus expolietur, [s] tamen ista omnia si justam habeant causam aut petitionem. Si vobis ergo, fratres carissimi, placet, decernite [t] ut nullus Episcopus ad Comitatum accedat, nisi forte hi, qui religiosissimi Impe-

a Veron. Is. *in eadem cathedra.*

b Sic codd. Luc. & Veron. In Vat. 1342. *illi vero per negligentiam noluerint.* Cod. Vat. Reg. septem voces sequentes *ille vero* &c. transilit, ut videtur, per saltum ob repetitam vocem *Episcopum.*

c Cod. Luc. *Episcopos.* Mox idem Luc. & Vat. Reg. *& populi convenerint Episcopos vicinæ provinciæ.*

d Ita duo codd. Vat. & Luc. in Vat. Reg. *censeo debere illum prius conveniri Episcopum .... & ostendi ei .... ut & ipsi veniant, & cum ipso* &c. Veron. Is. *debet ille conveniri Episcopus .... & ostendi quod populi ... ut & ipse veniat, & cum ipso* &c.

e Cod. Vat. Reg. *Sed licentia danda passim non est. Si enim subito aut vicus aliquis* &c. Veron. Is. *Sed iterum licentia danda passim non est,* &c. ut in cod. Vat. Reg.

f Veron. delet *petere*, melius.

g Duo MSS. Vat. Reg. & Veron. *nomen Episcopi & auctoritas non debent illi ex alia provintia invitati facere Episcopum, nisi aut in his civitatibus, quæ Episcopos habuerint, aut si qua talis aut* (Veron. delet *talis aut*) *tam populosa est civitas* (addit idem cod. Ver. *vel locus qui*) *quæ mereatur* &c.

h Veron. Is. delet: *Si hoc omnibus placet.*

i Idem cod. *Et hoc placuit, ut si Episcopus* &c.

k MS. Luc. addit *Romæ.* Hujus loci variantes diligenter retulimus not. 29. in canones Sardicenses cap. 1. collectionis præcedentis.

l Veron. Is. *Romanus Episcopus his, qui in finitima & propinqua altera provincia sunt. Ipsi diligenter* &c.

m Cod. Luc. delet *Episcopi.* Veron. Is. *erit & ipsius quid velit.* Mox Vat. Reg. *aut quid æstimet.*

n Veron. Is. *ut habeant etiam auctoritatem personæ illius, a qua destinati sunt, erit in ejus arbitrio* &c.

o Vat. Reg. *Importunitas, nimia frequentia, & injustæ petitiones.* Veron. Is. *Importunitatis nostra nimiæ frequentia, & injustæ petitiones.*

p Vat. Reg. & Veron. Is. *non profuturas perferant caussas*: ubi legendum *perferunt*: nisi antea legatur *ut non solum.* Mox *nec* deest in Veron. Is.

q Melius in Vat. Reg. *sed ut .... postulent.*

r Ita Vat. 1342. & Veron. Is. At Vat. Reg. & Luc. codd. *Episcopi .... præstent.* Mox Veron. Is. delet *iniqua.* Dein MSS. Luc. & Veron. *affligitur .... expoliatur.*

s Luc. *tamen & ista omnia.* Veron. *tamen & ista nomina justam.* Vat. Reg. *si tamen ista nomina justam.*

t Vat. Reg. & Veron. *ne Episcopi .... accedant.*

[a] Imperatoris litteris vel invitati fuerint, vel evocati. Sed quoniam ſæpe contigit, ut ad miſericordiam Eccleſiæ confugiant, qui injuriam patiuntur, & qui peccantes in exilium, vel inſulas damnantur, aut certe quamcumque ſententiam ſuſcipiunt; [b] ideoque ſubveniendum eſt, & ſine dubitatione eis petenda per Eccleſiam indulgentia. Si ergo & hoc vobis placet, decernite. Univerſi dixerunt: Placet, & conſtituatur.

Diacones ad Comitatum dirigendi.

IX. Oſius Epiſcopus dixit. Hoc quoque [c] providentia veſtra tractare debet, ut quia decreviſtis, ne Epiſcoporum importunitas depravetur ad Comitatum pergendo. Quicumque vero, quales ſuperius commemoravimus, preces habuerint vel acceperint, per Diaconum ſuum mittant; quia perſona miniſtri non erit invidioſa, [d] & quæ impetraverit, celerius poterit referre. Et hoc conſequens eſſe videtur, [e] ut de qualibet provincia Epiſcopi ad fratrem & Coepiſcopum noſtrum preces mittant, qui in metropoli conſiſtit, ut ille per Diaconum ſuum ſupplicationes mittat, tribuens commendatitias epiſtolas pari ratione ad fratres & Coepiſcopos noſtros, qui illo tempore in his regionibus morantur, in quibus felix [f] & beatus Auguſtus Rempublicam gubernat. Si vero habet quis Epiſcopus amicos in palatio, & aliquid cupiat, quod tamen honeſtum ſit impetrare per eos ab Imperatore; non prohibeatur per Diaconum ſuum rogare, & ſignificare [g] eis, quos ſcit benigna interceſſione ſibi abſenti poſſe præſtare.

De pupillis & viduis.

X. Qui vero Romam [h] venerint, ſicut dictum eſt, ſanctiſſimo fratri & Coepiſcopo noſtro Romanæ Eccleſiæ preces, quas habent, contradant, ut & ipſe prius examinet, ſi honeſtæ & juſtæ ſunt, & præſtet diligentiam atque ſollicitudinem, ut ad Comitatum perferantur. Univerſi reſponderunt placere ſibi & honeſtum eſſe conſilium. Alypius Epiſcopus dixit; Si [i] enim propter pupillos & viduas vel laborantes, qui cauſſas non iniquas habent, ſuſceperint peregrinationis incommoda, habebunt aliquid juſtæ rationis. Nunc vero cum ea poſtulent [k] præcipue, quæ ſine invidia omnium & ſine reprehenſione eſſe non poſſunt, non neceſſe eſt ipſos ire ad Comitatum.

Qui in canali conſtituti ſunt Epiſcopi, habeant poteſtatem diſcutiendi Epiſcopos ad Comitatum euntes.

XI. Gaudentius Epiſcopus dixit. [l] Salubriter providendum eſt ex conſenſu omnium Sacerdotum, & Deo placitura, & hominibus probabilia tenere hactenus & firmari oportere, ſi metus huic ſententiæ conjungatur. Scimus enim etiam ipſi ſæpiſſime propter paucorum [m] imprudentiam ſacrum & religioſum ſacerdotale nomen fuiſſe reprehenſum. Si igitur aliquis contra omnium ſententiam niſus, voluerit ambitioni magis quam Deo, debet etiam ſcire ſe cauſſas eſſe dicturum, & honorem atque dignitatem amiſurum. Hoc autem tunc ſcire & compleri [n] oportebit, ſi unuſquiſque noſtrum, qui in canali eſt conſtitutus, cum progredientem viderit Epiſcopum, inquirat tranſitum ejus, cauſſas videat, quo tendat agnoſcat. Et ſiquidem eum invenerit ad Comitatum velle tranſire, requirere eum * debere conditione ſuperius comprehenſa, ſi invitatus eſt, ut ei facultas eundi permittatur. Si vero, ut ſuperius meminit ſanctitas veſtra, propter deſideria & ambitiones ad Comitatum ire temptaverit; neque litteris ejus ſubſcribatur, neque

* *l.* debebit

a Vat. 1342. & Luc. MSS. addunt *& dilectione*: quas voces ſenſu carentes, cum omnes aliæ collectiones & Græcus textus ignorent, expunximus. Mox cod. Luc. *Et quoniam*. Poſt pauca *aut qui peccantes* legitur in MSS. Vat. Reg. & Veron.

b Cod. Vat. Reg. omittit *ideoque*, & *per Eccleſiam*.

c Idem cod. cum Veron. Iſ. *prudentia veſtra*. Mox cod. Vat. Reg. *tractare debet, qui decreviſtis, ne Epiſcoporum improbitas notetur, ut ad Comitatum pergant*. Veron. Iſ. habet ut in textu, exceptis *ne Epiſcoporum importunitas notetur*, pro quibus in eo legitur *ne Epiſcopi improbitas notetur*. Dein uterque codex *Quicumque ergo*.

d Veron. Iſ. *quia celerius poterit quæ impetraverit referre*.

e Idem cod. *ut unuſquiſque, qui preces habuerit, eas ad fratres & Coepiſcopos noſtros, qui in maxima civitate, ideſt Metropoli, conſiſtunt, mittat, & illi per ſuos diaconos deſtinent tribuendo* &c. Cod. Vat. Reg. cum textu concordat, niſi quod habet: *qui in maxima civitate, ideſt in Metropoli, conſiſtit*. Textum expreſſimus ex codd. Vat. 1342. & Luc. Solum pro *ad eum fratrem & Coepiſcopum noſtrum* Vat. habet *ad Metropolitanum noſtrum*, Luc. *ad Metropolitanum Epiſcopum*: ubi *metropolitani* nomen poſterius inſertum credimus, cum Metropolitarum inſtitutio nomenque inolevit: ſequentia enim, quæ in utroque manuſcripto ſubjiciuntur, *qui in Metropoli conſiſtit*, expreſſo *Metropolitani* nomine inanis explicatio ſunt. Melius itaque alii codd. Vat. Reg. & Veron. cum Dion. aliiſque Latinis exemplaribus *Metropolitani* nomen omittunt, uti idem nomen ab originali Latino abfuiſſe animadvertimus in tractatu de Collect. part. 1. cap. 5. num. 4.

f Vat. MS. *& religioſus*. Poſtea Vat. Reg. & Veron. *habet quis Epiſcoporum amicos in palatio, qui aliquid cupit*: ac dein omittunt *per eos ab Imperatore*.

g MSS. Vat. & Luc. *ei quod*, mendoſe. Correximus ex cod. Veron. Concinit Vat. Reg. *his quos*. Dein hi duo habent cum ceteris melius *benignam interceſſionem*.

h Veron. Iſ. *venerit .... habet .... tradat*.

i Ita codd. Vat. & Luc. editionis priſcæ. Ceteri delent *enim*. Dein Luc. omittit *vel laborantes*. Mox Veron. Iſ. *qui cauſſas canonicas habent*. Poſtea MS. Vat. Reg. delet *juſtæ*.

k Vat. Reg. & Veron. delent *præcipue*. Dein cum Vat. pro *ipſos* habent *illos*.

l Cod. Vat. 1342. addit *Ea quæ*, minus recte. Expunximus cum MS. Luc. In cod. Vat. Reg. *Ea quæ ſalubriter providiſtis convenientia & æſtimatione omnium Sacerdotum & Deo placitura, probabilia hominibus tenere hactenus firmitatem poſſunt, ſi metus* &c. Paullo diſſimiliter in Veron. Iſ. *Ea quæ ſalubriter providiſtis convenientiæ, & æſtimationi omnium & Deo placitura & hominibus tenere hactenus fortitudinem poſſunt* &c. Cum his duobus codd. in textu emendavimus *placitura* pro *placens*, uti legebatur erronee in MSS. Vat. & Luc.

m Codd. Luc. Vat. Reg. & Veron. Iſ. *impudentiam*. Poſt pauca idem Veron. *is debet ſcire, cauſſis redditis, honorem dignitatemque ſe amiſurum*.

n Vat. Reg. & Veron. *poterit*. Dein Vat. Reg. *invenerit ire ad Comitatum; requiſiturus illud quod conditione ſuperius comprehenſum eſt, ſi invitatus* &c. Veron. Iſ. *invenerit ire ad Comitatum, requirat illud quod ſuperius comprehenſum eſt, ne forte invitatus ſit, ut* &c.

que in communionem [a] recipiatur. Si vobis A placeat, debet omnium ſententia confirmari. Univerſi dixerunt: Hoc honeſtum eſt, & placere ſibi conſtitutionem.

De his qui ignorant Synodi conſtituta.

XII. Oſius Epiſcopus dixit: Sed & moderatio neceſſaria eſt, dilectiſſimi fratres, ne ſubito adhuc quidam non ſcientes quid decretum ſit in Synodo, venerint ſubito ad civitates quæ in canali ſunt. Debet Epiſcopus civitatis ipſius admonere & inſtruere illum; [b] & ex eo loco ille pro eo ad Comitatum ſuum diaconum mittat: admonitus tamen ipſe redeat in parrorochiam ſuam.

De laicis cito non faciendis Epiſcopis.

XIII. Oſius Epiſcopus dixit: Et hoc neceſſarium arbitror, ut diligentiſſime tractetis, ut ſi forte aut dives, aut ſcholaſticus de foro aut [c] de adminiſtratione fuerit poſtulatus Epiſcopus, non prius ordinetur, niſi ante lectoris munere, & officio diaconi, & miniſterio presbyteri per ordinem fuerit perfunctus, [d] & per ſingulos gradus, ſi dignus fuerit, promoveatur ad epiſcopatus honorem. Poteſt enim per hos gradus, qui habent utique prolixum tempus, probari qua fide ſit, [e] qua modeſtia, gravitate, & verecundia. Et ſi dignus fuerit inventus, divi- C no ſacerdotio illuſtretur. Nam nec conveniens eſt, nec ratio vel diſciplina patitur, ut temere ac leviter ordinetur Epiſcopus, aut presbyter, aut diaconus, maxime qui ſit neophytus: [f] quod beatiſſimus Apoſtolus magiſter gentium, ne hoc fiat, prohibuiſſe videtur: ſed hi, qui * longi temporis examinati ſunt, quorum merita, & vita probatur. Univerſi dixerunt placere ſibi hæc omnia.

* *l.* longo tempore

Quandiu Epiſcopus in aliena civitate peregrinari debeat, excepta gravi neceſſitate.

XIV. Oſius Epiſcopus dixit. Et hoc quoque ſtatuere debetis, ut Epiſcopus ex alia civitate cum venerit ad aliam civitatem, vel ex provincia ſua ad aliam provinciam, ambitioni magis [g] ſerviens quam devotioni, & voluerit in alia civitate multo tempore reſidere, & contigerit, ut Epiſcopus civitatis ipſius non facile inſtructus ſit, nec tam doctus; is vero qui advenerit, incipiat contemnere eum, [h] & frequenter facere ſermonem, ut dehoneſtet & in- B firmet illius perſonam; ita ut ex hac occaſione non dubitet relinquere adſignatam ſibi Eccleſiam, & tranſire ad alienam. Definite ergo tempus, quia & non ſuſcipere Epiſcopum Coepiſcopum ſuum inhumanum eſt, & pernitioſum, ſi diutius reſideat. Ne fiat ergo providendum eſt. [i] Nemini autem amplius liceat, quam ſuperiori tempore quod fratres noſtri conſtituerunt, remorari, ut ſi quis laicus in ea, in qua commanet civitate, tres Dominicas, ideſt tres ſeptimanas non celebraſſet conventum, communione privaretur. Si ergo hæc circa laicos conſtituta ſunt, [k] quanto magis nec licet, nec decet Epiſcopum, ſi nullam gravem habeat neceſſitatem, nec tam difficilem rationem, diutius abeſſe ab Eccleſia ſua, ut populum contriſtet. Univerſi dixerunt placere ſibi.

Ut non liceat Epiſcopo pluribus hebdomadibus abeſſe.

XV. Oſius Epiſcopus dixit. Quia nihil prætermitti oportet, ſunt quidam fratres & coepiſcopi noſtri, qui non in ea civitate [l] poſſident, in qua ordinati ſunt Epiſcopi, vel certe parvam rem illic [m] habent; alibi autem idonea prædia habere noſcuntur, vel adfectiones proximorum, quibus indulgeant. [n] Hactenus igitur permitti eis oportet, ut accedant ad ſuas poſſeſſiones, & diſponant, vel ordinent fructum labo-

a Iidem duo codd. *recipiendus eſt.*

b Veron. *ut ex eo loco ille mittat diaconum. Admonitus* &c.

c Cod. Vat. Reg. *ex adminiſtratore.* Dein idem MS. cum Veron. Iſ. delent voces *miniſterio* & *per ordinem.*

d Iidem duo codd. *& ita per ſingulos gradus..... aſcendat ad culmen Epiſcopatus*: & dein pro *per hos gradus habent per has promotiones, quæ.* Mox Vat. Reg. *habebunt* pro *habent.*.

e Vat. 1342. *quave modeſtia gravitatis & verecundia.* Poſt pauca pro *inventus* MSS. Vat. Reg. & Veron. Iſ. præferunt *probatus*: ac mox omittunt *nam*, & dein habent *nec rationis diſciplina patitur.*

f Veron. Iſ. delcto antea *maxime* hic habet: *maxime cum beatiſſimus Apoſtolus magiſter gentium, ne hoc fieret, denuntiavit: ſed hi quorum per longum tempus examinata ſit vita. Univerſi* &c. Vat. Reg. *cum beatiſſimus... ne hoc fieret, denuntiaſſe & prohibuiſſe videatur: ſed hi, qui* (l. *quorum*) *longi temporis examinatio merita ejus probabit. Univerſi* Uterque cod. mox delet *omnia.*

g Veron. Iſ. *non ſerviat, quam devotioni, ita ut, ſi voluerit in alia* &c. Vat. Reg. *in aliena civitate.* Dein uterque codex *non tam inſtructus ſit.*

h In cod. Luc. deſiderantur voces *& frequenter*, quas Vat. 1342. cum ceteris exhibet. Dein Veron. Iſ. *perſonam: qua occaſione fit, ut non dubitet.* Vat. Reg. *perſonam; quia hac occaſio faciet, ut commendans ſe poſtea & alienum ſedem concupiſcat, & invadat, & non dubitet relinquere ſuam ſibi adſignatam Eccleſiam, & ad alteram alienam tranſire.*

i Corruptus eſt hic locus in utroque MS. priſcæ editionis Vat. & Luc. qui poſtremus pro *remorari* habet *rememorari.* Melius in Veron. Iſ. & Vat. Reg. Dionyſio, & Græco textu concinentibus: *Memini autem ſuperiori tempore fratres noſtros conſtituiſſe, ut ſi quis laicus in ea, in qua commoratur civitate* &c. ubi Oſius indicare creditur canonem 21. Synodi Eliberitanæ.

k MS. Vat. Reg. delet *quanto magis* Mox idem cod. *nec decet, ut Epiſcopus..... diutius abſit, & populum contriſtet.* Veron. Iſ. *ut Epiſcopus.... tandiu abſit ab Eccleſia ſua, populum contriſtet.* Vat. 1342. a textu variat ſolum *aut populum*: *ut populum* ex MS. Luc. prætulimus.

l Verbum *poſſident* deſiderant codd. Vat. Reg. & Juſtellianus, ex quo hic canon editus fuit uſque ad illa *prædia habere cognoſcuntur.* Idem autem verbum expreſſimus ex noſtris codd. editionis priſcæ Vat. & Luc. nec non ex Veron. Iſid. Hic poſtremus mox cum Vat. Reg. habet: *in qua Epiſcopi videntur eſſe conſtituti, vel certe* &c.

m Juſtelli codex *habeant.* Dein *adfectiones* ſcripſimus cum MSS. Veron. & Vat. Reg. cum mendoſe legatur in cod. Luc. *afflectiones*, & in Vat. 1342. *adflictiones.*

n MS. Vat. Reg. *His hactenus permitti oportet.* Mox Veron. Iſ. omittit *ita tamen.* Vat. Reg. habet *per tres Dominicas, & tres ſeptimanas*: omittit autem *ſi morari neceſſe ſit*: ac dein præfert *in qua Presbyter colligit, ne ſine Eccleſia facere videatur Dominicam, accedat, ut nec res* &c. Cod. Luc. habet quoque *videatur Dominicum.* Veron. Iſ. *videatur facere, dominica accedat.*

laboris sui, ita tamen ut post tres Dominicas, idest post tres hebdomadas, si morari necesse sit, in suis potius fundis morentur; & si est proxima civitas, in qua presbyter est, ne sine Ecclesia facere videantur diem dominicum, veniant, ut nec res ejus domesticæ per ejus absentiam detrimentum sustineant, [a] & non frequenter veniendo ad aliam civitatem, in qua est constitutus Episcopus, [a] careat suspicione ambitionis atque jactantiæ. Universi dixerunt placere sibi.

De clericis excommunicatis ab aliis minime suscipiendis.

XVI. Osius Episcopus dixit: Hoc quoque omnibus [b] placet, ut sive presbyter, sive diaconus, sive quis clericorum ab Episcopo suo communione fuerit privatus, & ad alterum perexerit Episcopum, & sciverit ille ad quem confugit, eum ab Episcopo suo fuisse abjectum, non oportet ut ei communionem indulgeat. Quod si quis fecerit, [c] sciat se apud congregatos Episcopos pro eo caussam esse dicturum. Universi dixerunt: Hoc statutum & pacem servabit, & concordiam custodiet.

De excommunicatis apud vicinos Episcopos audiendis.

XVII. Osius Episcopus dixit. [d] Quid me adhuc moveat, reticere non debeo. Si Episcopus quis forte iracundus (quod esse non debet) cito [e] & aspere commovetur adversus presbyterum, sive diaconum suum, & exterminare eum de Ecclesia voluerit; providendum est, ne innocens damnetur, aut perdat communionem: [f] & ideo habeat potestatem ejectus finitimos rogare Episcopos ut ejus caussam audiant, & diligentius tractent; quia non oportet negari audientiam roganti: & ille Episcopus, [g] qui juste aut injuste eum abjecit, patienter accipiat; ut negotium discutiatur, & aut probetur ejus temeritas, aut emendetur sententia. Prius tamen quam omnia diligenter & fideliter [h] fuerint examinata, eum, qui fuerat a communione separatus, ante cognitionem nullus alius debet præsumere, ut recipiat, & communioni societ. [i] Hi vero qui convenerint ad audiendum, si viderint clericorum esse fastidium, & superbiam, quod non decet ut Episcopus injuriam, aut contumeliam patiatur; [k] severioribus eos verbis castigent, ut obediant honesta præcipienti Episcopo: quia sicut ille ministris sincerum exhibere debet amorem caritatis; ita quoque ministri infucata debent Episcopo suo exhibere obsequia.

De non sollicitandis clericis alienis.

XVIII. Januarius Episcopus dixit. [l] Illud præterea statuat sanctitas vestra, ut nulli Episcopo liceat alterius civitatis clericum sollicitare, & in suis parrochiis ordinare. Universi dixerunt: Quia ex his contentionibus solent nasci discordiæ, prohibet omnium sententia, ne quis hoc facere audeat.

De non ordinandis clericis alienis sine consensu Episcopi sui.

XIX. Osius Episcopus dixit. Et hoc universi constituimus, ut quicumque ex alia [m] parochia alienum ministrum sine conscientia vel voluntate sui Episcopi voluerit [n] in ordine promovere, non sit rata ejus ordinatio. Quicumque autem hoc usurpare temptaverit, [o] a fratribus & coepiscopis nostris & admoneri debet, & corrigi.

De clericis qui Thessalonicam veniunt. [p]

XX. Aetius Episcopus dixit: Non ignoratis, [q] fratres carissimi, quanta & qualis sit Thessalonicensium civitas, [r] quod sæpe ad eam veniant

---

a Cod. Vat. Reg. *& si non frequenter venerit ad civitatem, in qua Episcopus moratur, suspicionem jactantiæ & ambitionis evadat.* Veron. Is. *& non frequenter veniendo ad alienam civitatem, in qua est* (idest *existit*) *Episcopus, suspicionem jactantiæ & ambitionis incurrat.* Scripsimus *careat suspicione* cum MS. Luc. At Vat. 1342. contrario sensu *creet suspicionem*.

b Vat. Reg. *placebit:* ac dein cum MSS. Luc. & Just. delet *&* ante *ad alterum*. Postea pro *confugit* codd. Luc. Just. & Veron. Is. habent *confugerit*.

c Just. codex male *sciat aput congregati Episcopi pro eo*. MSS. Veron. Is. & Vat. Reg. *sciat se convocatis Episcopis caussam* &c.

d Ita Just. codex cum Vat. Reg. Veron. Is. & commonitorio Zosimi, cui hic canon insertus est apud Isidorum in Concilio VI. Carthaginensi. MSS. Vat. & Luc. *Quod me adhuc movet*.

e Idem Justelli cod. omittit *&*. In MS. Luc. & Zosimi commonitorio *aut aspere*.

f Voces *& ideo* in eodem MS. Just. desiderantur. Mox cod. Luc. *habeat potestatem iste, qui ejectus est, finitimos congregare Episcopos*. Vat. 1342. *habeat potestatem is, qui abjectus est, ut Episcopos finitimos interpellet, & caussa ejus audiatur, ac diligentius tractetur*. Hanc eamdem lectionem præferunt codd. Vat. Reg. & Veron. Is. nisi quod primus exhibet *habeat potestatem ejectus, ut* &c. alter vero *habeat potestatem iste, qui ejectus est, ut* &c. Justelliani codicis lectionem retinuimus.

g Just. MS. *quia*. Veron. Is. *qui aut juste*. Dein cod. Vat. 1342. cum Vat. Reg. *& vel probetur sententia ejus a plurimis, vel emendetur*. Veron. Is. *ut aut probetur sententia ejus a pluribus, aut emendetur*.

h Ita cod. Luc. cum quo concinit Veron. Is. nisi quod omittit *ante cognitionem*, forte melius. Vat. 1342. *examinentur, eum, qui fuerit a communione separatus, ante cognitionem nullus debet presumere, ut communioni societ*. Vat. Reg. *fuerint examinata, qui communionem non habet, ante cognitionem nullus debet præsumere, ut eum recipiat* &c. Justelli codex *fuerint examinata, communionem non debet præsumere, donec ipse eum recipiat* &c.

i Just. cod. cum Vat. Reg. *Qui convenerint autem*, omissis vocibus *ad audiendum*. Veron. Is. *Qui autem convenerint ad audiendum*. Prætulimus lectionem MS. Luc. cum quo concinit Vat. 1342. nisi quod habet *conveniunt*. Mox hi duo codd. præferunt *studium*: pro eo quod Just. cum ceteris habet *fastidium*.

k Cod. Luc. cum Veron. Is. *austerioribus*. Mox solus Just. *verbis castigari debere, ut obediant..... & sicut*. Veron. Is. *quia sicut ille sincerum amorem debet clericis exhibere, & caritatem; ita* &c.

l Ita Just. & Vat. Reg. Ceteri codd. *Illud quoque*. Dein Vat. 1342. & Veron. Is. pro *clericum* habent *ecclesiasticum*. Mox Veron. Is. *& in sua diœcesi ordinare: quia ex his contentionibus solent nasci discordiæ; & ideo prohibet* &c. Vat. Reg. recepit *& ideo* ante *quia*.

m Cod. Just. *provinciæ*. Mox Vat. 1342. cum Veron. Is. & Vat. Reg. *sine consensu* pro *sine conscientia*.

n Vat. 1342. *in ordinatione*. Vat. Reg. & Veron. Is. *ordinare*, ac dein *usurpaverit* pro *usurpare temptaverit*.

o Ita codd. Just. & Luc. Ceteri alia interpunctione *de fratribus*, nimirum *quicumque de fratribus*.

p Hunc titulum tantummodo Voellus, & Justellus edidere. Reliqua ex nostris codicibus supplevimus.

q Codd. Vat. Reg. & Veron. Is. ignorant voces *fratres carissimi*.

r Iidem codd. *sæpe ad eam* (Veron. *ad eamdem*) *veniunt*.

niant ex aliis regionibus presbyteri & diaconi, A & non sunt contenti, ut brevi tempore morentur, aut resideant ibi, [a] & nisi per vim post longa spacia ad sua redire cogantur. Universi dixerunt: Ea tempora, quæ constituta sunt circa Episcopos, & [b] ad omnium clericorum personas observari debent.

De suscipiendis his, qui propter periculum & persecutionem fugiunt.

XXI. Osius Episcopus dixit. Suggerente fratre & coepiscopo nostro Olympio etiam hoc placuit, ut si aliquis vim perpessus est, & inique [c] expulsus propter doctrinam vel catholicam confessionem, vel defensionem veritatis, effu- B giens pericula, innocens & devolutus ad aliam venerit civitatem [d], non prohibeatur demorari, quandiu aut redire potuerit, aut injuria ejus remedium accipiat: quia durum est eum, qui persecutionem patitur, non recipi; sed etiam & larga benevolentia, & humanitas est ei exhibenda.

[e] Omnis Synodus dixerunt: Universa quæ constituta sunt, catholica Ecclesia in universo orbe diffusa custodiet.

Et subscripserunt qui convenerant.

Osius ab Spania Cordubensis [f].

INCIPUNT CAPITULA

Canonum Gangrensium.

I. *De his qui abominantur nubtias.*

II. *De his* [g] *qui carnes abominantur.*

III. *De servis qui* [h] *dominos contemnunt.*

IV. *De presbyteris nuptis.*

V. *De his qui* [i] *Ecclesiæ congregationes humiliant.*

VI. *De his qui extra Ecclesiam congregant.*

VII. *De oblationibus Ecclesiæ.* [k]

VIII. [l] *De his quæ pauperibus conferuntur.*

IX. *De virginitate & abstinentia.*

X. [m] *De elatis propter nomen virginitatis.*

XI. *De his qui Agapes inrident.*

XII. *De his qui in pallio gloriantur.*

XIII. *De * mulieres quæ virili veste utuntur.* [* l. mulieribus]

XIV. *De his quæ de nuptiis* [n] *recedunt.*

XV. *De his qui excusatione religionis filios relinquunt.*

XVI. *De his qui occasione religionis despiciunt parentes.*

XVII. *De mulieribus quæ se tondent.*

XVIII. *De his qui jejunia ecclesiastica contemnunt.*

XIX. *De his qui dominico die jejunant.*

XX. *De his qui abominantur martyrum congregationes.*

Dominis honorabilibus in Armœnia constitutis sanctis & comministris.

Eusebius, Elianus, Eugenius, Olympius, [o] Bithinicus, Gregorius, [p] Feliculus, Papus, Eulalius, Hypatius, [q] Proeresius, Basilius, Bassus, Eugenius, Heraclius, qui convenerunt in sanctam Synodum in civitatem Gangrensem,

C

Quoniam congregata est sancta Synodus Episcoporum aput Gangrensem * Ecclesiæ sanctæ [* l. Ecclesiam sanctam] [r] propter aliquas quæ opus sunt, Ecclesiæ necessitates, discutientes quæ secundum Eusthatium inveniantur aliqua indisposita [s] plurima facta, omnino necessarie disposuit, & omnibus manifestum facere celerius festinavit, ut auferantur omnia quæ ab eis male fiunt; quia in eo

---

a In iisdem MSS. *aut certe vix post longa.*

b Veron. Is. *& circa horum personas.* Vat. Reg. *& ad horum personas pertinere debent.*

c Vat. Reg. *expulsus pro disciplina & catholica defensione, & confessione veritatis.* Veron. Is. concinit, nisi quod pro *&* utrobique habet *vel.* Mox hi codices cum Dion. præferunt *devotus* pro *devolutus.*

d MS. Vat. Reg. addit *sive Episcopus, sive Presbyter, aut Diaconus.* Dein pro *potuerit* cod. Luc. *poterit.* Postea *acceperit* in Vat. Reg. & Veron. Is. qui postremus delecto *quia* sic prosequitur: *durum est enim, qui persecutionem patiuntur, non recipi. Etiam larga benevolentia.... est eis exhibenda.*

e Hæc periodus, quæ legitur in nostris MSS. codd. Vat. 1342. & Luc. 88. editionis priscæ, nec non in Vallicel. A. 5. ac in ceteris collectionis Hadrianeæ, omittitur in Vat. Reg. & Veron. Is. in quibus canones Sardicenses cum Nicænis copulantur, nec non in exemplaribus Vat. 5845. & Vat. Palat. 577. pure Dionysianis, quorum clausulam dedimus not. 78. in caput 1. præcedentis collectionis.

f Hæc tantum subscriptio edita est a Patre Mansio ex codice Lucensi. In Vaticano autem 1342. aliæ subscriptiones subiiciuntur cum Hadrianeis MSS. & vulgatis Conciliorum concinentes, quæ desunt tum in Græco, tum in puris Dionysii exemplaribus: exscriptæ vero noscuntur ex alio documento Synodi Sardicensis apud Hilarium, ita tamen ut alius ordo Episcoporum inductus sit, ac tribus Episcopis post Osium subscriptis Vincentio Capuano, Calepodio Neapolitano, ac Januario Beneventano, Sardicensis Concilii Patribus titulus affictus fuerit *legatus sanctæ Ecclesiæ Romanæ;* cum in eo Concilio Archidamum & Philoxenum Romanæ Ecclesiæ presbyteros, & Leonem diaconum apostolica legatione fuisse functos ex aliis documentis certissimum sit. Codex Vat. unum Episcopum præterea addit, qui apud Hilarium desideratur; ac post ultimum Episcopum concludit: *& ceteri subscripserunt.* Vide Tractatum part. 1. c. 7. ubi plura de Sardicensium Patrum numero ac subscriptionibus disseruntur.

g Ita cod. Vat. Reginæ 1997. cum quo hosce canones contulimus. Cod. Just. concinit in titulo ipsi canoni inferius præfixo: at in hac tabula minus recte: *qui abominantur edens, vel minime.*

h Idem MS. addit *excusatione fidei.*

i Idem cod. *Ecclesiam spernunt.*

k Justelli codex & hic, & in titulo canoni præfixo addit *nulli liceat commutare:* quas voces melius MS. Vat. Reg. utrobique expungit.

l Just. *De ea, quæ in pauperibus,* male. Correximus cum nostro codice.

m Noster codex *De his qui se extollunt.*

n Ita noster codex & hic, & infra ante ipsum canonem. MS. Just. concinit in titulo canonis; at hic habet *fugiunt.* Dein in nostro MS. *De his qui natos relinquunt. XVI. De filiis qui parentes despiciunt.*

o Just. *Bythimius.* Emendavimus cum nostro cod.

p Cod. Vat. Reg. *Felicitus.* Verius *Filetus.*

q Ita melius noster cod. quam apud Just. *Proeretius.* Mox ex eodem cod. adjecimus *Bassus,* qui sane in Græco, & in Isid. legitur.

r Just. MS. *propter aliqua vel opus sunt, vel pro Ecclesiæ necessitates.* Correctionem suppeditavit noster codex.

s Just. *plurimum facta omnino necessariæ (l. nefarie) disposita, ut auferantur* &c. Emendavimus & supplevimus quod deerat, ex nostro MS. cod. qui postea omittit *omnia.* Dein ex eodem prætulimus *possit ad Deum habere.* Just. *posset ad Dominum habere.*

eo quod vetant nubtias, & dicunt, quia nullus, qui nubtiarum conjugia sit sortitus, spem possit ad Deum habere, multæ mulieres maritatæ reductæ recesserunt a suis viris, & viri a suis mulieribus, [a] & postmodum, cum non possent sufferre, adulteratæ sunt, & propter hanc causam opprobriatæ sunt. Inveniebantur enim & [b] secedentes a domo Dei & ab Ecclesia, & contemnendo videbantur contra Ecclesiam proprias congregationes facientes, & convocationes & doctrinas [c] alias contra ecclesiasticam doctrinam, ita ut docerent peregrina * vestimenta uti ad ruinam * communionem pertinere, congregantes fructus Ecclesiæ, & oblationes, quæ ab initio traditæ sunt Ecclesiæ, ad semetipsos tollentes, & suis rationibus & eorum, qui cum ipsis sunt, sicut sanctis [d] & rogata facientibus: & servi a dominis secedentes, & in peregrino vestimento contemnentes suos dominos, & mulieres [e] extra consuetudinem pro muliebri vestimento virile induentes, & in hoc judicantes se justificari. Multæ autem tondentes se, [f] occasione venerabili natura capillorum mulierem: jejunia autem in Dominico facientes, & libertatem sancti diei contemnentes; & jejunia quæ in Ecclesia sunt constituta contemnentes, & ex eis quidam accipere carnes timentes, & * in domos, cujus domini nubserint, orare nolentes, [g] & dum fiunt orationes, contemnunt, & multotiens oblationes, quæ fiunt in domos qui nubserunt non recipientes, & [h] presbyteros qui nubserunt reprobantes, & de sacrosancto quod ab eis ministratur, non contingentes, & loca ubi martyres positi sunt, contemnentes, & qui ibi conveniunt & agunt, reprehendunt: & divites qui ab omne substantia divitiarum non recedunt, spem [i] aput Dominum non habere dicunt, & quanta alia quæ numerare nemo possit. Singuli enim eorum, qui a canone ecclesiastico * exiit, sicut leges proprias habuit. Quia nec * communicare [k] jam voluntas eis fuit: sed unusquisque quod voluit hoc addit, & hoc ei placuit. [l] (Et sicut non dominante habuit cogitatum) ad incusationem Ecclesiæ, & suam læsionem.

(Margin notes, left: * veste communia. — * in domibus, quarum — * exierunt, habuere commu-)

[m] Propter hoc coacta & veniens in Gangra sancta Synodus condemnare eos, & terminos exponere, & foris eos esse Ecclesia. Si autem pœniteantur & anathematizent singula, quæ male dixerunt, suscipi eos. [n] Et propter hoc exposuit sancta Synodus singula quæ anathematizare *, & sic suscipi eos. Si autem aliquis non consenserit ad ea, quæ sunt disposita, sicut hæreticum eum anathema esse feriendum, & esse excommunicatum, & separatum ab Ecclesia. Oportet etiam Episcopos aput omnes, [o] qui inventi fuerint tales, hæc custodire.

Hi canones post sanctam Synodum Nicænam expositi sunt in Gangram * [p] titulos XX.

De his qui abominantur nubtias.

I. [q] Si quis nubtias abominatur, vel queritur, & eam quæ cum marito suo dormierit, cum sit fidelis & venerabilis, abominatur, aut queritur, dicens eos ad regnum non posse venire, anathema sit.

De his qui abominantur edere carnes.

II. [r] Si quis * edens absque sanguine & idolatria, & suffocato, sed cum veneratione & fide qui eum condemnat pro hoc quod accepit, * ei dixerit eum spem minime habere, anathema sit.

De servis qui dominos contemnunt.

III. Si quis servus [ſ] excusatione venerandi Deum contemnere doceat dominum, & recedere ab ejus ministerio, & non cum obedientia & * totius festinationis suæ domino servire, sit anathema.

(Margin notes, right: * suppl. debent — * l. titulis — * l. edat, & supple carnes — * l. & — * l. tota festinatione suo domino)

a Sic noster cod. Apud Just. *ita ut post modum*, minus bene.
b Vat. Reg. *recedentes*.
c Locus corruptus, qui nec sanari potest ope nostri codicis, ubi legitur *altas & alias contra ecclesiastica & adversus Ecclesiam, qui congregabantur, ut peregrina vestimenta ad ruinam communem, & vestimentorum, congregantes fructum aut oblationes ecclesiasticas, quæ ab initio* &c. pariter mendose. Sententiam melius reddidit nova versio ex Græco tom.2. Conc.col.425.ed.Albr. *Diversas tradere doctrinas, aliaque contra Ecclesias, & contra ea quæ fiunt in Ecclesia. Ad hæc spretis communibus indumentis novum vestitum induere.*
d Cod. Vat. Reg. *erogata*, forte *erogare*. Mox Just. *secedentes in peregrinum vestimentum*. Correximus ex eodem cod.
e Just. *extra consuetudinem vestimentum virilem induentes*. Nostri codicis lectio melior.
f Just. *occasionis*. Sensus utrobique implexus. Ex Græco autem: *Multæ autem & prætextu pietatis tonso capite comæ muliebris ornatum auferre.*
g Just. *& ubi oratur Deus ipsi contemnent, & oblationes*. Prætulimus lectionem nostri codicis.
h Idem Just. MS. addit *requirentes*: expunximus cum nostro codice: qui mox habet *& a sacrosanctis, quæ ab eis ministrantur non adtingentes.*
i Vat. Reg. *ad Deum*.
k Sic melius idem codex, quam apud Just. *tam*. Mox pro *quod voluit* idem Vat. Reg. *quod tractabit*, *b* loco *u* scripto.
l Verba uncis inclusa ex Græco abundant, sensumque confundunt. Vel saltem Græcum exemplum aliquid aliud olim recipiebat; nam & auctor versionis Isidorianæ aliquid amplius legit, cum hæc inseruerit, *tamquam quibus rector non sit*, ad quæ noster interpres hoc loco videtur respicere.
m Just. cod. *Propter hoc sancta veniens in Gangra Synodus condemnare eos in termines eis ponere, ut eos qui permanserint in suis sententiis, foris eos esse Ecclesiæ: qui vero pænitentur, & anathemaverint singula, quæ male senserunt, suscipi eos.* Lectio nostri cod. præferenda fuit.
n Ob repetitionem verborum *suscipi eos* sequens periodus in Justelliano MS. per saltum omissa fuit. Noster vero codex eam conservavit.
o MS. Vat. Reg. *qui inveniuntur tales*.
p Idem cod. *idest tituli* XX.
q Just. cod. *Qui de nubtias quæritur, & ea, quæ* &c. Lectio MS. Vat. Reg. melior.
r Voces *si quis* & *sed* ex nostro MS. adjecimus. Dein Just. codex post vocem *fide* inserit *edens bis*, minus recte.
ſ Ita noster cod. Apud Just. *excusationis caussa venerandi domini contemnere dicat dominium.*

De nubtis presbyteris.

* l. de presbytero

IV. Si quis dubitet * a presbytero, qui nubsit, quasi [a] non oportere ab eo consecrante oblationem accipere, sit anathema.

De his qui Ecclesiæ congregationes humiliant.

V. Si quis docet domum Dei contemni, & quæ in ea sunt congregationes, anathema sit.

[b] *De his qui extra Ecclesiam congregant.*

* l. propriam

VI. Si quis præter Ecclesiam * proprie congregat, [c] & contemnens Ecclesiam voluerit extra agere non consentiente Episcopo aut presbytero, sit anathema.

De oblationibus Ecclesiæ.

VII. Si quis ea quæ conferuntur Ecclesiæ, voluerit foris Ecclesia accipere, aut dare, [d] sine consensu Episcopi, aut ejus cui ista injuncta sunt, & non cum conscientia ejus voluerit aliquid agere, anathema sit.

De iis quæ pauperibus conferuntur.

VIII. [e] Si quis dat aut accipit de hoc quod offertur, extra Episcopum, aut eum qui ordinatus est ad dispensandam misericordiam pauperibus, & qui dat & qui accipit, sit anathema.

De virginitate & abstinentia.

* f. abstinentia

IX. Si qui [f] virginitate aut * abstinentiæ glorientur, & quasi abominandis nubtiis recedunt, & non secundum fidem hoc ipsum bonum, & sanctum virginitatis nomen custodiunt, anathema sit.

De his qui [g] propter virginitatem elati sunt.

X. Si quis virginitatem custodiens exaltat se ab his qui nubunt, sit anathema.

De his qui pauperum agapes inrident.

XI. Si quis contemnit fidelium agapes facientes, & propter honorem Domini convocant fratres, & [h] noluerint communicare cum

A eis inridentes, ut adnihilent hoc quod fit, anathema sit.

De his qui in pallio elati gloriantur.

XII. Si quis virorum [i] pro æstimatione * religionis vitæ & venerabili pallio utatur, & æstimet se ab eo posse justificari, & reprobet eos qui venerabiliter * vestem consuetam utuntur, * & communia quæ in consuetudinis est vestis, anathema sit.

* l. religio[nis]

* l. veste c[on]sueta

* l. & com[mu]nem qu[æ in] consuetud[ine] est veste[m]

*De * mulieres quæ virile veste utuntur.*

* l. mulie[ri]bus

XIII. Si qua mulier arripuerit scemate vestem,
B pro consueta muliebre, virilem accipiat, anathema sit.

De his quæ de nubtiis recedunt.

XIV. Si qua mulier derelinquens virum suum recedere ab eo voluerit, quasi abominans nubtias, sit anathema.

De his qui excusatione religionis natos relinquunt.

XV. Si quis [k] dereliquerit filios suos, & non eos enutriat: sed quantum ad se quasi pro Dei cultu deserat, quemlibet occasione * asce-
C seos neglegat, anathema sit.

* Vox Gr[æca] idest con[ti]nentiæ, [ut] Dion. & reddider[unt]

De his qui occasione Christi nominis despiciunt parentes.

XVI. Si * quis fidelium filii despiciant parentes occasione Dei venerationis [l], & non debitum honorem parentibus reddant honorificantes eos, quia in hoc Dei veneratio est, sit anathema.

* l. qui

De mulieribus quæ se tondent.

XVII. Si qua mulier [m] existimet Dei veneratione * tondent caput suum, quod Dominus
D ad commemorationem præcepit ei, ut sit subdita viro, & solverit præceptum, anathema sit.

* l. tond[ere]

De his qui ecclesiastica jejunia contemnunt.

XVIII. Quicumque religiosus sine corporis necessitate [n] superviens, & quæ traduntur jejunia, * in commune ab omnibus servantur in Ecclesia, contempserit, & suo sensu dicat non esse perfecta, sit anathema.

* supple quæque

De

a Just. *non oportere eum consecrare, noluerit oblationem accipere*. Emendationem suggessit noster codex, qui solum omittit *accipere*.
b Vat. Reg. *De his qui ecclesiasticas administrationes foris ab Ecclesia faciunt*.
c Just. omisit &. Vat. Reg. delet *extra*.
d Cod. Just. *aut commutare sine consensu Ecclesiæ aut Episcopi, cui . . . & non cum eorum conscientia*. Græco cohærentior est nostri codicis lectio.
e Ita cod. Vat. Reg. Apud Just. *Si quis dans, aut accipiens de hac, quæ offerentur, extra consensum Episcopi, aut ejus qui ordinatus est ad gubernandam misericordiam pauperum* &c. minus recte.
f Cod. Vat. Reg. *virginitatis & abstinentiæ*.
g Idem cod. *propter nomen virginitatis*.
h Idem cod. *nolunt*. Mox *ut adnihilent* ex eodem MS. scripsimus. Just. *& adnihilent*.
i Ita noster cod. Apud Just. *pro extimatione & religionis vitæ venerabili*.
k Just. *derelinquens*: & dein *ad rem* pro *ad se*: Nostrum codicem sequuti sumus.
l Just. addit *vita*. Delevimus cum nostro cod.
m Idem MS. Vat. Reg. addit *se*, & dein habet *tondente*.
n Vat. Reg. *superveniens*, male. Justellus *superviens*, idest *superbiens*.

A

De his qui dominico die jejunant.

XIX. Si quis ea, quæ arbitratur * ascensem, aut dissimulatione [a] & diem dominicum jejunat, sit anathema.

(*margin:* ... vox ... ideft ... tinentia, ... professione ... inentia.)

De his qui abominantur Martyrum congregationes.

XX. Si quis [b] superviens dispositioni & abominaverit congregationes sanctorum Martyrum, & quæ in eis fiunt celebritates, [c] & derogaverit memoriæ eorum, sit anathema.

[d] Hæc scripsimus non recedentes ab his, B [e] qui sunt in Ecclesia secundum scribturas custodire secundum voluntatem Dei. Eos vero, qui accipient dispositionem * ascesis, & qui * superbiant contra eos qui simpliciter vivunt, & elatos contra scribturas & ecclesiasticos canones, & novitatem introducentes aliquam, [f] abicit Catholica & Apostolica Ecclesia. Nos autem virginitatem cum humilitate miramur, & abstinentiam cum pudicitia, & nubtias cum habitatione pudica honorificavimus, & cum veneratione fienda suscipimus, & recedere a sæculi rebus cum humilitate suscipimus, & divitias cum justitia & misericordia non reprobamus, & paucitatem * & multitudinem vestimentorum pro * diligentiam corporis non C curiosam laudamus; solutas autem & * contenritas in vestibus processiones non suscipimus, & domum [g] Dei nostri honorificamus, & quæ in ea fiunt orationes sacras, & * sanandas accipimus, non concludentes pietatem domibus: sed omnem locum in nomine Dei ædificatum honoramus, & quæ [h] in eo congregatio *, communem Ecclesiam ad salutem nostram, & omnium * diversitatem suscipimus, & plurimas misericordias fratrum, quæ secundum traditionem per Ecclesias pauperibus fient beatas dicimus, & omnia, quæ secundum divinas scribturas tradita sunt, & Apostolorum traditiones, in sancta Ecclesia fieri exoramus. Amen. Ita subscripsimus feliciter.

(*margin:* ... vox, ... conti... æ dispo... nem, seu ... essionem ... perbient, super... t, & an... accipiunt; ... & vilita...; ... diligentia; ... fractas, molles ... Græco; ... ple; ... tilitatem)

[i] *INCIPIUNT CAPITULA*

Canonum Anthiociensium.

I. De his qui [k] contradicunt Nicænis Canonibus, & de * sanctum Pascha. — * *l.* sancto

II. *De his qui se ab * Ecclesia separant, & in domibus communicant.* — * *l.* Ecclesiis

III. [l] *De * invadentes parocias alienas.* — * *l.* invadentibus

IV. *De * excommunicatos qui præsumunt agere.* — * *l.* excommunicatis

V. *De his qui occulte ab Ecclesia segregant.*

VI. *De excommunicatis clericis vel laicis.*

VII. *De dandis epistulis.*

VIII. *De non suscipiendis peregrinis.*

IX. *De Metropolitanis.*

X. *De his qui vocantur Corepiscopi.*

XI. *De his qui* [m] *Imperatoribus supplicant.*

XII. [n] *De his qui degradati Imperatori supplicant.*

XIII. *De Episcopis qui in aliena parocia ordinant.*

XIV. [o] *Si accusatus Episcopus inter provinciales minime judicium conveniat.*

XV. *De condemnatis Episcopis.*

XVI. [p] *De Episcopis vagantibus.*

XVII. [q] *De his qui ad Episcopatum vocantur, & contemnunt.*

XVIII. *De ordinato & non suscepto Episcopo.*

XIX. *De episcopis ordinandis.*

XX. *Ut secundo in anno Synodus fiat.*

XXI. *Ut nullus Episcopus de propria migret Ecclesia.*

XXII. [r] *De his qui in aliena parocia ordinant quemquam.*

XXIII. *Ut nulli Episcoporum liceat * posse successorem eligere.* — * *l.* post se

XXIV. *De rebus Ecclesiæ, & quæ sunt Episcopi.*

XXV. *Et ut Episcopus potestatem habeat res Ecclesiæ gubernare.*

Expliciunt Capitula.

a Ita noster codex. Apud Just. *per dissimulationem.*

b Cod. Vat. Reg. *talis superveniens dispositionis*, forte *tali superbiens dispositione*: ac dein habet & *quæ supra eos fiunt.*

c Idem codex omisso verbo *derogaverit* habet, & *memoria*, lege & *memorias.*

d Voces *hæc scripsimus non recedentes* in Justelli MS. corrosas ex nostro MS. supplevimus.

e Just. *quæ sunt*. Correximus cum nostro cod. Adhuc vero locus corruptus: clarius ex Græco: *non eos abscindentes, qui in Dei Ecclesia volunt secundum scripturas in continentia exerceri.*

Justelli editio puncta præfert, ac si hoc loco aliqua desint. At nihil desiderari tum noster codex, tum Græcus textus ostendunt. Dein vocem *pudica* ex nostro codice inseruimus.

g Ita noster codex. Apud Just. *Domini nostri honorificavimus.*

h Just. *in eum congregationem*. Melius noster codex, qui mox delet *omnium*.

i Justellus hosce canones priscæ versionis invenit etiam in alio MS. Thuan. 533. nunc Colbert. 784. nos in tribus collectionibus diversis, nimirum in MSS. Vat. Reg. 1997. Lucensi 88. & Vat. 1342.

k MS. Vat. Reg. *tentant contraria agere Nicænis canonibus*, uti habet ipse Justellianus codex in titulo, qui canoni primo inferius præfigitur.

l Idem cod. Vat. Reg. *De his qui de alias parrocias* (l. *aliis parrociis*) *in alias se emergunt*: & *IV. De degradatis præsumentibus. VI. De his, qui se ab Ecclesia retinent.*

m Idem MS. *apud Imperatorem.*

n Idem cod. *De degradatis, qui se Imperatoribus prosternunt*. Mox *in aliena* ex eodem cod. scripsimus. Just. *in alia.*

o Cod. Vat. Reg. *De Episcopis accusatis.*

p Hunc titulum seu capitulum in Justelli tabula omissum ex nostro cod. Vat. Reg. restituimus, concinitque cum illo, quem canoni XVI. idem Justellianus codex præfixit. Hinc porro numeros capitulorum sequentium unitate singulis addita emendavimus.

q *De his qui vocati ad episcopatum contemnunt*, in eodem Vat. Reg. MS. & num. XIX. *De ordinatione Episcoporum.*

r Idem cod. *De his qui ab aliis Episcopis ordinantur*. XXIII. *Ut nullus Episcopus post se successorem eligat*. XXIV. *De substantia Ecclesiæ, & quæ sunt Episcopi*. XXV. *Ut Episcopus habeat potestatem rerum Ecclesiæ gubernandæ*, lege *gubernandarum.*

INCIPIUNT CONSTITUTA

Canonum Anthiociensium in Dedicatione.

Sancta & pacissima Synodus, * qui a Deo congregata est Anthiociæ, his qui secundum provincias unanimes sanctis & comministris in Domino salutem. Gratia & veritas Domini salvatoris nostri Jesu Christi, visitans sanctam [a] Anthiocensem Ecclesiam, & in unum nos congregans, communi & uno sensu in spiritu pacis [b] multa quidem alia corrigit: in omnibus autem & corrigit, ex præcepto sancti & pacifici Spiritus bene haberi placuit, cum multo tractatu, & judicio simul omnium nostrum B in hoc ipso congregatis Episcopis apud Anthiocenam civitatem ex diversis provinciis ad notitiam vestram suggerimus, credentes Domini nostri gratia & pacis in Spiritu sancto, [c] quia & ipsi consentiatis per virtutem ejus, sicut nobiscum præsentes, & orationibus cooperantes, magis autem confirmati, & sancto Spiritu coagentes, hæc ipsa nobiscum consentientes & constituentes, & hæc ipsa quæ placuerunt adsignantes & firmantes per sanctum Spiritum consonanter. Sunt enim qui instituti sunt canones ecclesiastici, [d] qui subditi sunt a sancta & pacissima Synodo, quæ in Anthiocia congregata est.

* l. quæ

TITULI XXV.

De his qui contraria temptant Nicænis canonibus, & de sancto Pascha.

I. Omnes qui temptant solvere terminos [e] sanctæ & magnæ Synodi, * quæ in Nicæa constituta sunt sub præsentia piissimi Imperatoris Constantini [f] de sacratissima festivitate sanctæ Paschæ salvatoris Domini nostri, excommunicatos & expulsos esse a sancta Ecclesia, si permanserit in eo stantes & contendentes contra ea, quæ bene sunt constituta: & hoc [g] si de laicis. Si autem de his, qui præsunt Ecclesiæ, Episcopis, aut presbyteris, vel diaconis post A hoc constitutum [h] præsumpserint ad evertendum populum, & conturbationem ecclesiarum, & singuli cum Judæis, vel ante Judæos celebrare Pascha voluerint: hunc sancta Synodus abs se & ab Ecclesia alienum esse censuit; quia non solum sibi facit peccatum; sed & multis * prævaricationem & distructionem esse [i] auctorem: & non solum tales dejici de ministerio; sed etiam & eos, qui temptant communicare cum eis, [k] & postea degradandum eos. Etiam degradati fraudari oportet * honores quæ sanctus canon, & Dei sacerdotium accipit.

* l. qui... constituti

* l. prævaricationis destructionis

* l. honores quem.

De his qui se avertunt ab Ecclesia, & in domibus communicant.

II. Omnes, qui ingrediuntur domum Dei, & sacras scripturas audiunt, & non communicant [l] eucharistia cum populo; sed avertunt se a * sanctum munus præ nescio quam inquietudinem, & in suis domibus communicant; de his [m] censuimus projici ab Ecclesia, quandiu confessi fructum ostendant conversionis, & supplicantes tunc possunt mereri indulgentiam. Nam non licere eis, cum excommunicati fuerint, [n] communicare, neque in domo convenientes simul orare, quia Ecclesiæ sanctæ non condeprecantur, neque eos in alia Ecclesia suscipi, [o] qui in alia non congregantur. Si autem visus fuerit aliquis Episcoporum, aut presbyterorum, C aut diaconorum, aut quicumque de canone Ecclesiæ excommunicatis communicare, nunc & [p] ipsum excommunicatum esse, pro eo quod nisus est confusionem facere canoni Ecclesiæ.

* l. sancto munere

*De his qui * de alias parrocias in aliis se immergunt.*

* l. de aliis parrociis alias

III. Si quis presbyter, aut diaconus, vel aliquis ex * sacri ministerii derelinquens suam parrociam ad aliam vadat, etiam omnino post tarditatem [q] in alienam parrociam temptat multo tempore, non ministrare. Si forte evocatus a proprio Episcopo, ut revertatur [r] ad propriam, & correptus non audiat, & permanserit

* l. sacro ministerio

---

a Cod. Thuan. *Antiochiæ*.

b Just. *multa corrigenda: in omnibus autem & corrigit ex præcepto sanctis Patribus bene haberi placuit*. Minus mala MS. Vat. Reg. lectio.

c Just. *qui et ipsi consentientes . . . & operationibus cooperantes*. Emendationem suppeditavit idem codex.

d Ita idem noster cod. Apud Just. male *qui subjecti sunt sanctæ & pacissimæ Synodus*: & notat in MS. Thuan. legi *Synodo*.

e Just. *sancti & magni Synodus*. Correximus ex MS. Vat. Reg. Mox *in Nicæa* scripsimus cum MS. Vat. 1342. Justellus cum suo codice, & nostro Vat. Reg. *in Niciam*.

f Cod. Just. *de sacratissimum festivitatis sanctum Paschæ . . . ut excommunicatos*. Emendavimus cum MS. Vat. Reg. Alius Vat. habet pariter *festivitate*.

g MS. Just. *sive de laicis, sive de his qui præsunt*, mendose. Noster cod. Vat. Reg. veram lectionem præbuit.

h Ita cod. Vat. 1342. Alii minus recte *præsumpserunt*.

i Just. *auctorum*. Emendavimus cum MSS. Vat. Reg. & Vat. 1342.

k Verba *& postea degradandum eos* ex MS. Vat. Reg. inseruimus, ubi tandem legendum ex Græco *post degradationem eorum*. Mox Just. *etiam degradati omnino fraudari eos honores quod sancti canones*. Vat. Reg. exemplum cum Græco magis concordans sequuti sumus.

l Just. *ea caris etiam cum populo*. Prætulimus MSS. Luc. & Vat. 1342. Alius Vat. Reg. *eucharistiam*. Aliæ versiones *in oratione*. Mox *avertunt* scripsimus cum Vat. Al. *avertent*. Vat. Reg. habet *sed avertent se suis communicant; de his* &c. intermediis omissis. Forte legendum *sed avertunt se a sacra communione; de his* &c. nam verba *& in suis domibus communicant* nec in Græco nec in aliis versionibus hoc loco inveniuntur.

m Cod. Luc. *censemus*: ac mox delet *supplicantes*: quam vocem ex Vat. Reg. supposuimus pro *supplicationis* & apud Justellum.

n Just. perturbato verborum ordine *neque in domo communicare, vel convenientes simul* &c. Emendavimus cum Vat. Reg. Mox pro *quia* Vat. 1342. habet *qui*.

o Just. *qui in Ecclesia una congregantur*. Lectionem Vat. Reg. cum aliis versionibus & Græco concordem prætulimus.

p Ita idem MS. Vat. Reg. Codex Just. mendose *ipse*.

q Vat. 1342. *in alienam parrochia*, leg. *in aliena parrochia*. Dion. vertit: *vel omnino demigrans, in alia parrochia per multa tempora nititur immorari, ulterius ibidem non ministret*.

r Vat. Reg. *ad parrochiam*. Dein Just. *permanserit inquietudini*. Tres nostros codd. antetulimus.

ferit * inquietudine, omnino degradari cum ministerio, & nullam eum spem habere ad revertendum. Si autem degradatum pro hac culpa suscipiat eum [a] alius Episcopus, [b] & ille * culpatur a communione Synodo, eo quod destruat dispositiones ecclesiasticas.

in inquie- dine

culpetur communi

De his qui degradati præsumunt sacrosanctum agere.

IV. Si quis Episcopus a Synodo depositus, aut presbyter, aut diaconus a proprio Episcopo excommunicatus præsumpserit aliquid ministerii agere, ipse in se damnationem firmavit. Si Episcopus [c] sit, similiter secundum morem consuetudinis, numquam eis licere in alia Synodo spem ad restituendos habere, neque satisfactionis locus eis datur: sed & qui eis communicaverint, omnes abicit sancta Ecclesia: * præterea si agnoscentes sententiam contra memoratos datam, temere voluerint eis communicare.

gendum est ixime si

De his qui se ab Ecclesia retrahunt & occulte congregantur.

V. Si quis presbyter, aut diaconus contemnens suum Episcopum separaverit se ab Ecclesia, & secretius congregans [d] * altarem statuat, & evocante eum Episcopo non obaudierit, [e] eum & primo & secundo vocantem contempserit, noverit se omnino degradari, & medicinam non mereri, neque suam dignitatem habere posse. Si autem permanserit conturbans & resultans Ecclesiæ, [f] * qui a foris sunt potestates, sicut rebellem eum corrigere.

altare & ocanti

upple bent, & l. æ

De his qui excommunicantur clerici vel laici.

VI. Si quis a proprio Episcopo excommunicatus fuerit, non eum debere ab alio suscipi in communione, si non primo eum revocaverit proprius Episcopus, aut in Synodo occurrens satisfaciat, & agnoverit Synodus, causa ejus suscipiatur, aut [g] si de eo secundam sententiam dixerint. Definitum est [h] in eo institutum de laicis, presbyteris, & diaconibus, * & omnes, qui sunt in canone, ita judicandos.

* *l.* & omnibus

De dandis epistulis.

VII. Ut non liceat presbytero, qui * in locum est, canonicas epistulas dare, nisi solum ad vicinos Episcopos epistulas dirigere. Inreprehensibiles autem Corepiscopos dare pacificas.

* *l.* in loco, *ex Græco* in pagis

De non suscipiendis peregrinis [i].

VIII. Nullum sine formata suscipere peregrinum.

De Metropolitanis uniuscujusque provinciæ.

IX. [k] Uniuscujusque provinciæ debemus agnoscere Metropolitanos, & præesse Episcopis, & sollicitudinem suscipere totius provinciæ, pro eo quod in Metropolim undique concurrunt omnes, qui causas habent: unde placuit ut honore præponantur, & nihil agere plus aliquid liceat ceteris Episcopis sine ipso [l] secundum antiquum a Patribus nostris manentem canonem, nisi hoc solum quantum cujusque pertinet parrociam, & quæ sub ipsa pertinent loca. [m] Singulos autem & unumquemque Episcopum potestatem habere * gubernandam secundum uniuscujusque venerationem, & provisionem facere totius loci, [n] qui est sub ejus civitate, ut ordinet presbyteros, & diaconos, & cum judicio singula perspicere, & [o] nihil aliud agere, aut præsumere sine metropolitano Episcopo, [p] & nec ipsi liceat sine ceteris in Concilio.

* *l.* gubernandæ, & *supple* suæ parrochiæ.

De his qui vocantur Corepiscopi.

X. Qui in locis aut vicis sunt constituti Corepiscopi, non audeant manus imponere ordini cuique: sed placuit [q] sanctæ Synodo circa eos suam mensuram * gubernare * qui subjacent eis, Ecclesias, & eorum sufficere sollicitudini & jubamini. Constituere autem subdiaconos, & exorcistas, & lectores, & eorum sufficere

* *supple* tenore, & * *l.* quæ

---

u *Thiſanus* in Vat. Reg. qui mox habet *Amo*, ideſt *Amorianus*, melius ab *Amorio* Piſidiæ. Alius Vat. *Amuranus.*
x Ita noſtri codd. Concinunt vulg. *Auxanon.* Apud Juſt. *Oxanius.*
y Vat. 1342. *Ellalius presbyter Cunanus.*
z Melius vulg. Conc. *Philomelienſis* a Philomelio.
aa Vat. Reg. *Tatgidnus.* Alius Vat. *Tantianus.* Dein vulg. Conc. *Myrenſis.*
bb Ita noſtri codd. Apud Juſt. *Tromardum.* Melius in vulg. Conc. *Oenoandenſis* ab Oenoanda Lyciæ.
cc Vat. *Sindon.* Verius in vulg. Conc. *Xanthenſis.*
dd Vat. Reg. *Thoantinus Araxo.* Vulg. *Theansinus Araxenus.* Mox voces *Phrygiæ Salutaris* a Juſtello omiſſas ex noſtris codd. adjecimus.
ee Vat. Reg. *Edicius.* In Juſt. per errorem pro *Afrodiſiada* legitur *Nicomedia*, cum etiam apud ipſum poſtea *Nicomediæ* Epiſcopus dicatur *Eufraſius.*

A

[a] *Ponti Amasiæ.*

Panſopius * Hibero.

Myſiæ.

Martyrius * Marciopolitanus.

Scythiæ.

Terentius Tomeun.
Ætherius Cerſouiſſi.
[b] Sebaſtenus Anchialis.

Spaniæ.

Agrius [c] Ymimontu.

[d] *Ponti Polemoniaci.*

Atarbius per
Cyrillum lectorem.

[e] *Expliciunt Canones Concilii Conſtantinopolitanorum.*

[f] INCIPIT

PRÆFATIO.

[g] PLlacitum eſt in Concilio habito, in quo credimus poſſe placere omnibus catholicis, ut a Synodo accepto recedi omnino non debere, quod in conlatione aput omnes integrum recognovimus, nec a fide non receſſuros, [h] quæ per Prophetas a Domino Deo Patre per Chriſtum Dominum docente Spiritu Sancto in Evangelio, & Apoſtolis omnibus ſuſcepimus [i] per traditionem Patrum, ſecundum [k] traditionem Apoſtolorum, quæ aput Niciam
B tractata ſunt contra hæreſes, quæ eo tempore ſurrexerunt [l] præpoſitum eſt nunc uſque permanet. Quibus a nobis omnibus nec addendum aliquid credimus, nec [m] minuere poſſe manifeſtum eſt. Placuit ergo nihil fieri novum: [n] ſubſtantia, quod Græci dicunt uſiam, nomen quidem in multis ſanctis Scribturis inſinuatum mentibus noſtris obtinere ſui debere [o] firmitatem. Quam rem cùm ſuo nomine Ecclesia catholica cum doctrina deifica ſemper confiteri & profiteri conſuevit. [p] ☞

AN-

---

a Juſt. *Pontus Aſiæ.* Correximus cum Vat. 1342. & vulg. Conc. Mox *Hibero* prætulimus cum MS. Vat. Reg. Apud Juſt. *Hiberonus.*

b Vat. 1342. *Sebaſtinus.* Vat. Reg. cum vulg. Conc. *Sebaſtianus.*

c Vat. Reg. *Yminontu.* Alius Vat. *Immoenuntu.* Vulg. Conc. *Immontinenſis.*

d Hanc provinciam cum noſtris MSS. & vulg. Conc. adjecimus.

e Cod. Vat. Reg. *Explicit Calcidonenſis Concilium*, mendoſe; ſed fortaſſe ex eo evenit, quod ultimus canon addititius ex Chalcedonenſi ſumtus fuit.

f Hoc additamentum, quod ex ſuo codice Juſtellus edidit, at in noſtris MSS. non invenitur, ad priſcam verſionem non pertinet. Deteximus autem eſſe documentum Synodi Ariminenſis a Catholicis celebratæ an. 359. quod apud S. Hilarium legitur Fragmento VII. t. 2. editionis Veron. col. 184. d. ubi hic titulus præfigitur: *Incipit definitio catholica habita ab omnibus catholicis Epiſcopis, priuſquam per terrenam poteſtatem territi hæreticorum conſortio ſociarentur, in Concilio Ariminenſi.*

g Apud Hilar. incipit: *Sic credimus placere omnibus poſſe Catholicis, a Symbolo accepto nos recedere non oportere, quod* &c.

h Melius apud eumdem: *quam per Prophetas a Deo Patre per Chriſtum Dominum noſtrum docente Spiritu Sancto & in Evangeliis & in Apoſtolis* &c.

i In Hilar. inſeritur *ut*, minus recte.

k Lege cum Hilar. *ſucceſſionem Apoſtolorum uſque ad tractatum apud Nicæam habitum contra hæreſim, quæ tunc temporis exſurrexerat.*

l Hilar. *poſitum nunc.* Dein voces *a nobis* contextui neceſſariæ apud illum deſiderantur.

m Lege cum Hil. *minui.* Mox hic habet *Placet.*

n Corrige *ſubſtantiæ, quam:* ſicut apud Hilar. *ſubſtantiæ quoque nomen & rem a multis ſanctis Scripturis inſinuatam* &c.

o Sequentia, quæ in mutilo Juſtelli MS. deerant, ex Hilario ſupplevimus.

p Addit Hilarius. *Huic definitioni omnes in unum Catholici conſpirantes ſubſcripſerunt.*

ANTIQUISSIMA INTERPRETATIO LATINA CANONUM NICÆNORUM,

Quæ nunc primum prodit e MS. Vaticano Reginæ 1997.

ADMONITIO.

PRiscæ canonum editioni vetustissimam ineditamque Latinam versionem subjicimus canonum Nicænorum, quam reperimus in MS. codice Vat. Reginæ 1997. In hoc ceteri Græcorum Conciliorum canones ex interpretatione prisca sumti fuerunt. Soli Nicæni aliam hactenus ignotam versionem exhibent, quæ prisca translatione antiquior, in Ecclesia Theatina, ad quam ille codex olim pertinebat, recepta fuisse videtur. Initio quidem suspicabamur, hanc versionem eam esse, qua utebatur Romana Ecclesia, cui Theatina suberat. Cur vero hanc suspicionem deposuerimus, intelliges ex præmisso Tractatu part. 2. c. 2. §. 1. n. 2. & seqq. Ex hac versione auctor Quesnellianæ collectionis, quam recusimus, in Nicænis canonibus describendis nonnulla derivasse animadvertimus adnot. 1. in canones Nicænos ejusdem collectionis. Canones Sardicenses cum Nicænis juncti, & Nicænorum titulo inscripti in eodem quidem codice Vat. Reginæ proferuntur. Solos autem Nicænos hic appendimus; quippe qui tantummodo latine redditi novam translationem exhibent. Sardicenses enim ex originali Latino, ut alibi monuimus, ibidem descripti cum vulgatis conveniunt, aliquot variantibus lectionibus exceptis, quas ex eodem MS. codice in notationibus ad Sardicenses canones priscæ editionis diligenter expressimus. Canonibus Nicænis in eodem MS. præmittitur tabula canonum cum hac epigraphe: *Incipit Capitula Nicæni Concilii.* Sunt autem capitula XLVI. eo quod in his Sardicensia capitula sine ullo discrimine comprehendantur. Hæc capitulorum canonumque divisio collectoris arbitrio tribuenda. Duo prima capitula designant ea, quæ canonibus præmittuntur. Hinc primus canon Nicænus notatur numero tertio, secundus quarto, & sic deinceps. Omittitur Nicænus canon ultimus de non flectendo genu die dominica, & a Pascha usque ad Pentecosten, uti omittitur in collectione, quam ex Quesnello edidimus. Quoad Sardicenses autem canones duo in unum coeunt, nimirum 29. & 30. collectionis Quesnellianæ: cumque in hac unicum tantum capitulum adsignetur præmissis canonum, quæ in nostro codice dispertiuntur in duo; copulatis in unum duobus Sardicensibus collectionis laudatæ, idem canonum numerus XLVI. utrobique tandem resultat. Hæc prænotasse sufficiat. Nunc ipsam versionem proferimus, quæ etsi incondita, & obscura est, ut antiquæ fere omnes versiones deprehenduntur; plura tamen errata imperiti librarii vitio & oscitantiæ tribuenda sunt.

INCI.

INCIPIT FIDES NICÆNI CONCILII

Α' Μ Η Ν.

I. CUm convenisset sanctum & magnum Concilium &c. *uti habetur supra in Nicænis canonibus editionis priscæ.*

II. Credimus in unum Deum Patrem omnipotentem, omnium visibilium & invisibilium factorem, & in unum Dominum nostrum Jesum Christum natum ex Patre unigenitum, hoc est de substantia Patris &c. *uti supra cap.* I. *collectionis Quesnellianæ.*

De his qui se ipsos abscidunt, vel eunicizant, in totum ad clerum admitti non debere.

III. Si quis autem incurrerit * in valetudine, & necessitate cogente a medicis fuerit sectus, aut dominis suis, aut a barbaris eunuchizatus; hic * manet in clero. Si quis autem sanus ipse se absciderit, & inventus fuerit in clero; oportet eum a loco abiici, & de cetero nullum hujusmodi oportere suscipi. Sicut autem de his manifestum est, ut si quis ausus fuerit abscidere se, abjiciatur. Sic itaque siqui aut a barbaris aut a dominis suis castrati sunt, provata vita eorum suscipiendos esse in clerum censemus.

* *l.* in valetudinem

* *l.* maneat

De Neophitis neque Episcopos, neque Presbyteros ordinari.

IV. Plurima sive necessitate cogente, sive alias * coacti ab hominibus commissa sunt contra disciplinam, & regulam ecclesiasticam, ut quosdam homines a conversatione gentili repente accedentes ad credulitatem, modico tempore cathacizatos statim ad spiritale lavacrum cogant accedere: & mox baptizatos multos ad Episcopatum, vel Presbyterium venire cogant, bene habere placuit. De cetero nihil tale committi, vel fieri. Tempus enim debet probare Cathecuminum, & post baptismum experimentis multis probari. Manifesta etenim Apostoli scribtura dicentis *non Neophitum, ne forte elatus in judicium incidat diaboli.* Quidem si præcedente tempore tale aliquid delictum admiserit, hæc eadem persona & accusetur a duobus, vel tribus, hujusmodi privabitur a loco.

* *l.* cogenti- us homini- us

De vindicta eorum, qui contra canones fecerint.

V. Si quis autem contraria his egerit, resistens huic magno, & sancto Concilio, ipse se in periculo mittens privabitur a clero.

*De mulieribus quas * synectas vocant.*

* *leg.* synectas

VI. Quæcumque * Episcopis, vel Presbyteris, & Diaconibus commorantur, sive viduæ, sive virgines; hæc in totum censuit hoc sanctum, & magnum Concilium nullum sibi præsumere hoc vel licitum esse eis maxime qui in clero sunt constituti: nisi forte aut soror sit, aut germanica * hæc personæ tantum quæ fugiant suspicionem. Aliæ vero personæ fugiendæ sunt, quæ maximam adferunt suspicionem.

* *supple* cum

* *l.* vel hæ

De Episcopis a comprovincialibus ordinandis.

VII. Episcopum oportet ab omnibus Episcopis qui sunt in provincia, sub qua agitur, ordinari. Si autem difficillimum est, aut urgens necessitas fuerit, aut per longinquitatem itineris, omnino tamen tribus Episcopis præsentibus oportet constitui Episcopum consentientibus & his, qui absentes fuerint per scribta sua ordinationem fieri tamquam se præsentes.

De potestate Metropolitani.

VIII. * Habentem potestatem eum qui in ampliore civitate provinciæ videtur esse constitutus, idest in Metropolim.

* *l.* Habeat potestatem is, & *subauditur* in provincia

De his qui excommunicati sunt ab Episcopis suis.

IX. De his qui excommunicati fiunt, sive qui in clero, sive qui in laico ordine ab his, qui in provincia sunt, Episcopi teneat sententia: * aut qui ab aliis incommunicati facti fuerint, ab aliis non suscipiantur. Perrogentur autem, ne forte propter contentionem, aut inimicitiam, aut aliquam animositatem Episcopi facti sunt incommunicati. * Ut ergo de omnibus congruens interrogatio fieri videatur.

* *l.* ut qui

* *Sequentia pertinent ad initium canonis sequentis*

De Synodo bis in anno per unamquamque provinciam celebranda.

X. Placuit per singulos annos in singulas provincias duo Concilia fieri, ut simul omnibus Episcopis convenientibus totius provinciæ hæ omnes quæstiones interrogentur, ut qui manifesti inventi fuerint deliquisse, vel offendisse Episcopum suum, aut certe graviter deliquisse aput eos constet, eos esse incommunicatos, donec omnium consilio, vel Episcopo eorum placeat humaniorem adversus eum proferre sententiam. Concilia autem fiant unum ante * tessera constent, ut omnium animositate amputata purum & immaculatum sacrificium offeratur Deo. Secundum vero fiat post autumnum.

* *l.* tessaracosten *ex Græco, idest* Quadragesimam

De primatu Ecclesiæ Romanæ.

XI. Ecclesia Romana semper habuit primatum. Teneat autem & Egyptus, ut Episcopus Alexandriæ omnium habeat potestatem: quoniam

niam & Romano Episcopo hæc est consuetudo. Similiter autem & qui Antiocia constitutus est, & in ceteris provinciis, primatus habeant Ecclesiæ civitatum ampliorum.

De infirmanda ordinatione, quæ sine Metropolitani consensu fit.

XII. Ante omnia manifestum sit illud, quod si quis sine arbitrio ejus, qui est in Metropolim, constituerit Episcopum; hunc Concilium hoc sanctum & magnum censuit non esse Episcopum.

[* sup. de] *De sequendo majori numero, cum * ordinatione contenditur.*

XIII. Si vero omnium una maneat sententia firma secundum regulam ecclesiasticam; duo vero, vel tres animositate ducti per contentionem contradicunt; teneat plurimorum sententia.

De honore Gerosolymitani Episcopi.

[* sup. &] [* l. Æliæ] XIV. Quoniam consuetudo tenuit * traditio antiqua, ut qui in * Ecclesia est Episcopus, idest Gerosolymis honoretur, habeat secundum ordinem suum honorem, Metropolitani manente dignitate.

De his qui mundi dicuntur quo genere recipiendi sunt.

XV. De his qui se ipsos Catharos, idest mundos vocant, si quis veniat ad Ecclesiam catholicam, placuit sancto, & magno Concilio huic, ut per manus impositionem Ecclesiæ catholicæ maneat in clero. Ante omnia autem hoc manifestum sit, quoniam oporteat eos in omnibus consentire traditionibus sanctæ catholicæ Ecclesiæ, hoc est ut & secundis nuptiis communicent, & * qui in tempestate persecutionis lapsi sunt, super quos & tempora * statuta sunt & anni. Oportet igitur sequi eos omnia, quæ censuit sancta catholica, & apostolica Ecclesia. Igitur si quis eorum sive in vicis, sive in civitatibus soli inventi fuerint Episcopi, vel Presbyteri; a reordinati ab Episcopo Ecclesiæ catholicæ manebunt in eodem honore. Is autem, qui habuit nomen Episcopi * ad eos qui dicunt se esse mundos, in Ecclesia catholica habebit honorem Presbyterii. Si autem hoc illi non placuerit, providebit ei locum in parrocia, ut non videantur in civitate duo Episcopi esse.

[* suppl. iis] [* subaudi pœnitentiæ] [* l. apud eos]

De his qui inexaminati ordinantur.

XVI. Si qui sine inquisitione facti sunt Presbyteri, aut interrogati confessi sunt delicta sua, & confessis eis citra ordinem, & disciplinam moti homines manus eis temere imposuerunt; hos Canon, & ecclesiastica disciplina non suscipit: quod inreprehensibile est enim, vindicat Catholica.

[* l. De lapsis ordinatis] * *De prævaricatis recipiendis per pœnitentiam.*

XVII. Si qui ordinati sunt ex his, qui lapsi sunt, per ignorantiam, aut dissimulantibus eis, qui eos ordinaverunt; hoc non præjudicat regulæ ecclesiasticæ: cogniti enim & detecti deponentur.

De prævaricatis per pœnitentiam recipiendis.

XVIII. De his qui prævaricaverunt sine ulla vi, nemine cogente, sine amissione rerum, sine ullo periculo, quod factum est in novissimis temporibus tyranni Licinii, placuit sancto Concilio huic, licet indigni sint misericordia Dei, verumtamen placuit miserere eis. * Quodquod igitur condignam pœnitentiam egerint, triennio inter verbo audientes, & septem annis prostrati jacebunt; biennio autem sine Eucharistia communicabunt plebis orationibus. [* l. Quotquot]

De pœnitentia eorum, qui post baptismum ad sæcularem militiam revertuntur.

XIX. Qui autem vocati sunt ad gratiam, & confessi, primos impetos suos ostenderunt projicientes baltea, post vero conversi sunt ad vomitum suum (quidam enim & pecunias dederunt, & multa munera, ut rursum militarent) hi decem annis prostrati jacebunt post triennii temporis auditionem verbi. Super omnes autem hæc erit interrogatio, & inquisitio satisfactionis. * Quodquod enim & timore, & fide, & conversatione, & lacrymis, & instantia, & bonis operibus misericordiam Dei flexerunt non facta simulatione; hi complentes tempus statutum, sine dubio communicabunt orationi; cum liceat Episcopo etiam humanitatis auxilium eis impertiri. Quodquod autem segnius egerint, vel negligentius se tractaverint raro adparentes in domo Dei; hos oportet tempora complere. [* l. Quotquot]

De reconciliatione danda morientibus.

XX. De his autem, qui in exitu sunt constituti, vetus & canonica lex in eis servabitur & nunc. Itaque si quis in exitu fuerit constitutus * novissimi & necessarii viatici non fraudabitur. Si autem * dispectus communionem fuerit consecutus, & Eucharistiam sumpserit; postea vero inter vivos fuerit inventus; erit communicans orationi soli. Similiter & super omnes, qui in exitu sunt constituti, * pœnitentibus communionem Episcopus cum deliberatione impertiatur Eucharistiam.

[* l. novissimo & necessario viatico] [* l. desperatus] [* l. petentibus]

De Diaconibus ne super Presbyteros sint.

XXI. Pervenit in aurem sancti & magni Concilii hujus, quod in quibusdam locis, & civitatibus Episcopis & Presbyteris Eucharistiam Diacones dividant, quod neque canones, neque

a Hæc verba *reordinati ab Episcopo Ecclesiæ catholicæ* nec in Græco leguntur, nec in versionibus prisca atque Dionysii. Noster vero interpres Græcam vocem initio canonis adhibitam χειροθετουμένους, quæ reddita fuit latine *per manus impositionem*, de ordinatione iterum accipienda interpretatus, hæc verba explicandi gratia ex ingenio adjecit, uti fecerat etiam auctor interpretationis, quæ Isidoriana vocatur. At alio sensu eam vocem a Concilio acceptam ostendimus adnot. 13. in Quesnelli Observationes in ep. 167. S. Leonis ad Rusticum Narbonensem Tom. II.

neque ecclesiastica regula tradit, ut qui potestatem non habent offerendi, ii offerentibus corpus Christi dividant. Illud etiam cognitum est nobis, quod quidam ex Diaconibus per usurpationem & temeritatem corpus Christi priores contingunt. Omnia igitur hæc amputentur, & maneant Diacones in priori ordinatione & mensura, scientes quoniam quidem Episcopi ministri sunt. Accipiant autem secundum ordinem post Presbyteros, dante eis aut Episcopo, aut Presbytero. Sed nec sedere eis permittitur in medio Presbyterorum: extra canonem est enim, & extra ordinem quod fit. Si quis autem noluerit obedire post hæc statuta, privabitur & a loco Diaconii.

De Cathecumenis labsis.

XXII. De Cathecumenis labsis autem placuit sancto & magno Concilio huic, ut triennio audiant Scribturas; postea vero communicent orationi Cathecuminorum.

De his qui Ecclesias suas deserunt, & ad alias transeunt.

XXIII. Propter frequentes tumultus, & seditiones, quæ fiunt in plebes, placuit omnino amputari hanc consuetudinem, quæ extra disciplinam & canonem fit, ut si quis inventus fuerit de civitate in civitatem transiens Episcopus, vel Presbyter, sive Diaconus, amoveatur. Si quis autem post hujus sancti & magni Concilii decreta aliquid hujusmodi usurpaverit, aut consenserit huic rei; inritum fiet, & deliberabitur, an oporteat eum regredi ad parrociam suam, in qua Episcopus, aut Presbyter fuerit ordinatus.

De non suscipiendis alterius Ecclesiæ Clericis.

XXIV. * Quodquod præcipite sunt, & timorem Dei ante oculos non habens Episcopus, vel Presbyter, seu Diaconus, nec disciplinam, aut regulam ecclesiasticam tenentes, discedent de Ecclesiis suis in canone constituti; ii nusquam suscipiendi sunt in Ecclesia, sed oportet eos necessitate cogi, ut revertantur ad parrocias suas. Si autem permanserint in obstinatione sua, oportet eos incommunicatos fieri.

* Quotquot ...cipitan... & ... haben...

De non ordinandum quempiam, qui ad alium pertinet.

XXV. Si quis autem ausus fuerit per subreptionem, aut contumaciam agere, ut qui ad alium pertinet sibi vindicando eum constituerit [a] Episcopum, vel Presbyterum, inrita fiat ejus ordinatio.

De feneratoribus Clericis.

XXVI. Quoniam plurimi in ordinem ecclesiasticum constituti, avaritiam & turpe lucrum sectantes, obliti sunt sanctæ Scribturæ dicentis: *Qui pecuniam suam non dedit ad usuram*: * fenerantes centesimas expetunt; censuit sanctum & magnum Concilium, ut quisquis inventus fuerit post hæc statuta usuras accipiens, * aut quomodo, aut extra legatione agens rem, aut res quam expetens, aut aliud quid adinveniens turpis lucri causa, deponatur a clero, & alienus erit a canone ecclesiastico.

* *suppl.* &

* *l.* aut quoquomodo negotium agens, aut sescupla expetens

De Paullianistis.

XXVII. De Paullianistis, qui refugiunt ad catholicam & apostolicam Ecclesiam, decretum positum est, hos omnino rebaptizari. Si qui autem in præterito tempore in clero fuerunt constituti, siquidem inlibati & inreprehensibiles fuerunt inventi, per manus impositionem Episcopi Ecclesiæ catholicæ, ordinandi erunt in ordine cleri. Si autem inquisiti, inutiles fuerint; degradati erunt in ordine laicorum.

De Diaconissis.

XXVIII. Similiter autem & * Diaconissas, & qui in canone videntur esse constituti, simile erit statutum. Memores autem sumus & de Diaconissis, quæ in scismate sunt constitutæ, quoniam nec per manuum impositionem sunt ordinatæ, omnino inter laicas eas oportere dinumerari.

* *l.* de Diaconissis & de iis, cui

Hic desinunt canones Nicæni, omisso illo de non flectendo genu die dominico &c. ut in collectione Quesnelliana pariter desideratur: qua de re vide quæ ibidem notavimus. Porro continuata numerorum serie sine ulla distinctione subjiciuntur canones Sardicenses eadem divisione, quam in laudata collectione invenies, nisi quod duo canones 29. & 30. hic in unum copulantur: ac proinde numeri canonum prosequuntur usque ad XLVI. Horum canonum variantes indicavimus in notis ad editionem priscam. Tandem canonibus Nicænorum Patrum catalogus subnectitur eodem ordine, ac in collectione Quesnelliana, ubi hujus codicis lectiones, sicubi discrepant, protulimus.

a Hic vel interpretis, vel librarii saltus, aut error irrepsit. De episcopo enim agitur, qui aliquem ad alium Episcopum pertinentem Clericum, non autem Episcopum ordinat. Legendum *eum non consentiente proprio Episcopo in sua Ecclesia ordinaverit, inrita* &c.

VETUS
INTERPRETATIO LATINA
CANONUM NICÆNORUM, SARDICENSIUM, ET CHALCEDONENSIUM,

Aliorumque documentorum ad Nicænam, & Sardicensem Synodum pertinentium: nunc primum edita ex perantiquo MS. codice LV. Capituli Veronensis.

ADMONITIO.

SOcrates lib. I. Historiæ Ecclesiasticæ c. 20. de Patribus Sardicensibus scribens: *Et confirmata Nicæna fidei formula ἀνομοίȣ quidem vocabulum rejecerunt; consubstantialis autem vocem apertius promulgarunt, scriptasque ea de re litteras quoquoversum etiam ipsi miserunt*: expositionem fidei indicat, quam Synodicæ Sardicensi in suo codice adjectam nactus, ab ipsa Synodo editam credidit. Hanc quidem expositionem uti vere Sardicensem habuit etiam Theodoretus; ac propterea ipsam Synodicam cum hoc additamento inseruit Historiæ Ecclesiasticæ lib. III. c. 12. Quid quod eamdem quoque uti sinceram allegarunt Patres Chalcedonenses in allocutione ad Imperatorem Marcianum, dum a Patribus Sardicensibus contra reliquias Arii ad Orientales directa tradiderunt *sui constituta judicii*: quæ constituta paullo ante appellaverant *decretum de fide*. Legitima enim Synodica decretum continet de personis; sola vero expositio fidei additítia, est *decretum de fide*. Tandem Sozomenus lib. III. c. 12. non solum hanc expositionem laudat, sed etiam Osii & Protogenis litteras ad Julium Pontificem. *Ceterum* (inquit) *& ipsi* (Patres Sardicenses) *aliam conscriptionem fidei tunc temporis ediderunt, prolixiorem quidem Nicæna, eamdem tamen continentem sententiam, nec multum ab illius verbis discrepantem. Denique Osius & Protogenes, qui tunc inter Episcopos Occidentis, qui Sardicæ convenerant, principem locum obtinebant, veriti fortasse ne quibusdam viderentur derogasse Nicæni Concilii decretis, litteras Julio scripserunt, testatique sunt, se illa quidem ratihabere, sed majoris perspicuitatis caussa eamdem sententiam fusius exposuisse, ne Arianis brevitate conscriptionis illius abutentibus, occasio daretur imperitos hujusmodi disputationum in absurdum sensum pertrahendi*. Hæc quoque Osii & Protogenis epistola, cum expositionem additítiam respiciat, inter apocrypha referri solet.

Tom. IV. Conc. Ven. edit. Albr. col. 1766.

2. Qui vero fieri potuerit, ut hæc expositio fidei, & hæ Osii ac Protogenis litteræ a genuinis Sardicensibus gestis ablegandæ (uti expositionem quidem fieri expresse abjudicavit Concilium Alexandrinum anni 362.) non ita multo post Scriptoribus tam eruditis, ac ipsis Patribus Chalcedonensibus veluti sinceræ obrepserint, explicavimus in tractatu de Collectionibus part. 1. c. 6. n. 5. ubi has expositionem & litteras Sardicæ quidem paratas, & in Concilio propositas, at ab eo rejectas ostendimus, ne hinc Nicænæ fidei aliquid præjudicii afferretur. Exinde nihilominus a nonnullis relatæ in codicem cum aliis genuinis Sardicensibus documentis, sensimque multiplicatis ejusmodi exemplaribus, sinceræ æque ac cetera laudatis Scriptoribus & Patribus videri potuerunt.

3. Quænam vero essent ejusmodi exemplaria, hactenus ignotum fuit. Nunc vero in antiquissimo MS. codice LV. Capituli Veronensis Sardicensium documentorum vetustam collectionem & versionem nacti, quæ inter genuina Sardicensia monumenta eam expositionem fidei cum Osii & Protogenis litteris exhibet, Græcum exemplum, ex quo hæc versio prodiit, unum ex illis fuisse suspicamur, quæ lau-

laudatis Scriptoribus ac Patribus usui fuere. Hinc ergo quanti sit hanc versionem proferre deficiente Græco textu, nemo non videt.

4. Quid quod aliæ utilitates ex hac editione dimanant? Græcum codicem, quem interpres adhibuit, ad Alexandrinam Ecclesiam, saltem ab origine, pertinuisse non levibus indiciis conjecimus in tractatu part. 2. Hæc autem Græca collectio jamdiu ante Chalcedonense, ut vidimus, lucubrata, nullos aliarum Græcarum Synodorum canones continebat præter Nicænos & Sardicenses, quibus postea soli Chalcedonenses adjecti fuerunt. Si enim alios canones recepisset Græcum exemplum, quo interpres usus est, nihil ambigendum videtur, quin æque omnes latine reddidisset. Id autem tria nos docet. I. Non omnes Græcos codices canonum similes fuisse vulgatis, qui aliorum Conciliorum canones adjiciunt. II. Sardicenses canones in antiquioribus Græcis exemplaribus fuisse recensitos. III. Idcirco hos tantum recensitos videri cum Nicænis & Chalcedonensibus, quod aliæ Synodi, quæ canones apud Græcos ediderunt, non fuerunt generales; hæ autem tres, Nicæna, Sardicensis, & Chalcedonensis, universim apud Græcos œcumenicæ haberentur. Constantinopolitanum enim Concilium diutius neque apud Græcos generale habitum in cit. tract. probavimus. Ephesinum vero licet apud omnes esset œcumenicum, cum tamen nullos canones ad generalem disciplinam pertinentes sanxerit, in antiquis Græcis collectionibus canonum locum non habuit, sicut nec in veteri Græcorum codice, quem latinitate donarunt auctores versionum Isidorianæ, Priscæ, & Dionysianæ. Solum circa medium sextum sæculum partim ex Ephesina Synodica sex canones ad Nestorianam causam spectantes, & alii duo ex actionibus VI. & VII. excerpti & collecti, canonum codicibus inseri cœperunt: quæ nostræ collectionis antiquitatem confirmant.

5. Ad hæc, tria insignia documenta Sardicensia hac sola versione & codice nobis conservata fuerunt, nimirum Synodica ad Ecclesias Mareoticas, & duæ epistolæ S. Athanasii ex Synodo scriptæ. Hæ vero, licet ex eodem manuscripto antea editæ a V. C. Scipione Maffejo, typis danti ipsam collectionem atque versionem omittendæ non fuere; cum præsertim subscriptiones, quibus duo ejusmodi documenta muniuntur, usui nobis fuerint in præmisso tractatu, ubi de Patrum Sardicensium numero & subscriptionibus disseruimus. Accedit Osii & Protogenis epistolam nunc apparere in lucem, quæ hactenus a Sozomeno indicata tantum, desiderabatur. Adde quod canonum Sardicensium originale quidem Latinum prodiit, numquam autem antiqua versio ex Græco textu, quem pariter originale fuisse, & a Latino aliquot in locis dissimilem, in tractatu probavimus. Nostra autem vetus interpretatio, quæ nunc e tenebris educitur, præter quam quod aliquot loca in vulgato Græco corrupta manifestat, emendationesque suppeditat, quibus difficultates ex eodem Græco exortæ submoventur; tum vero unum canonem adjicit, qui etsi inveniatur in omnibus exemplaribus Latinis, in Græcis tamen hactenus inventus non fuit. Aliæ utilitates in notis indicabuntur.

SYNODUS NICÆNA

SUB

ALEXANDRO EPISCOPO ALEXANDRIÆ

IMPERATORE CONSTANTINO.

MUlta igitur seditione facta beato Alexandro cum suis de mala mente Arrii victoriosissimus Imperator Constantinus scripsit illi, & omnibus Episcopis occurrere, colligens Concilium omnium Episcoporum in Nicæna civitate, & convenerunt universi statuto die.

Expositio fidei a sancta Synodo habita apud Nicænam civitatem metropolim Bithyniæ provinciæ consulatu Paulini, & Juliani VV. C. C. Consulum anno ab Alexandro [b] millesimo trigesimo sexto, mense Julio, XIIII. Kal. Julias.

Credimus in unum Deum Patrem omnipotentem, omnium visibilium invisibiliumque factorem; & in unum Dominum nostrum Jesum Christum Filium Dei, natum de Patre unigenitum, hoc est de substantia Patris, Deum de Deo, lumen de lumine, verum Deum de Deo vero, natum, non factum, omousion Patri, hoc est ejusdem cum Patre substantiæ, per quem omnia facta sunt, quæ in cælo sunt, & quæ in terra: qui propter nos homines, & nostram salutem descendit, & incarnatus est, & homo factus est, & passus est, & resurrexit tertia die, & ascendit in cælos, [c] unde venturus est judicare vivos, & mortuos: & in Spiritum Sanctum.

Eos autem, qui [d] dicent: Erat aliquando quando non erat — & quoniam de non existentibus factus est, vel alterius substantiæ, dicentes, [e] aut convertibilem, aut mutabilem Filium Dei, anathematizat Catholica & Apostolica Ecclesia.

Hæc est fides, quam exposuerunt primum quidem adversus Arrium blasphemantem, & dicentem creaturam Filium Dei, & adversum omnem hæresem extollentem se, & insurgentem contra Catholicam & Apostolicam Ecclesiam, quas cum auctoribus suis damnaverunt apud Nicænam civitatem * supradicti CCCXVIII. Episcopi in unum congregati, quorum nomina cum provinciis, & civitatibus in exemplaribus continentur; sed studiosi servi Dei magis curaverunt Orientalium nomina Episcoporum conscribere, propterea quod Occidentales non similiter quæstionem de hæresibus habuissent.

* l. supradictam

Osius Cordubensis Episcopus dixit: Sic credo, quemadmodum superius dictum est. Similiter & [f] Avitus, & Vincentius Presbyteri urbis Romæ dixerunt, & subscripserunt.

INCIPIT

CANON PRIMUS

SYNODI NICÆNÆ.

I. *Ubi qui se ipsos castraverunt, ad ordinationem venire non licere.*

SI quis ægritudine faciente a medicis ita forte curetur, & nato in locis vulnere opus sit testiculos amputari, aut si cuiquam violenter a barbaris fiat, maneat in clero. Sin vero sanus aliquis se ipsum exciderit, hunc in clero manere non oportere. Sicut enim hoc manifestum, abscidentes se * manifestos esse; ita si qui a barbaris, aut a dominis castrantur, inveniantur autem alio modo digni, admittantur ad clerum.

* *Idest* ma[nifeste a cl[ero] exclusos e[sse]

II. *De Neophytis,* [g] *utrum admittantur ad clerum.*

* Quam multa sepe sive necessitate, sive cogentibus quibusdam facta sunt extra ecclesiasticum canonem, ut homines venientes [h] de gentili vita, simul accesserint ad fidem, & in brevi tempore, post quam baptismum fuerint consequuti, ad sacerdotium Presbyterii, vel Episcopatus promoveantur: placuit nihil fieri tale de cetero, quia longiore tempore, ut diutius catechizentur, est opus ante quam baptizentur; & postquam fuerint baptizati, diu sunt comprobandi. Manifestum enim est apostolicum dictum: *Non Neophytum, ne inflatus in judicium cadat, & laqueum Diaboli.* Quod si procedente tempore peccatum aliquod, quod animo noceat, inveniatur circa personas hujusmodi, & a duobus, vel tribus testibus arguantur; recedant de clero. Qui autem extra hæc fecerit, velut audacter contrarius magnæ Synodo ipse clericatus periculum sustinebit.

* *l.* Quon[iam]

1. *Tim.* 3.

III.

a Hæc peculiaris Alexandri mentio & in titulo, & in adnotatione sequenti in nulla alia versione legitur; confirmatque non modicum eam sententiam, quam ex aliis quoque Alexandrinis documentis in tractatu munivimus part. 2. cap. 9, Græcum originale, ex quo hæc versio sumta fuit, ad Alexandrinam Ecclesiam spectasse.

b Legendum *sexcentesimo trigesimo sexto mense Junio XIII. Kal. Julias.* Vide not. 2. in præfationem Nicænis canonibus præfixam in collectione Quesnelliana.

c In margine codicis posteriori manu additur: *sedet ad dexteram Patris.*

d In eodem margine *dicunt:* & mox ex alia versione: *erat tempus quando non erat: priusquam nasceretur non erat,*

e In margine additur *esse Eretiton* (lege *trepton*) *hoc est convertibilem* &c.

f Alii scribunt *Vitus*, *Vito*, vel *Victor.*

g In marg. codicis *de novellis*, *vel rudibus.*

h In cod. corrupte *de centilictia.* Ex Græco veram lectionem expressimus.

A

III. *De non cohabitando mulieribus nisi certis.*

Abnuit ex toto, atque prohibuit magna Synodus, neque Episcopo, neque Presbytero, neque Diacono, neque prorsus cuiquam Clerico licitum esse cum mulieribus conversari, præter matrem, sororem, germanam, & amitam, aut eas solas personas, de quibus nulla possit esse suspicio.

IIII. *De constituendis Episcopis.*

Episcopum convenit maxime quidem ab Episcopis, qui sunt inter provinciam, omnibus ordinari. Si autem difficile sit hoc ipsum propter cogentem necessitatem, quæ fieri expetat sacerdotem, aut propter itineris longitudinem, de omnibus tres in unum congregati, consentientibus per epistolas ceteris, qui absentes fuerint, electioni, de quo habuerint, ordinare debebunt. Confirmationem sane ordinati in unaquaque provincia metropolitano Episcopo reservandam.

V. *De iis, qui ab Episcopo suo excommunicantur.*

De excommunicatis sive in clero, sive in populo in unaquaque provincia sententia synodalis obtineat, ut qui ab aliis excommunicati Episcopis fuerint, non admittantur ab aliis. Requirendum tamen, examinandumque est diligentius, ne levitate quadam, aut pusillanimitate Episcopi sui sit a communione remotus. Itaque ut * allium caussarum decenter examinatio ventiletur, bene placuit singulis annis in unaquaque provincia bis in anno Synodum fieri, ut omnium de eadem provincia Episcoporum congregatione facta, inquisitiones hujusmodi peragantur. Atque ita si offendisse Episcopum manifeste fuerint deprehensi, rationabiliter ab omnibus communione priventur, donec aut simul cum omnibus, aut ipse solus Episcopus, cujus vel clericus, vel laicus excommunicatus fuerit, humaniorem de eo ferat forte sententiam. Synodi autem fiant, una quidem ante quadragesimam, ut omnis fatigationis excusatione sublata purissimum munus offeratur Altissimo; altera vero circa tempus autumni.

VI. *De Primatibus.*

Antiqua per Ægyptum, ac Libyam, atque Pentapolim consuetudo servetur, ut Alexandrinus Episcopus horum habeat potestatem, quoniam & urbis Romæ similis mos est, nec non & Antiochiæ; itaque & in aliis provinciis propria jura serventur Ecclesiis. Sit autem manifestum omnibus, quod si quis citra arbitrium metropolitani Episcopi fuerit ordinatus, constituit magna Synodus ita factum esse Episcopum non oportere. Et ideo si communi omnium * sententia rationabiliter habita, & secundum ecclesiasticum canonem fuerit, duo, aut tres propter contentiones quamproprias contradicant, obtineat sententia plurimorum.

VII. *De Episcopo Æliæ * Jerosolimæ.*

* *In marg. cod. additur* idest

Quoniam consuetudo prævaluit, & antiqua traditio, ut honoraretur Episcopus Æliæ; habeat honorem, metropolitanæ civitatis dignitate servata.

VIII. *De iis qui dicuntur Cathari.*

De his, qui se dicunt Catharos, si veniant ad Ecclesiam Catholicam & Apostolicam, placuit sanctæ & magnæ Synodo, ut manus eis impositio fiat, & in clero maneant. Ante omnia autem scripto eos convenit profiteri, quod B consentiant, & sequantur omnia dogmata catholicæ Ecclesiæ, & communicare se bigamis, & iis, qui in persecutione lapsi sunt, de quibus constitutum, & præfinitum est tempus, vel de ceteris statutis. Unde omnes, sive in vicis, sive in civitatibus inveniantur, impositis manibus reconciliationis [a] chemate maneant clericorum. Ergo qui fuerit Episcopus talium, Presbyteri honorem in catholica habeat Ecclesia: nisi forte maluerit Episcopus catholicus, loci, in quo id agitur, in solo nomine Episcopatus ei dare consortium. Si vero id noluerit, providebit locum, ubi aut Chorepiscopus, idest vicem ad consuetudinem Episcopi, aut Presbyter sit, si placebit, ut eum in clero reti- C neat. Hoc autem idcirco, ne in una civitate duo Episcopi esse videantur.

VIIII. *De iis, qui sine examinatione ad presbyterium promoventur.*

Si qui inexaminati promoveantur ad presbyterium, aut examinati confiteantur peccata sua, & post confessionem eorum incitati quidam non circumspecte manus * ejus imponant, hujusmodi canon respuit, nec admittit. Inreprehensibilem requirit Presbyterum catholica Ecclesia.

* *l.* eis

X. *De his, qui in persecutione negaverunt, & postea ad clericatum promoti sunt.*

D

Quicumque ordinati sunt per ignorantiam, aut dissimulationem ordinantium, de his, qui in persecutione sunt lapsi; nullum ecclesiastico canoni præjudicium faciunt. Cogniti enim cum fuerint, deponuntur.

XI. *De his, qui negaverunt, & habentur inter laicos.*

Qui prævaricati sunt, absque necessitate aliqua, & absque ablatione facultatum suarum, vel sine periculo fuerunt, vel sine aliqua tali re, quæ facta est sub tyrannide Licinii, placuit E Synodo, etsi digni non essent, humanitate tamen utendum in eos. Si ergo ex corde pœniteant, triennio inter audientes sint qui lapsi fuerint baptizati, septem annis [b] sub manibus, duobus autem annis non offerant oblationes, sed solum communicent orationibus populi.

XII.

---

a Lege *schemate*: est vox græca, quam aliæ versiones reddunt *in ordine*.
b Idest, *sint prostrati sub impositione manuum*.

XII. *De his, qui abrenuntiaverunt, & iterum ad sæculum sunt conversi.*

Quicumque vocati sunt ad gratiam, & * plurimum impetum fecerunt, vel calorem fidei ostenderunt in militiæ cingulis deponendis, postea vero ad vomitum proprium reversi sunt dando pecunias, opesque fundendo, & plurima commoda conferendo, ut militiam repeterent; ii decem annis subjecti sint manibus Sacerdotum, post triennii scilicet tempus * quod inter audientes fuerint. In his autem annis omnibus oportet examinare voluntatem, & propositum, & qualitatem pœnitentiæ eorum. Igitur qui tempore, & lacrymis, vel pœnitentia, atque bonis operibus conversionem suam non specie, sed opere fecerint manifestam; ii * tempus impleto trienni inter audientes poterunt merito nobiscum * ortationes habere communes ad Dominum, ut liceat Episcopo de illis aliquid humanius cogitare. Qui autem indiscrete id egerint, speciem sibi solam ingrediendi Ecclesiam judicantes ad conversionem posse sufficere, omne compleant tempus adscriptum.

* *l.* primum
* *l.* quo
* *legendum* tempore impleto trienni
* *l.* orationes

XIII. *De his, qui in exitu positi communionem requirunt.*

Circa eos, qui incipiunt exire de sæculo, lex synodalis & antiqua servabitur, ut si quis in ultimo constitutus communionem quæsierit, non eum tali viatico debere fraudari. Si autem desperatus a medicis, & oblationis, vel communionis sacræ particeps factus sanitatem perceperit, & post hæc * dixerit, sit orans tantummodo cum his qui communicant, abstinens a communione se ipsum, donec compleat tempus a magna Synodo constitutum. Postulantibus vero quibuslibet in fine suo communionem, probabiliter Episcopus dare debebit.

* *l.* vixerit

XIIII. *De catechumenis lapsis.*

De Catechumenis * placuit magnæ & sanctæ Synodo, ut tribus annis ipsi soli sint audientes, atque ita orare postea cum Catechumenis.

* *supple* lapsis

XV. *Ut transire non liceat clericis, vel mutare Ecclesias.*

Propter perturbationes & seditiones, quas excitant sæpe nonnulli, omnimodo consuetudinem, quæ est extra canonem, placuit amputari: ut si quis fuerit in partibus aliquibus inventus transiens de civitate in aliam civitatem animo propriam Ecclesiam deserendi, sive Episcopus sive Presbyter, sive Diaconus sit, illicite facere; & * post hoc præceptum definitionemque Synodi tentaverit quispiam ausus, quod prohibetur efficere, vacuabitur sine dubio * præsumptis inceptum, & restituetur Ecclesiæ suæ, quam reliquit, in qua scilicet Episcopus, aut Presbyter, aut Diaconus fuerit ordinatus.

* *supple* si
* *l.* præsumentis

XVI. *De his, qui in Ecclesiis suis, in quibus promoti sunt, non morantur.*

Quicumque nec periculum, nec timorem Dei habentes præ oculis, neque ecclesiasticum canonem scientes, discedunt ab Ecclesia sua Presbyteri, vel Diacones, vel de quibus canon statuit; hujusmodi nequaquam sunt ab alia Ecclesia recipiendi, sed omni eos necessitate debere compelli, ut ad proprias redeant parochias; aut, si redire noluerint, communione privari. Si vero audet aliquis alterius clericum in sua Ecclesia promovere, fratre cujus fuerat non præbente consensum, [a] secundum canones ordinatio existat infirma.

XVII. *De clericis, qui usuras accipiunt.*

Quoniam multi [b] in canonica examinatione reperti sunt avaritiam, & lucrum turpe sectantes, oblitique divini sermonis, qui * dictum est: *Et pecuniam suam non dedit ad usuram:* centesimas exigentes; juste constituit sancta, & magna Synodus, ut si inventus fuerit aliquis post definitionem hanc Synodi usuras accipere, vel aliquid tale, quod turpis lucri gratia factum videatur, deponendus de clero est canonum statuta contemnens.

* *l.* dict... quo dict... est

XVIII. *De primatu Presbyterorum.*

Delatum est sanctæ & maximæ Synodo, quod in quibusdam locis, & civitatibus Presbyteris Eucharistia a Diaconibus detur, quod nec canon tradidit, nec antiqua consuetudo, ut qui potestatem non habent immolandi, dent illis, quibus faciendi Eucharistiam facultas est data. Sed & illud est cognitum, quod etiam quidam Diaconorum & ante Episcopos Eucharistiam contingant. Hæc omnia igitur auferantur, & maneant Diacones in sua mensura, scientes quoniam Episcoporum quidem ministri sunt, Presbyteris vero minores sunt. Communicent itaque secundum ordinem post Presbyteros, aut Episcopo eis dante, aut Presbytero. Nec sedeant in medio * seniorum Diacones: est enim extra ordinem canonum, si hæc fiant: Si quis autem noluerit his definitionibus obedire, quiescat ministrare.

* *idest* Pre...terorum

XVIIII. *De his, qui a doctrina Paulli Samosateni confugiunt.* *

Si qui de Paulli Samosateni confugiunt ad catholicam Ecclesiam, definitum est eos omnimodo rebaptizari debere. Si autem quidam antecedenti tempore vel præterito in clero * examinati, inventi sunt sine querela, & post baptismum inreprehensibiles, ordinentur ab Episcopo catholicæ Ecclesiæ. Quod si * non inquisitio inutiles eos invenerit, secundo deponi oportere, vel abjici. Similiter & de Diaconibus. [c] Si autem in specie Diaconorum constituun-

* *supple* ad Eccle...
* *corrig.* recensiti...
* non red...dat & ... secundo

a Interpres male accepit Græcum textum, ex quo reddendum fuerat non *secundum canones*, sed *non consentiente proprio Episcopo, a quo recessit, qui in canone censetur.*

b Hic quoque reddendum fuerat *multi, qui in canone censentur, reperti* &c. & in fine canonis: *deponendus de clero est, & sit alienus a canone.*

c Hic aliqua per saltum omissa sunt, alia mendosa. Supplendum & corrigendum sic: *& de Diaconissis, & de omnibus, qui in clero censentur, eadem forma servabitur. Diaconissarum autem meminimus, quæ in specie Diaconorum constituuntur: nam per impositionem manus non sunt ordinatæ, & omnimodo* &c.

tuuntur, nam per impoſitionem manus non ſint, & omnimodo inter laicos debent computari.

XX. *De flectendo genua.*

Quoniam ſunt quidam, qui in die dominico flectunt genua, & in Pentecoſte diebus, placuit de hoc ſanctæ, & magnæ Synodo, cunctos in omnibus conſonanter & conſentienter ſtantes Dominum orare debere.

[a] EPISTOLA

SYNODI NICÆNÆ

ad Eccleſiam Alexandrinam, & Epiſcopos Ægypti, Libyæ, & Pentapolis.

SAncta, & magna Synodus per Dei gratiam Eccleſiæ Alexandriæ dilectiſſimis fratribus per Ægyptum, Libyam, & Pentapolim * apud Nicæam civitatem collecti * ſanctum, & magnum Concilium conſtituerunt, in Deo ſalutem.

Quoniam per gratiam Dei piiſſimo Imperatore Conſtantino nos congregante ex diverſis ac multis provinciis, ſancta & magna Synodus apud Nicæam convenit; omnimodis neceſſarium viſum eſt a ſacro Concilio etiam ad vos litteras dare, ut cognoſcatis, quæ ſunt mota, quæ ventilata, quæ vero placita. Primum quidem examinatum eſt de impietate ac ſcelere Arii, & ejus ſociorum ſub præſentia piiſſimi Imperatoris Conſtantini: & ex omnium ſententia definimus anathematizare [b] glorificationem ejus impiam, & verba male dicta ac ſenſus, quibus utebatur blaſphemans Dei Filium, & dicens ex nihilo eſſe, & ante quam naſceretur non fuiſſe, & fuiſſe tempus, quando non erat, & propria poteſtate virtutis, ac malitiæ eſſe capacem, Filium Dei aſſerens creaturam eſſe, & facturam. * Hæc omnia poſuit anathema ſanctum Concilium; ſed nec audire * glorificationem impiam, & immanitatem, ac maledica verba ſuſtinuit. Et ille quidem quem exitum, vel finem habuerit meritorum, forſitan audiſtis, vel audietis, ne inſultare homini videamur opprobrium peccato dignum perpeſſo. Tantum prævaluit ejus impietas, ut etiam cum eo pateretur Theonas de Marmarica, & Secundus de Ptolemaide: nam & ipſi quoque eadem meruerunt. Sed quoniam Dei gratia illa mala * glorificatione, & blaſphemiis, ac perſonis præſumentibus ſibi ſeparationem, & hæ-

reſim facere, * pacifica ab initio populo, Ægyptum liberavit; de temeritate Meletii, & ordinatorum ab eo, quæ ſtatuta ſunt, * quovis indicamus, dilectiſſimi fratres. (* l. pacifico) (* l. vobis)

Placuit igitur cum Meletio quidem humanius agere, ſancto Concilio benignius commoto (pro enim certa ratione nullam indulgentiam merebatur) manere in civitate ſua, nullamque habere poteſtatem neque provehendi, nec ordinandi Epiſcopos, ſive in territoriis, ſive in aliqua civitate hujus rei cauſa * apparere. (* l. apparendi) Ordinatos ſane ab ipſo, [c] in arcano ordinatione firmata, communicare, ſub hac videlicet conditione, ut teneant quidem, & adminiſtrent; ſecundos autem eſſe ſine dubio omnium, qui ſunt in parochiis & in Eccleſiis ſub cariſſimo & comminiſtro Alexandro: quibus ne liceat, quos voluerint, ordinare * aut pro nomine alicujus ſuggerere, (* l. aut nomina) vel omnino quid facere ſine voluntate Epiſcopi catholicæ, & apoſtolicæ Eccleſiæ. Qui vero ſub Alexandro ſunt, qui per Dei gratiam, & veſtras orationes in nullo delicto reperti ſunt, ſed ſunt immaculati in catholica & apoſtolica Eccleſia conſtituti, habeant poteſtatem, provehendi, nominandi, & eligendi dignos clero, omnia denique * facere ſecundum legem, & ordinem eccleſiaſticum. (* l. faciendi) Si autem evenerit quoſdam quieſcere in Eccleſiis, tunc ad honorem accedere mortui nunc ſuſceptos tantum, ſi quis dignus videatur, & populus voluerit, conſentiente, & confirmante catholicæ, & apoſtolicæ Epiſcopo Alexandriæ Eccleſiæ. Hoc autem omnibus aliis conceſſum eſt. Nam in Meletii perſona non placuit propter inſitam ejus inſaniam, & morum procacitatem atque temeritatem, quo nulla poteſtas auctoritatis concedatur homini prævalenti ad eaſdem inſolentias * repelare. (* l. repedare, ſeu redire) Hæc ſunt præcipua, & pertinentia ad Ægyptum, & ſanctam Eccleſiam Alexandriæ.

Si quid vero aliud eſt redactum ad regulam, vel decretum præſentibus nobis cum cariſſimo, & comminiſtro noſtro Alexandro, præſens ipſe refert [d] utpote dominus ac ſocius [e] actorum, quæ tunc temporis ingerebantur. [f]

[g] CANONES

SYNODI SARDICENSIS.

I. OSius Epiſcopus dixit: Quanto magis mala conſuetudo nocentiſſima eſt rerum corruptione, ab ipſis fundamentis eradicanda eſt: ut nulli Epiſcopo liceat de civitate ad aliam civitatem transferri: hujus enim cauſæ occa-

a Græce habetur apud Socratem lib. 1. cap. 19. Theodoretum l. 1. c. 9. & Gelaſium Cyzicenum in hiſtoria Concilii Nicæni lib. 2. cap. 33. Noſtra verſio diverſa eſt ab illa Epiphanii Scholaſtici, quæ legitur in Tripartita lib. 2. cap. 12.

b Græce δόξαν, reddendum fuerat *opinionem*.

c Melius Epiphanii verſio *myſtica ordinatione firmatos*: de quo vide not. 14. in Obſervationes Queſnelli ad ep. 167. S. Leonis ad Ruſticum Tom. II.

d Cod. mendoſe *ut poteſt* pro *utpote*. Mox pro *Dominus* melius Epiphanius *auctor*.

e Cod. *actitarum* male. Correximus *actorum* & ſupplevimus *quæ*.

f Græcus textus, & verſio Epiphanii addunt notitiam decreti de die Paſchatis unanimiter celebrando cum totius epiſtolæ clauſula. Si vero hic defectus in noſtra verſione interpreti haud tribuendus credatur, dicendum erit in Græco codice, quo ille uſus eſt, eam tantum partem epiſtolæ fuiſſe deſcriptam, quæ ad Alexandrinam Eccleſiam peculiariter pertinebat.

g Horum canonum verſio ex Græco eſt: cum aliæ editiones in Latinis codicibus exhibitæ ſint ex originali Latino, quod ab originali Græco diverſum * alibi vidimus. (* Tract. par. I. c. 5.) Idem quidem eſt iſtorum canonum ordo ſicut in Græco, cum alius ordo ſit in Latino. Iidem quoque canones in hac verſione, qui in Græco, cum in Latino duo canones Græci deſint. Id tandem peculiare præfert noſtra verſio quod canonem XIX. incipientem a voce *Januarius* in MS. Græco ab antiquo interprete inventum docet, qui in Græcis omnibus exemplaribus hactenus vulgatis non invenitur. Quod ſi canonum numerus in hac verſione augetur uſque ad numerum XXV. id accidit ob partitionem arbitrariam unius canonis vulgati in tres, & alterius in duos.

* *l.* talia

occasio manifesta est, per quam * tales tentantur. Numquam enim potest Episcopus reperiri, qui de majore civitate ad minorem transferri studeat. Unde apparet, appetionis flagrante modo peruri hujusmodi, & superbiæ potius servire, ut videantur majorem possidere potestatem. Si igitur omnibus hoc placet de talibus evitare, severius vindicari existimo, nec laicorum oportere tales habere communionem. Omnes Episcopi dixerunt: Placet. A

* *eum* redundat
* *l. movere*

II. Osius Episcopus dixit: Si autem quis repertus fuerit vesanus, vel temerarius, qui pro talibus adferat excusationem [a] perseverans ab ejus populo litteras adportando: certum enim est potuisse * eum paucos quosdam mercede & pretio corruptos in Ecclesiis seditiones * movisse, non habentes fidem sinceram, tamquam rogantes eumdem habere Episcopum. Pariter igitur versutias & artes hujusmodi amputandas puto, & tales ne in fine quidem laicam merere communionem. Si igitur placet hæc sententia, respondete. Et dixerunt: Recte dicta placent. B

In Græc. III. cum duobus seqq.

III. Osius Episcopus dixit: Et hoc addi necessarium est: ne quis Episcopus de provincia sua [b] interpellante Episcopo ad aliam transeat provinciam, nisi forte a fratribus suis vocatus; ne videamur portas dilectionis clausisse.

IV. Et huic similiter providendum, ut si in aliqua provincia Episcopus quis adversus suum fratrem, & coepiscopum habeat causam, nullus de alia provincia arbiter requiratur. C

V. Si autem quis Episcopus in aliquo damnatur negotio, & æstimat se firmam causam habere, ut judicium renovetur, si placet vestræ dilectioni, Apostoli Petri honorate memoriam, & scribatur ab his, qui judicaverunt ([c] & canonem damnati Episcopi) Julio Episcopo Romæ [d] per vicinos Episcopos provinciæ, & si oportet innovari judicium, renovetur, & judicem ipse præbebit: Et si non potuerit ibi adesse, & tale fuerit ejus negotium, ut iterum renovetur judicium, semel judicata non dissolvi, quæ autem sunt, maneant firma.

In Græc. IV.

* *ex Græc.* judicio
* *l.* dixerit

VI. Gaudentius Episcopus dixit: Si placet; necessarium esse huic addi sententiæ, quam veram & caritate plenam tulisti; ut si quis Episcopus fuerit depositus * præsentia Episcoporum, qui vicini sunt, & * dixerunt se negotium excusationis habere; non prius in ejus cathedra alium ordinari, nisi prius Romæ Episcopus de hoc cognoscens terminum imposuerit. D

Græc. V.

* *l.* &
* *l.* propinquis
* *l.* Episcopi

VII. Osius Episcopus dixit: Placet, ut si quis Episcopus appetitus, vel accusatus fuerit, & collecti Episcopi finium suorum eum gradu dejecerint, & confugerit ad provocationem Beati Episcopi Romanæ Ecclesiæ, * vel adquieverit eum audiri, & justum putaveris renovari judicium rei, scribere Episcopis dignabitur * providentibus provinciæ, quo ipsi diligentius cum scrupulositate singula scrutentur, & secundum veritatis fidem de negotio proferant sententiam. Si vero quis iterum petierit denuo suum audiri negotium, & per hanc petitionem Romanum Episcopum moverit; [e] de latere suos Presbyteros destinabit, ut sit potestatis ejusdem Episcopi, quod æstimaverit esse. Et si statuerit oportere mitti, qui destinati cum Episcopis judicaturi sunt, habeant auctoritatem ejus, a quo destinati sunt. Sane & hoc ponatur in Episcopi potestate. Et si putaverit sufficere ad causæ cognitionem, & sententiam proferendam * Episcopo, faciat quod ejus sederit prudentiæ.

Græc. VI.

* *supple* consentire

VIII. Osius Episcopus dixit: Si evenerit in una provincia, in qua plures sunt Episcopi [f] ordinandi, unum Episcopum remanere, & hic ob quamdam negligentiam noluerit convenire, & * ordinationi Episcoporum; plebs autem conveniens roget fieri ordinationem Episcopi: primum oportet eum, qui remansit, per literas primatis Episcopi provinciæ, hoc est metropolitani commoveri, quod populus petit sibi pastorem dari: æstimo oportere hunc expectare, ut veniat, & cum eo fiat ordinatio. Si autem neque per litteras rogatus advenerit, nec scripserit; satisfieri populi voluntati debet, & vocandi sunt de vicina provincia Episcopi ad ordinationem Episcoporum.

IX. Non licere autem Episcopum simpliciter ordinari in vico, vel quadam exigua civitate, cui sufficit etiam unus solus Presbyter. Nec enim necesse est ibi Episcopum ordinare, ne contempribile fiat Episcopi nomen, & auctoritas. Sed, sicut prædixi, Episcopi vicinæ provinciæ in iis civitatibus ordinare debent Episcopos, in quibus prius constituti videbantur. Si autem reperiatur quædam civitas abundans populo, ut digna videatur habere Episcopum, accipiat. Si hoc omnibus placet. [g]

Græc. VII.

* *l.* & præ injustæ

X. Osius Episcopus dixit: Importunitas nostra, & frequentatio * etiam injusti fecerunt, nos merito non tantam habere gratiam, & confidentiam, quantam debueramus habere. Plu-

---

a Clarius ex Græco reddes: *adseverans a populo ipsorum allatas esse litteras.*

b Voces *interpellante Episcopo* Græcum textum minus assequuntur; ex quo sic reddendum: *de provincia sua ad aliam transeat provinciam, in qua sunt Episcopi, nisi forte* &c.

c Voces uncis inclusæ nec in Græco, nec in ullo Latino exemplo leguntur, sensumque perturbant: ac propterea delendæ.

d Locus perperam redditus. Nisi legere placeat *vel per vicinos Episcopos provinciæ* (subaudi *scribatur*,) quemadmodum Latinum originale editionum priscæ & Isidorianæ suggerit, non autem Græcus textus; corrigendum erit sic: *& per vicinos provinciæ Episcopos, si oportet innovari judicium, renovetur, & judices ipse præbeat. Si autem non potest probare tale esse ejus negotium, ut iterum renovetur judicium, semel judicata non dissolvantur, sed quæ sunt judicata, maneant firma.*

e Melius ex Græco legendum, *ut de latere suo Presbyteros destinet, sit in potestate ejusdem Episcopi, quod rectum esse æstimaverit.*

f Hoc verbum *ordinandi* nec in aliis exemplaribus Latinis, nec in vulgato Græco legitur. Convenit autem cum sequentibus *ordinationi Episcoporum, & ad ordinationem Episcoporum*, quæ in Græco vulgato retinentur. Porro ex nostra versione aliud emendatius Græcum exemplum interpreti nostro præ oculis fuisse cognoscitur; quod in sequentibus eam difficultatem tollit, quam in vulgato textu plures notarunt. In hoc nimirum indicatur, ad Metropolitæ ordinationem vicinæ provinciæ Episcopos esse convocandos, quod a consuetudine ecclesiastica abhorret. Nostra autem versio non de Metropolitæ, sed de Episcoporum ordinatione actum fuisse ostendit, cum plures Episcopi ejusdem provinciæ ordinandi sint, nec nisi unus in ipsa supersit Episcopus qui ad ordinationem ipsorum convenire queat.

g Græcus textus cum Latinis exemplaribus concinens addit: *Responderunt omnes: Placet.* Forte librarius ob concursum ejusdem verbi *placet*, hæc omisit per saltum.

Plures enim Epiſcoporum non intermittunt ad comitatum venientes, ac præcipue Afri, qui, ut cognovimus, fratris dilectiſſimi, & comminiſtri noſtri Grati ſuaſiones ſalubres non ſuſcipiunt, ſed contemnunt; ita ut unus homo in comitatu plurimas, ac diverſas, & nihil ad utilitatem proficientes Eccleſiarum preces adportet, per quas (& quemadmodum debet fieri, & convenit) pauperibus vel * liutius, vel viduis ſubveniat, & ſuccurrat; ſed ſæculares dignitates, & adminiſtrationes provideat quibuſdam. Hæc igitur ſpurcicia moleſtiam non ſine ſcandalo quodam nobis, & reprehenſionem adportat. Decere autem puto, Epiſcopos ſuum præſtare debere auxilium illis, qui ab aliquo patiuntur violentiam, vel ſi qua læditur viduarum, ſive pupillorum quis fraudatur: ſi hæ quoque perſonæ juſtam habent petitionem. Igitur, dilectiſſimi fratres, ſi omnibus hoc placet, ſtatuite, nullum Epiſcoporum debere ad comitatum proficiſci; videlicet his cauſis exceptis. Quod vero oportet adeſſe, quos piiſſimus Imperator noſter ſuis litteris convocaverit, nullam habet dubietatem. Et quoniam frequenter evenit, miſericordia dignos confugere ad Eccleſiam, * obſervant delicta exilio, vel inſulis damnatos, ſive quacumque obligatos ſententia; talibus non eſt denegandum præſidium, ſed ſine mora, vel cunctatione his protectionem eſſe concedendam. Si igitur placet, [a] ſtatuatur & hoc.

[margin: l. laicis; l. ob. ſua.]

XI. Oſius Epiſcopus dixit: Et hoc veſtra probet ſolertia. Quoniam placuit Epiſcopos non ire ad comitatum, ne reprehenſionem incurrant: ſi quis eorum tales habuerit preces, quales memoravimus, per ſuum tranſmittat Diaconum: miniſtri enim perſona non habet invidiam, & quæ præſtantur, velocius perferuntur. [b]

[margin: VIII.]

XII. Oſius Epiſcopus dixit: Et hoc conſequenter eſſe puto, ut, in quacumque provincia Epiſcopus adſit, & * Coepiſcopus ſuas tranſmiſerit preces, qui in majore civitate eſt, ſive Metropoli ipſe & Diaconum, & preces ejus deſtinet, dans ei commendatitias litteras, & ſcribens ſcilicet conſequenter ad fratres, & Coepiſcopos noſtros, qui in illo tempore in locis, vel civitatibus morantur, in quibus feliciſſimus, ac beatus pius Imperator rempublicam gubernat. Si vero quis Epiſcoporum habet amicos in aula regia, & vult de aliqua re, quæ tamen decet, eos rogare; non prohibetur per ſuum Diaconum & rogare & mandare, quod ſuum adjutorium benignum roganti ſibi præbere * dignetur. Qui autem Romam perveniunt, ſicut prædixi, dilectiſſimo fratri noſtro & Coepiſcopo Julio preces quas habent, dare debebunt, ut prius ipſe examinet, ſi nullæ ſunt ex his impudentes, & ita ſuum patrocinium, & curam præſtans, ad comitatum deſtinabit. Omnes Epiſcopi reſponderunt placere ſibi, ac decentiſſimæ eſſe * diſpoſitione.

[margin: l. Coepiſcoporum; l. dignentur; l. diſpoſitionem.]

[margin: X.]

XIII. Oſius Epiſcopus dixit: Et hoc neceſſarium eſſe puto, ut cum omni ſcrupuloſitate ac diligentia examinetis, ut ſi quis dives, vel ſcholaſticus, ſive de publico dignus Epiſcopatu videatur; hunc non ante ordinari quam lectoris, Diaconi, & Presbyteri compleverit miniſterium, quo per ſingulos gradus, ſi dignus fuerit viſus, ad faſtigium Epiſcopatus gradatim aſcendat. Erit autem gradus uniuſcujuſque dignitatis non exigui temporis ſpatium, per quod fides ejus, & morum bonitas, gravitas, ac diligentia cognoſcatur, & dignus divino Sacerdotis miniſterio habitus, maxima potiatur dignitate: nec enim convenit, nec diſciplina vel bona patitur converſatio, audaciter, vel levitor ad hoc proſilire, ut Epiſcopus, & Presbyter, vel Diaconus procaciter ordinetur; nam ſic merito novella planta [c] habebitur: quoniam & beatus Apoſtolus gentium magiſter videtur prohibuiſſe citius fieri ordinationes. Longioris enim temporis comprobatio converſationem, & uniuſcujuſque mores manifeſtabit. Omnes Epiſcopi dixerunt placere ſibi, & non oportere hoc refutari.

XIV. Oſius Epiſcopus dixit: Et hoc ſtatuere debetis, ut, ſi quando Epiſcopus ex alia ad aliam venerit civitatem, vel de provincia ad provinciam elationis cauſſa, ſuis laudibus vacans, vel ob religionis devotionem, & multo tempore voluerit ibidem commorari; ejus vero civitatis Epiſcopus minus gnarus reperiatur, vel minus docibilis: ne contemnat eum, & frequenter adloquatur, ſtudens confundere, & vilem ejus demonſtrare perſonam. Hæc enim occaſio conſuevit efficere, ut is, qui ex hujuſmodi ſe ſe commendat, ad ſe jam alienam adtrahat ſedem, ac ſibi vindicet eam, non dubitans traditam ſibi Eccleſiam derelinquere, & ad alienam migrare. Statuendum eſt igitur tempus: quoniam non ſuſcipere Epiſcopum crudele eſt, & inhumanum videtur.

[margin: Græc. XI.]

XV. * Memento tamen antiquis temporibus patres noſtros ſtatuiſſe, ut ſi quis laicus in eadem degens civitate tribus dominicis diebus per tres non convenerit hebdomadas, * amoveri a communione. Si igitur hoc de laicis decretum eſt, non convenit, nec decet, vel prodeſt Epiſcopum, ſi nullam gravem neceſſitatem, vel negotium difficile videtur habere, ulterius abeſſe Eccleſia, & contriſtare populum ſibi commiſſum. Omnes Epiſcopi dixerunt: Et hæc ſententia videtur eſſe decentiſſima.

*[margin: * l. Mementote; * l. amoveretur.]*

XVI. Oſius Epiſcopus dixit: Quia nihil eſt prætermittendum, fratres, & Coepiſcopi in civitatibus, quibus ſunt ordinati, interdum poſſeſſiunculas minimas videntur habere. Aliis vero in locis magnas, ex quibus poſſunt [d] procuſiores Eccleſiæ redditus adhibere; hoc æſtimo illis concedendum ut ad agros ſuos venientes, fructus ſuos colligant per trium dominicarum dies, hoc eſt, tribus hebdomadibus in poſſeſſionibus ſuis degere, & in proxima [e] civitate, in qua colliget Presbyter, convenire, ut ne videantur ſine conventu colligere, & miniſtrare. Hoc enim pacto ob ejus abſentiam ad eum poſſeſſiunculæ nullum damnum ſuſtinebunt; & * ne frequenter ad aliam civitatem adve-

*[margin: Græc. XI.; * l nec... advenient]*

a Hic quoque ex Græco ſupplenda: *omnes una veſtrum ſuffragium ferte. Reſponderunt omnes: Statuatur & hoc.*

b In vulgato Græco additur. *Reſponderunt omnes: Sanciatur & hoc.* At in Latinis hæc non leguntur.

c Cod. mutile *bitur*. Correximus ex Græco.

d Forte *profuſiores*, ſed ex Græco vulgato legendum *pauperibus*.

e Græcus textus vulgatus habet Ἐκκλησία *Eccleſia*. At Latina exemplaria *civitatem* præferunt. Sequentia porro hujus canonis cum Latinis exemplaribus magis quam cum Græco conveniunt.

adveniant, in qua est alter Episcopus constitutus, sic enim effugere * poterit jactantiæ, vel superbiæ crimen. Omnes Episcopi dixerunt: Placet dispositio hæc.

** l. poterunt*

XVII. Osius Episcopus dixit: Et hoc omnibus placuit, ut sive Diaconus, sive Presbyter, vel quis Clericorum fuerit excommunicatus, & ad alterum sibi notum confugerit Episcopum, scientem, quod amotus est a communione ab Episcopo suo, non debere eum in communionem suscipere, ne fratri injuriam faciat * præstare communionem. Si vero ausus fuerit hoc committere, sciat quod nec convenientibus Episcopis locum excusationis habebit. Omnes Episcopi dixerunt: Hoc statutum pacem semper custodiet, & concordiam conservabit.

** l. præstando*

B

Græc. XIV.

XVIII. Osius Episcopus dixit: Quod me semper movet, tacere non debeo. Si quis Episcopus * oxycolus reperiatur, licet in tali viro hoc vitium non debeat reperiri, & citius contra Presbyterum, vel Diaconum motus dejecerit de Ecclesia; providendum est ne innocens condemnetur, vel communione fraudetur. Omnes dixerunt: Ejectus habeat licentiam apud Metropolitanum Episcopum ejusdem provinciæ [a] vicinum confugere, & rogare ut scrupulosius interrogetur negotium. Nec enim rogantibus est audientia deneganda. Et ille Episcopus, qui merito vel indignitate dejecerit, viriliter ferre debebit, ut examen rei procedat, quo ejus sententia vel confirmetur, vel emendetur. Qui excommunicatur quolibet modo, non sibi debet communionem vindicare, antequam diligenter cum omni veritate cuncta examinentur. Qui non habet communionem, ante causæ cognitionem non sibi debet vindicare communionem. [b] Clerici vero, qui conveniunt, si præviderint superbiam, vel iniquas subire querelas, * a majoribus & gravioribus verbis talem emendare debebunt, ut honesta jubenti obsequantur, & obaudiant. Sicut enim Episcopus ministris sinceram debet caritatem, & affectum præstare, eodem modo subjecti Episcopis merita debent præstare ministeria.

** Græca vox, idest iracundus*

C

** leg. amarioribus*

Hic canon in Græco vulg. desideratur, extat in Latino.

XIX. Januarius Episcopus dixit. Et hoc dilectio vestra constituat, ne ulli liceat Episcopo alterius Ecclesiæ ecclesiasticum sollicitare, vel in parochia sua ordinare. Omnes dixerunt: Maxime ex hujusmodi contentionibus consueverunt nasci discordiæ, & concupiscentiæ, & ob hanc rem ad destinatas sibi Clerici non pergunt Ecclesias. Omnium sententia hoc prohibet fieri.

D

Græc. XV.

XX. Osius Episcopus dixit: Et hoc statuamus, ut si voluerit ex aliena parochia quis alienum ministrum sine consensu Episcopi ejus

A ad aliquem gradum provehere, inrita & infirma hujusmodi habeatur ordinatio. Si quis vero hoc usurpare voluerit, a fratribus nostris & Coepiscopis commoneri debebit. [c]

Græc. XV...

XXI. Aetius Episcopus dixit: Non ignoratis, quæ & quanta sit metropolitana civitas Thessalonicana. * Ei sæpius de aliis provinciis, & parochiis adveniunt Presbyteri, & Diacones, ac non contenti exiguo tempore commorari, resident, & omne tempus * eodem faciant, vel vix tandem post multum tempus ad suas redire * cogentur Ecclesias. [d]

** l. Ad ...*

** l. ibide... faciunt*

** l. cogu...*

XXII. Osius Episcopus dixit: Suggerente etiam fratre nostro Olympio, & hoc placuit, ut qui vim sustinuit, & violenter expulsus est sive propter disciplinam, sive propter confessionem catholicæ Ecclesiæ, vel veritatis adsertionem, fugiens periculum, innocens ac devotus ad aliam pervenerit civitatem, non prohibeatur in ea degere tamdiu, donec revertatur, vel * facti sibi liberetur injuria. Durum etenim est, injuste passum persecutionem iniquam a nobis non suscipi, multamque benevolentiæ humanitatem * non præstare. [e]

** l. a fact...*

** supple e...*

Græc. XXI... In Lat. de...

XXIII. Gaudentius Episcopus dixit: Scis Aeti, [f] quod Episcopo aliquando ordinato pax videbatur; ita ut nullæ reliquiæ discordiarum in Ecclesia remanerent: Et placuit ordinatos a Musæo, & Eutychiano, quoniam eorum nulla reperiebatur culpa, suscipi.

Græc. XIX... In Lat. de...

XXIV. Osius Episcopus dixit: Mediocritatis meæ hæc est sententia, quoniam quieti, & patientes debemus esse, & sufficienter apud omnes habere misericordiam; semel ad ecclesiasticum Clerum provectos a quibusdam fratribus nostris, si noluerint reverti ad quas nominati sunt Ecclesias, impostérum non suscipi. Eutychianus autem Episcopatus sibi vindicare nomen non debet, nec Musæus Episcopus æstimabitur. Ceterum si laicam communionem exposcunt, his negari non debet. [g]

Græc. XX.

XXV. Gaudentius Episcopus dixit: Hæc salubriter, & consequenter statuta, & ut decuit vestræ honestati sacerdotali, Deo placita, & hominibus, non poterunt suam vim, & potentiam obtinere, nisi timor sententiam prolatam subsequatur. Novimus namque & ipsi sæpius propter paucorum impudentiam divinum & honorabile nomen Sacerdotii reprehensum fuisse. Si quis vero fuerit ausus, præter omnibus placita (cupiens * contumaciam magis, & superbiam, quam Deo * placare) aliquid actitare; jam hinc cognoscet maximo se crimine obligasse, & honorem, ac dignitatem Episcopatus amittere [h]. Hoc autem ex eo innoscet, & cognoscetur. Si quisque nostrum in transitu, vel canali positus videns Episcopum, requi-

** l. contu... ciæ magis... superbiæ*

** l. placet...*

---

a Hic desunt aliqua. Ex Græco supplendum *vel si Metropolitanus abest, ad vicinum* &c.

b Hic error vetus est, & ita in vulgatum Græcum, ut olim in codicem nostri interpretis irrepserat. Ex Latino melius legendum: *Qui vero conveniunt* (Episcopi) *ad judicandum; si præviderint clerici superbiam, vel iniquas querelas, amarioribus & gravioribus verbis talem emendare debebunt, ut honesta jubenti obsequatur, & obaudiat.*

c Ex Græco vulg. additur: *Omnes dixerunt: Hoc quoque decretum stet firmum & immobile.*

d Ex eodem Græco in vulg. additur: *De his ergo definiendum est. Osius Episcopus dixit: Ea decreta, quæ de Episcopis constituta sunt, serventur etiam in ejusmodi personis.* Incipit autem sequens canon sine interlocutoris persona a verbis *Suggerente fratre nostro* &c. Melius in exemplaribus Latinis, omissis illis *De his ergo definiendum est*, hæc adiiciuntur: *Universi dixerunt: Ea tempora, quæ constituta sunt circa Episcopos, & circa has personas, observari debent.* Tum vero canon novus incipit: *Osius Episcopus dixit*: ut in nostra versione.

e Ex Græco vulg. addendum esset: *Omnes dixerunt: Hoc etiam placuit.* Desunt in textu Latino.

f Ex Græco vulg. aliter sic redditur: *quod tunc cum Episcopus constitutus es, pax deinceps viguit: ne aliquæ reliquiæ discordiarum remaneant in Ecclesiis, placuit ordinatos* &c.

g Ex vulg. Græco addendum: *Omnes dixerunt: Placet.*

h Ex eodem Græco inseruntur verba: *Omnes responderunt: Decet, & placet nobis hæc sententia*: quæ melius in nostra versione ad finem canonis rejiciuntur: ut in Latinis quoque exemplaribus can. 11. leguntur.

requirat causam transitus, & quo suum dirigat iter; & si illum invenerit ad comitatum pergentem, expiscetur conditiones supra positas, & si ire vocatum præviderit, eunti nullum impedimentum adportet. Si vero ostentationis gratia, sicut prædictum est vestræ caritati, * si autem ob quorumdam preces festinat ad comitatum, nec litteris ejus quis subscribet, nec ei communicet. [a] Omnes responderunt: Decet, & placet nobis hæc sententia.

[margin: ant ob.]

OSII CORDUBENSIS,

ET PROTOGENIS SARDICENSIS

EPISTOLA

ad JULIUM *Papam*.

[b] Dilectissimo fratri JULIO, OSIUS, & PROTOGENES.

MEminimus, & tenemus, & habemus illam scripturam, quæ continet catholicam fidem factam apud Nicæam, & consenserunt omnes, qui aderant Episcopi. Tres enim quæstiones motæ sunt: [c] quod erat, quando non erat. Sed quoniam post hoc discipuli Arii * blasphemiæ commoverunt; ratio quædam coegit (ne quis ex illis tribus argumentis circumventus removet fidem) [d] & excludatur eorum spolium, & ne fiat latior, & longior exponere priori consentientes. Ut igitur nulla reprehensio fiat, hæc significamus tuæ bonitati, frater dilectissime. Plura placuerunt firma esse, & fixa, & hæc plenius cum quadam sufficientia veritatis dictari: ut omnes docentes, & catizizantes clarificentur, & * propugnantes obruantur, & teneant catholicam, & apostolicam fidem.

[margin: re blasmias, vel sphemi] [margin: repugnan-]

[e] SYNODICA

CONCILII SARDICENSIS.

*Sancta Synodus secundum Dei gratiam apud Sardicam collecta ex Roma, Hispaniis, Galliis, Italia, Campania, Calabria, Africa, Sardinia, Pannonia, Mœsia, Dacia, Dardania, altera Dacia, Macedonia, Thessalia, Achaja, Epiro, Thracia, [f] Europa, Palæstina, Arabia * ubique Episcopis comministris catholicæ, & apostolicæ Ecclesiæ dilectissimis fratribus.*

[margin: * l. supple universis]

MUlta quidem, & sæpius ausi sunt Ariani adversus servos Dei fidem servantes rectam. Adulterinam enim submittentes doctrinam, orthodoxos persequi tentaverunt. In tantum enim insurrexerunt adversus fidem, ut etiam bonitatem piissimorum Imperatorum non lateat. Igitur gratia Dei subveniente, ipsi piissimi Imperatores congregaverunt nos ex diversis provinciis & civitatibus, & sanctam hanc Synodum apud Sardicam fieri permiserunt, ut omnis discordia pertollatur; tota vero mala fide expulsa, in Christo religio sola apud omnes servetur. Venerunt enim & de Oriente Episcopi, cohortati & ipsi a religiosissimis Imperatoribus præcipue ob ea, quæ rumigerabantur frequenter * dilectissimis fratribus nostris, & comministris Athanasio Episcopo Alexandriæ, & Marcello Episcopo Ancyræ Galatiæ, & Asclepa. Forte enim ad vos pervenere de his accusationes: forte & vestras aures tentaverunt movere, ut ea, quæ adversus innocentes dicunt maledici, credantur & suæ * molestissimæ

[margin: * supple de] [margin: * l. scelestissimæ]

---

a Ex vulg. Græco pro verbis sequentibus, quæ antea fuerant inserta, hæc substituuntur: *Omnes dixerunt: Hoc quoque decernatur.*

b Hujus epistolæ mentionem facit Sozomenus lib. 3. cap. 12. *Osius, & Protogenes*, inquit, *qui tunc inter Episcopos Occidentis, qui Sarditæ convenerant, principem locum obtinebant, veriti fortasse, ne quibusdam viderentur derogasse Nicæni Concilii decretis, litteras Julio scripserunt, testatique sunt, se illa quidem ratihabere; sed majoris perspicuitatis caussa eamdem sententiam fusius exposuisse, ne Arianis brevitate conscriptionis illius abutentibus occasio daretur imperitos hujusmodi disputationum in absurdum sensum pertrahendi.* Ipsa autem epistola, quæ hactenus desiderata fuit, nunc ex nostro codice Veron. 55. in lucem prodit. Hæc rationem affert, cur scripta fuerit expositio fidei, quæ addita est sequenti Synodicæ in fine. Sicut autem hæc fidei expositio in Synodo Sardicensi proposita quidem fuit, non tamen approbata; ita & hæc epistola antea parata fuisse videtur, non tamen recepta, nec transmissa: ac proinde suppositionis notam utraque incurrit. Nihilo tamen minus a nonnullis antiquis relatæ fuerunt tum expositio fidei, tum hæc epistola in codicem, uti propositæ fuerant, & idcirco non multo post velut genuinæ allegatæ inveniuntur. Vide quæ hac de re pluribus disseruimus in tractatu part. 1. cap. 6.

c Ex tribus quæstionibus duæ librarii oscitantia omissæ, ex anathematismo, quod Nicæno symbolo subjicitur, supplendæ sunt sic: *quod erat aliquando quando non erat, & quia ex nullis existentibus factus est, aut ex alia substantia vel essentia dicunt esse convertibilem, aut mutabilem Filium Dei.*

d Locus depravatus, & forte etiam mutilus: in quo quid corrigendum, vel supplendum sit, ex Sozomeni testimonio, quod not. 1. recitavimus, facile cuique conjicere licebit ex. gr. sic: *ut excludatur eorum scholium adversus Nicænam fidem, & fiat latior & longior expositio priori consentiens.*

e Hæc Synodica Latina, forte ex originali Latino, legitur apud S. Hilarium in Fragmentis. Græcus porro textus, qui pariter originalis habendus est (ita enim duo originalia exempla hujus Synodicæ scripta fuisse videntur, ut de canonibus diximus: alterum Latinum pro Latinis, Græcum vero alterum pro Græcis) exstat in Apologia 2. Athanasii. Hæc duo exemplaria carent ea expositione fidei, quæ huic Synodicæ adnectitur græce apud Theodoretum lib. 2. cap. 6. & ex Theodoreto latine reddita fuit ab Epiphanio Scholastico l. 4. Tripartitæ Hist. cap. 24. Hæc autem nostra ejusdem Synodicæ versio ex Græco cum eadem expositione fidei diversa est ab illa, quæ in Tripartita continetur: at sincerius exemplum Græcum noster interpres adhibuit, quam illud, quo Theodoretus, & ex Theodoreto Epiphanius usi sunt, ut ex sequenti notatione patebit.

f S. Athanasius in Apolog. 2. aliam Synodicam exhibet ad Ecclesiam Alexandrinam, in cujus epigraphe hæ eædem circiter provinciæ eodem ordine recensentur. Omittuntur Campania, Calabria, & Europa: sed quinque aliæ memorantur Noricum, Tuscia, Rhodope, Creta, & Ægyptus. Apud Theodoretum & Epiphanium eædem provinciæ describuntur usque ad Thraciam, adduntur vero præter Rhodopen Asia, Caria, Bithynia, Ellespontus, Phrygia, Pisidia, Cappadocia, Pontus, Phrygia altera, Cilicia, Pamphilia, Lydia, Insulæ Ciclades, Ægyptus, Thebais, Lybia, & Galatia. Hæc autem tot provinciarum inscriptio evidenter falsa est. I. quia Sardicensis Synodi tempore una tantum Phrygia erat, non duæ, uti probavimus in Tract. part. 1. c. 7. II. quia harum fere omnium provinciarum Episcopi non ad Sardicensem Synodum, sed ad Pseudosardicense Philippopolitanum conventiculum pertinent, ut eodem loco animadvertimus. Hinc Græcum exemplum Theodoreti vitiosum; illud vero, quod noster interpres præ oculis habuit, sincerum est. Apud SS. Athanasium, & Hilarium hæc inscriptio cum provinciis omittitur. Rhodopen ab Athanasio laudatam confirmat subscriptio *Olympius de Eno Rhodope*, quæ primæ Athanasii epistolæ ex nostro codice subinde edendæ subjicitur. Cum vero nullus Episcopus ex Europa inventus sit in subscriptionibus, quas expendimus in tractatu part. 1. c. 7. dubitari potest, num in hac nostra inscriptione pro *Europa* legendum sit *Rhodope*.

mæ hæresis suspicionem abscondant. Sed non diu hæc perpetrare permissi sunt. Est enim qui præstat patrocinium Ecclesiis Dominus, qui pro his, & nobis omnibus mortem sustinuit, & propter eas adscensum ad cælos nobis omnibus dedit.

Olim itaque scribentibus Eusebio, Mari, Theodoro, [a] Dorotheo, Ursatio, Valente [b] Menophanto, & Stephano Julio consacerdoti Romanæ Ecclesiæ Episcopo adversus prædictos comministros nostros, hoc est Athanasium Episcopum Alexandriæ, & Marcellum Ancyræ Galatiæ, nec non etiam Asclepam Episcopum Gazæ, scripserunt & de aliis partibus Episcopi, adhibentes quidem testimonium sinceritati comministri nostri Athansii. Facta autem Eusebii, & ejus sociorum nihil aliud nisi * mendacium, & calumniis plena. Et licet ex eo, quod vocati sunt [c] a dilecto nostro, & consacerdote Julio, noluerint occurrere, & ex his, quæ scripta sunt ab eodem Julio, manifestata sit ipsorum calumnia (venissent enim, si confidissent operibus suis, & factis adversus fratres nostros, & comministros;) tamen ex his, quæ fecerunt in hac sancta, & magna Synodo, manifestiorem suam factionem demonstraverunt. Occurrentes etenim apud Sardicam, ac videntes fratres nostros Athanasium, Marcellum, & Asclepium, timuerunt ad judicium venire; & non semel, & bis, sæpius vocati, non responderunt vocationibus, videlicet Episcopis * conventibus, & præcipue bonæ senectutis Osio, qui propter tempus, & confessionem, & tantum laborem omni reverentia dignus videtur: & expectantibus, & adhortantibus eos ingredi, quo ea, quæ de absentibus comministris * rumigerunt, & scripserunt, hæc præsentes convincant. Sed vocati non venerunt, sicut diximus; sed monstrantes ex hoc calumniam suam, & non solum insidias, & factiones fecerunt clamantes per excusationem. Qui enim confidunt suis dictis, ii & ad * in præsentia esse potuerunt.

* l. mendaciis

* melius Epiphan. congregatis

* Epiphan. diffamaverunt

* supple ea probanda

Quia igitur non occurrerunt, æstimamus jam nullum ignorare, & si iterum illi voluerint astute agere, quoniam nihil habentes adversus comministros nostros arguere, hoc accusant absentes, præsentes vero subterfugiunt. Fugerunt enim, dilectissimi fratres, non solum propter calumniam, quam illis ingerebant, sed etiam propter eos, qui diversis criminibus ipsos appetebant, quos videbant occurrisse. Vincula enim, & catenæ proferebantur ab hominibus de exilio reversis, & ab his, qui adhuc tenebantur in exilio. Venerunt enim ministri parentes, & amici mortuorum propter ipsos, &, quod majus est, aderant Episcopi, & quidem ferrum, & catenas offerebant, quas propter ipsos portaverunt: alii ex ipsorum insimulatione mortem contestati sunt. In tantam enim pervenerant immanitatem, ut etiam auderent Episcopos velle interficere; & interfecissent,

A nisi effugissent manus eorum. [d] Surrexit itaque comminister noster beatus Theodulus fugiens eorum insimulationes; jussus enim fuerat ex eorum * simulatione interire. Et alii gladiorum vulnera * demonstrantes, nonnulli famem sustinuisse ab ipsis * implorabant: & hæc nobiles homines testabantur; sed Ecclesiæ omnes * erant, pro quibus [e] occurrentes, & allegantes docebant milites cum gladiis, populos cum fustibus, judicum minas, falsarum litterarum submissiones. Nam lectæ sunt litteræ Theogenis adversus comministros nostros Athanasium, Marcellum, & Asclepam, ut etiam Imperatores moverentur contra ipsos. Et hæc comprobaverunt, qui tunc fuerunt Diacones

B Theogenis. Nam & virginum nudationem, Ecclesiarum incendia, carcerem adversus comministros, & hæc omnia ob aliam nullam caussam nisi ob immemorabilem hæresim Arianorum: * excusantes enim horum ordinationem & communionem, necessario hæc sustinebant.

* l. cum Hil[...] insimulatio[...]

* l. demonstrabant

* idest con[...]querebant[...]

* supple te[...]

* l. recusa[...]

Hæc itaque considerantes perducti sunt ad suæ voluntatis interitum. Erubescebant enim sua confiteri delicta, & quoniam omnibus patefacta celari non poterant, Sardicam pervenerunt, quo per suum adventum sinceritatis opinionem adquirant. Visis itaque his, quibus calumnias ingerebant a se afflictis accusatoribus, testibus ante oculos inspectis, vocati venire non poterant, comministris videlicet nostris Atha-

C nasio, Marcello, & Asclepa multa usis confidentia implorantibus, & urgentibus, atque provocantibus, & pollicentibus quoque non solum eorum arguere calumniam, sed insuper demonstrare, quæ * reliquerint in Ecclesiis ipsorum. Illi autem tanto timore percussi sunt, ut etiam verterentur in fugam, ac per eam * suam calumniam demonstrarent, & delicta faterentur. Et licet ex hoc, quod noluerint, & non solum ex prioribus, sed etiam ex præsentibus ipsorum * versatio comprobata est; tamen * ex fuga quamdam occasionem alterius malitiæ valeant invenire, cogitavimus secundum veritatis rationem ab his commissa ventilare.

* l.deliquer[...]

* subaudi fugam

* l. versu[...]

* supple [...]

Quo facto reperimus eos & ex actitatis ca-

D lumniatores, & nihil aliud nisi comministris nostris insidias præparasse. Quem enim dicebant ab Athanasio interfectum Arsenium, vivit, & moratur inter vivos. Ex quo apparet etiam illa, quæ de aliis verbosabantur, ficta fuisse. Quoniam vero de calice fracto a Macario Athanasii Presbytero mentionem fecerunt, adhibuerunt testimonium ii, qui de Alexandriæ, & Mareotæ locis ipsis venerunt, nihil tale esse commissum. Etiam Episcopi scribentes de Ægypto ad Consacerdotem nostrum Julium, sufficienter firmaverunt, ne suspicionem quidem talem fuisse. Deinde acta, quæ dicebant se adversus habere, constitit ex una parte confecta, & in ipsis gestis gentiles, & catechumeni interrogati sunt; ex quibus unus catechumenus interrogatus dicebat, se intus fuis-

a Litteræ *Doro* repetitæ videntur ex postremis syllabis antecedentis nominis *Theodoro*, ac propterea delendæ. Reliquæ sunt litteræ *Theo*; ex quibus legendum cum Epiphanii versione *Theognio*: vel ut inferius in hac ipsa versione, *Theogene*. Apud Hilarium legitur *Diognito*, at postea *Theognito*.

b Duo hæc nomina *Menophanto*, & *Stephano* sunt apud Theodoretum, & Epiphanium; apud Hilarium vero desiderantur. S. Athanasius cum utatur generali voce *Eusebianis*, omnia hæc nomina præterit.

c Vocati fuerunt per epistolam, quæ conservata fuit a S. Athanasio in Apol. 2.

d Verbum *surrexit* concinit cum Epiphanii versione, in qua ex Theodoreto reddidit: *Venit etiam consacerdos noster beatus Theodolus*. At ex Græco Athanasii textu, ac ex Latino Hilarii legendum *Decessit*. Vox quidem *Beatus* mortuum significat.

e Clarius Epiphanius: *ii qui occurrerunt*, & *qui legatione fungebantur*, *insinuabant milites*, &c.

fuisse, quando Macarius ad locum supervenit. Et alius interrogatus ajebat, Ischyram ægrotum in cella jacuisse, [a] quem dicunt; ut ex hoc appareat nihil de mysteriis fuisse celebratum, ex eo quod catechumeni intus consistebant; & Ischyram non adfuisse, sed ægrotum fuisse. Nam & ipse pessimus Ischyras, qui mentitus est dicendo Athanasium ussisse quosdam divinos codices, & in hoc suum mendacium demonstravit. Nam confessus est illo tempore, quo Macarius advenerat, se ægrotasse, & jacuisse, ut etiam ex hoc calumniator demonstraretur. Unde ob hanc calumniam ipsi Ischyræ mercedem dederunt Episcopi nomen, qui nec Presbyter est. Occurrentes enim duo Presbyteri, qui quondam cum Melitio fuerunt, postmodum autem a beato Alexandro tunc Episcopo Alexandriæ suscepti, & nunc cum Athanasio constituti, testimonium præbuerunt, hunc numquam Melitii fuisse Presbyterum, & omnino non habuisse Melitium apud Mareotam Ecclesiam vel ministrum: & tamen eum qui nec esset Presbyter, nunc pro Episcopo produxerunt, ut hoc nomine obstupefaciant audientes eorum calumnias.

Lectus est autem liber comministri nostri Marcelli, & inventa est Eusebii * commendatio. Quæ enim proposita quæstione Marcellus dicebat, hæc tamquam ab ipso confessa fingebant. Lecta sunt igitur, & hæc & sequentia & * præterita quæstionum, & recta fides viri reperta est: neque enim a sancta Maria, sicut ipsi firmarunt, initium dedit Verbo Dei, nec finem ei in regno, sed imperium sine initio & fine Salvatoris esse conscripsit. Asclepas etiam comminister protulit gesta apud Antiochiam confecta præsentibus accusatoribus, & Eusebio de Cæsarea; & e sententiis * judicandum Episcoporum ostendit se esse innocentem. Merito igitur, fratres dilectissimi, frequenter vocati non responderunt; merito fugerunt: conscientia enim coacti per fugam suas calumnias firmaverunt, & * credidisse fecerunt quæ præsentes accusatores dicebant, ac demonstrabant. Quid itaque? Super his omnibus etiam depositos, & ejectos ab Ecclesia Arianos non solum susceperunt, sed etiam ad majorem gradum perduxerunt, [b] Diaconum quidem in Presbyterum, ex Presbytero vero in Episcopum ob nullam aliam caussam, nisi ut impietatem spargant, & * latitent, piam vero fidem corrumpant. Sunt autem post Eusebium, [c] & ejus socium nunc primates Theodorus de Heraclea, Narcisus * a Marona Ciliciæ, Stephanus Antiochiæ, Acacius Cæsareæ Palæstinæ, [d] Narcissus Marmiæ, Menophantus Ephesi Asiæ, Ursatius Singiduno Mœsiæ, Valens Mursa Pannoniæ: qui illos, cum quibus de Oriente venerunt, neque [e] apud Asiam in Concilio venire, nec ad Ecclesiam Dei penitus accedere permittebant. Etiam Sardicam venientes, per singula quæque loca conventus inter se faciebant, & cum interminationibus posuerunt pactiones sibi, ut cum Sardicam venissent, omnino non ingrederentur in judicium, nec cum sancta Synodo convenirent; sed tantum venientes, imaginarie adventum suum demonstrarent, ac velociter * fugerunt. Hæc autem scire potuimus a comministris nostris [f] Macario Palæstinæ, & Asterio de Arabia, qui cum ipsis venerunt, & ab eadem incredulitate recesserunt. Isti enim ad sanctam Synodum venientes violentiam * passi sunt, cum lacrymis exposuerunt. Nihil autem rectum apud eos fieri dicebant. Etiam hoc addebant, esse quosdam rectæ fidei; & interminationibus atque accusationibus prohiberi ad nos *. Hac de caussa in una domo commanere studuerunt, nullo momento eos separari permittentes.

Quoniam igitur non oportebat tacere, & * in occultas eorum relinquere calumnias, vincula, homicidia, plagas, falsas epistolas, multationes, virginum nudationes, exilia, Ecclesiarum destructiones, incendia, translationes de minimis ad majores civitates, & ante omnia insurgentem per ipsos adversus rectam fidem maledicam Arianorum hæresim: hac de caussa dilectissimos fratres nostros, & Consacerdotes Athanasium Alexandriæ Episcopum, & Marcellum Ancyræ Galatiæ, & Asclepam Gazæ, & eos, qui cum ipsis ministrant Domino, innocentes, & sinceros esse pronuntiamus, [g] ut cujusque cognoscant Ecclesiæ populi sui Episcopi sinceritatem & hunc habere Episcopum, * expectare: adgressos vero [h] Ecclesiarum ipsorum judicium luporum Georgium Alexandriæ, & Basilium, & Quincianum Gazæ nec Episcopos nominari, nec christianos penitus appellari, nec aliquam cum his habere communionem, vel eorum litteras suscipere, vel ad ipsos scribere. Theodorum Heracleatum Europæ cum suis de * Maronie Ciliciæ, & Cæsareæ Palæstinæ Narcisum, & Acacium, Stephanum Antiochensem, Uriacium Sin-

Marginal notes: * commen-[tio] | * præce-[den]tia | * [j]udican-[dum] | * [c]redi ea [H]ilar. | * dilatent. | * l. a Neroniade | * l. fugerent | * Adde quam | * Adde venire | * l. inultas | * supple & | * l. Neroniade

a Interpres Græcum adjectivum θρυλλούμενον, quod Ischyræ apponitur, minus recte divulsit, ac reddidit *quem dicunt*. Epiphanius, & Hilarius melius *famosissimum* Ischyram præferunt.

b Alia exemplaria tum Græca, tum Latina plurali numero efferunt: *Diaconos in Presbyteros* &c.

c In Græco desunt hæc *& ejus socium*. Apud Hilarium habetur *post Eusebium duo*. Coustantius legendum monuit *post Eusebios duos*: cui lectioni favet illud ejusdem Hilarii lib. 1. ad Constantium num. 5. *Nuper didicimus commenta hæc fuisse inventa, & a duobus Eusebiis* &c. præsertim cum ibi Georgio excepto iidem, qui hic Episcopi, duobus Eusebiis adjungantur. Nostra versio iis verbis *& ejus socium* alterum Eusebium indicat, nimirum Cæsareensem præter Nicomediensem.

d Nec Athanasius, nec Hilarius, nec Theodoretus, aut Epiphanius, nec aliæ epistolæ post subjiciendæ habent hunc alterum Narcissum; sed pro eo substituendus Georgius Laodiceæ, qui apud eosdem inter damnatos recensetur.

e Hæc verba *apud Asiam* nec in Græcis, nec in Latinis exemplaribus leguntur. Interpres legisse videtur εἰς τὴν Ἀσίαν pro εἰς τὴν ἁγίαν σύνοδον; unde corrigendum est *neque in sanctum Concilium venire*.

f Ita quidem etiam Græci codices Athanasii ac Theodoreti, nec non Epiphanius, qui æque ac noster interpres ex Græco reddidit. At exemplar Latinum Hilarii *Arium habet*. Enim vero *Arius*, non *Macarius* in subscriptionibus Sardicensibus, & in nominibus Episcoporum apud ipsum Athanasium legitur: isque in epistola ad Solitarios ab Arianis male affectos tradit, *Arium & Asterium, alterum Petræ in Palæstina, alterum Petræ in Arabia, qui ab ipsis desciverant*. In eodem porro exemplo Hilarii Ario male adjungitur *Stephanus*, ubi *Asterius* substituendus est.

g Ex aliis tum Græcis, tum Latinis exemplaribus supplenda sunt: *scribentes ad unamquamque eorum provinciam, ut* &c.

h Lege *Ecclesias ipsorum more luporum*. Interpres pro voce δίκην *more*, legit fortasse δίκην *justitiam*, & *judicium* reddidit.

Singidunensem Mœsiæ, & Valentem Mursensem Pannoniæ, Menophantum Ephesium, Georgium Laodiciæ (licet timens non adsuerit de Oriente, tamen eo quod a beato Alexandro Episcopo Alexandriæ depositus sit) [a] propter se, ac suos collegas Arianos, & ob * eos inlata crimina, omnes sancta Synodus deposuit Episcopatu: & statuimus non solum eos Episcopos non esse, sed nec communionem cum fidelibus mereri. Separantes enim Filium a substantia Patris, ac de æqualitate alienantes Verbum a Patre, segregari oportet a catholica Ecclesia, & alienari a nomine Christianorum. Sit igitur omnibus vobis anathema, propter quod * negotiati sunt Verbum veritatis. Apostolica etenim est præceptio: *Si quis vobis annuntiaverit præterquam quod accepistis, sit anathema.* Nullum his communicare præcipite: nulla enim communio tenebris cum luce. Longe omnes facite: nec enim est aliqua conventio Christo cum Beliab: & observate, fratres dilectissimi, eorum litteras suscipere, vel iis scribere. Studete etiam vos, fratres dilecti & comministri, spiritu præsentes in Synodo nostra, consentire, & pronuntiare per scriptiones vestras, quo apud omnes ubique comministros nostros servetur adsensus. [b]

* l. ois

* idest adulteraverunt

Illos abdicamus, & deportamus a catholica Ecclesia, qui affirmant, quod Deus quidem est Christus, sed verus Deus non est, quia filius est; sed & verus filius non est, quod natus est simul, & [c] factus: sic enim intelligere censuerunt natum, [d] qui fatentur, sicut supra dixerunt, quia quod natum est, factum est; & Christo, cum sit ante sæcula, dant initium & finem, quod non ex tempore, sed ante omne tempus * habet. Et in præsenti duæ serpentes ex Ariana aspide natæ sunt Valens, & Ursatius, qui gloriantur, & non dubitant dicere se esse Christianos, & quod Verbum, & spiritus vulneratus est, & occisus, & mortuus, & resurrexit; &, quod adsolet hæreticorum conventus contendere, diversas esse substantias Patris, & Filii, & Spiritus Sancti, & esse separabiles.

* supple generationem

Nos autem hanc suscepimus & docti sumus, hanc habemus catholicam & apostolicam traditionem, & fidem, & confessionem: unam esse substantiam, quam ipsi Græci Usiam appellant, Patris, & Filii, & Spiritus Sancti; & si quærit quis Filii substantiam, est pro certo hæc, [e] quam solius sine Patre, quod est Verbum, Spiritus. Absurdum enim est, nunc dicere Patrem non fuisse; quoniam quod intelligitur Pater, sine Filio nec nuncupari, nec esse posse. Est ipsius Filii testimonium: *Et ego in Patre, & Pater in me:* &: *Ego & Pater unum sumus.* Nemo nostrum negat natum, [f] sed quibusdam natum omnino sicut visibilia, & invisibilia appellantur nata artifice Archangelorum, & Angelorum mundi, & generis humani, sicut ait: *Omnium artifex docuit me sapientia:* &: *Omnia per ipsum facta sunt.* [g] Numquam enim esse poterit, accipere initium: quoniam qui semper est, initium non habet, Verbum Deus, nec suscipiens finem. Non dicimus Patrem Filium esse, nec * igitur Filium Patrem esse; sed Pater Pater est, & Filius Patris Filius. Confitemur potentiam Patris esse Filium. Confitemur Verbum Dei Patris, præter * quem alter non est, & Verbum verum Deum, & Sapientiam, & virtutem, * verumtamen Filium tradimus; sed non secundum quod ceteri filii appellantur, Filium dicimus: quoniam [h] illi aut propter adoptionem, vel ob nativitatem, vel quod merentur, filii * vocari, non propter unam substantiam, quæ est Patris & Filii. Confitemur * unicum, & primogenitum, sed unicum Verbum, quod semper fuit, & est in Patre; primogenitum sane * at hominem. [i] Attinet autem ad communem creaturam, quod primogenitus de mortuis. Confitemur Patris & filii unam Deitatem, nec negavit quis aliquando Patrem Filio majorem non propter aliam substantiam, nec differentiam; sed * nomen ipsum Patris majus * & Filio.

Jo. 14. 10.
Jo. 10. 30.
Sap. 7. 21.
Jo. 1. 3.
* l. rursum
* l. quod aliud
* l. verumque
* l. vocantur
* ex Græco unigenitum
* forte ut
* supple quia
* l. est

Hæc autem est maledica eorum, & corrupta interpretatio contendentium, *quod Ego & Pater unum sumus* propter consensum dixerit, & concordiam. Improbemus omnes Catholici stultum ipsorum sensum, ac vilem. Sicut homines mortales differunt, ut adsolent, inter se, & offendentes concordant, & in gratiam revertuntur; sic separationes, & discordiæ * inter Patrem Deum omnipotentem, & ejus Filium esse potuerunt. Hoc absurdum est & intelligere, & sentire. Nos autem credimus, & adfirmamus, & ita sentimus, quod sacra voce loquutus est dicens: *Ego & Pater unum sumus:* propter substantiæ unitatem, quæ est una Patris, & Filii. Hoc credimus, semper sine principio, sine fine hunc cum Patre regnare, ac nullum tempus habere, nec minui regnum ejus: quoniam quod semper est, numquam accipit initium, nec minui poterit. Credimus, & suscipimus Paraclytum Spiritum Sanctum, quem nobis ipse Dominus promisit, & misit. Et

* supple inquiunt

---

a Clarius apud Hilarium: *& quod sit tam ille, quam etiam ceteri, qui comprehensi sunt, furoris Ariani, & propterea objecta crimina.*

b Apud Athanasium & Hilarium additur clausula, quarum altera Græcis communior redditur sic: *Divina providentia sanctos & lætos vos conservet, fratres dilecti:* altera Latinorum propria: *Optamus fratres vos in Domino bene valere.* Reliqua vero, quæ expositionem fidei continent, apud Theodoretum ejusque interpretem Epiphanium leguntur. Ab Athanasio autem & Hilario omissa sunt, quia licet in Synodo proposita, recepta non fuerunt. Confer notam I.

c Græce apud Theodoretum *ἀγέννητος*, apud Epiphanium *ingenitus*, melius.

d Melius Epiph. *quia sic dixerunt, quod natum est* &c.

e Hic amanuensis vitio defectus est alicujus lineæ, nec non aliquis scripturæ error: cum ex Græco supplendum & emendandum sit: *quam & Patris solam esse in confesso est: neque umquam Patrem sine Filio, neque Filium fuisse, nec esse posse sine Patre, quod est Verbum spiritus. Absurdum est enim dicere Patrem aliquando Patrem non fuisse* &c.

f Græcum exemplum, quod noster interpres reddidit, hoc loco depravatum erat, sicuti etiam illud Epiphanii, qui aliquid simile legit, dum reddidit: *sed quibus natum? Omnibus quæ invisibilia, & visibilia nuncupentur, opifex est Archangelorum* &c. Melius ex Græco vulgato: *sed genitum ante omnia, quæ visibilia & invisibilia appellantur, factorem & opificem Archangelorum* &c.

g Melius Epiphanius: *Non enim semper esse potuerat, si sumsisset exordium: quoniam Verbum, quod semper est, non habet initium; Deus autem numquam terminum habet.*

h Epiphanius melius: *illi aut gratia regenerationis dii erunt, aut eo quod digni fiunt, filii nuncupantur.*

i Contrario prorsus sensu ex Græco reddendum est: *Differt tamen a communi creatura.*

pſe miſ- ... *s paſſus eſt, ſed* ... *o &c.* ... *l quod*

Et hunc credimus * paſſum, ſed homo, quem induit, quem adſumpſit ex Maria Virgine, hominem, qui potuit pati, quoniam homo mortalis, Deus autem immortalis. Credimus * tertia die non Deus in homine ſurrexit, ſed homo in Deo ſurrexit: quem etiam obtulit Patri ſuo munus, quem liberavit. Credimus, quod tempore opportuno & ſtatuto omnes, ac de omnibus ipſe judicabit. Tanta eſt vero eorum ſtultitia, ut non videant lucem veritatis, nec intelligant, ut vere dictum eſt, *ut ipſi in nobis unum ſint*. Manifeſtum eſt, cur *unum*: quoniam Apoſtoli Spiritum Sanctum Dei acceperunt. Sed tamen ipſi non ſunt vocati Spiritus, nec quiſquam ipſorum [a] Sol, vel ſapientia, ſive virtus erat, nec * unicum erat, quemadmodum ait: *Ego, & tu unum ſumus*. *Sic & ipſi in nobis unum ſint*. Sed diligenter diſtinxit vox divina: *In nobis ſint* dicit, non dixit *quemadmodum nos unum ſumus, ego & Pater*: ſed diſcipuli in ſemetipſis * æquales, & conjuncti unum ſint fidei confeſſione, ut in gratia, & pietate Patris, & Domini Salvatoris noſtri permiſſione, ac dilectione unum valeant eſſe.

...nigenitus ... *Græc.* ... *lati*

[b] CONCILII SARDICENSIS

AD MAREOTICAS ECCLESIAS

EPISTOLA.

SAncta Synodus ſecundum Dei gratiam collecta Sardicæ, Eccleſiis Dei apud Mareotam cum Presbyteris, & Diaconibus in Domino ſalutem.

Etiam ex his, fratres dilectiſſimi, quæ [c] ad Alexandriam per fratres directa ſunt, ſcire poteſtis quæ apud ſanctam & magnam Synodum ſecundum Dei gratiam Sardicæ collectam, ſunt actitata. Sed quia & vos ſcripſiſtis, intolerabilia ſuſtinuiſſe ab impiiſſimis hæreticis, quorum eſt princeps peſſimus Gregorius; hanc ob cauſſam ſcribere & ad veſtram reverentiam neceſſarium ſancta Synodus æſtimavit: ut iis conſolati, magis ac magis habentes in Deo ſpem futuram promiſſionem repoſitam diligentibus Chriſtum conſequamini. Si igitur paſſi eſtis mala, nolite contriſtari, ſed magis gaudete, quoniam & vos meruiſtis pro nomine Domini injurias tolerare. Si vero carceres, & vincula, & factiones toleraſtis, hæc vos non contriſtabunt: hæc enim & ante vos Patres ſuſtinuerunt, quorum unus eſt beatus Paullus, propter quod & *vinctus* vocatus. Audivimus quanta & Ingenius Presbyter paſſus eſt, & doluimus quidem propter injurias; libenter autem accepimus ſacram ejus voluntatem, quoniam propter Chriſtum cuncta ſuſtinuit. Si igitur adhuc vos premunt; quæ putatur triſtitia eſſe, in gaudium convertatur. Scripſimus enim piiſſimis Imperatoribus, ut ne de cetero talia committantur adverſum Eccleſias; & credimus, quod Dominus faciet per religionem humaniſſimorum Imperatorum, ut & nos cum ſolatio, & libertate Deo gratias agentes, & placentes inveniamur in die judicii. Quæ autem ſunt actitata, ſicut prædiximus, cognoſcetis ex dilectiſſimis fratribus noſtris, qui veſtras litteras portaverunt, hoc eſt Presbyteris, & Diaconibus Alexandrinis: Epiſcopum enim veſtrum dilectiſſimum fratrem noſtrum, & comminiſtrum Athanaſium innocentem, & ſincerum ab omni calumnia pronuntiavit ſancta & magna Synodus: Theodorum vero, Narciſſum, Stephanum, Acacium, Georgium, Urſacium, Valentem, & Minophantum Epiſcopatu depoſuit ob ea, quæ deliquerunt, & ob impiiſſimam hæreſim, cujus ſocii, & patroni videntur. De Gregorio autem nec tantum credimus neceſſarium eſſe ſcribere: olim enim depoſitus eſt, immo magis Epiſcopus penitus non eſt æſtimatus: ejus enim opus ſimile eſt ejus ordinationi. Si quis igitur ab eo deceptus eſt, erudiatur, & veritatem cognoſcat; ſi vero reſiſtit ejus impietati, gaudeat, quod & ipſe adverſatus eſt hunc, quem ſancta Synodus nec Epiſcopum æſtimavit. Nec enim nos latuit, quid adverſus vos commiſerit, & quantum vos preſſerit. Sed gaudete, quoniam pro Chriſto patimini ab his, qui Chriſtum blaſphemant. Æſtimamus autem, quod jam omnis inſolentia ceſſabit, increpatis ac depoſitis noxiis, qui hæreſim non nominandam defendebant. Incolumes vos eſſe in Domino opto.

Ego Oſius Epiſcopus incolumes vos in Domino opto, dilectiſſimi fratres.

Athanaſius Epiſcopus veſter incolumes vos in Domino opto, dilectiſſimi fratres.

Heliodorus	ſimiliter.
Johannes	ſim.
Jonas	ſim.
Dionyſius	ſim.
Paregorius	ſim.
Aetius	ſim.
Valens	ſim.
Arius	ſim.
Porphyrius	ſim.
Athenodorus	ſim.
* Alyſius	ſim.
Gerontius	ſim.
Lucius	ſim.
Aſterius	ſim.
Baſſus	ſim.
Dioſcorus	ſim.
Domitianus	ſim.
Calepodius	ſim.
Alexander	ſim.
Plutarchus	ſim.
Vincentius	ſim.
Vitalis	ſim.
Severus	ſim.
Reſtitutus	ſim.

* *l.* Alypius

Vincentius Epiſcopus incolumes vos in Domino opto, dilectiſſimi fratres: juſſus a fratribus meis, & Coepiſcopis ſcripſi, & ſubſcripſi pro ceteris.

a Non *Sol*, ſed *Verbum* reddendum fuerat: græce enim habetur ὁ λόγος *Verbum*. Noſter interpres legiſſe videtur corrupte ἥλιος *Sol*.

b Tria ſequentia monumenta ex ſolo cod. Veron. 55. ad nos pervenerunt. Ex eodem codice edita jam fuere a V. C. Scipione Maffejo primum tom. 3. operis inſcripti *Oſſervazioni letterarie* pag. 29. & ſeqq. tum vero in Appendice Hiſtoriæ Theologicæ pag. 258. & ſeqq. Hic autem ea cum ceteris Sardicenſibus documentis, quæ in noſtro MS. continentur, recudenda fuere, ut quiſque eadem aliquot in locis hoc tomo allegata conferre facile poſſit.

c Indicatur alia epiſtola ſynodica ad Alexandrinam Eccleſiam, quæ inſerta eſt a S. Athanaſio Apologiæ 2.

S. ATHANASII

AD EASDEM ECCLESIAS

EPISTOLA.

Athanasius Presbyteris, & Diaconibus, & populo catholicæ Ecclesiæ apud Mareotam, dilectissimis, ac desiderabilibus fratribus in Domino salutem.

Sancta Synodus laudavit in Christo vestram religionem. Omnes acceptos tulerunt in omnibus animum & fortitudinem, quoniam minas non timuistis, quod tolerantes injurias & persecutiones adversum pietatem, prævaluistis. B Litteræ itaque vestræ, dum legerentur, omnibus lacrymas commoverunt, & omnes ad vestrum pertraxerunt affectum: dilexerunt vos & absentes, ac vestras persecutiones suas æstimaverunt: indicium namque caritatis eorum sunt litteræ ad vos datæ: & licet sufficeret vos connumerare sanctæ per Alexandriam Ecclesiæ, tamen separatim vobis scripsit sancta Synodus, ut adhortati non deficiatis ob hæc, quæ patimini; sed gratias agatis Domino, quod vestra patientia bonum fructum habebit. Olim itaque latebant hæreticorum mores; nunc tamen omnibus expansi sunt, & patefacti: nam sancta Synodus advertit ab his concinnatas adversus vos calumnias, & eos habuit odio, at- C que omnium consensu deposuit Theodorum, Valentem, Ursacium [a] in Alexandria, & Mareota. Eadem etiam per alias Ecclesias facta sunt. Et quoniam intolerabilis est jam crudelitas eorum, & tyrannia adversus Ecclesias celebrata, ideo Episcopatu dejecti sunt, omnique communione alienati. Ceterum de Gregorio nec mentionem facere voluerunt: qui enim penitus Episcopi nomen nec habuit, hunc nominare superfluum æstimaverunt: sed propter deceptos ab eo, nominis ejus mentionem fecerunt; non quia dignus memoria videbatur, sed ut ex hoc qui ab illo decepti sunt, ejus cognoscant infamiam, & erubescant cujusmodi factis homini communicaverunt. D

Cognoscetis vero super eos scripta ex super adnexis: & licet non omnes scribere Episcopi occurrerunt, attamen ab omnibus scripta sunt, & pro omnibus scripserunt. Invicem salutate in osculo sancto. Salutant vos omnes fratres.

A * Protegenes Episcopus, incolumes vos in Domino opto, dilectissimi, & desiderabiles. *l. Pro...nes

Athenodorus Episcopus incolumes vos in Domino opto, fratres dilectissimi.

Julianus Episcopus similiter.
Ammonius sim.
Aprianus sim.
Marcellus sim.
Gerontius sim.
Porphyrius sim.
Zosimus. sim.
Asclepius sim.
Appianus sim.
Eulogius sim.
Eugenius sim.
* Liodorus sim. *l. Dio...
Martyrius sim.
Eucarpus sim.
Lucius sim.
[b] Caloes sim.
[c] Maximus sim.

Per epistulas de Galliis incolumes vos in Domino opto, dilectissimi.

Arcidamus, & Philoxenus Presbb. & Leo Diaconus de Roma incolumes vos optamus.

Gaudentius Naissitanus Episcopus incolumes vos in Domino opto.

Florentius [d] Merie Pannoniæ similiter.
[e] Ammianus de Castello Pannoniæ sim.
Januarius de Benevento sim.
Prætextatus [f] de Narcidono Pann. sim.
[g] Hypeneris de Hypata Thessaliæ sim.
Castus [h] de Augusta Cæsareæ sim.
Severus [i] de Calciso Thessaliæ sim.
Julianus [k] de Theriseptapoli sim.
Lucius de Verona sim.
Eugenius [l] de Hecleal Cychinis sim.
Zosimus [m] Lychnis Sunosio Apuliæ sim.
Hermogenes de * Syceono sim. *f. Sicy...
Thrypho de Magara sim.
Paregorius [n] Caspinus sim.
[o] Caloes Castromartis sim.
Ireneus [p] Syconeus sim.
Macedonius [q] Lypianensis sim.
Martyrius Naupactis sim.
Palladius de Diu sim.
[r] Broseus Ludonensis Galliæ sim.
Ursacius Brixiensis sim.
Amantius [s] Viminacensus, per Presbyt. Maximum sim.
Alexander [t] Gyparensis Achajæ sim.

Euty-

---

a Aliqua desunt, ex gr. *ob ea, quæ violenter & inique gesserunt in Alexandria & Mareota.* Hi enim tres Episcopi Ariani cum aliis tribus jam defunctis a Tyrio conciliabulo missi in Ægyptum, Alexandriæ & in Mareotide multa inique contra Athanasium gesserunt, turbisque & gravissimis scandalis occasionem dedere.

b Forte est is, qui apud Athanasium in Apologia 2. inter Episcoporum nomina, qui subscripserunt Synodicæ ad omnes Ecclesias, *Galba* dicitur.

c Errorem hoc in loco inesse notavimus in tractatu part. 1. cap. 7. ubi de subscriptionibus Patrum Sardicensium disseruimus. Probabilius videtur legendum *Maximinus Episcopus de Galliis* &c.

d Legendum *Emerita Spaniæ*: nam apud Hilarium vocatur *Florentius ab Spaniis de Emerita*.

e Legendum *Annianus de Castellona Spaniæ*, uti apud eumdem Hilarium.

f Ex eodem Hilario corrigendum *de Barcinone Spaniæ*.

g Leg *Hymeneus*. Confer tract. de Collect. part. 1. c. 7.

h Leg. *de Cæsarea Augusta*.

i Leg. *de Chalcide*.

k Leg. *de Thebis Eptapyli*.

l Leg. *de Heraclea Laoici*.

m Hoc loco duæ subscriptiones in unam copulatæ videntur. In prima legendum *Zosimus Lychnis*, idest *de Lychnido Macedoniæ*, in altera *Stercorius de Canusio Apuliæ*. Vide tractatum loco citato.

n Leg. *Scupinus*: apud Hilarium *de Scuppis a Dardania*.

o Apud Hilar. *Calvus a Dacia Ripensi de Castro Martis*.

p Apud Hilar. *De Secoro*. Vat. 1342. *de Scoro*, forte *de Scyro Achaja*.

q Leg. *Ulpianensis*.

r Corrige *Verissimus Lugdunensis*.

s Leg. *Viminiacensis*.

t Leg. *Cyparissensis*.

Eutychius [a] de Mothona sim.
Aprianus de Petabione Pannoniæ sim.
Antigonius [b] Pallenensis Macedoniæ sim.
[c] Dometius de Acaria Constantias sim.
Olympius de Eno Rodope sim.
Zosimus Oreomargensis sim.
Protasius Mediolan. sim.
Marcus Siscensis Saviæ sim.
Eucarpus * Oponsius Achajæ sim. (* Opuntius)
Vitalis Vertarensis Africæ sim.
Helianus de Tyrtanis sim.
Symphorus [d] de Herapythis Cretæ sim.
[e] Mosinius Heracleæ sim.
Eucissus Chisamensus sim.
Cydonius Cydonensis.

ITEM S. ATHANASII

ad Ecclesiam Alexandrinam.

Athanasius Presbyteris, & Diaconibus omnibus [f] Ecclesiæ sanctæ apud Alexandriam, & Parembolam catholicæ dilectissimis fratribus salutem.

Hæc scribentes oportet epistulæ principium gratiarum Christi actionibus facere, fratres dilectissimi, nunc autem maxime decet hoc fieri, quoniam & facta multa apud Dominum, & magna habent gratiam, & oportet credentes in eum non esse ingratos tot ejus beneficiis. Gratias igitur agimus Domino, qui nos semper C omnibus palam facit in fide, qui & jam in præsenti magna & mirabilia fecit Ecclesiæ: quæ enim rursum affirmaverunt divulgantes hæretici Eusebiani, & Arii heredes, hæc omnes, qui convenerunt, Episcopi, pronunciaverunt falsa ea esse, & ficta. Et ii ipsi, qui apud multos putantur esse terribiles, tamquam gigantes nominati, pro nihilo habiti sunt: & merito: quemadmodum enim adveniente luce tenebræ arguuntur, sic per adventum justorum iniquitas revelatur; & præsentibus egregiis debiles convincuntur. Quæ enim fecerunt maledicæ hæresis Eusebii successores, Theodorus, Narcissus, Valens, Ursacius, & in omnibus pessimus Georgius, Stephanus, Acacius, Minophantus, D & eorum collegæ, nec vos ignoratis, dilecti; nam eorum dementia omnibus patefacta est. Quæ vero contra Ecclesias commiserunt, vestram nec hoc latuit solertiam. Primum enim vobis nocuerunt; primum vestram Ecclesiam corrumpere temptaverunt: sed ii qui tot ac tanta fecerunt, & apud omnem terribiles æstimati sunt, sicut prædixi, tantum timuerunt, ut omnem exsuperent cogitationem. Neque enim solum Romanam Synodum timuerunt, nec solum se vocati excusaverunt; sed & nunc cum Sardicam advenissent, sic infirmati sunt conscientia, ut cum vidissent Judices, mira-A rentur: sic mente conciderunt. Vere quis posset adversum eos dicere: *Ubi est stimulus tuus, mors? ubi est victoria tua, mors?* (1. Cor. 15. 55.) Nec enim illis proficiebat, ut vellent judicare: jam non poterant circumvenire quos volebant; sed videbant viros fideles curantes justitiam, immo magis ipsum Dominum nostrum videbant in eis; quemadmodum tunc Dæmones de sepulcris: filii enim cum essent mendacii, non ferebant veritatem videre. Sic Theodorus, Narcissus, & Ursacius cum suis verba dicebat: *Omitte: quid nobis & vobis hominibus Christi? Novimus, quod veri estis, & timemus convinci; veremur in personam recognoscere calumnias. Nihil est nobis & vobis: Christiani enim vos estis, nos* B *vero Cristo repugnantes, & apud vos quidem veritas pollet, nos vero circumvenire didicimus. Putavimus abscondi nostra; non jam credebamus in judicium venire: quid ante tempus nostra convincitis, & ante diem nos convincentes vexatis?* Et licet sint moribus pessimi, & in tenebris ambulent; tamen cognoverunt vix tandem, quoniam nulla est communio lucis & tenebrarum, nec est aliqua consensio Christo cum Belial. Unde, fratres dilectissimi, cum scirent quæ fecerint, * quæcumque miserrimos videntes (* *f.* quantumcumque) accusatores, testes præ oculis habentes, imitati sunt Cain, & illius more fugerunt, quoniam granditer erraverunt: etenim ejus fugam sunt imitati, & condemnationem habuerunt. Cognovit enim opera eorum sancta Synodus; audivit nostrum sanguinem proclamantem, audivit voces læsorum ab ipsis. Cognoverunt omnes Episcopi quæ peccaverunt, & quanta adversus Ecclesias nostras & alias operati sunt; & ideo hos quemadmodum Cain Ecclesiis ejecerunt. Quis enim non lacrimatus est, dum vestræ litteræ legerentur? quis non ingemuit, aspiciens quos exiliaverunt isti? quis non existimavit vestras suas esse tribulationes? Fratres dilectissimi, quondam vos patiebamini, cum ii delinquerent adversum vos, & forte jam tempore multo bellum non quievit. Nunc vero Episcopi convenientes omnes, & audientes quæ passi estis, sic dolebant, sic gemebant, quemadmodum tolerantes injuriam tunc dolebatis, & illis . . . . . . erat dolor communis illo tempore, quo processistis. Ob hæc igitur, & alia omnia, quæ contra Ecclesias commiserunt, cunctos universa Synodus sancta deposuit, & non solum eos alienos judicavit ab Ecclesia, sed nec dignos vocari Christianos æstimavit. Qui enim * abnegantes Christum, (* *l.* abnegant) quemadmodum Christiani vocentur? & qui contra Ecclesias delinquunt, ii quemadmodum poterunt adesse Ecclesiis? Unde mandavit sancta Synodus ubique Ecclesiis, ut apud omnes notentur; ut ii qui ab ipsis decepti sunt, jam ad plenitudinem & veritatem revertantur. Nolite igi-

a Leg. *de Methona.*
b Leg. *Pellensis.*
c Locus corruptus. Duo Domitiani ab Athanasio memorantur.
d Corrige *De Jerapytnis.*
e Apud Athanasium *Musonius* dicitur.
f Sicuti Synodus Sardicensis ad Ecclesiam Alexandrinam epistolam dedit, quæ exstat apud Athanasium Apologia 2. ita etiam hic ad eamdem Ecclesiam scripsit hasce litteras, quæ ex solo nostro codice latine redditæ nobis conservatæ fuerunt. In Synodica legitur: *Presbyteris, & Diaconis & universæ S. Ecclesiæ Dei Alexandriæ παροικούσῃ consistenti dilectis fratribus in Domino salutem.* Simile quiddam in Athanasii inscriptione scriptum fuisse videtur, *apud Alexandriam consistenti & catholicæ.* Voces quidem *& Parembolam* erronee videntur insertæ nam præterquamquod *Parembola* prope Syenem & alia a Ptolomeo dicta Ἀλεξάνδρου Παρεμβολὴ *castra Alexandri* in Ammoniaca nimis distant ab Alexandria, nulla ratio est, cur hæc epistola speciali nomine Parembolanis potius, quam aliis illustrioribus Ægypti Ecclesiis traderetur: nec in ipsa epistola Athanasius alios nisi Alexandrinos alloquitur.

igitur deficere, fratres dilectissimi; tamquam A Dei servi, & fidem Christi confitentes probemini in Domino, & non dejiciat vos tribulatio, neque ab hæreticis, adversum vos qui exercentur, dolores contristent. Habetis enim mundum universum condolentem vobis; &, quod majus est, habentem omnes vos in mente. Puto autem jam deceptos ab illis, videntes correptionem factam a Synodo, ab illis averti, & * ex ore ipsorum impietate. Si vero post hæc adhuc manus est eorum excelsa, ne stupeatis vos, neque formidetis, si illi sæviunt; sed orate, & manus ad Deum levate, & confidite, quoniam non tardabit Dominus, sed omnia vobis faciet pro vestra voluntate. Vellem quidem adhuc pluribus epistolam B vobis scribere, & ut singula facta sunt significare; sed quoniam Presbyteri, & Diacones idonei sunt nunciare vobis præsentes de omnibus, quæ viderunt, multa quidem scribere cessavi. Illud tantum significo, necessarium putans, ut præ oculis habentes timorem Domini, eum præponatis, & omnia cum vestra concordia celebretis intelligentes, & sapientes. Orate pro nobis, habentes in mente viduarum necessitates, maxime quoniam ad eas pertinentia inimici veritatis * obtulerunt; sed dilectio vestra vincat hæreticorum malitiam: credimus enim, quod secundum orationes vestras Dominus adnuens dabit mihi velocius vos videre. Interim tamen apud Synodum acti- C tata cognoscetis ex scriptis ad vos ab omnibus Episcopis, & [a] de subjectis litteris depositionem Theodori, Narcissi, Stephani, Acacii, Georgii, Minophanti, Ursacii & Valentis: nam Gregorii mentionem facere noluerunt; qui enim penitus Episcopi nomen non habuit, hunc nominare superfluum putaverunt. Sed tamen propter deceptos ab eo ejus nominis mentionem fecerunt, non quia dignum erat ejus nomen memorare, sed ut ab eo decepti cognoscant ejus infamiam, & erubescant, quod tali communicaverunt.... tamen & hoc cum illis. Incolumes vos in Domino oro, dilectissimi, & desiderabiles fratres.

* f. exhorrere

* f. abstulerunt

PSEUDOSYNODI

SARDICENSIS

[b] Formula Fidei.

Sancta Synodus congregata est Sardicæ ex diversis provinciis de partibus Orientis Thebaidis, Ægypti, Palæstinæ, [c] Phœnices, Syriæ Cæles, Mesopotaniæ, Ciliciæ, Cappadociæ, Ponti, Paphlagoniæ, Galatiæ, [d] Phrygiæ, Bithyniæ, Elespronti, Asiæ, Pisidiæ, Insularium, Pamphiliæ, Cariæ, Lydiæ, Europæ, Thraciæ, Hemimontis, Pannoniæ, Mœsiæ, Daciæ [e] banc exposuerunt fidem.

Credimus in unum Deum Patrem omnipotentem creatorem omnium, & factorem, ex quo [f] omnia in cælo, & in terra nominantur. Et in unicum Filium ejus Dominum nostrum Jesum Christum ante omnia sæcula ex Patre natum, Deum de Deo, lumen de lumine, per quem omnia, & propter quem omnia facta sunt in cælo, & in terra, visibilia, & invisibilia: Verbum, sapientia, & [g] potestas, lumen verum sempiternum in omnibus: qui novissimis temporibus propter nos homo factus est, & [h] creatus ex sancta Vergine. Crucifixus, & mortuus, & sepultus, & resurrexit a mortuis tertia C die. Receptum in cælis sedentem ad dexteram Patris, & venientem [i] in finem sæculi judicare vivos & mortuos, & reddere unicuique secundum facta sua. Cujus imperium sempiternum manebit in æterna sæcula: sedens semper ad dexteram Patris non solum in hoc sæculo, sed etiam in futuro. Credimus & in unum Spiritum Sanctum Dei, hoc est Paracletum, quem pollicitus Apostolis post in cælum ascensionem misit docere eos, & monere omnia; per quem & sanctificantur, & vivunt religiosorum animæ in eum credentes. Dicentes autem ex nihilo esse Filium, vel ex alia substantia ([k] spiritum) & non ex Deo: & erat aliquando tempus, vel sæculum, quando non D erat, alienos novit sancta, & catholica Ecclesia. Similiter etiam dicentes tres esse Deos, vel Christum non esse Deum (sive spiritum non esse Dei) vel ante sæcula, nec Christum, nec Filium (nec Spiritum) Dei esse vel eumdem

---

a Generalem Synodicam intelligit, quæ huic epistolæ subjecta fuerat.

b Hæc formula bis apud S. Hilarium legitur. I. in Fragmentis tom. 2. col. 663. ubi adnectitur fusiori Synodicæ ejusdem conciliabuli Pseudosardicensis hac transitione: *Est autem fides nostra talis*. II. in libro de Synodis eodem tom. 2. col. 482. ubi separatim profertur eadem forma, quæ in nostro codice, sed ex alia versione. Hinc liquet hanc formulam duplici modo fuisse editam, & adnexam Synodicæ, & separatim. Prima pars hujus formulæ usque ad voces *alienos novit sancta & catholica Ecclesia* vulgata fuerat ab Eusebianis aliquot menses post Synodum Antiochenam anni 441. altera vero pars addita triennio post cum aliis prolixis additamentis: ejusque Græcus textus superest apud S. Athanasium in libro de Synodis; ex quo recusa legitur tom. 2. Concil. editionis Venetæ col. 636. Tandem in Pseudosardicensi Concilio repetita fuit. Sicut autem Vigilius Tapsensis l. 5. contra Eutychen num. 3. minus caute hanc veræ & catholicæ Synodi formulam habuit, cum præsertim eam S. Hilarius in rectum sensum exponere studeat; ita nihil mirum, si in Græca collectione inter documenta Sardicensia descripta & a nostro interprete latine reddita fuit.

c Apud Hilarium utrobique additur *Arabia*.

d Apud eumdem de Synodis *Phrygiis duabus*, uti etiam legit Vigilius Tapsensis lib. 5. contra Eutychen n. 3. sed mendose: Phrygia enim tunc temporis nondum divisa erat in duas. Vide tractatum part. 1. c. 3. In Fragmentis vero ejusdem Hilarii inscriptio Synodicæ unam tantum *Phrygiam* præfert.

e Hilar. de Synodis *banc exposuimus fidem*.

f Hilar. ibidem *omnis paternitas . . . . . nominatur*, ut in Græco apud Athanasium. At in Fragm. *omnis creatura*, quibuscum concinit nostri interpretis versio *omnia*. Mox pro *unicum* Hilarius utrobique *unigenitum*. Semper vero noster interpres Græcam vocem *μονογενῆ unicum* reddidit.

g Apud Hil. *virtus*, *& vita*, *lumen* &c. Desunt autem *sempiternum in omnibus*, sicut nec in Græco leguntur.

h Apud eumdem *natus*.

i Hil. in Frag. *in finem mundi*: in libro autem de Synodis nihil æquivalens exhibet.

k Apud Hilar. Græco concinente utrobique deest *spiritum*, & similiter desunt, quæ deinceps uncis inclusimus

ſubaud. eſſe

dem * Patrem, & Filium, & Spiritum Sanctum, vel non natum Filium (vel natum Spiritum) [a] aut voluntate, vel arbitrio Pater genuit Filium, fecit, ſive creavit, vel demonſtravit, ſed ſecundum intellectum omnia ſcientem Verbum Dei; hos omnes anathematizat ſancta catholica Eccleſia.

[b] INCIPIUNT STATUTA

SANCTÆ SYNODI CHALCEDONENSIS.

Vox Conſtantinopolitanæ redundes

Piiſſimus noſter Imperator * Conſtantinopolitanæ perpetuus Auguſtus ad ſacroſanctam Synodum dixit: Laſſati eſtis nimio ſpatio fatigationem ſuſtinentes. Expectate ergo tres dies, vel quatuor adhuc, & præſentibus magnificis noſtris judicibus ſingula, quæ vultis [c] monete, & congruum præſidium meremini. Ante vero quam perfectæ formulæ de omnibus dentur, nemo veſtrum a ſancta diſcedat Synodo.

DEFINITIONES ECCLESIASTICÆ

pronunciatæ a ſancta, & univerſali Synodo, quæ Chalcedone congregata eſt.

Acta [d] ſeptimæ cognitionis Chalcedonenſis.

I. Canones, qui a ſanctis Patribus uſque ad hanc Synodum tenuerunt, teneri juſtum duximus.

II. Si quis per pecunias ordinatus fuerit, & in pretium adduxerit [e] inoptam gratiam, & ordinaverit Epiſcopum per pecunias, vel Chorepiſcopum, vel Presbyterum, vel Diaconum, vel alterum quemlibet clero adnumeratum; vel ſi inſtituerit per pecunias OEconomum, vel defenſorem, vel [f] cuſtodem, vel alterum canonis propter turpem pravumque quæſtum: qui hoc conatur, convictus periclitabitur de ſuo gradu; & qui ordinatur, nihil juvetur de ordinationis inſtitutione, quæ per quæſtum facta eſt, ſed ſit alienus a dignitate, vel cura, quam per pecunias impetravit. Si vero & intercedens aliquis viſus eſt turpibus, & infandis dationibus; ſiquidem Clericus fuerit, de ſuo excidat gradu; ſi vero laicus, aut Monachus, anathematizetur.

A III. Venit ad ſanctam Synodum, quia quidam de Clericis propter turpe ſuum lucrum alienarum poſſeſſionum fiant conductores, & negotia ſæcularia ſuſcipiant, miniſteria quidem Dei negligentes, ad ſæcularium vero occurrentes domus, & diſpenſationem ſubſtantiarum accipientes propter amorem avaritiæ. Definiit igitur ſancta, & magna Synodus ullum de reliquo nec Epiſcopum, nec Clericum, neque Monachum nec conducere poſſe poſſeſſionem, neque cauſſis ſe immittere ſæcularibus, niſi forte ex legibus vocetur ad impuberum inexcuſabile tutoris officium, vel ſi Epiſcopus civitatis de eccleſiaſticis ei præcepit curari cauſſis, de pupillis, & viduis deſtitutis, & de per-B ſonis, quæ maxime eccleſiaſtico egent præſidio. Si vero aliquis prætergredi definita de reliquo notus fuerit, eccleſiaſticis ſubjaceat pœnis.

IV. Qui vere, & ſincere * ſingularem eligunt vitam, convenienti digni ſunt honore. Quoniam vero quidam Monachorum habitu utentes, Eccleſias, & civiles cauſas perturbant, circumeuntes in civitatibus, nec non & monaſteria ſibi conſtituentes; placuit neminem ullo modo ædificare, nec inſtituere monaſterium, vel oratoriam ædem ſine voluntate civitatis Epiſcopi. Monachos * vel, qui ſunt per ſingulas civitates, & [g] provincias, ſubjectos eſſe Epiſcopo, & quietem diligere, & operam dare jeju-C nio, & orationi, in quibus locis abnunciaverunt * obſervantes; nec vero eccleſiaſticis, neque ſæcularibus cauſſis frequentare, nec communionem habere relinquentes ſua monaſteria, niſi forte præceptum eis fuerit propter neceſſariam utilitatem ab Epiſcopo civitatis. Nemo vero ſuſcipiat in monaſteriis ſervum, ut Monachus fiat, ſine voluntate ſui domini. Prætergredientem vero hanc noſtram finitionem, definimus excommunicatum eum eſſe, ut nomen Dei non blaſphemetur. Epiſcopum vero civitatis oportere congruam providentiam facere monaſteriis.

** ideſt monaſticam*

** l. vero*

** l. perſeverantes in Græco*

V. De transferentibus ſe a civitate in civitatem Epiſcopis, vel Clericis placuit, ut poſi-D ti de eis canones a ſanctis Patribus habeant ſuam vim.

VI. Nullum abſolute ordinare nec Diaconum, nec Presbyterum, nec omnino aliquem eorum, qui ſunt in eccleſiaſtica ordinatione, niſi ſpecialiter in Eccleſia civitatis, vel in poſſeſſione, vel in Martyrio, vel Monaſterio ordinandus prædicetur: & eos vero, qui abſolute ordinantur, definiit ſancta Synodus irritam habere

---

a Hilar. in Fragm. *aut non ſententia, nec voluntate Deum Patrem genuiſſe Filium; hos omnes anathematizat ſancta* &c. Utrobique, ſicut & in Græco, negatio exhibetur, & intermedia noſtræ verſionis *fecit ſive creavit* &c. nullibi apparent.

b Præmittitur in codice definitio fidei Chalcedone edita actione VI. cujus verſio ab editis diſcrepat. Dein hic titulus ſequitur, cui quæ mox ſubjiciuntur, ſunt poſtrema verba allocutionis Imperatoris Marciani relata eadem actione. Tum ſubnectuntur canones, eo quod hi in ſequenti actione VII. uti ibidem notatur, conditi fuerant. Hæc autem ſeptimæ actionis notatio, quæ in aliis verſionibus non legitur, aperte demonſtrat, noſtræ collectionis Græcum auctorem vulgato codice canonum non fuiſſe uſum; ac propterea vel ex hoc confirmatur ipſam Græcam collectionem quam ille adhibuit, fuiſſe originis prorſus diverſæ ab iis collectionibus, quæ aliis interpretibus uſui fuere.

c Ex Græco aliiſque verſionibus corrigendum eſt *movete*.

d Canones in ſeptima actione conditos pluribus comprobavimus in obſervationibus ad Diſſert. I. Queſnelli not. 18. ad an. 451. tom. 11. Græcæ collectionis auctorem, qui ex actis Concilii ebibit, in ſeptima quidem actione poſt Imperatoris allocutionem canones reperiſſe ex toto contextu manifeſtum eſt.

e Forte *inemptum*, ſed verius *inemibilem*, ſeu *non venalem*, nam Græce ἄπρατον.

f Editio priſca *hoſtiarium*. Iſid. Græcam vocem expreſſit παραμονάριον *peramonarium*. Dion. Juſtelli, & duo codd. antiquiſſimi verſionis antiquæ Chalcedonenſis Synodi, qui canones ex Dionyſio receperunt, omittunt hanc vocem. Codices vero Ruſtici ex ipſius fortaſſis Ruſtici emendatione habent *manſionarium*. Juſtinianus lib. 4. C. de Epiſc. & Cler. inter rerum eccleſiaſticarum adminiſtratores παραμονάριους recenſet.

g Græce χώραν, ideſt loca ruralia, quæ nunc *diœceſis* appellantur. Iſid. *poſſeſſiones* reddidit.

bere hujuſmodi ordinationem [a], & in actu invalidam, ad injuriam ordinantis. A

VII. Eos, qui ſemel in Clero ordinati ſunt vel Monachos, definimus neque ad militiam, neque ad ſæcularem dignitatem venire. Quod ſi hoc auſi fuerint, nec * pœnitentiam venerint, ut convertantur ad hoc, quod propter Deum elegerunt, anathematizentur.

* *ſupple* ad

VIII. Clerici, qui Ptochiis, vel Monaſteriis, vel oratoriis præpoſiti ſunt in unaquaque civitate ab Epiſcopis, ſecundum ſanctorum Patrum traditionem perſeverent, & ne per audaciam contemnant ſuum Epiſcopum. Qui vero audent contradicere huic diſpoſitioni quolibet modo, & non ſe ſubjiciunt proprio Epiſcopo; ſi quidem Clerici ſunt, canonicis ſubjaceant B pœnis; ſi vero laici, vel Monachi, ſint excommunicati.

IX. Si quis Clericus cum Clero cauſſam habet, non relinquat ſuum Epiſcopum, & ad ſæcularia judicia currat; ſed prius negotium exerceat apud ſuum Epiſcopum, vel etiam cum voluntate ejuſdem Epiſcopi, apud quos utræque partes voluerint, negotium peragatur. Si vero quis præter hæc fecerit, canonicis pœnis ſubjaceat. Si vero & Clericus habeat cauſſam cum ſuo vel cum altero Epiſcopo, apud Synodum provinciæ cauſſam dicat. Si vero cum ejuſdem provinciæ Metropolitano * Epiſcopo, vel Clericus * abicit, perveniat ad principem diœceſeos, vel ad regiæ Conſtantinopoleos ſe- C dem, & apud ipſum cauſſam dicat.

* *l.* Epiſcopus
* *l* habeat cauſam

X. Ne liceat Clericum in duarum civitatum ſimul Eccleſiis militare, in qua prius ordinatus eſt, & in quam confugit ut ad majorem, videlicet propter cenodoxiæ deſiderium. Hoc vero facientes reſtitui ſe Eccleſiæ, in qua ab initio ordinati ſunt, & ibi ſolum miniſtrare. Si vero quis ſe tranſtulerit ex alia ad aliam Eccleſiam, nihil de priore Eccleſia, vel de oratoriis, * qui ſub ea ſunt, vel Ptochiis, vel xenodochiis rerum * communicent. Audentes vero poſt definitionem magnæ, & univerſalis hujus Synodi agere aliquid de nuper interdictis, definiit ſancta Synodus excidere eos de D ſuo gradu.

* *l.* quæ
* *l.* communicet

XI. Omnes pauperes, & egentes præſidio cum probatione, epiſtolis, vel pacificis eccleſiaſticis ſolis iter agere definimus, & non cum commendatitiis; eo quod epiſcopales commendatitiæ honeſtis præſtari ſoleant perſonis.

XII. Venit ad nos quod quidam contra eccleſiaſticas leges concurrentes ad poteſtates, per pragmaticas unam provinciam in duas diviſerunt, ut ex hoc duo Metropolitæ eſſent in una provincia. Definiit igitur ſancta Synodus, de reliquo quidem nihil tale hujuſmodi tentari ab Epiſcopo. Qui vero tentaverit, excidat de ſuo gradu. Quæcumque vero jam civitates per litteras imperiales metropolitano honorificatæ ſunt nomine, * ſole fruantur ho- E nore, & Epiſcopus, qui eamdem Eccleſiam gubernat, videlicet ſervato ſecundum veritatem Metropolitanis ſuo jure.

* *l.* ſolo

XIII. Peregrinos clericos, vel lectores in altera civitate ſine commendatitiis litteris ſui Epiſcopi nullo modo alicubi miniſtrare.

XIV. Quoniam in quibuſdam provinciis conceſſum eſt lectoribus, * pſaltis uxorem ducere, definiit ſancta Synodus non licere aliquem eorum alterius ſectæ uxorem accipere. Eos vero, qui de talibus nuptiis filios procreaverint, ſiquidem occurrerunt baptizari ex eis creati apud hæreticos, offerre eos communioni catholicæ Eccleſiæ; non baptizatos vero, non poſſe apud hæreticos baptizari. Neque quidem copulari eos nuptiis hæretici, vel Judæi, vel Pagani, niſi forte promiſerit ſe converti in orthodoxam fidem, quæ conjungitur * perſona orthodoxa. Si vero aliquis hanc definitionem tranſgreſſus fuerit ſanctæ Synodi, canonicæ ſubjaceat pœnæ.

* *ſupple* &
* *ſupple* cum

XV. Diaconiſſam non ordinari mulierem ante quadraginta annos, & hanc cum diligenti probatione; & ſi ſuſcipiens ordinationem, & tempus aliquod perſeverans miniſterio, ſemetipſam tradiderit nuptiis contemnens Dei gratiam; hujuſmodi anathematizetur cum illo, qui cum ea copulatus eſt.

XVI. Virginem, quæ ſemet devovit Domino Deo, ſimiliter & Monachum non licere ad nuptias venire. Si vero reperti fuerint hoc facientes, ſint excommunicati. Definimus vero habere auctoritatem in eis miſericordiæ localem Epiſcopum.

XVII. Rurales parochias in poſſeſſionibus manere inconcuſſas apud Epiſcopos, qui tenent eas, & præcipue ſi tricenali anno inviolabiliter retinentes [b] ædificaverunt. Si vero intra XXX. annos facta eſt aliqua de eis, vel fit ambiguitas; licere eis, qui ſe dicent eſſe læſos, de his movere apud Synodum provinciæ. Si vero alicui noceatur a ſuo Metropolita, apud principem diœceſeos, vel apud Conſtantinopolitanam ſedem cauſſam dicere, ſicut prædictum eſt. Si vero & aliqua ex imperiali poteſtate nova facta eſt civitas, vel renovata; civiles & publicas * formulas & eccleſiaſticarum paræciarum * ordinem ſequantur.

* *ideſt* diſpoſitiones
* *l.* ordo ſequatur.

XVIII. Conjurationis, & factionis crimen & apud ſæculares leges prohibitum eſt: multo magis in Dei Eccleſia interdici oportet. Quicumque igitur Clerici, vel Monachi inventi fuerint conjurantes, vel factioſi, vel inſidias machinantes Epiſcopis, vel Conclericis, excidant omnimodo de ſuo gradu.

XIX. Venit ad noſtras aures, in provinciis quod canonice Synodi non fiant ab Epiſcopis: ex hoc multa negliguntur, quæ egent emendatione eccleſiaſticarum rerum. Definiit igitur ſancta Synodus ſecundum Patrum canones, per ſingulos annos ſecundo concurrere per ſingulas provincias Epiſcopos, ubi Metropolitanus Epiſcopus conſtituerit, & emendare ſingula, quæ emergunt: Non convenientes vero Epiſcopos, vel reſidentes in ſuis civitatibus, & hoc in ſanitate degentes, & ab omni [c] excuſabili, & neceſſaria occupatione exiſtentes liberos, fraterne arguit.

XX. Clericos in ſua Eccleſia exiſtentes, ſicut jam definivimus, non licere in alterius civitate ordinari, & Eccleſia; ſed contentos in illa eſſe, in qua miniſtrare ab initio meruerunt præter illos qui perdiderunt ſuas patrias, & ex

donec

a Clarius Dion. & *nuſquam poſſe miniſtrare ad ordinantis injuriam.*

b Græce ᾠκονόμησαν *adminiſtraverunt*, ſeu *gubernaverunt*, non vero *ædificaverunt*.

c Ceteræ verſiones *inexcuſabili*, ideſt *inevitabili*, a qua ſe excuſare non poteſt. Concinit Græca vox ἀναραιτήτου.

necessitate in alteram Ecclesiam transierunt. Si A vero alius Episcopus post hanc definitionem ad alterum Episcopum pertinentem susceperit Clericum, placuit excommunicari * & suscipientem, donec qui se trastulit Clericus, in suam reversus fuerit Ecclesiam.

supple ex Græc. & susceptum

XXI. * Clerici, & laici, qui accusant Episcopos, vel Clericos sine caussa, & improbabiliter, non suscipi in accusationem, nisi prius discussa fuerit eorum opinio.

l. Clericos vel laicos

XXII. Non licere Clericis post mortem sui Episcopi rapere res ad eum pertinentes, sicut & pridem a canonibus interdictum est: & hoc facientes periclitari suo gradu.

XXIII. Venit ad aures sanctæ Synodi, quod Clerici quidam, & Monachi nulla sibi caussa B injuncta a suo Episcopo * & tam quando se excommunicantes ab eo veniunt ad hanc regiam Constantinopolim, ac diu in ea commorantes tumultus, & perturbationes faciunt ecclesiastico statui, & evertunt etiam quorumdam domos. Definivit sancta Synodus, hujusmodi admoneri quidem prius per Defensorem Constantinopolitanæ sanctæ Ecclesiæ. Si vero in iisdem caussis perduraverint impudenter, & invitos eos per eumdem Defensorem expelli, & ad sua loca venire.

l & aliquando excommunicati ab eo veniunt &c.

XXIV. Quæ semel consecrata sunt Monasteria cum voluntate Episcopi, permanere in perpetuo Monasteria, & pertinentes ad ea res custodiri Monasterio, & non posse fieri ea sæcularia habitacula. Concedentes vero hoc fieri, subjacere canonum pœnis.

XXV. Quoniam quidam Metropolitanorum sicut reperimus, negliunt commissos sibi greges, & differunt ordinationes Episcoporum; placuit sanctæ Synodo intra tres menses fieri ordinationes Episcoporum, si forte inexcusabilis necessitas non coegerit extendi protelationis tempus. Si vero hoc non fecerit, subjacere eum ecclesiasticæ pœnæ. Redditus vero viduatæ Ecclesia salvos apud ejusdem œconomum Ecclesiæ custodiri.

XXVI. Quoniam in quibusdam Ecclesiis, sicut reperimus, sine œconomis res ecclesiastica tractatur; placuit omnem Ecclesiam Episcopum habentem œconomum habere de suo Clero dispensantem ecclesiasticas res cum voluntate sui Episcopi, ut ne sine testimonio sit dispensatio Ecclesiæ, & ex hoc dispergantur ejusdem Ecclesiæ res, & detractio infligatur * Sacerdotum. Si vero hoc non fecerit, subjacere eum sacris canonibus.

** l. sacerdotio*

XXVII. Ii, qui rapiunt mulieres sub nomine matrimonii, vel qui ad auxilium rapientium veniunt, definiit sancta Synodus, si quidem Clerici fuerint, excidere eos a suo gradu; si vero laici, anathematizentur.

Expliciunt Statuta Chalcedonensia.

FINIS TOMI SEXTI.

GTU LIBRARY
3 2400 00639 8774